Zona in arca eccleſiã ſignat.183.M.N.
Zona in longum protenſa.ibidem.
Zona & reliqua ornamẽta ſpõſę.299.L.
Zona & ſtola ſacerdotum.ccciii.A.
Zorababel tẽpli reparator.clxxvi.R.

FINIS.



# ERRATVla in Secundo Tomo.

Fo.xviii.col.ii.ver.xl. poſt lectionẽ orare:aliud exẽplar habet orõ.& ver. ſequẽti:Sic eſt enim legere:&c.
Fo.lix.col.iiii.ver.xxv.Lyę p ę.
Fo.lx.col.iii.ver.xliii.lege videlicet.
Fo.lxxxvi.co.ii.ver.xxxii.clariꝰconſtat.
Fo.lxxxviii.col.i.ver.i. apud quã deus.
Fo.ciii.col.2.ver.xxxii.ĩplere poteſt (ad decẽ licet nõ inueni)nec aliud,niſi
Fo.ciiii.col.2.ver.iii. Animus nãqꝫ rat.
Fo.cxiiii.col.1.ver.cxliiii. cõſcientię triplici.vbi eſt ſcientię triplicis.
Fo.cliii.col.i.ver.xlii. & in margine legerẽ beneuolẽtia : qa beni nõ eſt vox latina: dereliqui tñ vt in archetypo: ſicut plęraqꝫ alia. vt fol. clvii.col.iiii. ver.xiii. & in margine vbi eſt iocacitas legerem potius loquacitas, & ſic in arbore repoſui.
Fo.clxvi.col.iii. ver.xxx. &.xxxi.legendum:O munde immunde &c.col.iiii. ver.xxii.in ſemetipſa caligat.
Fo.clxix.col.iiii.ver.xviii.eñ dñ eras.
Fo.cxciiii.col.ii.in margine Quinarius
Fo.ccvi.co.ii.ver.xxxii. obſcurꝰ locutꝰ ſit deus:deeſt eñ particula locutus.
Fo.ccxviii.col.iiii.in marg.L.Aur.
Fo.ccxxx.col.iiii.in marg.ſceleroſus.
Fo.ccxxxiii.col.iiii.ver.vii. & in margine legerẽ potiꝰpelagiana q̃ pelaigiana Ibidẽ in margine Ioannes tyrannus.
Fo.cclvii.co.iiii.ver.antepœnultimo lege q eſt p̃cipue:p̃ eñ excuſſum eſt.
Fo.cccliii.col.i.ver.vltimo ſimilagineꝰ, & ita in margine:nõ ſimiligineus.
Fo.ccclxxiii.col.ii.ver.xvii. legã Balac: & ſic in margine & vbiqꝫ.
Fo.cccxcviii.col.ii. in margine ſcribat Fauus vbi impreſſum Funes.

¶Ad laudem authoris. F. Iacobi Gault victorini cœnobitæ ordinis diui Auguſtini carmen.

Horrida labẽtis q vult diſcrimina vitæ
Vincere vel rectã lętus adire viam.
Et q ſtelliferã ſummi petit ętheris ædẽ
Scandere,qui celſi lucida tecta poli:
Greſſibꝰ huc lẽtis feſtinꝰadito remotis
Hoc opus ad ſanctũ puolet & ſtudiũ.
Quicqd hñt ſacrę diuina volũina legis.
Id miris modulis hocce recẽſet opꝰ.
Eſt opꝰhoc clarũ,gratũ,laudabile terſũ
Quo vitiũ lecto longius omne fugit.
Aurea trãqllę mõſtratur ſemita vitæ.
Fit via tã claro lumine tuta tibi.
Iuſtitię ſacra iura docet qbꝰitur ĩ altũ.
Arte ſua chriſti ſcãdere regna docet.
Nõ hominis ſane mortalis filius ille
Hugo.ſed diuo ſemine cretus erat.
Prõptꝰei ſermo,cũctis torrẽtior vndis.
Æqua fides. necnõ relligionis amor.
Grãmaticꝰ, rhetor, geometres, pictor, aliptes
Augur & aſtroꝝ cõſciꝰ ipſe ſophus.
Int eos quos fama pcul deuexit ĩ orbẽ.
Pręmia victricis prima refert hederę.
Quã quoqꝫ cõi vulgares voce freq̃ntãt
Ipſius nũq̃ fama perire poteſt.
Ingẽtẽ ęternos ſic laudẽ ẽ nactꝰ ĩ ãnos.
Ætas quã ſeclis tollere nulla queat.
Quin potiꝰclaris Hugo ſcribat̃ ĩ aſtris,
Et celebre hoc nomẽ fulgeat ãte deũ.
Sit licet is nr̃a tandẽ regione remotus:
Attamẽ excelſum nũc viget añ deũ.
Vita p̃ris merito hugõis laudat̃ hõeſta
Cui ſupis lapſa ẽ gratia magna locis.
Qui cupit authoris ſẽſꝰ haurire pbati
Rimari hoc ſtudeat nõ piger ĩgeniũ
Illud & ẽ pomis & odoro flore refertũ
Hoc habet & fructus pallados eximię.
Innumeras mittit ſãctꝰte Victor ĩ oras.
Vt queat eximio munere qſqꝫ frui,
I decꝰ o regũ vaſtũ trãſcurre p orbem
Inſtituas domini myſtica templa tui.

¶Ad ſane Reuerendũ patrẽ & dominũ D.Ioannẽ Bordieriũ ſancti Victoris ſecus muros Pariſii, vigilãtiſſimũ paſtorẽ Fr̃is Mathurini Lorrini Pariſienſis eiuſdem loci humilis Cœnobitę Carmen.

Alma tuũ ſacri ſpiramina ptulit auſtri
Pectꝰ:& hĩc flores fructꝰ:odorqꝫ liq̃t
Relligionis apex purę virtutis alumne
Victorina tibiplaudit amœna phalãx
Te terſum vulgi ſpeculũ:tẽpliqꝫ penne
Lumẽ:plebs oĩs parrhiſiana canit.
Tãq̃ maiorẽ venerant̃ honore potẽtes:
Teqꝫhumilẽ paupꝫgaudet habere p̃rez
Inde ſequuturũ p̃cędis ouile: ſenectus
Qđ matura dedit rite ſequutus iter.
Ecce hugõis opꝰ:clario qđ dogmate ſa
Inſtruxit:valide ſaxea corda terẽs.Cxo

Saxonia hoc ſaxū tellus ꝓduxit: ī altū
Victorina domus trāſtulit arte virū
Saxum ꝑdurum:ſedes inuiſa carinis
Quas tumido boreas turbīe ſęuus agit
Corripe tu prorā:curſūꝗ; ſuꝑmꝰ olympi
Dirigat: & pleno vela fauore regat
Sic tutū te crede fretis: ſi dira tūeſcūt
Te manet a ſaxi tegmine certa ſalus
Flamina ꝓpellet: nec vī ſinet eē potētē
Percuties ſaxū flumina ſacra dabit
Æq̂ra dulceſcēt:ſumeſꝗ;:gregēꝗ; pota-
Sic capiet placido corpa feſſa ſinu.(bis:

# DE MVLTI

iuga magnitudine & excellētia M.Hugonis de S.Victore Canonici & theologi doctiſſimi.F.Ioānis Cōrardi Eiuſdē ꝓfeſſionis & ſodalitii Cœnobitæ

Epigrammation.

Magna qdē domꝰ ē victoris:at oībꝰ hu
Maior,ei nomē maiꝰ ī orbe dedit (go
Magnꝰ auis,magnꝰ geſtis,& noīe magnꝰ
Ingenio magnꝰ nec pietate minor.
Magnꝰ apd̄ mūdū,ſed ſp̄to maximꝰ ip̄o:
Indeꝗ; tota eiꝰ maxima vita fuit.
Magnā eiꝰ mortē miracl'a magna ꝓbat̄
Raptaꝗ; de tuml'o magna fauilla pio.
Magnꝰ erat quōdā:ſ; nūc eſt ip̄e futurꝰ
Maior magna ſuę ꝑ monimēta manus
Maior erit ſemꝑ,quāto magis ip̄e leget̄
Quoꝗ; magis lectꝰ plus releget̄ adhuc.
Vis repetā? magnꝰ fuit hugo ſāguīe,vi
Noīe,cœnobio,relligiōe,libris. (ta,
Immo nec iſta qdē fortaſſis magna pu-
Si nō añ deū maximꝰ ip̄e foret.(tāda.

❡Eiuſdē Ioānis Cōrardi alterum poemation:in quo cōq̄rit̄ hūanę ſalutis inimicus de dānis cū a toto cœnobio Victorino,tum ab Hugone acceptis.

Æmulus ille draco, ſuꝑis q̄ ſedibꝰ exul
Imꝑio terris incubat atꝗ; mari:
Legit vt authorē tituloſꝗ; volumīs hꝰ:
Bella mihi video,bella parant̄,ait.
Hinc ſecū īfremuit furiis ingētibꝰ,atꝗ;
Rugitu horrēdo talia dicta dedit.
Subditꝰ hic nr̄as leges ſuſceperat olim
Orbis:ad īperiū votaꝗ; prōptus erat
Ecce loco ſurgēs hūili gēs paucula,mū
Spreta qdē,regnū ꝑdidit oē meū (do
Hic ſibi ſeq̄nicū cellas extruxit ad āne:
His latet,& toto me tm̄ orbe premit.
Arma ꝑtis,plane ignoro cēſebis ſermē
Si videas,nudo corpore bella mouet.
Et tamē ītrepide penitꝰ mea tela repellit.
Durior eſt ipſi marmorę nuda caro.
Hāc neꝗ; forte gelu ꝑnetret neꝗ; flāma re
ſoluat.
Nulla ſitis frāgat:ſed neꝗ; dira fames.
Immo (q̄s hoc credat) tm̄ his cōfidit ī ar
Et nocet hic nobis,vn̄ nocere queā. (mis
De duce,ductor adeſt geminꝰ:rex atꝗ; ſacer
Quo magis offēdar nō ſatis ip̄e ſcio (dos
Ille ſuas mōſtrās (q̄ victor noīe) plagas
Excitat inde ſuos magnanimoſꝗ; facit.
Hic Auguſtinꝰ,p̄ſul carthaginis aphræ.
Vere apher,belli cōmoda mille ſciens.
Vere apher,fraudē q̄ vafre detegat oēm:
Cōſiliūꝗ; ſuis indicet omne meum.
Vocibꝰ aſſiduo nūc his nūc intonat iſtis:
Quo ſit opus, ſermo mirus vbiꝗ; tonat.
Arguit hos, monet hos, blandit̄ & allicit
Pluraꝗ; ꝓmittēs vtilitate mouet. (iſtos
Et q̄nꝗ; minas tollit,monſtratꝗ; pericla
Deniꝗ; mille ſonos,ſcit variare modis
Me miſerū,neꝗ; tā vexatū his eſſe duobus
Sat fuit:ex iſtis orta propago noua.
Heu dolor.ipſa ſuos p̄res imitat̄,& in nos
Bella pari ſtudio quottidiana mouet.
Tres magis ex oī deteſtor ꝓle: Richardū,
Adā ac Hugonem.maximus iſte trium
Auguſtinꝰ hic eſt alter ſermone diſerto
Illi concurrens ingenioꝗ; pari.
Fraude qdē nr̄a multis hunc inuida ſeclis
Materno tenuit bibliotheca ſinu.
At mō neſcio q̄s niſi ſit Borderius abbas.
Cui bene ſit nunq̄,iuſſit abire foras.
Ibit:& in toto ſpatiabit̄ orbe triumphās:
Vexilla ingenii figet vbiꝗ; ſui.
Iā qd ego cōtra nitar? ſuccūbimus eheu
Viciſti victor tuꝗ; genuſꝗ; tuū.

❡Eiuſdē F.Io.Conrar. Ad M.Hugonē, vt tādē in publicum exeat exhortatio.

Egredere in cāpū victoris alūne patētem
Et bonꝰ vt Chriſti pręlia miles age.
Ille tuus Victor quōdā p̄clara trophæa
Deuictis mūdo,dęmone,carne,tulit.
Hos quoꝗ; viciſti,ſ; in hoc tibi gl'ia maior
Qꝫ tua nos etiā vincere ſcripta docent.
Maior em̄ cęlo cenſet̄ hic eſſe futurus.
Qui docet atꝗ; facit recta, docēte nihil.
Ergo age q̄ dudū victrici marte triūphas,
Nos quoꝗ; iā monitis fac ſuperare tuis,
Dux ades in bello:diui vexilla repande
Ingenii:mūdus geſtiet illa ſequi. τέλος.



# M.HVGO

nis de Sācto Victore Canonici,Inſtitutiones in Decalogum legis dominicæ, Cuius ſunt Capita.

De tribus p̄ceptis prioris tabulę.Ca.I.
De Septē pręcep.poſterioris tab.Ca.II.
De ordine præceptorū dei. Cap.III.
De ſubſtantia dilectionis: et de caritate ordinata. Cap.IIII.

Sequitur iam dictum Cap.I.

A Deut.6. AVdi Iſrael:deꝰ tuus,deus vnꝰ eſt: ipſum adorabis,et ei ſoli ſeruies. Non hoc totum de p̄cepto eſt qd̄ dicitur:q̄a ante præceptum ꝑ admonitionem ad obœdientiam auditoris animꝰ præparatur. Audi Iſrael.Hic nota obœdiētiam. Deus tuus,hic nota gratiam. Deus vnus eſt,hic doctrinam.Quaſi diceretur:obœdientiā exhibe, gratiā intellige, veritatem agnoſce. Qꝫ audis, hoc eſt obœdientia, quam exigeris. Qꝫ deus tuus: eſt gratia præuenientis. Qꝫ deus vnus: veritas qua illuminaris & ꝑficeris. Deum tuū audi:qui tibi miſericordiam iam exhibuit,& necdū tamen a te ſeruitiū accepit: vt ſcias ab ipſo eſſe vtrūꝗ;, ſcilicet & qd̄ a te exigit opus virtutis:& qd̄ tibi promittit præmium retributionis. Audi Iſrael.i.auſculta,acquieſce.

B Omnis enim virtꝰ ab obœdientia incipit:quemadmodū om̄e vitium ab inobœdientia procedit.Fruſtra nāꝗ; vel inobœdienti gratia,vel cōtumaci doctrina,vel non intelligenti p̄ceptum daretur.Idcirco primū audi Iſrael,vt ſis obœdiēs:deus tuus,vt deuotus exiſtas: deus vnus eſt,vt veritatem agnoſcas.Deinde ſequitur pręceptum. Ipſum adorabis:hoc ꝑtinet ad fidem. Et ei ſoli ſeruies:hoc ꝑtinet ad operationē.Fides em̄ oꝑās ex dilectione ꝑfectum facit: q̄a nec opus ſine fide,nec fides cui tēpus ſuppetit accepta eſt ſine oꝑe.Propterea adora recte credendo: ſerui bene operando.

Quęri autē pōt,ſi id qd̄ dixit,Ei ſoli,ad vtrūꝗ; referēdum eſt vt dicat̄,ip̄m ſolū adorabis & ei ſoli ſeruies? Sed hoc quō ſtare poterit,q̄a ſęꝑ in veteri teſtamēto ſanctos viros nō ſolū angelos adoraſſe,ſed etiā hoīes legimus:nec tn̄ propterea alicubi rep̄hēſos inuenimus? Et in nouo,apl'us quidē etiam fideles ad ſeruiendū ſuꝑioribꝰ & p̄latis,ſummoꝑe exhortatur. C Queſtio

Solutio. Sciendum ergo eſt:ꝙ alio modo hoīes adorātur,& alio modo deꝰ adorari p̄cipitur: vſu nāꝗ; veteri ſuꝑiores quiuis ab inferioribꝰ adorari dicebant̄, q̄n eis ſiue incuruatione genuū,ſiue capitis inclinatiōe ab his reuerētia exhibebatur.

D Deū autem adorare eſt ei totam mētem ꝑ humilitatem ac deuotionem ſubſternere:& ipſum principium ac finem om̄is boni credere.Qd̄ ei ſoli nos debere nemo eſt ſanę mentis qui ambigat.Vnde ipſe quoꝗ; ꝑ prophetā de ſe teſtat̄ dicēs. Gloriam meam alteri non dabo: & laudem meam ſculptilibꝰ. Eſa.42.

E De ſeruitute vero idipſum comꝑtenter intelligi poteſt:quia nimirū omnis ille rectiſſime ſoli deo ſeruire dicitur,qui & ſecūdū deum homini ſuꝑiori humiliter ſe ſubiicit, & vbi cauſa dei īpugnatur fidenter contradicit: qui cauet ſollicite ne in ſua ſeruitute,vel pro timore hominis contra deum quid faciat, vel terrenæ retributionis lucrum in intentione cæleſti præmio anteponat.

F Sed ī gręco manifeſtior ſētētia exp̄ſſa eſt. Græca nāꝗ; locutio diuinā ſeruitutē ab hūana proprio vocabulo diſtinguit,qd̄ latinitas nō habet.Ibi em̄ dei ſeruitꝰ latria, & humana dulia vocat̄.Et ob hoc idololatrę appellati ſūt,q̄ eā ſeruitutē quā deo debuerūt,idolis exhibebāt.Sed latina lingua vtrāꝗ; ſub eodē noīe ſeruitutē comp̄hendit:& propterea obſcurior ſignificatio facta eſt,cū dicit̄,Ei ſoli ſeruies,qd̄ ī gręco ambiguū nō eſt.

G Quæſtio Sed cū hoc p̄ceptū ad patrē ptineat:quare dictū eſt,ei ſoli ſeruies, quaſi etiā filio & ſpiritui ſancto ſeruiēdū nō ſit? Verum qd̄ dictū eſt ſoli, nō excludit cōmunionem filii & ſp̄us ſancti:ſed q̄cq̄d deꝰ nō eſt.Pater aūt & filius & ſp̄us ſanctꝰ vnꝰ deus eſt:& ipſe ſolus adorādus eſt, eiꝗ;

ſoli & non alteri ſeruiēdū eſt:ea videli
cet ſeruitute,quę ei ſoli debita eſt. Nā
Matt.11. & in euāgelio cū dicit.Nemo nouit pa
trē niſi filius &c.non vtiq; ſpūs ſctūs a
patris cognitione excluditur,cum ipſe
etiam profunda dei teſte aplo ſcrutet.
Sed eſt eiuſmodi loquendi genus vt di
H catur,nemo niſi ille, videlicet qui non
Scđm. hoc eſt qđ ille.¶His pro breuitate trāſ
curſis ad ſequēs mādatū diſcutiendum
Exod.20 tranſeamus qđ tale eſt.Ne aſſumas no-
men dei tui in vanū.Hoc ad ſimplicem
literę ſenſum taliter intelligi debet, vt
nomen dei homo in vanū non aſſumat
.i.vel ad mendacium confirmandū,vel
ad idolū venerādum.ſ.vt neq; idola no
mine diuino honoret,neq; falſitati no-
men dei aſſociet. Myſtice aūt nomē dei
in vanum aſſumere eſt filium dei viſi-
bilem ꝑ humanitatem factū creaturā
exiſtimare. In vanū quippe nomē dei aſ
ſumit,qui filiū dei ęternū ex tēpore cœ
piſſe credit. Nomen ſiquidem patris,fi
lius dicit:quia in filio & ꝑ filiū pater ī-
uiſibilis manifeſtat:non ſolum qm̄ ꝑ ip-
ſum mūdus factus eſt,verū etiā qm̄ per
ipſum homo eſt redemptus.Sane qui fi
lium dei hominem factū confitent: ne-
quāq̃ in vanum nomen dei aſſumūt:qa
quem credunt hominem ꝑ id qđ aſſū
pſit ex tempore,deū verū agnoſcūt per
I id qđ fuit ex æternitate. Poteſt adhuc
aliter ītelligi qđ dictum eſt,ne aſſumas
nomen dei tui in vanū. In vanū namq;
nomen dei aſſumunt,qui filiū dei ad ſe
miſſum & pro ſua ſalute incarnatū cō-
temnunt.Quid eſt ergo dicere:Ne aſſu
mas nomē dei tui in vanū:niſi ſicut ve
neraris & adoras eum ꝓpter hoc ꝙ ab
eo factus es:ſic adora eū & venerare ꝓ-
pter hoc ꝙ ab eo es redēptꝰ:qui nō mi-
nus tibi contulit cū redemit, q̃ cū crea
uit. Ad eundem ſpectat ſenſum qđ ipſe
filius ī euāgelio diſcipulis, & per diſci
pulos omnibus in ſe credentibus dicit.
Ioan.14. Creditis in deum,& in me credite.mo-
deſta quidem(vt decuit pium)inſinua
tione nos admonēs,vt intelligamus eū
non ſolum adorandum a nobis ī ſua di
K uinitate qua cōdidit,ſed in humanita-
Tertiū. te etiam qua redemit. ¶Tertiū p̃ceptū
Deute.5 eſt:Obſerua diem ſabbati.Quatuor ſab
bata cōmemorare videt ſcriptura.Pri-
mū illud in quo deus perfectis oꝑibꝰ
ſuis requieuiſſe dicit. Secundum illud
qđ filiis Iſrael carnaliter cuſtodiēdum
mandat.Tertium illud qđ populo dei
ſpūaliter ſeruādū p̃cipit.Quartum illđ
qđ in repromiſſione ſabbatū ꝓ ſabbato
ſuis deus dilectoribꝰ pollicet.Duo igit
ſunt ſabbata exterius,vnū dei & vnum
hoīs:& duo īteriꝰ,vnū dei & vnū hoīs.
Sabbatum dei illud quo exteriꝰ ab ope
ceſſaſſe dicit,ſacramentū eſt illius inte
rioris ſabbati eius in quo ipſius ęterna
immortalitas,īmortaliſq; ęternitas ppe
tua & īcōcuſſa beatitudine ꝑfruēs,nul-
lo vnq̃ labore fatigatur. Sabbatū homi
nis qđ ei exterius viſibiliter ſeruādum
præcipit: ſacramentū eſt interioris ſab
bati,vbi mens ſancta ꝑ bonam cōſciē
tiam a ſeruitute peccati quieſcēs ī gau
dio ſpūs ſancti iocundat. Hoc ſabbatū
quiſquis ī p̃ſenti vita ita ſeruauerit,vt
nullis conſentiat malis:perueniet in fu
tura vita ad illud internū & æternum
dei ſabbatum,vbi nulla ſentiet mala:ſi
cut dictū eſt.Et erit ſabbatū pro ſabba
to:menſis pro menſe.Iſtud itaq; p̃ceptū
ſpecialiter ad ſpūs ſancti pſonā referri
videt cum dicit:obſerua ſabbatū: vt vi
delicet in p̃ſenti ſuſcipiamus eū & cu-
ſtodiamus intra nos in gaudiū bonę cō
ſcientię:quatinus eū in futuro ſuſcipe-
re & poſſidere mereamur in gaudiū vi
tę æternę. Hæc igitur ſunt tria p̃cepta
primæ tabulæ in qbus præcipue dei di
lectio cōmēdat,& tota trinitas vnꝰ deꝰ
ęqualiter adorāda & colēda p̃cipitur.

De ſeptem mādatis ſecundę Tabulę.
Cap.II.

SEptem alia ſcđa tabula cōtinebat, q̃ L
hoīem ad dilectionē ꝓximi inſtruūt.
Et propterea ſeptenario diſtinguūtur:
quia in præſenti vita tm̄ quę ſeptē die
bus voluit,noſtra caritas pietatis oꝑe-
ribꝰ exercet erga ꝓximū: poſtea cōſum
matis oꝑibꝰ & finitis laboribꝰ, ꝑ cō
templationem pariter cū ꝓximo beati
ficanda eſt in deū.Amor ergo ꝓximi &
tēporalis eſt quantum ꝑtinet ad exhi
bitionem oꝑis:& æternus quantū ꝑ
tinet ad effectum dilectionis.Primū p̃-
ceptum ſecundæ tabulæ ad patrem ꝑ



tinet hominem,ſicut primum primę ad
patrem deum.vtrobiq; paternitas prę-
ponitur,vtrobiq; prīcipii dignitate ho
noratur: quia ſecundum quendam mo
dum ſic habemus principium naſcendi
ꝑ generationem a patre homine,ſicut
principium exiſtendi ꝑ conditionem
accepimꝰ a deo patre. Et paternitas ho
minis ſacramentum eſt & imago diui-
næ paternitatis : Vt diſcat cor huma-
num in eo principio qđ videt,quid de-
beat illi principio a quo eſt & quod nō
M videt.Sic ergo dictum eſt. Honora pa-
Deut.5. trem tuum , & matrem tuā:vt bene ſit
Quartū. tibi,& ſis longęuus ſuꝑ terram. Sicut
ſuꝑius dictum eſt in primo præcepto
primæ tabulæ:ita & hic non totum ad
præceptionem ꝑtinet qđ poſitum eſt.
Sed ibi qđ p̃ter p̃ceptū erat, p̃miſſū eſt:
hic ſubiunctū eſt.Audi Iſrael:deꝰ tuus,
deus vnus.hoc totum ante pręceptum
præmittitur: ipſum præceptum poſtea
ſubinfert,Ipſum adorabis & ei ſoli ſer-
uies.Hic præceptum præcedit,honora
patrem tuum & matrem tuam: deinde
ſubiungitur,vt bene ſit tibi & ſis longę
N uus ſuꝑ terram. Quid eſt ergo qđ ibi
ante præceptum cauſa præcepti ſubin
fertur:niſi quia deus diligēdus eſt pro-
pter ſeipſum, & homo propter deū?Nā
& amor parentum ſi ad ſolam carnem
reſpicit,ſpirituale p̃mium nō acquirit.
Ex deo igitur priꝰ in nobis eſt propter
qđ poſtea diligendus eſt a nobis: qa eiꝰ
gratia noſtra dilectio p̃uenitur : & nr̃a
dilectio ꝑ eius gratiam excitata ſub-
ſequitur. In patribus autem carnis no
ſtrę,ſi ad id ſolum beneficium noſtra di
lectio tendit,quo carnaliter ab illis no
ſtrum meritum præuenitur:quia vltra
carnis affectum & ſupra carnis intuitū
non proficit,ad ꝑfectionem p̃mii ſpi-
ritualis non ꝑtingit.Ergo propter vi
tam æternitatis diligendus eſt author
vitæ temporalis:vt ſcilicet non ob hoc
diligatur,quia hanc ab illo immo ꝑ il
lū vitam accepimus : ſed quia ꝑ hanc
ad illā vitam intraturi ſumus. Bene er
O gō cū dictum eſſet , Honora patrē tuū:
ſubiūcta eſt cauſa: vt bene ſit tibi & ſis
longęuus ſuꝑ terram,ſcilicet viuen-
tium:quia hoc diligere debemus in au
thore vitæ huius,ꝙ ab illo per hanc vi
tam ad vitam futuram initiati ſumus.
Et pulchre honoranti prīcipium ſuum
longæuitas promittitur:quia deo ꝑ di
lectionem adhęrere,æternitatem ꝓme-
retur.Sane quantum ſpectat ad ſenſum
literæ,duobus modis parentes noſtros
honorare debemus: & obœdiēdo eis vi
delicet in omnibus,his exceptis in qui
bus dei patris dilectio non offenditur:
& eos(quantum noſtra facultas ſuppe-
tit) adiuuando.Sed & de patribus ſpi-
ritualibꝰ.i.prælatis noſtris,idipſum in
telligere nihil impedit:quibus obœdiē-
tiam debemus quantum noſtra habet
poſſibilitas,& auxilium,immo ſeruitiū
quantum ſuppetit facultas. P
¶Secundum præceptum eſt: Non occi Quintū.
des.Conuenienter ſane cui in præcedē Deut.5.
ti mandato vitæ longęuitas promitti-
tur,hic ne alienam vitam extinguat ꝓ
hibet:vt hoc ex caritate dei ſit, ꝙ prin
cipium ſuum honorans ad vitam quæ
finem neſcit inhiat: hoc vero ex carita
te proximi,ꝙ ad vitæ alienæ finem nul
lo crudelitatis odio ſe relaxat. ¶Dein- Q
de ſequitur tertium præceptum. Non Sextū.
mœchaberis & quartum.Non furtum Septi-
facies.Nō mœchaberis,hoc ꝑtinet ad mum.
vitam propriam: Non furtū facies,hoc
ꝑtinet ad vitam alienam.Supra enim
iuſſus eſt & ſuam & alterius vitam cō
ſeruare:hic iubetur & ſuam & alterius
vitam non lædere.Iuſtum eſt enim vt ī
via vitæ corruptionem caueat, q in pa
tria vitam īcorruptam expectat:& qui
iam vitam proximi per apertam violē-
tiam non opprimit,etiam ꝑ fraudē oc-
cultam in iis quæ ad vſum viuendi da
ta ſunt ei non noceat: Et non ſolum ip
ſe per ſe non noceat,ſed neq; nocentibꝰ
& nocere volētibꝰ ſua authoritate vel
atteſtatione fidutiam aut firmamētum
præſtare præſumat. Hoc enim ſequen- R
ti mandato prohibetur cum dicit. Nō Octauū.
falſum teſtimoniū dices.Et quia ab ope
re læſionis diu ſe cohibere non poteſt,
qui mentem ſuam ab intentione & vo
luntate lædendi non cohibet: ſequitur
& dicit.Non concupiſces vxorem pro- Nonum
ximi tui: Nec cōcupiſces rem proximi Decimū
tui.Vt non mœcheris,non cōcupiſcas

vxorem proximi tui: vt furtum non fa
cias,Non cõcupiſcas rem proximi tui.
Hęc ſunt decem præcepta q̄ primę ꝑ=
fectionis viam & ſemitã pandunt dire=
ctiõis.Prima eñ ꝑfectio ꝑ bonã opę=
rationem hominẽ in ſemetipſo dirigit:
Secunda ꝑ caritatẽ ꝓximi in latũ ex=
pãdit:Tertia ꝑ caritatẽ dei ĩ altũ extol
lit.Quia denariꝰ primę ꝑfectionis lineã
porrigit: centenarius ſecũdæ expandit
latitudinem:millenarius in altum ſũ=
mam tollit ꝑfectionem.

De ordine p̄ceptorũ dei. Cap.III.

S ORdinem aũt ipſorũ p̄ceptorũ dei
ſine conſideratione tranſire non
oportet.Nã ſi ordo viuendi eſt,vtiq; &
ordo p̄cipiendi. Primũ ergo attende ꝙ
dicatur tibi vt adores deum tuũ & ſer
uias illi:hoc eſt primum pręceptum.In
adoratione agnoſce fidem:in ſeruitute
intellige bonam ꝑationem.Poſt hæc
ſecundum præceptum ſequitur.Vt no
men dei tui in vanum nõ aſſumas:qua
tinus verbum veritatis ĩ ore tuo ſit ꝓ=
pter veritatem:vt poſt fidem cordis ſe
quatur cõfeſſio oris. Primum deuotio
ad bonam conſcientiam : poſtea exẽplũ
operis ad bonam famam:nouiſſime ver
bum prædicationis ad doctrinã. Dein=
de ſequitur tertiũ p̄ceptum:& dicit ti=
bi,vt ſabbatum obſerues: hoc eſt mẽtis
quietem cuſtodias: vt non ꝑturberis
ex aduerſis foris occurẽtibus ꝓ verita
te.Sed diſcas eſſe pacificus etiam inter
illos qui pacem oderunt:p̄dices verita
tem,& non omittas caritatem.Hęc ſũt
tria præcepta primæ tabulę: de iis q̄ ꝑ=
tinent ad deũ. Poſt quã ſequitur ſecun
da tabula de iis q̄ ſpectãt ad ꝓximũ.Pri
mũ ergo p̄ceptũ ſcdę tabulæ eſt,in quo
tibi p̄cipit vt honores pricipiũ tuũ,vt
vitã lõgęuã habere poſſis:qm̃ q nõ ho=
norat eũ a quo eſt,dignꝰ eſt vt retinere
nõ poſſit id qđ eſt.Secũdũ,Nõ occides,
debito ſubſequit ordĩe:qa ſi obſeruãdo
primũ huiꝰ tabulę p̄ceptũ,vis eẽ lõgę=
uus ſup terrã,rõni & dictamini naturę
cõſonũ ẽ vt occidas neminẽ:ne vc; alii
cuipiã qđ tibi factũ nolis facias. Cui ẽt
tertiũ,quartũ & quintũ cõcordãt:nã ſi
cut tibi nõ ſolũ vitã vis eſſe ſaluã , ſed
& cõiugẽ,& rẽ & famã,vis habere iuio
latam:ita decet vt non mœcheris,non
furtum facias:nõ falſum teſtimonium
dicas:quo poſtremo proximo in tribus
nocere poſſis:in vita,re,& fama. Porro
quia ad iuſtificationem non ſatis ẽ for
midine pœnæ cohibere ab illicitis ma=
nũ, ſed neceſſe ẽ vt dei & virtutis amo
re cohibeamus & mentem:bene ſubdũ=
tur duo reliqua:vt neq; vxorem neq; rẽ
concupiſcas proximi.

De ſubſtãtia dilectionis,& carita=
te ordinata. Cap.IIII.

QVotidianũ de dilectio T
ne ſermonem ſerimus:
ne forte nõ aĩaduertẽ=
tibꝰ nobis ſcintillet in
cordibus noſtris & ex=
ardeſcat ignis flãmam
faciens,aut totũ cõſumens aut purgãs
totum.Ex eo nãq; totũ eſt qđ bonũ eſt:
& totũ qđ malũ eſt ex eo eſt. Vnꝰ fons
dilectionis intus ſaliẽs duos riuos effũ
dit.Alter eſt amor mundi,cupiditas:al
ter eſt amor dei,caritas.Mediũ qppe eſt
cor hoĩs vnde fons amoris erũpit:& cũ
ꝑ appetitũ ad exteriora ducit,cupidi=
tas dicit:cũ vero deſideriũ ſuum ad in
teriora dirigit,caritas noĩat.Ergo duo
ſunt riui q de fonte dilectiõis emanãt:
cupiditas & caritas. Et omniũ malorũ
radix cupiditas: & omniũ bonoꝝ radix
caritas.Ex eo igit totũ eſt qđ bonũ eſt:
& totũ qđ malũ eſt,ex eo eſt. Quicquid
ergo illđ eſt,magnũ eſt qđ in nobis eſt:
& ex eo totũ eſt, qđ ineſt nobis:ex hoc
autẽ amor eſt.Quid eſt amor,& quãtũ?
quid eſt amor,aut vnde eſt amor?Et ſer
mo dei de amore loquit. Nunquid hoc
negociũ nõ potius illoꝝ eſt,qui amorẽ
qui pudicitiam ꝓſtituere cõſueuerũt?
Ecce q̄ multi qui eius myſteria volen=
tes ſuſcipiunt : q̄ pauci qui eius verba
ĩ mediũ ꝓferre nõ erubeſcũt.Quid igit V
nos facimꝰ? Forſitã mlťa ĩprobitate frõ
tẽ fractã habemꝰ:q non verecundemur
amorẽ dictatũ formare : quẽ & ĩpudici
aliquando non poſſunt ſine verecũdia
in verbis exprimere. Sed aliud eſt ĩue=
ſtigare vitium vt eradicetur: aliud ex=
hortari ad vitiũ,vt virtus & veritas nõ
ametur.Nos igit inueſtigamꝰ & q̄rimꝰ
vt ſciamus,& ſcientes caueamus:quod



illi inueſtigant vt ſciant:ſed ſciãt vt fa
ciant:quid illud in nobis ſit qđ deſide=
ria noſtra ſic multifariã diuidit, & cor
noſtrum in diuerſa deducit. Inuenimꝰ
autem hoc aliud non eſſe præter amo=
rem:qui cum ſit motus cordis,ſecundũ
naturam ſingularis & vnicus: ſecundũ
actionem autem diuiſus: cum ſe inordi
nate mouet:id eſt ad ea quę non debet:
cupiditas dicitur:cum vero ordinatus
eſt,caritas appellatur.Ipſum ergo hunc
cordis motum quem amorem appella=
mus:qua deffinitione ſignare poterimꝰ?
Expedit nobis propius intueri eum ne
lateat aliquatenus,& non ſciatur:pro=
ptereaq; nec caueatur cũ malus eſt,nec
appetatur aut inueniatur cum bonus:
de quo & cum malus eſt tanta mala ve
niunt:& cum bonus eſt tanta bona pro
cedunt,ipſum igitur quomodo diffini
mus.Inueſtigemus,conſideremus:quia
occultum eſt qđ quæritur: quantoq; in
terius collocatũ eſt:tãtomagis in vtra=
q; parte cordi dominatur. Igitur videt
amor:& amor eſt dilectio cordis alicu=
ius ad aliquid propter aliquid: deſide=
rium in appetendo: & in ꝑfruẽdo gau
dium:per deſiderium currens,requeſcẽs
ꝑ gaudium. Hic bonum eſt, & hic ma
lum eſt tuum,cor humanum:quia nec
aliunde bonum es ſi bonum es:nec aliũ
de malum es ſi malũ es : niſi qđ vel ma
le vel bene amas quod bonum eſt.Nam
om̃e quod eſt bonum eſt:ſed cum id qđ
bonum eſt,male amatur:illud bonũ eſt,
& hoc malum eſt. Igitur nec qui amat
malum eſt:nec quod amat malũ eſt: nec
amor quo amat malum eſt:ſed qđ male
amat,& hoc omne malum eſt. Ordina=
te ergo caritatem:& iam malum nullũ
eſt.Magnam rem cõmendare volumus,
X ſi tamen valemus qđ volumus. Omni=
potens deus qui nullo indiget,quia ip=
ſe ſummum & verum bonum eſt: q nec
de alieno accipe poteſt quo creſcat,quo
niã ex ipſo ſunt omnia,nec de ſuo amit
tere quo decidat, quoniam in ipſo im=
mutabiliter cõſiſtunt vniuerſa:ipſe ra=
tionalem ſpiritum creauit ſola carita=
te,nulla neceſſitate:vt eum ſuę beatitu
dinis participem faceret. Porro vt idẽ
eſſet aptus tãta beatitudine ꝑfrui:fe=
cit in eo dilectionẽ, ſpũale palatũ qđdã
ſignificãs ad guſtum dulcedinis inter=
nę: quatinus ꝑ ipſam videlicet dilectio
nẽ ſuę felicitatis iocũditatẽ ſaperet,eiq;
infatigabili deſiderio cohęreret. Per di
lectionẽ ergo copulauit ſibi deus crea=
turã rationalẽ:vt ei ſemp inhęrẽdo,ip=
ſum quo beatificãda erat bonũ,& ex ip
ſo quodãmodo ꝑ affectũ ſugeret:& de
ipſo ꝑ deſideriũ biberet:& in ipõ ꝑ gau
diũ poſſideret.Suge o apicula,ſuge. Su
ge & bibe dulcoris tui ĩenarrabilẽ ſua=
uitatẽ.Immergere & replere:qa ille de=
ficere neſcit,ſi tu nõ incipias faſtidire.
Adhęre ergo & inhęre,ſume & fruere.
Si ſempiternꝰ guſtꝰ fuerit: ſempiterna
quoq; beatitudo erit. Nõ iam pudeat
nos neq; pœniteat de amore feciſſe ver
bũ.Nõ pœniteat vbi tanta vtilitas: nõ
pudeat vbi talis honeſtas.Igit ꝑ amo Y
rẽ ſociata eſt factori ſuo creatura ratio
nalis:ſolũq; eſt dilectiõis vinculũ qđ li
gat vtroſq; in idipſum:& tanto feliciꝰ
quãto fortiꝰ.ꝓpter qđ etiã vt indiuiſa
ſocietas,& cõcordia ꝑfecta vtrobiq; ha=
beret:geminatꝰ eſt nexus ĩ caritatẽ dei
& ꝓximi.vt ꝑ caritatẽ dei oẽs vni cohę
rerẽt:ꝑ caritatẽ ꝓximi oẽs adiuicẽ vnũ
fierẽt:vt qđ de illo vno cui oẽs inhære
bant, quiſq; in ſemetipſo nõ caperet,ple
nius atq; ꝑfectiꝰ ꝑ caritatẽ ꝓximi in al=
tero poſſideret,& bonũ oĩm fieret totũ
ſinguloꝝ.Ordĩate ergo caritatẽ. Quid
eſt ordinate caritatẽ? Si deſiderium eſt
amor,bñ currat:ſi gaudiũ eſt bñ qeſcat.
Eſt.n.amor(ſicut dictũ eſt)dilectio cor
dis alicuiꝰ ad aliqd ꝓpter aliqd:deſide
riũ in appetẽdo,& ĩ ꝑfruẽdo gaudiũ : ꝑ
deſideriũ currẽs,& requeſcens ꝑ gaudiũ:
currẽs ad illud,requeſcens in illo.Ad qd
aut ĩ quo? Audite ſi forte explicare poſ
ſimꝰ, quo currere debeat amor noſter:
aut in quo requeſcere.Tria q̄dã ſũt:quæ Z
amari bene aut male poſſunt.i.deꝰ, ꝓ=
ximus & mũdus.Deꝰ ſupra nos eſt:ꝓxi
mus iuxta nos eſt:mũdus ſubtꝰ nos eſt.
Ordinate ergo caritatẽ.Si currit,bene
currat:ſi requeſcit,bñ requeſcat. Deſideri
rium currit:gaudium requieſcit. Pro=
pter quod gaudium vniforme eſt:quia
ſemp in vno eſt:nec viciſſitudĩe varia=
ri põt.Deſideriũ aũt mutabilitatẽ ſuſci

pit: & idcirco non ſe continet in vno: ſed varias ſpecies repręſentat. Omnis namq; curſus aut de illo eſt: aut cum illo: aut in illo ad quod eſt. Quomodo ergo currere debet deſiderium noſtrum? Tria ſunt: deus, proximus, & mundus. Tria deus, duo proximus, & vnum mũdus habeat in curſu deſiderii noſtri. Et eſt in deſiderio ordinata caritas. Amor namq; per deſiderium: & de deo: & cum deo: & in deũ ordinate currere poteſt. De deo currit quãdo de ipſo accipit vnde eum diligit. Cum deo currit: quando eius voluntati in nullo cõtradicit. In deum currit: quando in ipſo requieſcere appetit. Hęc ſunt tria quę ad deũ pertinent. Duo ſunt proximi. Poteſt.n. deſiderium de proximo currere: ſed in proximum non poteſt. De proximo vt de eius ſalute & profectu gaudeat. Cũ proximo vt eum in via dei & comitem itineris & ſocium peruentionis habere concupiſcat. Sed in proximum non poteſt, vt in homine ſpem & fiduciam ſuam conſtituat. Hæc ſunt duo quæ ad proximum pertinent: id eſt de ipſo, cum ipſo, non in ipſum. Vnum eſt mundi de ipſo currere: non cum ipſo, aut in ipſum. De mundo deſiderium currit: quando inſpecto foris dei opere per admirationem & laudem ardentius intus ad ipſum ſe conuertit. Cum mundo curreret: ſi ſe pro mutabilitate temporalium, ſiue deiiciendo in aduerſis, ſiue eleuando in proſperis, huic ſeculo ſe cõformaret. In mundum curreret: ſi in eius delectationibus ſemper requieſcere vellet. Ordinate ergo caritatem: vt deſiderium currat de deo: cum deo: in deum. De proximo cum proximo, non in proximum. De mundo, nec cum mundo, nec in mũdum. Et in ſolo deo requieſcat per gaudium: quia ſi gaudium eſt, amor bene quieſcat: ſi deſiderium eſt, amor bene currat. Eſt enim amor (ſicut dictum eſt) dilectio cordis alicuius ad aliquid propter aliquid: deſiderium in appetendo, & in perfruendo gaudium, currens ad illud, requieſcens in illo. Hęc eſt ordinata caritas: & præter ipſam omne quod agitur: non ordinata caritas eſt: ſed inordinata cupiditas.

# INCIPIT EXpoſitio M. Hugonis de Sancto Victore ſup Regulã beati Auguſtini epiſcopi.

De Caritate dei & proximi. De vnitate cordiũ & communitate rerum.

Cap.I.

HÆc pcepta quæ ſubſcripta ſunt ideo regula appellãtur: quia videlicet in eis nobis recte viuẽdi norma exprimitur. A Regula aũt dicit: eo q recte regat: vel q recte doceat. Et qd nos dicimus regulã: gręci Canonẽ appellãt. Vñ etiã gręco noĩe canonici.i.regulares appellati ſunt hi q in monaſteriis cõſtituti iuxta regularia pcepta ſanctorũ patrũ canonice atq; apoſtolice viuunt, quibus dicitur.

HÆc ſunt q vt obſeruetis pcipimus in monaſterio cõſtitutis.

¶Ad hæc nobis diuina præcepta legũtur: B quatinus lecta intelligantur & impleantur. Metuẽda illa ſentẽtia qua dicitur. Luc.12. Seruus qui ſcit volũtatem domini ſui & nõ facit: plagis vapulabit multis. Roma.2 Hinc Paulus ait. Non eñ auditores legis, ſed factores iuſtificabuntur. Audiamus ergo ſacra præcepta pii dñi: & memores ſimus mandatorum ipſius ad faciendum ea. Quia ſicut dicit beatus Iacobus. Iaco.1. Si quis in lege perfectę perſpexerit libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. Et dominus in euangelio. Lucę.11. Beati qui audiũt verbum dei & cuſtodiũt illud. Igitur quæ præcipiunt̃ nobis in monaſterio conſtitutis humiliter attendamus.

Primũ propter qd in vnũ eſtis cõgregati, vt vnanimes habitetis i domo: & ſit vobis aĩa vna & cor vnum in deo.

¶Primo nobis ammonitio ſit de vnitate & cõcordia: C & tali cõcordia q in deo ſit. Nam cõcordia ad faciẽdum peccatũ



mala eſt. Cõcordia vero ad faciẽdũ bonũ: & ſectãdã iuſtitiã: & ſeruiẽdum deo bona eſt. Hoc eſt ppter qd in vnum ſumus congregati.ſ. vt i ſeruitio diuino vnum ſpũm & vnũ aĩm oẽs habeamus. Et ideo pcipit vt vnanimes habitemus in domo: & ſit nobis aĩa vna & cor vnũ in deo. Oportet eñ ſi in vnum cõgregati ſumus corporaliter: vt ſimul habitemus & ſpũaliter. Nõ eñ pdeſt ſi nos cõtinet vna domus, & ſeparat diuerſa voluntas. Plus enim attẽdit deus vnitatẽ animi q loci. Ecce in vna domo ſumus plures hoĩes: diuerſi mores, diuerſa corda, diuerſę aĩę. Hæc oĩa debet cõiũgere in vnũ vna intẽtio & vnus amor in deũ.

C Debemus ergo in hoc eſſe vnius animi & vnius volũtatis: vt ſeruiamus deo & diligamus deũ ex toto corde & ex tota aĩa: & pximũ ſicut nos. Neceſſaria itaq; eſt nobis virtus cõcordię: q ſic haberi poteſt ſi frater dũ venit ad monaſteriũ incipit ſe ſpoliare ppria volũtate, atq; illũ imitari qui ait. Ioan.6. Nõ veni facere volũtatẽ meã. Matt.26 Et iterũ. Pater non ſicut ego volo ſed ſicut tu. Hoc ẽ eñ qd maxime adducit cõcordiã ſi quiſq; nõ ſuã ſed alterius volũtatẽ facere ſtudeat in bono. Et hoc eſt magnę humilitatis indiciũ. Inde generat̃ obœdiẽtia: creſcit caritas & pax atq; iuſtitia, & eccleſię virtutes. q ſi volo facere volũtatẽ meã: & iſte ſuam: fiũt diuiſiones, oriunt̃ lites, irę quoq; & rixę: q ſunt opa carnis. Et ſicut ait Gala.5. Apl'us: q talia agunt regnũ dei non cõſequent̃. Sũt qdã in cõgregatione obſtinati in ſuo ſenſu, ſapiẽtes i oculis ſuis: nã qd i aĩo cõceperit hoc quaſi ex rõne defẽdũt: nec ſe aliis ſed alios ſibi applicari cõtẽdũt. Et ſi viderint ſibi nõ obtẽperari: ſtatim cõmouent̃ & pturbãt̃. Tales ſolẽt eſſe rebelles mãdatis ſeniorũ: plurimũq; in eis regnat paſſio iobœdiẽtię & impatiẽtię. Iſti nõ ſunt idonei ad Roma.1. cõcordiã. Nã iuxta Apl'i vocẽ euanuerũt in cogitationibus ſuis: & obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eorum. dicẽtes eñ ſe eſſe ſa D pientes ſtulti facti ſunt. Magna quippe obſcuritas cordis ẽ ſupbia: & valde ſtulta ſapiẽtia, eſt aliis ſe velle pferre. Quo 1.Cor.3. cõtra idẽ apl'us ait. Si qs videtur inter vos ſapiens eſſe: ſtultus fiat vt ſit ſapiẽs.

Stultus eñ ſapiens eſt: & ſcdm deũ magna ſapiẽtia eſt oĩbus ſe iudicare iferiorẽ. Eccli.3. Inde ſcriptũ eſt. Quãto maior es: tãto te humilia in oĩbus. Hinc dñs diſcipulos ſuos inter quos cõtentio erat qs eorum videret̃ eſſe maior: ſtatim ad humilitatis cõcordiã reuocat dicẽs. Matt.20 Qui maior eſt veſtrũ: erit ipſe veſter ſeruus. Et ipſe filius hoĩs nõ venit miniſtrari ſed miniſtrare, & animam ſuam dare redẽptionẽ pro multis. Ergo vnanimes habitemus in domo. Pſal.132. Bonũ eſt eñ & iocũdum deo habitare fratres in vnũ. Nec tam placẽt ei noſtra ieiunia, noſtrę orationes: q concordia. Ideo dicit in euangelio. Matt.5. Vade prius recõciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuũ. Ex quibus verbis patet: quia qui cõcordiã non habet oĩpotẽti deo ſacrificiũ offerre non valet. E Penſare ergo debemus quanta ſit apud deũ cõcordię virtus ſi ne qua nõ placẽt ipſa ſacrificia quibus delent̃ peccata. Et ſciendũ eſt: qa cũ ad conuerſionem venimus: contra diabolum certamen aſſumimus. Nihil eſt autem qd ipſe tantũ timeat: quantum caritatis vnitatem. Nam ſi diſtribuimus totum qd habemus propter deũ, hoc diabolus nõ timet: quia ipẽ nihil poſſidet. Si ieiunamus hoc ipſe nõ metuit, qa cibũ non ſumit. Si vigilemus inde nõ terret, quia ipſe ſomno non vtit̃. Sed ſi caritate cõiungimur: inde vehemẽter expaueſcit: quia hoc tenemus in terra qd ipſe in cęlo contempſit ſeruare. Hic eſt q ſãcta eccleſia terribilis eſſe vt caſtrorum acies ordinata deſcribitur: quia ſicut hoſtes timent quando aciẽ caſtrorum bene ordinatam & cõiunctam ad bellũ vident: ita nimirũ diabolus expaueſcit quando ſpirituales viros virtutum armis accinctos in vnitate concordię viuere conſpicit: victuſq; vehementer dolet cum eos per diſcordiam diuidere & penetrare non valet. Hinc de dño ſcriptum eſt. Pſal.75. Factus eſt in pace locus eius. Ibi confregit potẽtias, arcum, ſcutum, gladiũ, & bellũ. Ex qbus verbis patet q oĩa diabolica arma frangit concordia.

Et ſit vobis anima vna & cor vnũ in deo.

F ¶Hę ſũt primitię ſpũs quas ex primor
dio noſtrę cõuerſionis offerre oĩpotẽti
deo debemus,ſicut ipſa ſapientia pcepit
Prou.23. dicens.Fili da mihi cor tuum.Prius.n.
corde & voluntate trahimur ad deum.
Ergo ſi corpore ſeparamur a ſeculo:cor
de & aĩa iũgamur deo,vt poſſimus ve-
Pſal.72. raciter dicere.Mihi autẽ adhærere deo
1.Cor.6. bonũ eſt. Nam qui adhęret deo vn⁹ ſpi
ritus eſt cũ eo.Adhęreamus ergo ei vt
ſimus fortes per ipſum:vt ſimus vnũ in
Pſal.62. ipſo:& beati cum ipſo dicamus ei.Ad-
heſit aĩa mea poſt te. Caritas ſepat nos
a mũdo:& ipſa nos cõiũgit deo.Sic erit
nobis aĩa vna & vnũ cor in deo:ſi ex to
to corde & ex tota aĩa diligam⁹ deum.
1.Ioan.4. Deus eñ caritas eſt:& qui manet ĩ cari
tate in deo manet,& deus in eo. Et qa
caritas non quærit q̃ ſua ſunt,recte ſub
iungitur.

Et non dicatis aliquid propriũ : ſed ſint vobis omnia communia.

G ¶Non eñ debemus aliquid habere ꝓ-
prium aut quicq̃ dicere meum ſed no-
ſtrum:vt dicatur noſtra capa,noſtra tu
nica,noſtra domus,& in cæteris ſimili-
ter.Omnia enim in cõmuni debem⁹ ha
bere:& omnia cõmuni noĩe appellare.
¶Sed in hoc pẽſandũ eſt quanta diffe
rentia ſit inter carnales fratres & ſpũa
les. Nã illi qđ cõmune eſt eis diuidũt:
iſti qđ diuiſum erat in cõmuni ponũt.
Ibi quiſq; qđ ſuum eſt quęrit:iſti non q̃
ſua ſũt q̃runt ſed quę Ieſu Chriſti.Plus
ergo valet iſta ꝓpinquitas q̃ illa : quia
illa deficit,iſta creſcit.Illa habet diuiſi-
onem,iſta vnitatem.Illa tranſit cum ſe
culo:iſta permanet cum futuro.Ad hoc
enim ſimul modo in iſta domo viuim⁹:
vt poſtmodum in cæleſti regno manea
1.Ioan.3. mus.Filii dei ſum⁹(ait Apoſtolus)ſed
nondum apparuit quid erimus. Scim⁹
autem cũ apparuerit,ſimiles ei erimus
quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Et
Heb.13. Paulus. Non habemus hic manentẽ ci
uitatem ſed futuram requirim⁹. Ergo
non debemus habere ꝓpria ſed ſint no
H bis omnia communia.Partes ſibi faciũt
homines in hoc ſeculo.Alius argẽtum
& aurum:alii domos & familias : alius
nomen grande,potẽtiam & gloriã: Iſte
hoc:alius aliud,diuerſi diuerſo modo:
Pars vero piorũ eſt ipſe deus. Et nos ſi
volumus habere talẽ partem,talẽ hęre
ditatẽ vt eſt dñs: tales nos oportet ex-
hibere vt digni ſim⁹ eũ poſſidere & poſ
ſideri ab ipſo.Ergo ſi volumus in hære
ditatẽ poſſidere deũ: nihil debemus ha
bere extra deum. Nam nimis eſt auar⁹
cui nõ ſufficit deus. Qꝫ ſi quippiã ali-
quid q̃rim⁹, verbi grã aurũ argẽtũ poſ
ſeſſiones: cũ iſtis partib⁹ pars fieri dñs
dedignať. Verba ſunt beati Hierony.
Ego,inquit,nõ accipio hereditatẽ inter
ceteras tribus:ſed quaſi ſacerdos & le-
uita viuo decimis:& altari ſeruiens al-
taris oblatione ſuſtentor: habens victũ
& veſtitum his contẽtus ero. Beati.n. Matt.5.
pauperes ſpiritu:quoniam ipſorum eſt
regnum cęlorum. Et quia q̃diu hic vi-
uimus corporali neceſſitate indigem⁹,
recte ſubiungitur.

Et diſtribuatur vnicuiq; veſtrum a præpoſito veſtro vict⁹ & veſtimẽtũ.

¶Sic enim dñs voluit ordinari eccl'ias I
ſuas,vt alii vacarent ſpũalibus, alii eis
tẽporalia miniſtrarẽt.Et ideo alios vo-
luit eſſe præpoſitos:alios ſubditos. Prę
poſitorum officium eſt ſubditis corpo
ralia miniſtrare. Subditorũ miniſteriũ
eſt ſpiritualibus ſtudiis inſiſtere:lectio
ni,orationi,contemplationi vacare: in
pſalmis hymnis & cãticis ſpiritualib⁹
cæleſti dño deſeruire. Tãto ergo opus
eſt vt circa ſe ſolliciti⁹ viuãt:quãto eos
aliena cura non implicat.Conſtitutum
eſt a domino vt qui altari ſeruiunt de
altari viuant : dignus eſt operarius,ſi- Lucę.10.
cut ipſe ait,mercede ſua.Et ideo ſi viui
mus de annona Chriſti: & iuſtũ eſt vt
laboremus in ſeruitio Chriſti: & tũc di
gne mercedem accipimus ſi prius boni
operarii fuerimus. Dicit enim apoſto-
lus Paulus. Qui non vult operari non 2.Theſ.3
manducet. Qꝫ ſi non laboramus & mã
ducamus:tanto maioris criminis effi-
cimur rei,quanto dei beneficia ſuſcipi
mus indigni. Oportet ergo vt ſeruia-
mus ei a quo paſcimur,ſi ſine pericu- K
lo animæ volumus ſumere hoc quod
diſtribuitur : & tanto plus debemus
eſſe ſolliciti in bono opere : quanto



ea percipim⁹ ſine magno labore. Nam
quid mirũ ſi hi qui tẽporalibus occupã
tur minus ſtudioſe & religioſe viuunt
ſi frequenter in cogitationibus & ſer-
monibus atq; actionib⁹ ſuis offendũt?
Vſus enim ſeculi hominẽ ad peccatum
etiam quandoq; inuitũ trahit.Hi vero
quibus & cura mundi & occaſio peccã-
di deeſt: quãto min⁹ religioſe viuũt tã
to magis ſupnũ iudicẽ offendũt: nec ſi
ne graui periculo aĩæ etiã in minimis
negligentiis offendunt. Penſemus er-
go ad quid nobis victus & tegumentũ
tribuitur:vt ſit totum deſiderium no-
ſtrum,primũ quęrere regnum dei & iu
ſtitiam eius. propter quod hæc omnia
adiiciuntur nobis. Qualiter aũt diſtri
buendum ſit oſtenditur cũ ſubinferť.

Non æqualiter omnibus diſtribuatur,quia non æqualiter valetis oẽs: ſed potius vnicuiq; prout cuiq; opus fuerit.

Et hoc authoritate apoſtolica roborat dicens

Act.4. Sic enim legitis in actibus apoſtolorum,quia erant illis omnia cõmunia:& diſtribuebatur vnicuiq; ſicut vnicuiq; opus erat.

L ¶Hoc non eſt ita intelligendũ vt vni-
cuiq; quod opus erat ſic abũdanter diſ
tribuereť ꝙ non haberent indigentiã.
Act.4. Cũ eñ ſcriptum ſit ꝙ inter eos nullus
egens erat:ſcriptũ etiã legimus eſſe de
2.Cor.11. ipſis Apoſtolis ꝙ ſeruiebant deo in fa-
me & ſiti,in frigore & nuditate.Ex qui
bus verbis colligendũ eſt ꝙ multi cor-
pore indigent non animo. Sed q̃ ſemet
ipſos abnegant propter Chriſtũ:animi
virtute ipſam ſuperãt naturã.Dei nãq;
dilectio quæ fortis eſt vt mors,nõ ſolũ
illicita deſideria,verũetiã ipſos corpo-
rales & naturales extinguit affect⁹. In
primitiua quippe eccleſia tãta erat gra
tiæ ſpiritualis abũdãtia, vt non ſolum
modico contenti eſſent: ſed hoc ipſum
ꝙ nihil habebãt ꝓ ſummis delitiis de-
2.Cor.6. putarẽt.Vnde Apoſtolus ait.Nihil ha
bẽtes & oĩa poſſidentes.Hinc etiã qui-
Tobi.5. dam vir ſanctus ait. Sufficiebat nobis
paupertas noſtra vt diuitię computarẽ
tur.Itẽ ait Apoſtolus.Magn⁹ inqt quę-
ſtus eſt pietas cũ ſufficientia:habentes 1.Tim.6
inquit victũ & veſtitũ his contenti ſi-
mus.In huiuſmodi ergo non debemus
attendere voluntatem carnis:ſed vali-
tudinem naturę.Plus enim appetit car
nalis volũtas q̃ neceſſitas. Quãobrem
in eo quod dicitur, ꝙ vnicuiq; quod
opus eſt tribuatur:iſte modus ſeruan-
dus eſt quatinus ſic nutriatur caro vt
ſeruiat, & iterũ ſic reprimatur vt non
ſuperbiat: Sic ſeruetur neceſſitas natu
rę vt abſcĩdať ſupfluitas cõcupiſcẽtię.

Qui autem aliquid habebant in ſeculo quando ingreſſi fuerint monaſterium,libenter velint illud eſſe commune.

¶Hoc fecerunt primitiuę eccleſiæ fra- M
tres.Dignum enim eis videbatur:vt q̃
cõmunẽ habebant gratiã, cõmunẽ ha-
berent & ſubſtãtiã:Et quib⁹ vnus erat
ſpiritus,vnus eſſet & ſumpt⁹.Bene au
tẽ additũ eſt hoc verbum libenter : qa
hilarẽ datorẽ diligit deus.Libenter de 2.Cor.9.
bemus terrena dare vt poſſimus cæle-
ſtia comparare.Regnũ eñ cælorũ tãtũ
valet quantũ habes. Nihil vilius cum
emitur:nihil charius cũ poſſideť. Duo
ſunt quę relinqui oportet propter deũ
facultatẽ.ſ.poſſidendi,& voluntatẽ ha
bendi. Hinc eſt qđ dñs ait in euãgelio.
Qui nõ renũciat oĩbus quæ poſſidet Luc.14.
non poteſt meus eſſe diſcipulus.Et ite
rum.Qui vult venire poſt me:abneget Luc.9.
ſemetipſum.Illud pertinet ad ſubſtan-
tiam:hoc ad voluntatẽ.Non enim ſuf-
ficit exteriorẽ relinquere ſubſtantiam,
niſi interiorem abſcindamus concupi-
ſcentiam.Vnde & ſubditur.

Qui autem non habebant,nõ ea quærant in monaſterio quæ nec foris habere potuerunt.

¶Etiam illi qui nihil habebãt foris,ha N
bent intus qđ relinquere poſſunt pro-
pter deum.ſ.voluntatem habendi.Vn-
de ſcriptũ eſt.Nõ cõcupiſces. Plus eñ Exo.xx.
attendit affectũ deus q̃ cenſum. Hinc
ꝑ ſapiẽtẽ dicitur.Fili da mihi cor tuũ. Pro.23.
Qđ fieri non poteſt niſi prius carnalis
appetitus reſeceť. ¶Primũ ergo iube-

mur habita deſerere: deĩde terrena nõ
quęrere : vt poſtea liberius ad cæleſtia
poſſimꝰ anhelare. Et ne videretur pau
ꝑibus ſeculi q conuertuntur neceſſa
ria nõ debere miniſtrari:qa nihil in mo
naſterio quęrere ꝑcipiunt:ſubiũctũ eſt.

Sed tamen eorum infirmitati qđ
opus eſt tribuatur:etiam ſi pauper-
tas eorũ quando foris erãt, nec ipſa
neceſſaria poterat inuenire.

¶Siue enim diuites ſint ſiue pauꝑes:
ſiue nobiles ſiue ignobiles:quicunq; ac
cedũt ad ſeruitium Chriſti: iuſtum eſt
1.Tim.5. vt viuant de annona Chriſti.Dignꝰ eſt
enim operarius mercede ſua.

Tamen non ideo putent ſe eſſe fe
lices quia inuenerunt victum & te-
gumentum quale foris inuenire nõ
O potuerunt.

¶Multi enim ad cõuerſionẽ veniũt nõ
tam propter aĩæ ſalutẽ q̃ ꝓpter corpo
Phil.3. ris neceſſitatẽ:q nõ deũ colunt,ſed vẽ-
trẽ ſuũ, de qbus ait Apoſtolus. Quorũ
Ioan.6. deus venter eſt.Talibꝰ dñs dicit in euã
gelio.Amẽ dico vocis: quæritis me nõ
quia vidiſtis ſigna:ſed quia manduca-
ſtis ex panibus meis.Horum taliũ tota
eſt intentio atq; felicitas vt bene paſcã
tur:bene veſtiant̃:& bene ſit eis tẽpora
liter. Et qa terrena appetũt cæleſtibus
Matt.6. priuantur.Receꝑrũt eñ(ſicut dominꝰ
ait)mercedẽ ſuã. Vnde ſummoꝑe ca
uendũ eſt, ne tẽporalibus adhęreamus
Pſal.lxi. bonis.Ideo Pſal.nos admonet dicẽs.Di
uitię ſi affluãt nolite cor apponere.Ter
rena qdẽ nobis in vſu eſſe debẽt : cæle-
ſtia aũt ĩ deſiderio.Eſt eñ quędã admi
rabilis & magna multitudo dulcedi-
nis dei quã habet in ſe: de qua dictum
1.Cori.2. eſt.Quia oculus nõ vidit nec auris au
diuit:nec in cor hoĩs aſcẽdit quæ ꝑpa-
rauit deꝰ diligẽtibꝰ ſe.Vnde ſcriptum
Pſal.16. eſt. Satiabor cũ apparuerit gloria tua.
Illa ergo ſatietas debet eẽ nr̃a felicitas.

¶De Humilitate. Cap.II.

NEc erigant ceruicem,
quia ſociantur eis ad
quos foris accedere
non audebant: ſed ſur
ſum cor habeãt & ter
rena vana non quærant: ne incipiãt
monaſteria diuitibus eſſe vtilia nõ
non pauperibus,ſi diuites illic hu-
milientur & pauperes inflantur.

¶Ceruicem erigere ſignũ ſuperbiæ eſt. P
Si ſuperbis angelis non fuit vtile cęlũ:
cõſtat quia ſupbis hominibus non erit
vtile monaſterium. Et ſi ſanctus ſit lo-
cus,ſi ſanctus ſit habitus, ſi ſancta ope-
ra videant̃:totũ ex vitio ſuperbię inu-
tile habebitur.Superbia eñ caſum ha-
bet. Ideo ſanctus Dauid orat ad dñm:
vt nõ veniat ei pes ſupbiæ: qa ibi ceci- Pſal.35.
derunt q operant̃ iniqtatẽ:expulſi ſunt
nec potuerũt ſtare. Quo contra vtilia
ſunt humilibꝰ monaſteria. Ipſi.n.ſunt
docibiles dei:ſicut ſcriptũ eſt. Docebit Pſal.24.
mites vias ſuas.Itẽq;.Qui emittit fon-
tes in cõuallibus.i.gratiã ſuam pręſtat
humilibus. Ipſi quidẽ bona quæ faciũt
nõ amittunt:qa cuſtodem virtutũ hu-
militatẽ nõ deſerũt. Et quia iuxta euã
gelicũ præceptũ recũbũt in nouiſſimo
loco, & ſecundũ ꝓphetam eligunt ab-
iecti eſſe in domo domini:ideo ab ipſo
merentur exaudiri ſicut ſcriptum eſt.
Omnis qui ſe exaltat humiliabitur:Et Luc.18.
q ſe humiliat exaltabitur. Et iterũ.Su- 1.Pet.5.
ꝑbis deus reſiſtit : humilibus autem
dat gratiam.

Rurſus etiam illi qui aliquid vi-
debantur eſſe in ſeculo non habeãt
faſtidio fratres ſuos qui ad illã ſan-
ctam ſocietatem ex paupertate ve-
nerunt. Magis autem ſtudeant non
de parentũ diuitũ dignitate: ſed de
pauperũ fratrũ ſocietate gloriari.

¶Sũmoꝑe cauere debent fratres q ad Q
ſanctã ſocietatẽ & cõmunẽ vitã vene-
rũt vt non habeat alter alterũ faſtidio
q̃uis eo ditior ſit:ſiue nobilior:ſiue ſa-
pientior. Quoniam ſicut dicit Apoſto
lus.Infirma mũdi elegit deus & igno-
bilia & contemptibilia: vt non gloriet̃ 1.Cor.1.
omnis caro in cõſpectu eius.ſ.neq; po-
tens in potentia ſua:neq; ſapiens in ſa
pientia ſua:neq; diues in diuitiis ſuis.
Nõ eñ eſt perſonarum acceptio apud
deum. Nã idem dominus diues in oẽs
qui inuocant eum.Bene aũt non de di



gnitate diuitum parẽtũ: ſed de ſocieta
te pauꝑũ fratrum ꝑcipimur gloriari:
quoniã ipſe qui diues eſt in gloria ſua
pauꝑ factus eſt pro nobis.Non diuiti
bus ſed pauꝑibus dignatus eſt ſocia-
ri:vt & nos pauꝑes ſimus ꝓpter ipm̃:
quoniã pauꝑibus ꝓmiſſum eſt regnũ
cælorum. Gloriari quidem de diuitiis
ꝑtinet ad vanitatem mundi: de pau-
ꝑrtate vero gloriari ꝑtinet ad beati
tudinem.

Nec extollantur ſi cõmuni vitæ
aliquid de ſuis facultatibus contu-
lerint: nec de ſuis diuitiis magis ſu
perbiãt,quia eas monaſterio partiũ
tur,q̃ ſi in ſeculo fruerentur.

R ¶Ex pręcedenti ſententia & iis quę ſe-
quunt̃,nobis duo genera ſuperbiæ deſi
gnantur.Vnum carnale,aliud ſpiritua
le. Nam pauꝑes faſtidire & de nobi-
litate gloriari ad ſuꝑbiam pertinet
quæ inter homines ſeculares frequen-
ter ſolet euenire. De oꝑribꝰ miſericor
dię ſe extollere ſuꝑbia ſpũalis:quę ſo
let etiam ſpirituales corrumꝑere. Ma-
gis autem timẽda eſt ſuꝑbia ſpiritua
lis q̃ carnalis:quia ſe extollere de bono
oꝑre aut de virtute,ab alto cadere eſt.
Et quanto altior eſt aſcenſus:tãto ꝑri
culoſior eſt caſus. Dominꝰ dicit in euã
Matt.6. gelio.Cũ facis eleemoſynã, neſciat ſini
ſtra tua quid faciat dextera tua : vt ſit
eleemoſyna ĩ abſcõdito: & ille q videt
in abſcondito reddet tibi. Per dexterã
recta oꝑatio:ꝑ ſiniſtram fauor mun
di atq; elatio deſignatur.Ex his verbis
admonemur vt recta quæ agimꝰ abſcõ
dere ab elatione ſtudeamꝰ:alioqn mer-
cedem non habebimus apud patrẽ no-
ſtrum.Deinde oſtendit quantum ſit vi
tium ſuꝑbiæ,cum ſubiungit.

Alia quippe quæcunq; iniquitas
in malis operibus exercetur vt fiãt:
ſuperbia vero etiam bonis operibꝰ
inſidiatur vt pereant.

S ¶Ex hoc apparet qa cæteris vitiis ma
ior eſt ſuꝑbia.Per vitia enim & virtu
tes exterminat humanã mentem.Sup-
bia deo & hominibꝰ odibilis eſt:de qua
Eccli.x. ſcriptum eſt.Initium omnis peccati ſu
ꝑbia.Prima eſt in ꝑccando:vltima re
manet in conflictu. Nam cum ſeruus
dei cætera vitia ſuꝑrauit:& iã ad vir-
tutum alta conſcenderit: adhuc habet
pugnam contra ſuꝑbiã, quam niſi ex
pugnauerit in cæteris fruſtra labora-
uit. Cum ergo foris bona agimus,intꝰ
cor ab elatione cuſtodiamus:quia nul-
la deo placet cũ ſuꝑbia oꝑratio. Vn-
de ſcriptura nos admonet dicens.Om̃i Prou.4.
cuſtodia cuſtodi cor tuum: quia mors
& vita ab ipſo procedit.

Et quid prodeſt diſpergendo da-
re pauperibus & pauperem fieri:cũ
anima miſera ſuperbior efficitur di
uitias cõtẽnẽdo q̃ fuerat poſſidẽdo?

¶Non prodeſt nobis noſtra relinquere T
niſi relinquamus & nos.Non enim di-
cit dominus.Beati pauperes rebus:ſed Matt.5.
beati pauperes ſpiritu : quoniã ipſorũ
eſt regnũ cęlorum.De contemptu rerũ
quiſq; debet eſſe humilior non ſuper-
bior:& melius eſſet vt eas in ſeculo re-
tineret q̃ ſic relinqueret vt inde in mo
naſterio ſuperbiret.Sicut ergo illa ani
ma eſt beata quæ ſua propter dñm pau
peribꝰ diuidit vt humilietur:ita eſt il-
la miſera quæ inde extollit̃.Infelix ꝓfe
cto eſt q per iter virtutũ tendit ad vi-
tia:& vnde ꝓmiũ habere debuit, inde
tormẽtũ incurrit. Oĩs quippe ſuperbꝰ
tanto in imo eſt, quanto in altũ ſe eri-
git:tantoq; ꝓfundius labit̃,quanto ex-
celſius eleuatur.Reſecatis quibuſdã vi
tiis ad vnanimitatem redit quã primo
commendauit dicens.

Om̃es ergo vnanimiter & cõcor-
diter viuite,& honorate ĩ vobis deũ
inuicem,cuius templa facti eſtis.

¶Vnanimiter viuimus ſi vnũ in deo V
animũ habeamus: quẽadmodũ primiti
ua eccleſia,cui cor erat vnũ & anima
vna.Qđ ait vnanimiter,ꝑtinet ad vo-
luntatem:Qđ vero ſubdit cõcorditer,
pertinet ad bonos mores. Hic eſt rectꝰ
ordo viuẽdi.primũ vt ſit volũtas vna:
deinde cõcors vita.Frater q vult con-
corditer viuere,priꝰ debet prauos mo
res deponere,ne ſit ꝑuerſus,inordina-
tus,indiſciplinatꝰ: ne anxietate ſua cæ
teros premat. deinde ita debet librare

actus ſuos & totã vitã ſuã: vt cõcordare poſſit ſcdm deũ cũ qbus viuit. Sunt ergo nõnulli q poſtq̃ ſeculũ relinquũt ꝓprias volũtates ſequi volunt. Et rurſus ſunt pleriqꝫ qui in ſuis actibus appetũt ſecularibus apparere. Ideo dictũ eſt: Oẽs ergo vnanimiter & concorditer viuite. Deũ aũt in nobis inuicẽ honoramus: ſi nos inuicẽ ꝓpter ipſum diligamus: ſi pręcepta eius ſollicite cuſtodimus: & efficimur ſanctũ templũ eius per inhabitationem ſpũs eius in nobis. Noſtrum eſt deũ honorare: dei eſt nos inhabitare & illuſtrare per gratiam.

Nec extollantur ſi cõmuni vitæ aliquid de ſuis facultatibus contulerint: &c. vſqꝫ fruerentur.

X ℂMelius eſt res ſuas in ſeculo tenere: q̃ eas ita in monaſterio diſtribuere vt velint ſe inde extollere. Nam ſi extollũtur, deiiciuntur. Quiſquis enim in eo qđ bene agit intumeſcit: eo ipſo tramite quo proficit cadit. Bona qppe actio cũ elatione nõ eleuat ſed grauat. Beata eſt ergo illa anima quæ poteſt dicere cũ ꝓpheta. Pſal.130. Dñe non eſt exaltatũ cor meũ: neqꝫ elati ſunt oculi mei: neqꝫ ambulaui in magnis, neqꝫ in mirabilib⁹ ſuper me. Felix plane eſt qui nõ habet occultam ſupbiam in corde, nec apertam corpore, nec ĩ vultu, nec in habitu, neqꝫ in ſermone, neqꝫ in opere, neqꝫ in cæteris motibus ſuis. Et ſi nõ ambulat ĩ magnis, id eſt ſi ſe non reputat inter magnos ꝙ nobilis fuerit aut potẽs, aut ꝙ diuitias ſuas cõmuni vitæ contulerit: aut ꝙ ĩ aliquo officio ſit vtilis. Et ſi nõ ambulat in mirabilibus ſuper ſe: vt de religione & ſanctitate deſuper a deo ſibi collata nõ velit apparere tãq̃ admirabilis atqꝫ laudabilis. Raro tñ inuenit aliquis q ex his aliquã cõmotionẽ non Y habeat. Vt aũt iſta oĩa ſupbię genera poſſit ſeru⁹ dei ſuperare: ſemp de ſe debet hũiliter ſentire & nõ exaltare animã ſuã: ſed in humilitate reprimere: iu- Eccli.3. xta qđ ſcriptũ eſt. Quanto maior es, tãto humilia te in oĩbus. Valde eñ timẽda ſunt verba q̃ ſequunť. Alia enim quęcũqꝫ iniqtas &c. Auaritia eñ nõ exerceť niſi in malis opib⁹: Luxuria nõ exerceť niſi in malis opib⁹: ſimiliter & cætera vitia. Sola ſupbia etiã bonis opib⁹ inſidiať vt pereãt. Ideo phariſſeus pdidit bona ſua: qa ſe egiſſe iactãter pertulit. Aug. Sunt qdã q de contẽptu vanę glorię vanius gloriãť. Similiter ſunt pleriqꝫ qui de contemptu diuitiarũ vanius extollunť, de qbus ſubiungitur.

Et quid prodeſt diſpergendo dare pauperibus & pauperẽ fieri: cũ anima miſera ſuperbior efficiť diuitias cõtemnendo q̃ fuerat poſſidendo?

ℂAcſi aperte diceret. Quid ꝓdeſt pau- Z pertas cũ ſuperbia? Melior eſt diues humilis q̃ ſuperbus paup. Melior eſt peccator humilis q̃ iuſtus elat⁹. Debet ergo in omnibus eſſe ſeruus dei ꝓuidus & circũſpectus. primũ ne mala agat: deinde ne bona negligat: poſtmodũ ne in bonis quæ facit intumeſcat: quia tunc ſũt veraciter bona quę agim⁹, ſi ea ſemper in humilitate cuſtodimus. Et tunc veraciter ſum⁹ pauperes Chriſti, ſi humiles ſumus ꝑ amore Chriſti. Et beati pauperes ſpiritu: quoniã ipſorũ eſt regnũ cęlorũ. Vnde aperte ſubiungitur.

Omnes ergo vnanimiter & concorditer viuite: & honorate in vobis deũ inuicẽ cuius tẽpla facti eſtis.

ℂPaupertas quippe & humilitas generãt caritatẽ. Caritas vero vnitatem nutrit: vnitas vero & cõcordia efficiunt nos tẽplũ dei. Et tũc veraciter deũ honoramus: qñ vnanimiter & cõcorditer viuim⁹. Tũc eñ oſtẽdim⁹: qa ſum⁹ diſcipuli Chriſti: ſi tenemus vnitatẽ caritatis Chriſti. Hinc eſt qđ dñs ait. In hoc Ioan.3. cognoſcẽt oẽs, qa mei eſtis diſcipuli: ſi dilectionẽ habueritis ad inuicem.

## De oratione & ieiunio. Cap. III.

ORationibus iſtate horis & tẽporibus conſtitutis.

ℂAnte tẽpus orare eſt A ꝓuidẽtia. In tẽpore cõſtituto orare eſt obœdiẽtia. Tẽpus orãdi pręterire eſt negligentia. Tanto crebrior debet eſſe oratio: quãto vtilior. Inſtanter & ardẽter orare debemus. Magna eñ ſunt bona quę ꝓmittit nobis deus. Nã oculus nõ



vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcẽdit quæ ꝓparauit de⁹ diligẽtib⁹ ſe. Nõ vult bona ſua quęrẽdi & inueniendi facilitate vileſcere. Precioſa & deſiderabilis merces auidũ negociatorẽ inquirit. Ideo nos dñs hortať in euange- Matt.7. lio dicens. Petite & dabitur vobis: quęrite & inuenietis: pulſate & aperieť vobis. Non enim ocioſis, tepidis & negligentibus promittiť regnũ dei: ſed ſicut Matt.11. dicit ſcriptura. Regnũ cęlorũ vim patitur, & violẽti rapiũt illud. Amat deus inſtantiã & importunitatẽ in prece. Si magna ſunt bona: nõ debẽt eſſe deſideria parua. Cũ magnitudine ꝓmiorũ cõcordare debet magnitudo deſideriorũ. B Q; ſi ad primas lachrymas nõ exaudit dñs: nec ſic quidẽ a quęrendo & pulſando deſiſtendũ eſt: Sed tanta poti⁹ perſeuerandũ inſtantia tãtoqꝫ obſtinato clamore frequentãdus eſt ſaluator: donec impleat orantis deſideriũ. Q; ſi qſq̃ noſtrum cõſcientiam ſuam vel cogitationẽ ſuam aut actionẽ vitiorũ ſorde ſentit inquinatã: miſericordiã redemptoris continuis debet flagitare lamentis, ſanctorũqꝫ interceſſiones & auxilia poſtulare. ꝙ ſi ad exemplũ Cananeę mulieris in orando perſiſtamus, fixiqꝫ maneamus: aderit gratia redemptoris noſtri quę cũcta in nobis errata corrigat: immũda ſanctificet: turbulenta ſerenet. Fidelis eñ & iuſtus eſt vt remittat nobis peccata noſtra, vt emundet nos ab omĩ iniquitate, ſi ad illũ ſedula mentis voce clamemus. Et vt ſecrete & qete poſſint orare fratres: ideo ſubiungitur.

In oratorio nemo aliquid agat niſi ad quod factũ eſt, vnde & nomen accepit: vt ſi etiã forte aliqui pręter horas conſtitutas (ſi eis vacat) orare voluerint: non eis ſint impedimẽto qui ibi aliqđ agẽdũ putauerint.

C Matt.21. ℂIdeo dominus noſter vẽdẽtes & emẽtes eiecit de templo dicens, Dom⁹ mea domus orationis vocabitur: vt doceat in dominica domo, nihil aliud eſſe agẽdum q̃ orandum. Ad hoc eñ omnis eccleſia conſtituitur vt in ea oretur. Ipſa eñ eſt dom⁹ dei & porta cæli. Ibi peccatores reconciliantur, & iuſti ſanctificãtur: Ibi explenť diuina myſteria, & tractantur cęleſtia ſacramẽta. Vnde Salomon ait. Domine ſi cõuerſus fuerit po- 3.Reg.8. pulus tuus & orauerit ad ſanctuariũ tuũ: tu exaudies eos & dimittes peccata eorũ. Et ideo ſummopere cauendum eſt ne aliquid in ſanctuario fiat qđ aut oculos diuinę maieſtatis offendat, aut ibi orare volẽtes impediat. Qualiter autẽ orare debemus oſtẽdiť cũ ſubinferť.

Pſalmis & hymnis cũ oratis deũ: hoc verſetur in corde quod proferatur in voce. D

ℂPſallentiũ in eccleſia mẽs cõcordare debet cũ voce, vt impleať illud Apoſto- 1.Cor.14. li. Pſallã ſpũ: pſallã & mẽte. Orãdi pſeuerãtia: ita ſolũ mereť eſſe fructifera: ſi qđ ore ꝓcamur, hoc mẽte meditemur. Sępe nãqꝫ oram⁹ & alibi mẽte intẽdim⁹: nec ipm qđ dicim⁹ recolim⁹. Sed illã de⁹ nõ exaudit oṙonẽ, cui q orat nõ ĩtẽdit: qđ inſtinctu diaboli ſępe fieri ſolet. Sciens aũt vtilitatẽ orãdi, & nobis ĩuidẽs gratiã impetrandi: ĩmittit orãtib⁹ cogitationũ tumult⁹ vt mẽtẽ ab oṙone diuidat & fructũ oṙonis tollat. Cõtra cui⁹ militiã debemus habere mẽtis cõſtantiã: vt quãto plus cogitationum turba nos ĩpugnat, tãto robuſtius mens nr̃a in ſui ſtatus rectitudine fixa ꝑmaneat. Multũ eñ iuuat ad oṙonis puritatẽ ſi in omĩ loco & tpe nos ab actib⁹ illicitis tẽperem⁹: ſi ſemp ab ocioſis ſermonib⁹ auditũ pariter caſtigem⁹ & linguã: ſi in lege dei ambulare & teſtimonia eius aſſueſcam⁹ toto corde ſcrutari. Quęcũqꝫ ſępius agere, loq, audire, ſolemus: eadẽ neceſſe eſt ad animũ quaſi ſolitam propriamqꝫ recurrant ſedem.

Et nolite cantare niſi qđ legitis eſſe cantandũ. Quod aũt ita ſcriptũ eſt vt non cantetur: non cantetur.

ℂNõ.n. decet vt cant⁹ eccľiaſtic⁹ fieri E debeat ſcdm arbitriũ diuerſoꝝ: ſed firmiter ſeruãdũ eſt ſcđꝫ ſcripta & iſtituta maioꝝ. Siľr cęterę cõſuetudines monaſterii cũ authoritate & diſcretiõe ordinãdę ſunt. Si qd autem mutari oportet aut cõſtitui: nõ debet hoc cito fieri aut leuiter: nec arbitrio tm̃ duorũ vel triũ: ſed cõuocatis fratrib⁹ ſicut ſanior

pars canonicę congregationis decreue
rit ordinandũ eſt. Et ſciendũ ꝙ autho
ritas eccleſiaſtica in oĩbus magis imitã
da eſt q̃ ratio: qm̃ authoritas ſemp obœ
diẽtię & humilitatis eſt: ratio vero nõ
nunq̃ pręſumptionis. Hoc aũt ſeruan
dũ eſt in ordine vt ſemp maturitas ac
grauitas teneat. Nunqd leuitate vſus
2. Cori. 1. ſum (ait Apl's) vt apud me ſit eſt & nõ?
Honeſtũ quippe eſt & religioſum nõ fa
cile quicq̃ aut leuiter variare.

Carnem veſtram domate ieiuniis
& abſtinentia eſcę & potus, quantũ
valitudo permittit.

F ¶Caro qdem concupiſcit aduerſus ſpi
ritum, & ſpũs aduerſus carnem: ſed ne
caro poſſit pręualere, ſpirituales viri ꝑ
virtutem ſpiritus eandẽ concupiſcen
tiã debent reprimere: quia qñ caro do
matur, ſpũs roborat. Sed cũ adiũgitur
quantũ valitudo ꝑmittit: virtus diſcre
tionis cõmẽdat. Pereunt enim ipſa bo
na niſi cũ diſcretione fiãt. Tm̃ ergo de
bet quiſq; carnẽ ſuã domare ꝑ abſtinen
tiã: quantum valitudo ꝑmittit naturę.
Qui carnem ſuã ſupra modũ affligit: ci
uẽ ſuũ occidit. Si plus q̃ oportet alimẽ
tis reficit, hoſtẽ nutrit. Sic ergo nutriẽ
da eſt vt ſeruiat: ſic domãda vt non ſu
ꝑbiat. In omni abſtinẽtia hoc ſemꝑ
attendendum eſt vt vitia extinguan
tur non caro.

Quando autem aliquis non po
teſt ieiunare: non tamen extra horã
prandii aliquid alimẽtorum ſumat:
niſi cum ægrotat.

G ¶Primũ vitiũ ex octo principalibus vi
tiis eſt gula. Tentatio huiꝰ vitii aliquã
do fit de paruis rebus & vilibus. Nam
primus homo tentatus eſt non de por
co, ſed de pomo: Eſau nõ de gallina, ſed
de lẽticula: Saluator noſter nõ de car
ne ſed de pane. Sunt aũt huiꝰ vitii tria
genera. Vnũ genus eſt quãdo cibo vel
potu qs immoderate vtitur. Alterũ ge
nus eſt qñ nimis delicatũ cibum vel po
tũ quis deſiderat. Tertiũ genus quãdo
extra horam cibum vel potum vult qs
ſumere. Extra horam credimꝰ eſſe vſq;
ad tertiam. Nam vſq; ad iſtam horã nõ
decet fratrẽ comedere aut bibere niſi
ęgrotet. Ægrotanti om̃i hora licet. In
firmis em̃ non eſt lex poſita. Non ieiu
nantibus nec tamen infirmantibus re
ctam horam reficiendi intelligimus ab
hora tertia vſq; ad ſextam: Ieiunantibꝰ
vero ab hora nona vſq; ad veſꝑã. Cũ
Apoſtolus p̃cipiat vt omnia honeſte & 1. Cor. 14.
ſecũdũ ordinẽ fiant. Nec tm̃ cibo & po
tu tẽꝑate vti oportet: ſed etiã horas
cõſtitutas obſeruare: ne cui de vita no
ſtra prębeamus offendiculũ. Valde em̃
indecens eſt ſi nos reprehenſibiliter vi
uimus: qui formam recte viuendi aliis
demonſtrare debemus.

¶De refectione vtriuſq; hominis.
Cap. IIII.

CVm acceditis ad mẽ
ſam, donec inde ſur
gatis, qđ vobis ſecũ
dũ conſuetudinẽ le
gitur ſine tumultu
& cõtentionibus audite: ne ſolę vo
bis fauces ſumant cibum, ſed & au
res eſuriant dei verbum.

¶Illi eſuriunt dei verbum qui deſide H
rant audire. Multi ſacram lectionẽ au
diunt, qui tamen ab ipſa lectione vacui
recedũt: nullũ ibi affectum habent: nul
lum saporẽ ſentiunt: quicquid audiũt
facile amittũt. Iudicium eſt illis audi
re qđ audiunt. Quo contra ſcriptũ eſt.
Beati q eſuriũt & ſitiũt iuſtitiam: quo Matt. 5.
niã ipſi ſaturabuntur. Ideo ſaturabunt
qa prius eſurierũt. Eſuriẽdo em̃ hõ di
gnus efficit vt poſtmodũ ſatiet. Primũ
ergo p̃parare debemus cor noſtrum ad
eſuriẽdũ & deſiderãdũ verbũ dei. ade
rit diuina gratia quæ nos intus ꝑfun
dat, & dulcedine atq; ſapore ſpũali refi
ciat: & delectet nos cãtare: q̃ dulcia fau
cibꝰ meis eloqa tua dñe ſuper mel ori Pſal. 118.
meo: & Bonũ mihi lex oris tui ſup mil
lia auri & argẽti. Nõ ſolũ debemꝰ eſſe
participes mẽſę corporalis ſed ſpũalis:
nec tm̃ ſumere cibũ corporis ſed aĩę. Et
quãto melior eſt anima q̃ corpus: tãto
amplius nos delectare debẽt alimenta
animæ q̃ corporis. Quotiens nobis di
uina ſcriptura legit aut exponit: cogi
tare debemꝰ, qa eſca ſpiritualis eſt quæ
a deo nobis mittit ad reficienda corda



noſtra ne deficiamus in via: & ad robo
randos nos cõtra tẽtationes diaboli &
ꝑicula huius ſeculi. Talem cibũ nos
oportet inceſſanter eſurire atq; in mẽ
te iugiter retinere: vt poſſimus dicere
Pſal. 118. cũ propheta. In corde meo abſcõdi elo
quia tua vt non peccẽ tibi. Qui in cor
de ſuo ſacrũ eloquium abſcondit: vita
lis ei cibus aĩæ eſt: q a morte. i. a pecca
to defendit: & inſuꝑ ad vitam ęternã
ꝑducit. ¶Iam quid de infirmis ſubiũ
gat audiamus.

Qui infirmi ſunt ex priſtina con
ſuetudine ſi aliter tractantur in vi
ctu: non debet aliis moleſtum eſſe,
nec iniuſtum videri eis quos aliqua
conſuetudo fecit eſſe fortiores.

¶Acſi aꝑte dicat, fortiores nõ debent
cõtriſtari ſi infirmos vidẽt miſericor
dius tractari: immo qa fortiores ſunt
in ſe debent abſtinentię ſeruare rigorẽ
& alioꝝ imbecillitatẽ ęquanimiter por
tare per compaſſionem.

Nec illos ditiores putẽt: quia ſu
munt quod non ſumunt ipſi: ſed ſibi
potius gratulentur, quia valent qđ
non valent illi.

I ¶Melius eſt enim abſtinere q̃ plus ſu
mere. Nam illud eſt virtutis: hoc infir
mitatis. Gratulari qſq; ſibi debet q do
no gratię diuinę tam ſanus eſt & vali
dus vt poſſit ſibi ſufficere cõis aliorũ
cibus & potus: qui nihil delicatũ quæ
rit, nihil ſupfluũ. Quanto enim quiſq;
minus apꝑit, quanto arctius viuit: tã
to beatior exiſtit. Arcta enim & angu
ſta eſt via quę ducit ad vitam. Gaude
at igitur qui poteſt parce viuere pro
pter Chriſtũ. Parca em̃ vita occidit vi
tia: libidinem extinguit: virtutes nu
trit: animum roborat: mentem ad cæle
ſtia ſubleuat.

Et ſi eis qui venerunt ex moribus
delicatioribus ad monaſterium ali
quid alimentorũ, veſtimẽtorũ, operi
mentorum datur, quod aliis fortio
ribus & ideo felicioribus non da
tur: cogitare debent quibus non da
tur, quantũ de ſua ſeculari vita illi
ad iſtam vitã deſcẽderint: q̃uis vſq;
ad aliorum qui ſunt corpore firmio
res frugalitatem peruenire non po
tuerint.

¶Quare hic debent cogitare? ſcilicet
vt ex ratione cognoſcant: quia iuſtum
eſt vt hi qui plus deſcenderũt plus ac
cipiant. Et cum hoc iuſtum eſſe cogno
uerint: non velint omnes accipere qđ
paucos viderint accipere. Tolerãdi em̃
ſunt qui minus poſſunt. Et hoc eſt qđ
ſubiungit.

Nec debent omnes velle qđ pau
cos vident amplius, nõ quia hono
rantur, ſed quia tolerant, accipere:
ne contingat deteſtãda peruerſitas:
vt in monaſterio vbi quantum poſ
ſunt fiunt diuites laborioſi, fiãt pau
peres delicati.

¶Valde quippe deteſtabile eſt: vt ibi fi K
at pauꝑ delicatus: vbi fieri apꝑit di
ues laborioſus. i. abſtinens. Qđ tamẽ ſę
pe videmus fieri in pluribus vel con
tingere. Multi enim quanto nobiliores
& delicatiores fuerint in ſeculo: tanto
poſtmodũ abiectius & diſtrictius viuũt
in monaſterio. Et plęriq; quanto abie
ctiores & pauꝑiores fuerũt: tãto plus
deinde in monaſterio extollentiã & de
licationes quærunt. Sed ſicut diximus
valde deteſtabile & peruerſum eſt ibi
pauꝑem delitias quęrere, vbi diues ꝑ
amore dei abſtinendo nititur laborare.
Ille ſeruit vẽtri, iſte ſpiritui: ille per la
tam & ſpacioſam viam tendit ad pœ
nam: iſte ꝑ arctam & anguſtam viam
tendit ad gloriam.

De infirmis procurandis. Cap. V.

SAne quemadmodũ ę
grotãtes neceſſe ha
bent minus accipere
ne grauentur: ita &
poſt ægritudinẽ ſic
tractandi ſunt vt citius recreentur
etiã ſi de humillima ſeculi paupta
te venerint, tanq̃ hoc illis contule
rit recentior ægritudo quod diuiti
bus anterior conſuetudo.

L ℂSed quædã ęgritudines ſunt in qbus
ſi cibus ſumitur nõ iuuat ſed grauat:
& tunc neceſſe habent ęgrotantes mi-
nus accipere ne grauẽtur.Expoſita au-
tem ęgritudine ſic tractandi ſunt vt ci
tius recreentur. Et in hac recreatione
fratrũ non debet eſſe acceptio ꝑſona
rũ:non debet cõtemni humillima pau-
ꝑtas in his quę poſtulat humana ne-
ceſſitas,cũ hoc eis tribuat recens ęgri-
tudo qđ diuitibus anterior conſuetu-
do.Qui enim miſericors eſt in aliũ:deꝰ
miſericors eſt in illum. Vnde ipſe ait.
Matt.5. Beati miſericordes: quoniã ipſi miſeri
cordiã conſequentur.Beatus quoq; Io
1.Ioan.3. annes dicit. Qui viderit fratrẽ ſuũ ne-
ceſſitatem habere & clauſerit ab eo vi
ſcera ſua: quomodo caritas dei manet
in eo?Si ergo caritatẽ dei volumus ha
bere:debemus in fratribus noſtris miſe
ricordię opera exercere. Qđ cũ agimꝰ:
proculdubio ei ſeruimus q electis ſuis
dicturus eſt in iudicio:Infirmus fui &
Matt.25. viſitaſtis me: eſuriui & dediſtis mihi
mãducare:&c.his ſimilia.Quibus mer-
ces inde impendit: cum dicitur.Perci-
pite regnũ qđ vobis paratũ eſt ab ori-
gine mundi. Cũ ergo fratribus noſtris
propter deum ſeruimꝰ:ipſum regnum
cælorũ requirimꝰ. Etſi opera ſunt trãſi
toria:merces tamen manet æterna.

Sed cum vires priſtinas repara-
uerint,redeant ad feliciorem cõſue-
tudinem ſuam.

ℂFelix conſuetudo eſt carnalia deſide
ria quæ militãt aduerſus animã abſcin
dere:felix conſuetudo eſt abſtinere: fe-
lix conſuetudo corpus ſuum caſtigare
& in ſeruitutem redigere.

Quæ famulos dei tãto amplius
decet quanto minus indigent: ne ci
bi eos teneat voluptas iam vegeta
tos,quos neceſſitas leuarat ĩfirmos.

M ℂAd leuandam infirmitatem neceſſa-
rium eſt carnis curam agere:quę vide-
licet caro poſtq̃ vegetata fuerit opor-
tet eãdem curam carnis reſecare ne fa-
mulos dei teneat cibi voluptas: ne ſer
uiant gulæ qui debent animæ deſerui-
re.Quanto ergo minus indigent: tan-
to amplius decet ne cibi eos voluptas
teneat: ne gulę vitiũ aĩæ virtutes tol-
lat.Nullus palmã ſpiritualis certami-
nis apprehendit: qui non in ſemetipſo
prius per afflictam ventris concupiſcẽ
tiam carnis incentiua deuicerit. Neq;
enim ad cõflictum ſpiritualis certami
nis aſſurgitur:ſi non prius intra noſ-
metipſos hoſtis poſitus gulæ videlicet
appetitus edomatur:quia ſi non prius
ea quæ nobis viciniora ſunt proſterni
mus:inaniter ad ea quę longe ſunt im
pugnanda trãſimus.Multi ordinẽ cer-
taminis ignorantes edomare gulã ne-
gligunt:& ad ſpiritualia bella conſur-
gunt: qui etiã aliquãdo multa quę ma
gnę fortitudinis ſunt faciunt. Sed do-
minãte gulæ vitio ꝑ carnis illecebrã
oĩa quæ fortiter egerunt ꝑdũt: & dũ
venter nõ reſtringitur,ꝑ carnis concu
piſcentiam ſimul cũctę virtutes obru-
untur. Hoc ſignat ꝙ muros Hieruſalẽ
princeps cocorum deſtruxit: quia vir-
tutes animę dũ non reſtringitur vẽter
ꝑdit. Ex Ægypto populus adductus
in heremo occubuit:quia deſpecto mã-
na cibos carnium ꝑtiit. Primogenito
rum gloriam Eſau amiſit: quia magno
ęſtu deſiderii vilẽ cibum,id eſt lenticu
lã,concupiuit. Neq; enim cibus ſed ap
ꝑtitus in vitio eſt. Vnde & lautiores
cibos plerũq; ſine culpa ſumimus:& ab
iectiores non ſine reatu conſcientię de
guſtamus. Ea itaq; ſumenda ſunt quæ
naturę neceſſitas quærit: & nõ ea quæ
edendi libido ſuggerit.

Illos æſtiment ditiores q in ſuſti
nenda parcitate fuerint fortiores.

ℂEx fortitudine parcitatis deprimun
tur vitia carnis: ex mortificatione vi-
tiorũ procedit pullulatio virtutũ.Ipſę
ſunt verę diuitię quibus ditantur ani
mę cõtinẽtium.Vnde & ſubditur.

Melius eſt minus egere q̃ plus
habere.

ℂMelius eſt aliquid egeſtatis propter N
dominũ ſuſtinere q̃ ſuperabũdare. Nã
egeſtas quæ propter dominũ eſt,gene-
rat humilitatem: quę eſt initiũ omniũ
bonorũ. Abundantia vero parit ſuper
biam: quæ eſt initium omniũ malorũ.
Seruus ergo dei vt volũtatẽ atq; appe-



titũ carnis poſſit reprimere: ſemꝑ de
bet adminus tẽdere vt ipſorꝫ alimento
rum & veſtimentorũ minus velit habe
re etiam q̃ neceſſe ſit.Adiutorẽ quippe
habemus internę intentionis hunc ho
minẽ quẽ exterius geſtamꝰ:& ſi ipſi in-
ſunt laſciuiæ:ipſi tamẽ affectus ſuppe-
tũt operationis bonę. Vnde neceſſe eſt
vt interior homo noſter æquus quidẽ
arbiter præſideat inter ſe & eum quem
exterius geſtauit: quatinꝰ ei homo ſuꝰ
exterior & ſemꝑ ad debitũ miniſteriũ
ſeruire ſufficiat, & nunq̃ ſuperbe libe-
ra ceruice contradicat.

ℂDe habitu exteriori & interiori.
Cap.VI.

NOn ſit notabilis ha-
bitus veſter:nec affe-
ctetis veſtibus place-
re ſed moribus.

O ℂ Fecit iſte vir ſanctus
qđ docuit.ſcriptũ eſt eñ quia veſtimẽ-
ta eius & calciamẽta nec nitida nimiũ,
nec abiecta plurimum:ſed ex moderato
& cõpetenti habitu erãt. Ipſe quoq; de
ſe legitur dixiſſe.Fateor quia de precio
ſa veſte erubeſco.Non decet hanc pro-
feſſionem: nec decet hanc admonitio-
nẽ.nõ decet hęc membra: nõ decet hos
Luc.7. canos.Hinc dominus in euangelio.Ec-
ce qui mollibus veſtiuntur in domibꝰ
regum ſunt.Mollia dicuntur veſtimen
ta eo ꝙ mollẽ efficiunt animũ.Mollibꝰ
veſtimentis Regia delectatur domus.
Aſperis & humilibus Chriſti delecta-
tur eccleſia. Talia debẽt eſſe veſtimẽta
clericorũ,in quibus nihil notari poſſit
nouitatis, nihil qđ ꝑtineat ad ſuperbiã
inanẽ gloriam.Non tenera veſtis ſacer
dotem:ſed munditia mentis ornat cle-
ricũ. Ornemus ergo nos ſpũalibus or-
namentis.ſ.caſtitate, humilitate,man-
ſuetudine,obœdientia,patiẽtia,carita-
te. Hęc ſunt indumenta quibus anima
poteſt cæleſti imperatori placere: non
eñ exteriorẽ ſed interiorem pulchritu
dinem requirit inuiſibilis ſponſus: Si-
Pſal.44. cut ſcriptum eſt. Omnis gloria eius fi
lię regis abintus. Noſtrę ergo diuitiæ,
noſtra pulchritudo, boni mores ſunt.
Et beata illa anima cui dicitur in Can
tico Canticorum.Qꝫ pulchra es amica Cant.4.
mea:& macula non eſt in te.Studeamꝰ
ergo inuiſibili domino placere non ve
ſtibus ſed moribus:vt impleatur in no
bis qđ per Apoſtolum pręcipitur. No- Ro.12.
lite conformari huic ſeculo: ſed refor-
mamini in nouitate ſenſus veſtri. Etſi 2.Cor.4.
enim exterior noſter homo corrumpi-
tur,interior tamẽ renouatur de die in
diem.Deinde ſubiungit de inceſſu,ſta-
tu & cæteris motibus,dicens.

Quando proceditis ſimul ambu
late:cũ veneritis quo itis ſimul ſta-
te. In inceſſu, ſtatu & in omnibus
motibus veſtris nihil fiat quod cu-
iuſq̃ offendat aſpectum: ſed qđ ve-
ſtram deceat ſanctitatem.

ℂSancta ergo perfectorum eccleſia nõ P
ſolum floret honore religionis:ſed eti-
am honeſtatis decore pollet: ſicut ſcri-
ptum eſt. Flores mei fructꝰ honoris & Eccli.24.
honeſtatis.Religioſum quippe & hone
ſtũ eſt, vt ſicut ſimul habitant fratres:
ita quoq; ſimul ambulẽt & ſimul ſtent.
Et Apoſtolus præcepit vt omnia hone 1.Cor.4.
ſte & ſecundũ ordinẽ fiãt.Poteſt quoq;
in hac corporali coniunctione aliquid
ſpirituale intelligi. Sanctorum quoq;
ſocietas terribilis vt caſtrorũ acies or-
dinata deſcribitur.Caſtrorũ nãq; acies
cum ad bellum ſe pręparat prius ſe cõ
iũgere atq; ordinare feſtinat:ne ab ho-
ſtibus interrumpi aut penetrari vale-
at. Sic nimirũ noſtra ſpiritualis acies
quæ bene coniuncta & ordinata ſimul
ſtare ſimul ambulare præcipitur,con-
tra diabolum quotidie munitur ad bel
lum: vt videlicet ex ſua coniunctione
terreat antiquũ hoſtẽ,qui in ſeruis dei
nihil tam timet q̃ concordiæ vnitatẽ.
Sed valde notandum eſt quod dicitur.

In omnibus motibus veſtris ni-
hil fiat qđ cuiuſq̃ offendat aſpectũ:
ſed quod veſtram deceat ſanctitatẽ.

ℂSic viuere debent canonici vt a ne- Q
mine iuſte valeant reprehendi. Valde
enim incongruum eſt vt ipſi reprehen
ſibiliter viuãt: quorum ordo exigit vt
cæteris formam ſanctitatis oſtendant.
Nam ad eos hæc ſentẽtia pertinet quo

Leui. 19. dicitur. Eſtote ſancti ſicut & ego ſanctꝰ ſum dicit dñs. Vere ſancti eſſe debemꝰ qui nomē & habitū religionis & ſanctitatis ſuſcepimus: q̄ diuino cultui ſumꝰ mancipati: ſacriſq; altaribus Chriſti cōſecrati, & diuinis myſteriis ordinati.
1.Cor.4. Ergo ſic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti & diſpenſatores miniſteriorum dei. Nō pręcipit Apoſtolus tm̄ vt ita ſimꝰ: ſed ſic nos exiſtimet (inq̄t) homo. Non em̄ ſufficit nobis vita ſancta, niſi ſit & fama bona. Nam vita bona nobis neceſſaria ꝑpter nos: fama vero bona propter alios. Vnde rurſus ait
1.Tim.3. Apoſtolus. Oportet nos ab his qui foris ſunt habere bonum teſtimoniū. Sic ergo debemus viuere vt vita concordet cum nomine, & profeſſio teneatur in opere: vt ſi ſanctus eſt ordo, ſancta ſit conuerſatio: & ſicut bene de nobis dicitur, teſtimonio bonę actionis comprobetur. Tunc enim religioſe viuimus: ſi illicitos motꝰ ſub diſciplina coercemꝰ: ſi mēbra & ſenſus noſtros ſtudeamꝰ reſtringere vt non poſſint laſciuię & leuitati deſeruire: vt aſpectꝰ noſter ſit ſimplex & humilis, ne fixe aſpiciat oculus q̄d illicite concupiſcat animus: vt noſter auditus ſit purus & diſcretus, ea quę ſuperflua ſunt & vana reſpuens, ea quæ dei ſunt gratanter ſuſcipiens: vt ſermo noſter ſit ſale conditus, ocioſa & nocua deteſtans, bona & vtilia cōmendans: vt ſit in corde mūditia: in vultu pudicitia: in inceſſu grauitas: ſtatus cū reuerentia: motus cū maturitate: habitus cum religione. quatinus vbiq; reſplendeat ſanctitas: ſupereminat honeſtas: ſeruetur humilitas: in oībꝰ motibus veſtris nihil fiat q̄d cuiuſq̄ offendat aſpectum ſed quod veſtram deceat ſanctitatem.

Oculi veſtri etſi iaciantur in aliquam fœminarum: in nulla figantur. Neq; enim quando proceditis fœminas videre ꝓhibemini: ſed appetere vel ab ipſis appeti velle criminoſum eſt.

R
Matt.5. ❡Vnde dominus in euangelio. Qui viderit mulierē ad concupiſcendū eā: iā mœchatus eſt in corde ſuo. Et quia ꝑ illicitum viſum concupiſcentia oritur per quā integritas mētis violatur: neceſſe eſt vt ſemper ſeruꝰ dei viſum ſuū reprimat: ne per concupiſcentiam & ꝑ immunditiā cordis deū offendat. Sanctus Dauid quia oculos in fœminā iecit & fixit: illicito appetitu deuictus adulterium ꝑpetrauit. Si ergo tantꝰ vir per incuriam oculorū cecidit: nos qui longe ab eius ſanctitate diſtamꝰ, tā mortale precipitiū ſummopere timere debemus. Teneamus ergo ſententiam beati Iob qua dicitur. Iob.31. Pepigi fœdus cū oculis meis vt non cogitarem de virgine. Quia enim ſenſit ſanctus vir q̄ per exteriorem viſum interior animus corrumpitur: fecit pactum cū oculis ſuis ne incaute aſpiceret q̄d illicite concupiſceret. Non em̄ profecto vitiū vincitur: niſi ſollicite cauſa & oportunitas vitii caueatur. Hinc eſt q̄ Loth a Sodomis fugienti pręcipitur vt non retroſpiciat: neq; remaneat in omni circa regione: ſed in mōte ſaluū ſe faciat. Quiſquis em̄ ꝑfecte appetit incentiua vitiorum fugere: ab aſpectu & vicinitate ipſorum ſe debet alienū facere: atq; ad alta virtutū conſcendere: vt tanto a vitiis remaneat extraneus: quāto ab eis virtute & corpore elongatur. Et q̄ viſus ſit cauſa concupiſcentiæ oſtenditur cum ſubditur.

Non ſolum tacito affectu: ſed affectu & aſpectu quoq; appetitur & appetit concupiſcentia fœminarū.

❡Ac ſi aperte dicat. Non ſolum tacita S voluntate intus concupiſcētia oritur: ſed etiam per exteriorem aſpectum generatur. Niſi enim ſanctus Dauid fœminā fixe inſpexiſſet: in tantā carnis tētationē minime incidiſſet. Hinc per ꝓphetam dicitur. Hiere.9. Aſcendit mors ꝑ feneſtras noſtras. Mors animę eſt concupiſcentia: domus interior mens noſtra eſt: Feneſtrę huius domus ſunt quinq; corporis ſenſus. Mors ergo ꝑ feneſtrā aſcendit atq; domos ingreditur: quando concupiſcentiæ vitium ꝑ ſenſus prorūpit ad interiora mentis. Quapropter ne vitalis ſenſus per exteriorem appetitum intus intereat: opus eſt vt



feneſtras domus noſtrę tanta diligētia cuſtodiamus vt ipſum appetitū tanto facilius poſſimus cōpeſcere quāto nullum vitiis permittimus ingreſſum patere. Valde enim timenda eſt ſentētia quæ ſubditur.

Nec dicatis vos habere animos pudicos ſi habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius.

T ❡Sæpe enim quæ intus lateant exteriora mēbra denūciāt: & frequēter ꝑ habitum corporis cognoſcit habitꝰ mētis. Minor eſt autem culpa dū iacet in occulto: ſed iam maior efficitur dum incipit apparere in publico. ❡Et ſciendū quia impudicitia alia eſt carnalis, alia ſpiritualis. Spiritualis eſt quę per delectationē cogitationū intus tm̄ agitur: Carnalis vero eſt quę corporaliter cōpletur. Fit aūt multis modis. Nā mō ꝑ viſum, modo per auditum, modo ꝑ tactū, modo per cogitationē, modo ꝑ locutionē, modo per operationē talibꝰ fomētis nutritur & exercetur libido, & ſeparatur anima a deo: fugitq; caſtitas de moribus, exercetur in mentibus luxuria. Vnde & ſubditur.

Et cum ſe inuicem ſibimet etiam tacente lingua cōſpectu mutuo corda nunciant impudica: & ſecūdum concupiſcentiā carnis alterutro delectantur ardore: etiam intactis ab immunda violatione corporibus fugit ipſa caſtitas de moribus.

V ❡Caſtitas quippe de moribus fugit: dū libidinoſa voluptas cōſpectibꝰ mutuis magiſmagiſq; ïardeſcit. Etſi corpus ab immūda violatione non tangitur: ipſa tamē immūda violatio, viſu, affectu, cogitatione, delectatione ꝑpetrat̄, ipſiſq; fomētis quaſi q̄buſdam gradibꝰ creſcit ꝑctm̄. Cogitatio praua delectationē parit, delectatio cōſenſum, cōſenſus operationē, operatio cōſuetudinē, cōſuetudo neceſſitatē. Apoſtolus em̄ legem ꝑcati dicit eſſe in mēbris: quę lex cōſuetudo eſt quā ꝑccādo cōcipimus, & ab ea cū volumus nō diſcedimꝰ: q̄a neceſſitatis vinculo ꝑ conſuetudinem retinemur. Bonū eſt ergo culpam corrigere cum incipit apparere: quia ſi morari cœperit, immanitatē ſceleris facit. & quid dicit Pſal. de huiuſmodi? Prolongauerūt iniquitatem ſuam: dñs iuſtus concidet ceruices peccatorum. Pſal.128.

Nec putare debet qui in fœminam figit oculū & illius in ſe diligit fixum, ab aliis ſe nō videri cum hoc facit. videtur omnino & a quibus ſe videri non arbitratur.

❡Hoc videmus frequenter de his qui culpas ſuas volunt abſcondere: q̄ dum vitia quaſi caute & latēter agere exiſtimant, ipſi ſeipſos dū neſciunt demonſtrant: & culpa quæ occulta eſſe creditur, ab aliis manifeſte cognoſcitur.

Sed ecce lateat & a nemine hominū videatur: quid faciet de illo deſuper inſpectore quē latere nihil poteſt? An ideo putandus eſt nō videre: quia tanto videt patiētius quāto ſapientius?

❡In cunctis ergo quæ vel agēdo vel loquendo vel cogitādo delinquimꝰ aſpe X ctum ſuperni iudicis vehementer formidare debemus: quia ſi aliquādo non apparent hoībus vitia noſtra: illius tamen oculis nuda ſunt oīa & aperta. Et hoc nos a culpa reprimere debet: quia in eius iudicio nihil inultū poterit remanere. Cōtra vitiorū incentiua debemus opponere inferni tormenta: & cōtra trāſitoriā delectationē ꝑpetui ignis dolorē. Valde ſtultus eſt qui pro eo q̄ paruo tēpore luxurię deſeruit, ſuumq; miſerū deſiderium prauis delectationibus paſcit: & cęleſtem ꝑdit amœnitatē & incurrit ęternam damnationem.

Illi ergo vir ſanctꝰ timeat diſplicere: ne velit fœminę male placere. Illū cogitet oīa videre: ne velit fœminę malę videri. Illius nāq; & in hac cauſa cōmēdatus eſt timor vbi ſcriptū eſt. Abominatio eſt domino defigens oculum.

❡Ex q̄bus verbis patet q̄a ſi oculū ī fœ Y minā figimꝰ: deo nr̄o cui placere debuimus abominabiles ſumꝰ: Et a quo de

buimꝰ recipe gl'iam: recipiemꝰ pœnā. Qua
propt̄ neceſſe ē vt ſi a nr̄is vitiis diuinꝰ nō
ſepat amor, vl' reprimat timor: & ſi nos nō
delectāt ſupna gaudia, vel terreāt æterna
ſupplicia. Sic hō recedere a pc̄tō incipit: ſi
timeat diſplicere authori ſuo. ¶Si dicit a
liqs. Quō timebo deū? Si vis deū timere: il
lū cogita oīa videre. Titillat te mala ꝯſciē
tia: cogita, qa deꝰ videt te. Quicqd ī te ma
lū fuerit, pēſa qa deꝰ totū cōſpicit. Quicqd
egerimꝰ, aut dixerimꝰ, aut mēte tractaue-
rimꝰ: ſemp attendamꝰ ſup nos oculos dei:
ſēp timeamꝰ diſplicere illi. Hæc eſt via iu
ſtitię: hęc ſūt primordia ſapiētię. ſicut ſcri
Prou.1. ptū eſt. Initiū ſapientię timor dn̄i. Seqt̄.

Qn̄ ergo ſil' eſtis ī eccl'ia vl' vbicūqꝫ vbi
Z fœīę ſūt: īuicē pudicitiā vr̄aꝫ cuſtodite.

¶Magna ē pudicitię virtꝰ & ml'tū cōmēda
ta ī ſcripturis diuinis. Hæc virtꝰ cæleſtis
& ſpūalis ē. Nā hoīeꝫ a terra ſubleuat, āge
lis ſociat, deo cōiungit: de terreno cęleſtē,
de carnali ſpūalē facit. Hęc virtꝰ etiā hūa
nā naturā trāſcēdit. Nā ꝙ hō pudicꝰ eſt ꝙ
caſtꝰ: nō tā virtꝰ hūana facit q̄ diuīa. Per
hāc nos amat inuiſibilis ſpōſus. Nō. n. pla
cet deo aīa ſi nō ē caſta: ſi nō ē pudica. Nā
ſi īmūditię & luxurię deſeruit: abomīabi-
lis ē ei & reproba. Pudicitię virtꝰ accepta
bilis ē deo & hoībꝰ. Hāc nobis īuidet, hāc
īpugnare nō ceſſat ātiquꝰ hūani gn̄is ho-
ſtis. Ipē. n. eſt ꝑſuaſor īmūditię & luxurię:
plures decipit, plures corrūpit: nō parcit
clericis, nō īdulget monachis: & qđ magis
gemēdū eſt ipſos etiā religioſos ꝓſternit.
¶Neceſſe ē ergo ſūma vigilātia īuicē nr̄aꝫ
pudicitiā cuſtodire. Nā ſi eā ꝑdimꝰ, totū ꝑ
dimꝰ: etiā noſmetipōs. Qui ꝑdit pudicitiā
ꝑdit aīam ſuā: ꝑdit deū: ꝑdit & ſemetipm̄.
Sed ad hoc ī vnū hītamꝰ, vt nos īuicē cu-
ſtodiamꝰ, īuicē corrigamꝰ, īuicē erudiamꝰ
vt qđ qſqꝫ nō p̄t ꝑ ſeipꝫ poſſit ꝑ aliū. Et qa
nr̄a cuſtodia ñ a nobis ē: ſꝫ a deo: bn̄ ſubdit̄.

Deus. n. qui habitat in vobis: etiam
iſto modo cuſtodiet vos ex vobis.

¶Nō. n. ſufficiēs eſt nobis cuſtodia nr̄a ni
Pſal.126. ſi etiā adſit diuina. Vn̄ ſcriptū ē. Niſi dn̄s
cuſto. &c. Nemo eſt q pudicitiā poſſit cu-
ſtodire, aut ī ſeipſo, aut ī alio: niſi ꝑ deū. Sꝫ
ſi ipē hītauerit ī nobis: poterimꝰ ꝑ ipm̄ qđ
nō valemꝰ ꝑ nos. Sic ergo ſtudeamꝰ viuere,
vt nos ī ipſo & ipſe ī nobis dignet̄ hītare:
vt iuſti & caſti poſſimꝰ eē ꝑ ipm̄ q viuit &
regnat deus ꝑ oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶De correctione fratrū. Cap. VII.

STſi hāc de q̄ loq̄r ocl'i
petulātiā ī aliq̊ vr̄m
aduerteritis: ſtatī ad-
monete ne cœpta ꝓ-
grediāt̄, ſꝫ de ꝓxio cor
rigant̄. Si aūt & poſt admonitionē
iterū vl' alio q̊cūqꝫ die idipꝫ eū face
re videritis, iā velut vulneratū ſanā
dū ꝓdat qcūqꝫ hoc potuerit īuenire.
Priꝰ tn̄ eſt alteri vl' tertio demōſtrā
dū: vt duorū vel triū poſſit ore cō-
uici & cōpetēti ſeueritate coerceri.
¶Hæc ſn̄ia verbis apl'icis concordat & A
euāgelicis. Ait. n. B. Paulꝰ. Si fuerit hō
p̄occupatꝰ ī aliquo delicto: vos q ſpūa-
les eſtis īſtruite hmōi ī ſpū lenitatis. Et
dn̄s ī euāgelio. Si peccauerit ī te fr̄ tuꝰ:
corripe eū īter te & ipꝫ ſolū: ſi te audie-
rit lucratꝰ es ff̄eꝫ tuū. Si te nō audierit:
adhibe tibi duos vl' tres, vt ī ore duorū
vel triū ſtet oē verbū. Sūma qdē diligē
tia īueſtigāda & corrigēda ē culpa. Nā
ſi eā nō emēdamꝰ ī hoc ſcl'o dānabimur
ī futuro. Vn̄ Apl's. Horrēdū ē īcidere ī
manꝰ dei viuētis. Meliꝰ eſt ergo hic emē
dare vitā q̄ tūc ꝑire. Qui amat corri-
pi ſapiēs ē. Vn̄ ſcriptū ē. Corripe ſapiētē
& amabit te. Stultꝰ aūt ſi corripit̄ iraſci
tur. Sꝫ qd dicit Apl's ad diſcipulū? Inſta 2. Ti. 4.
īqt, opportune, īportūe. Opportune di
cebat ꝓpt̄ eos q libēter audiebāt verbū
p̄dicatiōis. Importune ꝓpt̄ eos, q īuiti
audiebāt. Sil'r eoſq cl'pas redarguūt qn̄
ꝙ oportet eē īportunos: ſꝫ iſta īportuni
tas nō ē ex ira: ſꝫ ex caritate: & ſępe is q
cōturbat̄ qa corripit̄, cū cogitare cœpit
quāto eū amore frater ſuus reprehen-
derit, gaudet de reprehēſione, & quod
deliquit ſtudet emendare.

Nec vos iudicetis eē maliuolos qn̄
hoc indicatis. Magis qppe inocētes
nō eſtis: ſi fr̄es vr̄os quos indicando
corrigere poteſtis: tacēdo ꝑire ꝑmit
titis. Si. n. fr̄ tuꝰ vulnꝰ habet ī cor-
pore qđ velit occultari cū timet ſe-
cari: nōne crudeliter abs te ſileretur
& miſericorditer indicaretur? Quā
to ergo potius debes manifeſtare:
ne deterius putreſcat in corde?



B ¶Si crudelis eſt q vulnꝰ in corpore fra
tris celat: multo magis crudelis eſt qui
pc̄ti vulnus in aīa fratris nō indicat: &
reus mortis illiꝰ exiſtit quē tacēdo ꝑire
ꝑmittit. Sicut eñ ille ex ope: ita iſte da
mnat̄ ex taciturnitate. Qꝫ ſi is crudelis
eſt q culpā nō detegit: ecōtra ille miſe-
ricors eſt q eā nō abſcōdit: Nec maiorē
pōt erga miſerū mīam agere q̄ ꝑeunti
vitā p̄ſtare. Magna quoqꝫ illi merces de
Matt.5. bet̄ ab oīpotēte a quo dictū eſt. Bt̄i mi-
ſericordes qm̄ ipſi mīam cōſequent̄. Et
Iaco.5. Iacobus ait. Qui cōuerti fecerit pc̄tōrē
ab errore vię ſuę ſaluabit aīaꝫ eiꝰ a mor
te, & operit ml'titudinē pc̄tōꝝ. Quo aūt
ordine culpa debeat demonſtrari: oſten
dit cum ſubiungit.

Sed āteq̄ aliis demōſtret̄ ꝑ quos
cōuincēdus eſt ſi negauerit: prius p̄
poſito debet oſtēdi ſi admonitꝰ ne-
glexerit corrigi: ne forte poſſit ſecre
tiꝰ correctus nō innoteſcere cęteris.

C ¶Culpa cū occl'te cōmittit̄: ab aliis fra
tribꝰ q eiꝰ culpę cōſcii ſūt, hic q deliqt
frater ſecreto debet corrigi: quos ſi ne-
glexerit audire, patri monaſterii debet
indicari vt & ipſe fratrē ſecreto corri-
gat: quatinꝰ culpa q̄ adhuc latens eſt ſi
forte ſecretiꝰ corrigi potuerit, nō oībꝰ
īnoteſcat. Si aūt negauerit, tū teſtes ad
hibeant̄: vt cōuictus diſtrictius iudice-
tur. Et hoc eſt quod ſubditur.

Si aūt negauerit, tūc negāti adhi
bēdi ſunt alii etiā corā oībꝰ, vt poſ
ſit nō ab vno teſte argui: ſed a duo-
bus vel tribus cōuinci. Cōuictus ve
ro ſecūdū arbitriū p̄poſiti vel etiam
preſbyteri ad cuius diſpenſationem
pertinet arbitrium: debet emendato
riam ſubire vindictam.

¶Qui blāde caſtigatꝰ nō corrigit̄: neceſ
ſe eſt vt acriꝰ corrigat̄. Cū dolore. n. abſ
ſcindēda ſunt q̄ leniter ſanari nō poſ-
ſunt. Qui aūt admonitꝰ ſecreto de pec
cato corrigi negligit: publice arguēdus
ē, vt vulnꝰ qđ occulte ſanari neſcit, ma
nifeſte valeat emēdari. Manifeſta autē
pc̄tā nō ſunt occulta curatiōe purgāda.
Palā. n. arguēdi ſūt q palā peccāt: vt dū
ſanant̄ apta obiurgatiōe ii q eos imi-
tādo deliq̄rūt corrigant̄. Hic ergo q ſe
creto corrigi noluit: publice cōuictꝰ de
bet emendatoriam ſubire vindictam.

Quā ſi fere recuſauerit etiā ſi ide
nō abſceſſerit de veſtra ſocietate ꝓii
ciat̄. Nō enim & hoc fit crudeliter
ſed miſericorditer: ne cōtagione pe-
ſtifera plurimos perdat.

¶Meliꝰ eſt. n. vt ꝑ multoꝝ ſaluatiōe cō D
demnet̄ vnꝰ: q̄ ꝑ vniꝰ exēplum plurimi
periclitent̄. Hinc dn̄s ait in euāgelio. Si
oculus tuꝰ ſcādalizauerit te: erue eū &
& ꝓiice abs te. Expedit eñ tibi vt vnū Matt.5.
mēbrorū tuoꝝ pereat, q̄ totum corpus
tuū mittat̄ in gehēnā. Et ſi dextera ma
nus tua ſcādalizauerit te: abſcīde eā &
ꝓiice abs te. Per dextrū oculū aut de-
xterā manū poſſumꝰ intelligere aliquē
nr̄m neceſſariū amicum. Qui ꝓuidet in
cauſis, oculus noſter eſt. Qui miniſtrat
in neceſſariis: manus nr̄a eſt. Qui ſi etiā
ꝓuidet in ſpūalibꝰ: noſter dexter oculꝰ
eſt, aut dextra manꝰ. Talis & tā neceſſa
rius ſi cęteros ī dei ſeruitio ſcādaliza-
uerit: de corpore. i. de ſocietate ē abſcin
dēdus. Meliꝰ eſt eñ vniꝰ ſolatiū perde-
re q̄ per vnū totū corpus perire.

Et hoc qđ dixi de oculo nō figē-
do, etiā in cęteris inueniēdis, ꝓhibē
dis, indicādis, cōuicēdis, iudicādiſqꝫ
pc̄tis diligēter & fideliter obſeruet̄
cū dilectiōe hoīm & odio vitiorum.

¶Hinc idē btūs doctor alibi dicit. Sic E
diligēdi ſūt hoīes vt nō diligāt eoꝝ er
rores. Aliud ē. n. amaſſe qđ facti ſunt: a
liud vero odiſſe qđ faciūt. Sūt nōnulli
q alioꝝ redarguūt culpas nō tā ex cari
tate q̄ ex odii amaritudine: nō tam vt
eos corrigi velint, q̄ vt odiū qđ in cor-
de geſtāt exercere valeāt. Et hoc nō eſt
ſcđꝫ deū. Magis aūt ad vindictā ꝑtinet
q̄ ad diſciplinā. Caueāt ergo vt nemi-
nē cū ira & īdignatiōe, ſed potiꝰ cū dul
cedine & caritate redarguāt. Etſi aliqn̄
culpa exigēte ſonat ī voce aſꝑitas: ſēp
tn̄ maneat ī mēte leuitas: Iuxta qđ apl's
pręcipit dicens. Vos q ſpirituales eſtis Galat.6
inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenita-
tis. Bene autem ſubiungit. Conſiderās
temetipſum, ne & tu tenteris. Attende

enim teipſum q̄ alium reprehendis: q̄a
pęccator exiſtis & fragilis: ne grauiter
tenteris ſi quem reprehendere conaris
indignando potius q̃ cõpatiendo. Fiat
ergo cũ dilectione hominũ & odio vi-
tiorum: ita vt amor ſeruetur in corde
erga hominẽ,& odiũ aduerſus vitium:
quia diſtrictio debetur vitiis, cõpaſſio
vero naturę. Sequitur.

Quicũq; aũt in tantũ progreſſus
fuerit malum: vt occulte literas ab
aliquo, vel quodlibet munus accipi
at: ſi hoc vltro confitetur, parcatur
illi & oretur pro illo.

F ¶Ideo progreſſum eſſe in malũ magnũ
dicit fratrem qui occulte aliquid reci
pit: quia aliquid occultare eſt ordinem
infringere. Magnũ malũ incurrit qui
ordinis ſui pręuaricator exiſtit. Niſi ꝓ
pheta ſanctus magnũ malũ eſſe ſciret
ꝙ Giezi diſcipulus ſuus a Naaman ſy
ro munꝰ occultum accepiſſet: nequaq̃
eum tam terribiliter paſſione leprę ꝑ-
cuteret. Exemplo itaq; ſuo nos docuit
graui correctione dignum eſſe qui cõ-
mitteret ſimile peccatum. Tamẽ ſi hoc
vltro confitetur: parcendũ eſt ei & orã
dum pro eo. Nam culpa leuior efficit
quę confeſſione voluntaria humiliter
Pſal.31. aperitur. Vnde Dauid dicit. Dixi con-
fitebor: & tu remiſiſti iniquitatem pec
cati mei.

Si autẽ deprehendit̃ & conuicit̃:
ſecũdũ arbitriũ preſbyteri vel p̄po
ſiti grauius emendetur.

G ¶Quia ſi grauior eſt culpa: grauior cõ
petit diſciplina. Grauiter q̄ppe & mor
taliter offendit: qui malum quod agit
etiam abſcondit. De occultis literis &
munuſculis Beatus Hiero. ita ſcribit.
Occultas, inquit, literas & ſudariola &
crebra munuſcula ſanctus amor nõ ha
bet. Quiſquis talibꝰ delectatur: magna
vanitate ſeducit̃. Et quo plus delectat̃
infimis: eo amplius eiicitur a ſupernis.
Ex huiuſmodi autem mala grauia ſo-
lent generari. Sed qui perfecte vitia ca
uere deſiderat: non ſolum ſtudet vt ea
quæ per ſe mala ſunt caueat: ſed etiam
illa refugit, vnde etiã vel praua actio,
vel mala opinio ꝓcedere poſſit. Nos ve
ro quos oportet bene viuere & bonũ
exemplum aliis demonſtrare, non con-
uenit talia agere vnde quis poſſit vel
malam ſuſpitionem habere.

¶De cuſtodia rerũ cõmuniũ. Ca. VIII.

Veſtes veſtras in vnũ
habeatis ſub vno cu
ſtode vel duobꝰ vel
quot ſufficere poſ-
ſint ad eas excutien-
das ne a tinea ledant̃. Et ſicut paſci
mini ex vno cellario: ſic induamini
ex vno veſtiario.

¶Q; veſtes pręcipit reponi ſub vno cu H
ſtode vel pluribus, duę videntur cauſæ.
Prima videlicet, ne per incuriam negle
ctę a tineis corrũpant̃. Secunda ne fra
ter hanc ipſam veſtem quã habet in ꝓ
priam ſe habere crederet ſi in proprio
loco ſibi reponere liceret. Huic aũt ſen
tentię videntur verba concordare quę
ſequuntur, ait enim.

Et ſi fieri poteſt ad vos nõ ꝑtineat
qđ vobis indumentũ ꝓ tẽporũ con
gruentia ꝓferat̃: vtrũ hoc recipiat
vnuſquiſq; qđ depoſuerat, an aliud
qđ alter habuerat: dum tñ vnicuiq;
prout cuiq; opus eſt non negetur.

¶Ideo ait ſi fieri põt, vt ſi cui videat̃ I
difficile, liceat ipm̃ qđ depoſuerat ve-
ſtimentũ ſuſcipere. Ad maiorem enim
perfectionẽ pertineret ſi ad tantũ cõtẽ-
ptum ſui quis ꝑueniſſet: vt eo ſolũmo-
do qđ opus eſt corpori cõtentus eſſet,
iuxta qđ ait Apl's. Habẽtes victũ & ve-
ſtitum his contenti eſſe debemus. Non 1.Tim.6
determinat quãtũ vel quale: ſed tm̃ ea
notat quę ſufficiant naturę. Nã in im-
perfectis plus ſemper voluptas appetit
q̃ neceſſitas. Sicut aũt ait beatus Aug.
Humana natura modico contenta eſt:
ſed conſuetudo multa addidit: volun-
tas atq; voluptas plura copulauit. Si
quis deũ perfecte diligeret, ſi carnalibꝰ
deſideriis omnino renunciaret: multa
reſecaret ſuꝑflua quę modo tenet qua-
ſi neceſſaria. Diſcamꝰ ergo deũ toto cor
de diligere: q̃tinꝰ ꝑ ipſiꝰ amorẽ ſtudea-
mus & cõtẽti eſſe neceſſariis, & ſuꝑflua
reſecare: vt dum qđ opus eſt vnicuiq;



non negatur, vltra quod opus eſt a ne-
mine requirat̃. Caritas non quærit quę
ſua ſunt: caritas cõmunia anteponit:
Caritas facit eſſe abiectum ĩ domo dei.
Hanc ſi quiſq̃ perfecte poſſedit: etiã ex
eo qđ opus erit ſibimetipſi reſecabit.

Si autem hinc inter vos conten-
tiones & murmura oriũtur, cũ que
ritur aliquis ſe deterius accepiſſe q̃
prius habuerat, & indignum ſe eſſe
qui non ita veſtiatur ſicut alius fra-
ter eius veſtiebatur: hinc vos proba
te quantum vobis deſit in illo inte-
riore ſancto habitu cordis, qui pro
habitu corporis litigatis.

K ¶Habitus cordis veſtri ſanctificat̃ per
gratiã dei: ꝑ inhabitationẽ ſpirituſſan-
cti: quãdo ineſt pax, caritas, bonitas, hu
militas, patientia, concordia, manſuetu
do, & alia huiuſmodi. Hęc ſunt noſtræ
interiores diuitiæ, ſcilicet boni mores
& virtutes. Sed ſi incipimus inter nos
contendere, murmurare & litigare: ſta
tim ab his ſpiritualibꝰ bonis vacui re-
manemus. Virtutes em̃ cum vitiis re-
manere non poſſunt. Nã fermentũ mo
dicũ totam maſſam corrũpit. Hinc ſe
debet quiſq; probare & ſollicite penſa-
re quãtum illi intus deſit: & q̃ magnũ
damnũ incurrit, qui pro rebus tranſeũ
tibus, hoc vnde debet eſſe beatꝰ perdit.
Valde ergo nobis cauẽdæ ſunt lites &
contentiones: quia hæc ſunt opera car
Galat.5. nis: Et ſicut ait Apoſtolus, Qui talia a-
gunt regnũ dei non conſequũtur. Ideo
Philip.2. nos admonet in alio dicens. Nihil per
cõtentionẽ aut inanẽ gloriam: ſuperio
res ſibi inuicẽ arbitrantes. non ea quæ
ſua ſunt ſinguli cogitantes: ſed ea quæ
ſunt alterius. Plurimũ em̃ valent hæc
duo ad remouẽdas lites & generandã
concordiã: cũ quis ſe inferiorẽ omnibꝰ
iudicat: & ea quæ ſunt alterius magis
q̃ ſua propria penſat. In his em̃ duobꝰ
humilitas & caritas cõmendatur: quæ
nõ ſolũ nõ diſcordare ſolent: ſed etiam
diſcordantes ad concordiam reducere.
Et quia hęc quę dicta ſunt ad perfectio
res pertinent: propter minus perfectos
temperat ſententiam cum ſubiungit.

Tamẽ ſi veſtra toleratur infirmi
tas vt hoc recipiatis quod depoſue-
ritis: in vnũ tamẽ locum ſub cõmu-
nibus cuſtodibꝰ habete qđ ponitis.

¶Vt videlicet dum in cõmuni loco re
ponitur hoc ipſum quod in proprium
vſum ſuſcipitur: nõ proprium eſſe, ſed
commune credamus.

Ita ſane vt nullus ſibi aliq̃d ope-
retur: ſed omnia opera veſtra in vnũ
fiant maiori ſtudio & frequentiori
alacritate q̃ ſi vobis ſingulis facere
tis propria.

¶Et inde apoſtolicam ſententiam ap-
ponit & exponit dicens.

Caritas enim de qua ſcriptum eſt
ꝙ non quęrit quæ ſua ſunt, ſic intel
ligit̃: q̄a cõmunia propriis, nõ pro-
pria cõmunibus anteponit.

¶Hęc eſt cauſa quare nullus ſibi opere L
tur: ſed in cõmuni fiant maiori ſtudio
& frequentiori alacritate q̃ ſi eſſent ꝓ-
pria. Hæc cauſa inquã, quia caritas nõ
quęrit quę ſua ſunt, ſed cõmunia pro-
priis anteponit. Si caritas Chriſti non
quærit quę ſua ſunt: nullus noſtrũ de-
bet operari ſibi. Et ſi Chriſti caritas cõ
munia ꝓpriis anteponit: ergo maiori
ſtudio & frequentiori alacritate debe-
mus agere omnia q̃ ſit eſſent propria.
Maior eſt enim fructus caritatis q̃ pro
prietatis. Nam qđ oculus nõ vidit nec
auris audiuit: hoc pręparauit deus di-
ligentibus ſe.

Et ideo quanto amplius rem cõ-
munẽ q̃ propria veſtra curaueritis,
tanto amplius vos proficere noueri
tis: vt in omnibus quibus vtitur trãſi
tura neceſſitas, ſuperemineat quæ
permanet caritas.

¶Trãſitura q̄ppe neceſſitas vtit̃ t̄palī- M
bus rebꝰ, t̄palibꝰ ſtudiis: ĩ q̄bꝰ debet ſem
ꝑ caritas eminere: q̄a nullus põt place-
re deo ſine caritate. In cũctis ergo q̃ a-
gimꝰ neceſſe eſt vt ſẽp emineat caritas:
q̄a ipſa eſt mater virtutum: ipſa eſt ra-
dix omnium bonorum. Hęc eſt via ſu-
blimior qua tẽditur ad cælum: de qua

1.Cor.12. Paulus Apoſtolus ait. Adhuc excellen
tiorẽ vobis viã demonſtro. Multũ pro-
ficit in hac caritate qui pro amore dei
cũcta quę huius mũdi ſunt deſpicit: ni
hil ſibi retinere appetit: qcquid habet
in cõmune diuidit. Vere per excelſam
viã graditur: qui calcatis terrenis mẽ-
te & deſiderio ad cęleſtia ſubleuat̃. Ca-
ritas in amore dei conſtat & proximi.
Amor aũt dei tribus modis exprimit̃:
vt nihil remaneat in homine qđ nõ di
uinę dilectioni ſubdatur. Nã deum prę
cipimur diligere ex toto corde: videli-
cet vt omnes cogitationes noſtras refe
ramus ad deũ. Ex tota mente: vt omnẽ
rationem qua intelligimus & diſcerni
mus habeamus in ipſum. Ex tota ani-
ma: vt omnes affectiones animę diriga
mus ad deũ. In dilectione proximi duo
ſeruanda ſunt. Vt qđ tibi non vis fieri
aliis ne feceris. Et quæ vultis vt faciãt
vobis hoĩes & vos facite illis. Ex hac
gemina virtute dilectionis in proximũ
oẽs virtutes oriunt̃: quibus aut vtili-
ter quę ſunt appetẽda cupimus, & quę
vitanda ſunt vitamus. Ex his duobus
articulis congrue diligit̃ proximus: dũ
& beneficiis fouetur & nulla malitia lę
ditur. In omnibus ergo quibus vtitur
trãſitura neceſſitas: debet ſemp emine-
N re caritas. Quia quicquid agimus aut
loquimur ad dei caritatem debet reſpi
cere aut proximi: vt in omni noſtra cõ
uerſatione, noſtræ intentionis ſumma
verſetur ſemper in caritate. In his autẽ
duob⁹ p̃ceptis tota lex pẽdet & pphetę.

Conſequens ergo eſt vt etiam
cũ quis ſuis filiis aut aliqua neceſſi
tate ad ſe pertinẽtibus in monaſte-
rio conſtitutis aliquam contulerit
veſtẽ ſiue quodlibet aliud inter ne-
ceſſaria deputandũ, non occulte ac
cipiatur: ſed ſit in poteſtate prępoſi
ti, vt in rem cõmunẽ redactũ, cui ne
ceſſe fuerit præbeatur.

O ¶In omi em̃ vita nihil licet occulte re
cipere vel recipi, nihil pprium retineri:
ſed ſi qd alicui datur reddẽdũ eſt ppo-
ſito, vt cui neceſſe fuerit prębeatur. Sic
extinguit̃ auaritia: ſi ſupfluitas reſeca-
tur. Sic nutrit̃ caritas & pauptas ſancta
cuſtodit̃: qa dũ nõ licet terrena retine-
re, cogitur anim⁹ cęleſtia cogitare. Sed
ſunt quidã qui grauiter cõturbant̃, cũ
ea quæ ab aliis ſuſcipiũt eis nõ permit
tunt̃ retineri. Amant munuſcula: dele
ctantur in ppriis. Et ſæpe ex paruis &
vilibus rebus tanto inardeſcunt deſide
rio: vt earũ occaſionibus concordiã fra
trũ ſoleãt conturbare. Qđ perſuaſione
diabolica fieri dubiũ non eſt. Callidus P
em̃ hoſtis oĩm mores nouit & qualita-
tes: atq; eorũ affectus diſcernit: & in eo
vnũquẽq; tẽtat in quo ſe magis pręua-
lere cognoſcit. Nec curat vtrum ex ma
gno vel ex paruo decipiat: tm̃ vt cari-
tatẽ fratris, corrũpere valeat. Debem⁹
cõtra hoſtẽ callidũ cauti & vigilantes
eſſe: atq; eius laqueos in omni rerũ ma
teria pręcauere, & oĩa terrena qbus de-
cipere poteſt animi virtute calcare, vt Pſal. 123.
poſſimus cãtare cũ propheta. Laqueus
cõtritus eſt & nos liberati ſumus. Sed
quia quidam in hoc capiũtur. Ideo ſub
iunctum eſt.

Qz ſi aliquis rem ſibi collatam
celauerit: furti iudicio condemnet̃.

¶Apoſtolus dicit. Fures & latrones re Q
gnũ dei non poſſidebũt. Furtum enim 1.Cor. 6.
criminale peccatũ eſt: ſicut ſcriptũ eſt.
Non adulterabis: nõ furtum facies: nõ Exo. 20.
falſum teſtimoniũ dices &c. Quia ergo
inter criminalia mala deputatur iuxta
canonũ ſentẽtiã, ſic iudicare debet qſq;
de furto: quõ de adulterio: quõ de ho-
micidio: quomodo de falſo teſtimonio.
Frater qui rem ſibi collatam celauerit
Iudę traditoris locũ tenet in eccleſia
ſancta: q fur erat & latro & loculos ha-
bens: & ea quę mittebantur dño aſpor
tabat & abſcondebat. Qui tanto cupi-
ditatis & auaritię vitio exarſit, vt do-
minũ ſuũ ſicut diabolus in cor miſerat
venderet & traderet. Sed appetẽdo lu-
crũ inuenit mortẽ: ſicut ſcriptũ eſt. Dũ
ſitit lucrum peruenit ad laqueum. Ta
les ſunt fructus auaritię. Caueãt ergo
fratres ne lucra appetant: ne quãlibet
rem abſcondant: ne dũ ſuadente diabo
lo tam deteſtabilem perpetrant culpam
iuſto omnipotentis dei iudicio mortis
& damnationis perpetuæ incurrant
pœnam.



De mundicia veſtium & corpoꝝ.
Cap.IX.

INdumenta veſtra ſe
cũdum arbitrium p̃-
poſiti lauentur ſiue a
vobis ſiue a fulloni-
bus: ne interiores ani
mę ſordes contrahat munde veſtis
nimius appetitus.

R ¶Quare veſtimẽta lauari ſecũdum ar-
bitrium præpoſiti iuſſerit, ipſe idẽ cau
ſam exponit: ne videlicet frater ſordes
in animo cõtrahat: ſi vltra mundũ ve-
ſtes mundas habere concupiſcit. tanto
enim quiſq; polluitur intus: quanto ad
inanem gloriam foris mundat̃. Curare
ergo debent pręlati ne per nitorem ve-
ſtium delinquãt ſubiecti. Non enim ni
tor veſtium ſed morum honeſtas ornat
clericum. Vnde Apoſtolus nos ammo-
Roma.12 net dicẽs. Nolite cõformari huic ſecu-
lo: ſed reformamini in nouitate ſenſus
veſtri. Nam qui formã huius ſeculi ap-
petunt: formam interioris hominis nõ
requirunt. Et quanto exterior pulchri
tudo diligitur: tanto interior min⁹ cu
Eſa.1. ratur. Hęc eſt autem vera & ſpiritualis
munditia quã requirit in nobis de⁹ di
cens. Lauamini mũdi eſtote: auferte ma
lum cogitationum veſtrarum ab ocu-
lis meis. Non enim ait. Beati mũdo cor
pore, ſed beati mũdo corde: quoniã ipſi
deum videbunt. Et ne quis putaret cu
rã carnis ſimiliter eẽ reſecãdã: adiũgit.

Lauacrum etiam corporis cum in
firmitatis neceſſitas cogit minime
denegetur. Fiat autem ſine murmu
re de conſilio medicinę: ita etiam ſi
nolit iubente prępoſito faciat qđ fa
ciendum eſt pro ſalute. Si autem ve
lit & forte non expedit, ſuæ cupidi-
tati non obœdiatur.

S ¶Hæc ſentẽtia verbis apoſtolicis vide
tur concordare: quæ carnis curam fie-
ri prohibet in deſideriis non in neceſſi
tate. Multum enim intereſt inter neceſ
ſitatem & cupiditatem. Nam qđ ex ne-
ceſſitate eſt vtile eſt: ꝙ aũt ex cupidita
te vitiũ eſt. Sũt autem quidam q dicũt
religioni non competere corporalẽ me
dicinã. Sed ſi diligenter attenderẽt ipſi
recognoſcerent, quia hoc ꝙ manduca-
mus & bibimus, ꝙ veſtibus operimur
& terrenis rebus ad neceſſitaté vtimur
corporis medicina eſt.

Fiat ergo ſine murmure de conſilio
medicinę.

¶Et bene ait: nolẽs in neceſſitate cogat̃ T
volens ex cupiditate reprimatur: quia
neceſſitati non cupiditati obœdiẽdum
eſt. Nam aliquando etiam ſi noceat p-
deſſe credit̃ qđ delectat. Ecce quare ho
mo ſuę cupiditati obœdire non debet:
quia ſępe ſic ipſe ſua cupiditate decipi
tur vt credat id ſibi pdeſſe qđ nocet.
Sic fallit homines mala cupiditas: ſic ſi
mulat bonum eſſe qđ malum eſt & per
niciosum eſt. Ecce quare adeo damnãt
cupiditatẽ ſacrę ſcripturæ & carnalem
delectationem: quia ad mortem trahũt
homines dum ipſi neſciunt.

Aliquando etiam ſi noceat: prodeſ-
ſe creditur quod delectat.

¶Sed iuxta apoſtoli vocẽ oportet nos V
abſtinere a carnalib⁹ deſideriis quæ mi
litant aduerſus animam: quia caro qui
dem concupiſcit aduerſus ſpiritũ: Sed
per diſciplinam ſpiritus reprimẽda eſt
concupiſcentia carnis. Sed ſunt quidã
qui rigorem ſpirit⁹: alii qui mollitiem
carnis ſupra modum ſectãtur. Illi dum
ſpiritualiter viuere appetunt: aliquan-
do cum vitiis & carnẽ extinguunt. Sed
ſciendum eſt quia virtus ſi modum nõ
habeat ĩ vitium vertitur. Illi vero qui
carnaliter volunt viuere, cum cura car
nis ſtudent & propria deſideria nutri-
re. Ponendus eſt igit̃ vtriſq; modus: &
cogendi ſunt illi facere qđ faciendũ eſt
pro ſalute. Hi vero reprimendi ſunt ne
faciant qđ carnaliter concupiſcunt. Sa
lus quidem corporis ad ſeruiendũ deo
ſeruanda eſt: cupiditas vero carnis ex-
tinguenda eſt. Et quia de manifeſta in-
firmitate locutus eſt: de latenti dolo-
re ſubiungit, dicens.

Deniq; ſi latẽs eſt dolor: famulo dei
dicenti quid ſibi doleat, ſine dubita
tione credatur.

X ¶Iure eñ credēdus eſt quem boni mo-
res & conuerſatio ſancta famulum dei
eſſe commendant. Non enim ex ore lo-
quentium cognoſcitur veritas aut fal-
ſitas: ſed a fructibꝰ eorum cognoſcetis
eos dicit dominus. Nō ſunt fallaces, nō
ſunt duplices: non ſunt ex illis q in cor
de & ore locuti ſunt falſa. Famuli dei
quales ſunt in corde: tales ſunt in ore.
Bona vita fidem dat verbis. Mala vita
etiam ipſam veritatem facit eſſe ambi-
guam. Sine dubitatione ergo credātur
qui ſine dubitatione ſunt boni. ¶Alio
mō. Si latēs ē dolor, ſine dubitatiōe cre
Y dat. Famulus. n. dei timet deū offende-
re nō ſolum in opere ſed etiā in ſermo-
ne. Tales nos exhibere debemus vt qc-
quid dixerimus ſine dubitatione creda
tur. Vita debet cōmendare ſermonem:
& opera bona teſtimoniū perhibere ve-
ritati: ſicut ſaluator noſter de ſe dicit.
Ioan. 10. Si mihi non creditis: vel operibus cre-
dite. Opera, inqt, quæ facio: ipſa teſtimo
nium perhibēt de me. Multi enim ſunt
quibus non creditur etiam ſi verum di
cant: quia illi mali ſunt, aut in ſuſpi-
cione habent ne mali ſint. Sed ſi noſtra
vita ſine ſuſpiciōe cœpit eſſe bona: mox
verba noſtra ſine dubitatione credētur
eſſe vera. Quanto quiſq; minus bonꝰ eſt
tanto minus ei creditur: Quanto cœpe
rit eſſe religioſior: tāto verbis eius ma
ior fides pręſtatur. Sed quia infirmita-
tis neceſſitas aliquando appetit ea quę
ſibiipſi ſunt contraria, ideo adiungit.

Sed tamen vtrū ſanando illi do-
lori quod delectat expediat: ſi non
eſt certum, medicus conſulatur.

Z ¶Credendum eſt eorum verbis: nec ta-
men ſtatim acquieſcendum eſt eoꝝ de-
ſideriis. nam & famulos dei illicita tē-
tant deſideria. ergo ſi non eſt certū, me-
dicus conſulatur. Quæratur ille qui de
incerto faciat certū. Nec mirum ſi me-
dicorum conſilia quærimus: cū apoſto-
lum Paulū conſilio medicinę vſum fuiſ
ſe legamus. Nam per epiſtolā ſuā diſci-
pulo ſuo Timotheo pręcepit dicēs. Mo
dico vino vtere propter ſtomachum &
frequentes tuas infirmitates. A rigore
ergo abſtinentię diſcretus magiſter di-
ſcipulum temperat: ne ſcilicet frequen-
tibus paſſionibus fractus a bono prædi
cationis elangueſcat. Bonū quippe erat
vt diſcipulus ex infirmitate patientiæ
fructum redderet: ſed vtiliꝰ eſſe proui-
debat apoſtolus ſi vſu medicinę aliquā
tulum conualeſcens animas deo lucri-
faceret. Ex diuerſis autem bonis vtilio-
ra eligenda ſunt. Hac autem authorita
te fulti ad hæc medicinam corporalem
quęrere debemus: vt inde maiorem fru
ctum domino referamus.

Nec eant ad balnea, ſiue quocun
q; ire neceſſe fuerit, minus q̄ duo vel
tres.

¶Prouideamꝰ bona (ait apoſtolus) non A
tm̄ coram deo ſed etiam corā omnibus 2. Cor. 8.
hominibus. Propter nos cōſcientia bo-
na ſufficit nobis: propter alios fama no
ſtra non pollui ſed pollere debet in no-
bis. Qui fidēs conſcientiæ ſuæ negligit
famam ſuam, crudelis eſt: maxime ī hoc
loco poſitus, de quo dicit apoſtolꝰ ſcri-
bens ad diſcipulum. Circa omnes teip- Titū. 2.
ſum bonorum operum præbe exemplū.
Rurſus alibi dicit. Speculū facti ſumus
mūdo & angelis & hominibꝰ. Qui nos
amant quęrunt quid in nobis laudent:
qui vero nos odiunt detrahunt nobis.
Nos autem in vtroq; medio conſtituti
adiuuante domino noſtro Ieſu Chriſto
& vitam & famam noſtram ſic cuſtodi
re debemus vt non erubeſcamus a de-
tractoribus laudari. Simul ergo ire de-
bent duo vel tres: & propter ſolatium
& pꝑter bonę famę teſtimonium. Vn- Eccl'ſ. 4.
de Salomō ait. Vęh ſoli: ſi ceciderit nō
habet ſubleuantem: Si fuerit duo, foue
buntur mutuo. Bene autem ait: cum q
bus præpoſitus iuſſerit ire debet: ſcili-
cet vt a plato puideat ſecuritas pſonę,
& a ſubdito ſeruet virtus obœdiētiæ.

Ægrotātium cura ſiue poſt ęgri-
tudinem reficiendorum, ſiue aliqua
imbecillitate ſiue etiam febribus la
borantium, alicui debet iniungi vt
ipſe de cellario petat qđ cuiq; opus
eſſe proſpexerit.

¶Eligendus eſt frater timēs deum qui B
circa infirmos curam maximam gerat:



& quod opus eis fuerit miniſtrare eis
ſtudeat: & eo ſtudio & affectu eis deſer
uiat, ac ſi ipſi domino Ieſu Chriſto de-
ſeruiret. Ipſe enim dicturus eſt in iudi
cio. Infirmus fui: & viſitaſtis me. Et ite
rū. Quod vni ex minimis meis feciſtis,
mihi feciſtis. Debent ergo fortiores im
becillitatem portare infirmorum. Sic
enim diuina caritas adimpletur teſte
Gala. 6. Apoſtolo qui ait. Alter alterius onera
portate: & ſic adimplebitis legem Chri
ſti. Lex Chriſti eſt dilectio. Dilectiōis of
ficium eſt inuicem onera noſtra porta
re. Diuerſa vero tempora & diuerſę in
firmitates faciunt vt onera noſtra por
temus īuicem. Nihil autem ſic probat
amicum q̄ oneris amici portatio. Sed
& ipſe infirmus cui pro dei amore ſer-
uitur, debet penſare & ſummopere ca-
uere ne ſuperfluitate ſua aut impatien
tia ſibi ſeruientem contriſtet. Studeat
autem deo gratias agere: ne infirmitas
quæ data eſt ei ad purgationem animę
vertatur ad augmentum culpæ.

Siue autem qui veſtibus ſiue qui
codicibus præponūt, ſine murmure
ſeruiant fratribus ſuis.

C ¶Tales ſe exhibeāt, & ea caritate fratri
bus ſuis deſeruiant: ne ipſi de miniſte-
rio ſibi commiſſo peccent in murmure:
nec alios per ſuā negligentiam faciant
murmurare. Graue pctm̄ eſt murmura
tio teſtante Grego. qui ait. Regnum cę
lorum nullus q murmurat accipit: nul
lus qui accipit murmurare poterit. Et
Salomō. Præcordia fatui ſicut rota car
Eccl'i. 33. ri fœnū portat & murmurat. Tales er-
go ſunt in cōgregatione qui carne ſub
diti non ceſſant a murmuratione. Apo
ſtolus. Neq; murmuraueritis: ſicut qui
1. Cor. 10. dam eorum murmurauerunt: & a ſer-
pentibus perierunt. Quare a ſerpenti-
bus? niſi qa ſerpens venenoſus eſt: & o-
mnis qui murmurat venenum diaboli
Iaco. 3. habet in lingua? Iaco. Lingua inquietū
malum, plena veneno mortifero. Cauē
dū eſt ergo nobis a murmure: ne morti
fero & diabolico pereamus veneno.

Codices certa hora petantur: ex-
tra horam qui petierit nō accipiat.

¶Superius præcepit inſtare orationibꝰ D
temporibus conſtitutis. Tempora ergo
ſunt diſtinguenda quibꝰ debemus ora-
re, & quibus debemus legere. De opere
quoq; alibi ammonet vt nullus ſibi ali
quid operetur: ſed omnia opera veſtra
in vnum fiant. Hæc tria commēdat no
bis regula quæ animæ noſtræ valde ſūt
neceſſaria: ſcilicet orationem, lectionē,
operationem. Nam oratiōe mūdamur,
lectione inſtruimur, opatione beatifica
mur, ſicut ſpiritus ſanctus dicit ī Pſal.
Labores manuū tuarum quia māduca- Pſal. 127.
bis: beatꝰ es & bn̄ tibi erit. Qꝫ aūt dicit
vt codices ſingulis diebus petātur, fre-
quentia legendi commēdatur. Frequē-
ter debet legere ſeruus dei. Valde em̄
eſt vtilis diuina lectio. Nam per lectio-
nem diſcimus quid cauere, quid agere,
quo tendere debeamus. Hinc Pſal. ait. Pſal. 118.
Lucerna pedibus meis verbum tuum.
Per lectionem ſenſus & intellectus au-
gentur. Lectio ad orationē nos inſtruit
& ad operationem: & nos informat ad
cōtemplatiuam vitam & actiuam. Ideo
in Pſal. Beatꝰ vir ſcribit: qui in lege do E
mini meditatur die ac nocte. Hæc ſunt
arma, videlicet oratio, lectio & opatio
quibus diabolus expugnatur. Hęc ſunt
inſtrumenta quibus æterna beatitudo
acquiritur. His armis vitia comprimū
tur: his alimentis virtutes nutriūtur.
Sed etſi a lectiōe ceſſatur, debet manuū
operatio ſubſequi: quia ocioſitas inimi
ca eſt animæ: & antiquus hoſtis quem
a lectione ſiue ab oratione vacantē in-
uenerit facile ad vitia rapit. Per vſum
nāq; lectiōis diſcetis qualiter & vos vi
uatis & alios doceatis: Per manuū opa
tionem & corporis macerationē, & vi-
tiis alimenta negabitis, & veſtris neceſ
ſitatibus ſubuenietis: & habebitis vn-
de neceſſitatem patiētibus aliquid por
rigatis.

Veſtimenta vero & calciamenta
quando fuerint indigentibus neceſ-
ſaria dare non differāt ſub quorum
cuſtodia ſunt quæ poſcuntur.

¶Hoc eſt quod ſuperius dictum eſt: vt
ſine murmure ſeruiant fratribus ſuis.
Ne quando differunt neceſſaria dare:

faciant fratres murmurare:& ſint occa
F ſio peccati. Studeãt ergo ſeruire fratri
bus ſuis propter deum:& neceſſaria cõ
gruis temporibus miniſtrare.Et hoc fa
ciant ſine murmure, ſine triſtitia , ſine
dilatione, cum gaudio & hilaritate:qa
hilarem datorem diligit deus:vt omne
quod opus eſt eis ſecundũ modum con
gregationis & poſſibilitatem loci ha-
beant. & eis qui ſeruiunt ſit maior ex-
inde merces a domino.In indumẽtis ve
ro & calciamentis clericorum cõgruus
ſeruandus eſt modus: ne precioſa vl' ni
tida ſint ſupra modum aut nimis abie
cta & vilia:nec habentia compoſitionẽ
pluſq̃ decet , nec incompoſitionem vl-
tra q̃ oportet . Talia ergo ſint vt reli-
gionem ſimul commendent & honeſta
tem . Caueant ergo fratres quibus ne-
ceſſaria miniſtrantur,ne quid expetant
importune, aut qđ non deceat eorũ re
ligionem.Nam quicquid ſuperfluũ ha-
G bent:mortiferum eſt illis . Perpendant
ergo quoniam ea quæ expendunt obla-
tiones ſunt fidelium pro redemptione
peccatorum.Et ideo non gloriẽtur ta-
libus vti ſed magis timeant : ꝙ in ve-
teri teſtamẽto de ſacerdotibus dictum
eſt,iniquitatem populi eos debere por
tare.Et ideo cum magno timore ſolli-
citi ſint ſuper eos quorum donis parti
cipant:quia magnum eſt periculum.Sa
lubrius eſt autem pauperes Chriſti(ſi-
cut iam prædictum eſt) ſemper minus
egere q̃ plus habere.Nam vnde paupe-
res erimus niſi pœnuriam ꝓpter deum
ęquanimiter portemus? Quantum er-
go meminimus nos illicita commiſiſſe,
tantũ oportet a licitis abſtinere.Per an
guſtam enim portam intrare debemus
vt ad latitudinem cæleſtium gaudiorꝫ
pertingere valeamus. Nam quanto ar-
ctiorem vitam hic agimus:tanto maio
rem gloriam poſſidebimus in cælo.

Lites autem nullas habeatis aut
q̃celerrime finiatis: ne ira creſcat in
odium & trabẽ faciat de feſtuca &
animam faciat homicidã.Sic eñ le-
gitis.Qui odit fratrem ſuum homi-
cida eſt.

H ❡Sic paulatim ſępe creſcunt vitia.Sæ-
pe cum ab ocioſo verbo linguã reſtrin
gere nolumus: ad noxia dilabimur.in-
de aliquãdo ad murmura & detractio-
nes decidimus:plærũq; etiam vſq; ad li
tes & cõtentiones: inde ad irã & odiũ:
& iuxta Salomonis vocem dum negli-
gimus corrigere minima: ꝓlabimur ad
maiora.Dum ergo vitium ex vitio ori
tur,iniquitas prolongatur . Hinc pro-
pheta ait. Vęh qui trahitis iniquitatẽ Eſa.5.
in funiculis vanitatis.Et Pſal.Prolõga Pſal.128.
uerunt iniquitatem ſuam:dominus iu
ſtus concidet ceruices peccatorum. Pri
mum eſt ergo omnino cauendum pec-
catum.Melius eſt enim p̃cauere q̃ emẽ
dare.Qꝫ ſi per fragilitatem peccare cõ-
tigerit:facile culpa corrigitur quę cito
cognoſcit.Hinc eſt qđ dominus de mu
liere ad ſerpentem dicit. Ipſa conteret Geñ.3.
caput tuum.Caput ſerpentis conteri-
tur:quãdo peccatum ibi corrigitur vbi
naſcitur.Debet ergo quiſq; eſſe ſollici-
tus vt mox ibi ſe ſtudeat emendare vbi
ſe nouerit deliquiſſe. Quãtum intereſt
inter feſtucam & trabem:tantum inter
eſt inter iram & odium.Odium eñ eſt I
inueterata ira : quæ quaſi ex vetuſtate
tantũ accepit vt merito verus appella
retur . Fieri enim poteſt vt ſi iraſcaris
homini velis etiam corrigi: ſi autẽ ode
ris nõ potes eum velle corrigi.Per irã
mẽtis oculus turbatur:per odium eti-
am extinguitur.Vnde Apoſtolus.Qui 1.Ioan.2.
odit fratrem ſuum in tenebris eſt. Nul
li iraſcenti videtur ira ſua iniuſta. Vn
de de omni indignatione cito redeun-
dum eſt ad manſuetudinis lenitatem.
Nam pertinax motꝰ facile in eius odiũ
tranſit cui nõ celeriter ignoſcitur. Vn
de ſubditur.

De venia poſtulanda & offenſa
remittenda.

Cap.X.

QVicũq; conuicio vel
maledicto vel etiam
criminis obiectu ali
quem lęſerit: memi-
nerit ſatiſfactione q̃
primũ curare quod fecit:& ille q lę



ſus eſt ſine diſceptatione dimittere.
K ❡Grauiter offendit q conuicio vel ma
1.Cor.6. ledicto aliquẽ lędit.Apoſtolus ait.Ma-
ledici regnum dei non poſſidebunt. Et
Matt.5. dominus in euangelio.Qui dixerit fra
tri ſuo fatue: reus erit gehennæ ignis.
Debet ergo ſicut grauiter deliquit,gra
uiter pœnitere: atq; ab eo quẽ lęſit to-
to corde tota humilitate veniã poſtu-
lare:Et ille q lęſus eſt ſine diſceptatio-
ne dimittere.Iſidorus.Qui fratrem ſu-
um tardius reconciliat:deum ſibi tar-
dius placat. Fruſtra enim ſibi deum re
conciliari atq; propitiari quęrit: qui ci
to placare ſuũ ꝓximum negligit . Sed
ſunt quidam qui de ſuis meritis confi
dentes pigre in ſe delinquentibus ve-
niam præſtant:ſed nihil proficit eſſe il
lęſum qui non eſt paratus ad veniam:
dum potius hæc magna ſit culpa quan
do tardius laxãtur fraterna delicta.Ve
ritate teſtante didicimus quia ſeruus
qui decem milia talenta debebat, cum
pœnitentiam ageret abſolutionem de-
biti a domino accepit:ſed quia conſer-
uo ſuo centum denarios ſibi debẽti de
bitum non dimiſit,& hic eſt iuſſus exi-
gi quod ei fuerat iã dimiſſum. Ex qui-
bus verbis conſtat, quia ſi hoc quod in
nobis delinquitur ex corde non dimit
timus:& illud rurſum exigitur qđ no-
bis iam per pœnitẽtiam dimiſſum fuiſ
ſe gaudebamus.

Si autem inuicem ſe lęſerint: inui-
cem ſibi debita relaxare debebũt ꝓ
pter oratiões veſtras:quas vtiq; quã
to crebriores habetis, tãto ſaniores
L habere debetis.

❡Quotidie dicimus deo : dimitte no-
bis debita noſtra ſicut & nos dimitti-
mus debitoribus noſtris.ꝙ ſi debitori-
bus noſtris,id eſt eis qui in nos peccãt
non dimittimus:cum dicimus deo di-
mitte nobis debita noſtra , ſicut & nos
dimittimus:ipſa noſtra oratione incul
pamur: & deum aduerſum nos ad ira-
cundiam incitamus:& ipſi ſuper nos ĩ-
ducimus maledictionem potius q̃ bene
dictionem.Sicq; fit vt oratio quæ debe
bat nobis eſſe ſalubris,ſit noxia:& pec-
cata noſtra quæ debuimꝰ minuere orã
do augeamus . De quotidianis autem
leuibus breuibuſq; peccatis ſine quibus
hæc vita non ducitur:quotidiana ora-
tio fidelium ſatiſfaciet . Eorum eſt eñ
dicere, Pater noſter qui es in cælis:qui
iam tali patri regenerati ſunt ex aqua
& ſpiritu ſancto.Delet oñino hęc ora-
tio minima quotidianaq; peccata. De-
let & illa a quibus vita fidelium etiam
ſcelerate geſta ſed pœnitendo in meliꝰ
mutata diſcedit . Sed quemadmodum
veraciter dicitur,dimitte nobis debita
noſtra ( quoniam non deſunt quæ di-
mittantur ) ita veraciter dicatur:ſicut
& nos dimittimus debitoribus noſtris.
Idem fiat quod dicitur:qa & ipſa elee-
moſyna eſt veniã petenti homini igno
ſcere.Multa quidẽ genera ſunt eleemo M
ſynarum quæ cum facimꝰ adiuuamur
vt dimittantur nobis peccata noſtra.
Sed ea nihil eſt maius qua ex corde di-
mittimus quod in nos quiſq; peccauit.
Minus magnum eſt erga eum beniuo-
lum eſſe ſiue etiam beneficum qui ti-
bi nihil mali fecerit:illud multo gran-
dius & magnificentiſſimę bonitatis eſt
vt tuum quoq; inimicum diligas: & ei
qui tibi malum vult ſemper bonum ve
lis.facias quoq; ꝙ poſſis audire dicen- Matt.5.
tem Ieſum. Diligite inimicos veſtros:
benefacite his qui oderunt vos:& ora-
te pro eis qui vos perſequuntur . Sed
quoniam perfectorum ſunt iſta filio-
rum dei quo ſe debet omnis fidelis ex-
tendere:& humanum animum ad hũc
affectum orando deum & ſecum agen-
do luctandoq; perducere: Tamen quia N
hoc magnum bonum tantę multitudi
nis non eſt quantum nos credimus ex-
audiri cum in oratione dicitur:dimit-
te nobis debita noſtra ſicut & nos di-
mittimus debitoribus noſtris : procul
dubio ſponſionis huius verba implen-
tur ſi homo qui nõdum ita proficit vt
etiam diligat inimicum,tamen quãdo
rogatur ab hoĩe q peccauit in eũ vt ei
dimittat,dimittit ex corde: qa etiã ſibi
rogãti vtiq; vult dimitti cũ orat & di
cit:dimitte nobis ſicut & nos dimitti-
mꝰdebitoribꝰnr̃is.i.ſic dimitte nobis ro

gantibus debita noſtra,ſicut nos dimit
timus rogantibus debitoribus noſtris.
Iam vero qui eum in quẽ peccauit ho-
minem rogat, ſi peccato ſuo moueť vt
Matt.6. roget, non eſt adeo deputandus inimi
cus,vt eum ſic diligere ſit difficile, vt
difficile erat cum iĩmicitias exercebat.
Quiſquis autem roganti & ꝑccata ſua
pœnitenti ex corde non dimittit:nullo
modo exiſtimet a domino peccata ſua
dimitti.quoniam mentiri veritas non
poteſt,quæ ait. Si dimiſeritis homini-
bus peccata eorũ:dimittet vobis & pa-
ter veſter cæleſtis delicta veſtra.

Melior eſt autem qui q̃uis ira ſæ
pe tentetur tamen impetrare feſti-
nat vt ſibi dimittat cui ſe feciſſe
agnoſcit iniuriam:ꝗ qui tardius ira
ſcitur & ad veniam petendam tar-
dius inclinatur.

O ¶Nonnullos ira citius accendit & faci
lius deſerit:nonnullos vero tarde com
mouet ſed durius tenet. Alius autem
(quod nequius eſt) & citius iracundię
flammas accipit & tardiꝰ deponit. Nõ-
nulli vero has & tardius ſuſcipiunt &
citius amittunt. In quibus nimirum
liquido lector agnoſcit quia ad trangl-
litatis bonum vltimus pluſꝗ primꝰ ac
cedit: & in malo ſecundum tertius ſu-
perat.Quanta ſit ergo iracundię culpa
penſemus:per quam dum manſuetudo
amittitur,ſimilitudo ſupernę imaginis
vitiatur.Per iram iuſtitia relinquitur:
Iaco.1. ſicut ſcriptum eſt.Ira viri iuſtitiam nõ
operatur. Per iram gratia vitę ſocialis
Prou.22. amittitur:ſicut ſcriptum.Noli eſſe aſſi
duus cum homine iracundo:ne forte
diſcas ſemitas eius & ſumas ſcandalum
animę.Nam qui ſe humana ratione nõ
temꝑat:neceſſe eſt vt beſtialiter ſolus
viuat.Aliquando autem ira manus nõ
exerit:ſed in maledictionis iacula lin-
P guam vertit. Nonnunꝗ vero dum ac-
cẽſus animus a conſueta locutione re-
ſtringitur: per acceſſum temporis peni
tus a proximi dilectione ſeparatur: &
acriores ſtimuli ad mentem veniunt:
cauſęq; quæ grauius exaſperent oriun
tur, atq; in irati oculo feſtuca in tra-
bem vertitur dum ira in odium ꝑmu
tatur. Veremur a proximis deſpici:de-
dignamur iniurias verbi tolerare.ſi cõ
tingat iurgium fortaſſe cum proximo:
erubeſcimus priores ſatiſſacere.Cor q-
dem carnale dum huius vitæ gloriam
quærit,humilitatem reſpuit:& plęrũq;
ipſe homo qui iraſcitur diſcordanti ſi-
bi reconciliari appetit: ſed ire ad ſatiſ-
faciendum prior erubeſcit. Penſemꝰ er
go facta capitis noſtri,vt videamꝰ quo
iaceant noſtræ prauitatis errores.Ecce
inter nos & deum peccãdo diſcordiam
fecimus:& tamen ad nos deus ſuos le-
gatos prior miſit,vt noſipſi qui pecca-
uimus ad pacem dei reuocemur. Eru-
beſcat ergo humana ſuperbia & cõfun
datur quiſq; ſi nõ ſatiſfaciat proximo:
quoniam poſt culpam noſtram vt ei re
conciliari debeamus, & ipſe qui offen-
ſus eſt legatis interueniẽtibꝰ obſecrat
deus.

Qui autem non vult petere ve-
niam aut non ex animo petit: ſine
cauſa eſt in monaſterio, etiam ſi in-
de non proiiciatur.

¶Cum dominus tantũ curę reconcilia Q
tionis noſtræ habeat vt patiatur mu-
nera ſua derelinqui ante altare & im-
perfecta manere atq; interrumpi mini-
ſteria ſua donec eas & reſoluas iracun
diam & diſiungas inimicitias cum fra-
tre tuo:nec nos ipſum erubeſcimus,ſed
dies multos patimur manere inimici-
tias, & trahimus ſicut funem longam
diſcordiam: Non iracũdos tm̃ & mali-
tię memores punit deus: ſed & eos qui
iraſcentes offendunt aut placare negli
gunt atq; contemnunt. Quoniam qui-
dem hi qui paſſi ſunt & videntur pati
iniurias,neceſſario dolent & iraſcũtur:
qui vero fecerunt,nec doloris aliquid
nec iracundiæ gerũt. Ob hoc ergo hũc R
qui ab iracundia liber eſt adducit ad il
lum qui in dolore eſt, & liber non eſt:
oſtendẽs quia criminis huius noxa pe-
nes hunc magis eſt qui cauſam ꝑccati
dedit.Sed nec ſic qdẽ emendamur.Per
ſiſtimus eñ pro rebꝰ nullis contriſtare
fratres noſtros:& quaſi nil mali feceri-
mus de ſatiſfactione negligimꝰ,& obli-
uioni tradimꝰ culpam atq; in lõgũ tp̃s



protrahi patimur: ignorantes ꝙ tanto
largior nobis erit pœna quãto largior
diſcordia. Vbi enim amicitia ꝑma-
net, nihil facile recipitur, nihil facile
creditur quod diſſidium poſſit opera-
ri.Si vero ſemel inimicitiæ occupaue-
rint:oĩa ꝗ fiunt,ꝗ dicuntur,ꝗ audiunť,
ita accipiũť & ita ĩtelligũť vt ad maio
res & longiores ꝓficiant inimicitias:Si
quid autem mali:hoc ſolũ crediť & cõ-
S firmať.Iubet ergo dominꝰ relinqui do
nũ ante altare & prius reconciliari fra
tri:vt ex hoc diſcamus quia ſi nec illo ĩ
tempore quo ad miniſterium dei iube-
mur accedere,recõciliationem diſſimu
lari ac differri patiť deus:quãto magis
curãda ſit hæc in aliis tẽporibus.Si for
te accidat iraſci:mandať vt ſub die aut
iracũdiam noſtram vel inimicitias no-
ſtras finiamus.In hoc conſtringimur p̃
cepto quo ait:Sol nõ occidat ſuper ira-
Ephe.4. cundiam veſtram. Nos contra nec hoc
contenti ſumus vt iracũdiam vltra ſo-
lis terminum producamus: ſed & inſi-
dias inuicem inſtruimus ſiue rebꝰ ſiue
verbis ſupplantare cupientes ꝓximos,
mordentes inuicem & comedentes.qđ
vtriq; aꝑrta inſania eſt. Quid eñ aliud
faciũt inſani & dęmone repleti,niſi mẽ
bra ſua morſibus dilaniant? Fruſtra eſt
ergo in monaſterio ꝗ diſcordat cũ fra-
tre ſuo: quia nec deũ placat ſacrificiis
nec proficere valet operibus bonis.

Proinde vobis a verbis durioribꝰ
parcite.

T ¶Salomon.Reſponſio mollis frãgit irã:
Prou.15. ſermo durus excitat furorẽ.Itẽq;.Dul-
Eccli.6. ce verbum inimicos mitigat:& amicos
multiplicat.Et Paulus. Vos qui ſpũa-
Gal.6. les eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu
lenitatis. Caueãt ergo viri ſancti a ver
bis duris.

Quę ſi emiſſa fuerit ex ore veſtro:
non pigeat ex ore proferre medica-
menta vnde facta ſint vulnera.

V ¶Primum quidem ſummoꝑre cauea-
mus ne duris verbis aliquem cõturbe-
mus.ꝙ ſi aliquando peccamus ex fragi
litate:oportet continuo ad ſatiſfactio-
nem venire, & contra ſermonem durũ
proferre dulcem atq; placabilẽ:vt vul-
nus cõmotionis ſanet medicina humi-
lis confeſſionis.Sed ſicut p̃diximus me
lius eſt ante cauere vitiũ:ꝗ poſtea emẽ
dare commiſſum.Ideo ſeruus dei debet
ſemꝑr ponere cuſtodiam ori ſuo vt nõ
delinquat in lingua ſua:& tunc maxi-
me quando aduerſus eum conſiſtit pec
cator,videlicet aliquis calumnioſus ac
iniurioſus,ſicut ſcriptum eſt.Sũt mul-
ti ſuperbi & inuidi qui non ceſſant ir-
ritare famulos dei.Ergo ſi eſt tibi intel Eccli.5.
lectus,reſponde proximo tuo. Sin autẽ:
ſit manus tua ſuper os tuum ne capia-
ris verbo ĩdiſciplinato & cõfundaris.

Quando autem neceſſitas diſcipli
nę moribꝰ coercẽdis dicere vos du-
ra verba compellit:ſi etiam ipſi mo
dum vos exceſſiſſe ſentitis,non a vo
bis exigitur vt a vobis ſubditis ve-
niam poſtuletis: ne apud eos quos
oportet eſſe ſubiectos dum nimium
ſeruatur humilitas regẽdi frãgatur
authoritas. X

¶Plęrũq; hoc magnis doctoribus cõtin
git vt dum coacta correctione feruent
modum correctionis exaggerẽt: & lin-
gua aliquid quod nõ debet dicat: quia
mentem dilectio quantum debet nõ in
flammat. Vnde bene ꝑr Moyſen domi Deut.19.
nus præcepit dicens. Si quis abierit cũ
amico ſuo ſimpliciter in ſyluam ad cę-
denda ligna: & in ſucciſione lignorum
ſecuris fugerit manum:ferrũq; lapſum
de manubrio amicum eius percuſſerit
& occiderit: hic ad vnam ſupradictarũ
vrbium cõfugiet & viuet: ne forte ꝓxi
mus eius cuius eſt effuſus ſanguis,do-
loris ſtimulo proſequatur & apprehen
dat eum & percutiat animam eius. Ad Y
ſyluam quippe cũ amico imus quotiẽs
cum quolibet proximo ad intuenda de
licta noſtra conuertimur:& ſimpliciter
ligna ſuccidimus,cum delinquentium
vitia pia intentione reſecamus. Sed ſe
curis manum fugit: cum ſeſe increpa-
tio pluſꝗ neceſſe eſt in aſperitatem pro
trahit.ferrumq; de manubrio proſilit:
cum de correctione ſermo durior exce
dit:& amicum ꝑcutiens occidit:quia
auditorẽ ſuũ ꝓlata cõtumelia a ſpiri

tu dilectionis interficit.Correcti nanq̧
mens ad odium proruit ſi hunc immo
derata ĩcrepatio pluſq̃ debuit addicit.
Sed is qui incaute lignũ ꝑcutit & ꝓ⸗
ximum extinguit,ad tres neceſſe eſt vr
bes fugiat vt ĩ vna earum defenſus vi⸗
Z uat.Quia ſi ad pœnitentiæ lamenta cõ
uerſus in vnitate ſacramenti ſub ſpe,fi
de,& caritate abſconditur:reus perpe⸗
trati homicidii non tenetur:eumq̧ ex⸗
tincti proximus cum inuenerit non oc
cidit. Quia & iuſtus ille iudex qui ſe⸗
ſe pro nobis ꝑ naturæ ſuæ cõſortium
coniunxit:ab eo proculdubio vĩdictam
de culpę reatu non expetit quẽ ſub eiꝰ
venia fides ſpes & caritas abſcondit.
Ideo ſubiungitur.

Sed tamen petenda eſt venia ab
omniũ domino : qui nouit eos quos
plus iuſto forte corripitis,quãta be
niuolentia diligatis.

A ¶Aliquãdo exceditur modus zelo ma⸗
litię:aliquando zelo iuſtitiæ.plęrũq̧ ex
ſtudio ꝑ deliberatam locutionem:plę
rũq̧ ꝑ exceſſum locutionis.Dominus
vero non tam attendit ſermonem q̃ in
tentionem.Citius ergo culpa dimitti⸗
tur quę nequaq̃ malitię ſtudio ꝑpetrat̃.

Non autẽ carnalis ſed ſpiritualis
inter vos debet eſſe dilectio.

B ¶Sunt nonnulli qui diligũt proximos
ſed ꝑ affectum cognationis & carnis:
quibus tamẽ in hac dilectione ſacra elo
quia non contradicũt. Sed aliud eſt qđ
ſponte impenditur naturę:aliud qđ ex
pręceptis dominicis ex caritate debet̃
obœdiẽtiæ. Hi nimirum & proximum
diligũt,& tamen illa ſublimia dilectio⸗
nis pręmia non aſſequuntur: quia amo
rem ſuum non ſpiritualiter ſed carna⸗
liter impendunt.Omnipotentis dei eſ⸗
ſe diſcipulos ſola cuſtodia caritatis ꝓ⸗
Ioan.13. bat.Vnde ipſe ait.In hoc cognoſcẽt o⸗
mnes quia mei eſtis diſcipuli ſi dilectio
nem habueritis adinuicem. Quæ dile⸗
ctio ſi cor noſtrũ veraciter replet,duo⸗
bus modis oſtendi ſolet:ſi amicos ĩ deo
& inimicos diligimus ꝓpter deum.Sæ⸗
pe in dilectionis imagine erga inimicũ
animus fallitur,ſeq̧ illum diligere fal⸗
ſo arbitratur.Sed tunc inimici dilectio
veraciter cuſtoditur:cum nec de profe
ctu addicimur nec de ruina lętamur.A
duobus quidem præceptis incipit cari
tas:ſed ſeſe ad innumera extendit.Hu⸗
ius nãq̧ initium dilectio eſt dei & pro⸗
ximi.ſed dei dilectio ꝑ tria diſtingui⸗
tur: quia ex toto corde & ex tota aĩa &
ex tota fortitudine conditor diligi iu⸗
betur. ¶Qua in re notãdum eſt ꝙ diui C
nus ſermo cum deũ diligere præcipit:
nõ ſolum narrat ſed etiam informat ex
quanto cum ſubiungit.Ex tota fortitu
dine : vt videlicet qui ꝑfecte deo pla⸗
cere deſiderat ſibi de ſe nihil relinquat.
Proximi autem dilectio ad duo p̃cepta
deriuatur.Vnde dicitur.Quod tibi nõ
vis fieri vide ne tu alteri facias.Et ꝑ ſe
metipſam veritas dicit.Quæ vultis vt Matt.7.
faciant vobis homines & vos facite il⸗
lis. Quibus duobus ſcilicet vtriuſq̧ te
ſtamenti mãdatis ꝑ vnum malitia cõ
ꝑſcitur:ꝑ aliud benignitas prærroga⸗
tur.vt qđ nõ vult malum pati quiſq̧:
non faciens ceſſet a nocendi opere : Et
rurſum bonum qđ ſibi fieri appetit:im
ꝑdens ad vtilitatẽ proximi exerceat D
ex benignitate.Sed hęc nimirũ duo dũ
ſollicita intentione cogitantur: cor ad
innumera virtutum miniſteria tendi⸗
tur,ne vel ad inferenda quæ non debet
in deſideriis inquieta mens ferueat,vel
erga exhibenda quæ debet ocio reſolu
ta torpeſcat.Nam cum cauet alteri fa⸗
cere qđ nequaq̃ vult ab altero tolera⸗
re:ſollicita ſe intentione circũſpicit ne
ſuꝑbia eleuet & vſq̧ ad deſpectum ꝓ
ximi animum deiiciens exaltet.Ne am
bitio cogitationum laniet,cũq̧ hãc ad
appetenda aliena dilatat anguſtet. nec
luxuria polluat & ſubiectum deſideriis
ꝑ illicita corrumpat.Ne ira exaſꝑet
& vſq̧ ad proferendam contumeliã in⸗
flammet. Ne ĩuidia mordeat,& alienis
felicitatibꝰ ęmula ſua ſe face cõſumat.
Ne immoderate linguam loquacitas ꝓ
trahat:eamq̧ ad laſciuiam obtrectatio
nis extẽdat.Ne odium malitia excitet:
& os vſq̧ ad iaculum maledictionis ir
ritet.Rurſumq̧ cum cogitat vt ea alte E
ri faciat q̃ ſibi ab altero fieri expectat:ni
mirum vt malis bona,vt bonis meliora
reſpondeat:vt erga procaces manſue⸗



tudinẽ lõganimitatis exhibeat:vt ma⸗
litię ꝑſte languentibus gratiam beni⸗
gnitatis ĩpendat:vt diſcordes pace mu
niat:vt concordes ad cõcupiſcentiã ve
rę pacis accendat: vt indigentibus ne⸗
ceſſaria tribuat: vt errantibus viam re
ctitudinis oſtẽdat: vt afflictos verbo &
compaſſione mulceat: vt accenſos ĩ hu
iuſmodi deſideriis increpatione reſtri⸗
gat:vt minas potentium ratiocinatio⸗
ne mitiget : vt oppreſſorum anguſtias
quanta præualet ope leuet: & foris ob⸗
ſiſtentibus opponat patientiam, vt in⸗
tus ſuꝑbientibus exhibeat cũ patien⸗
tia diſciplinã:vt erga ſubditos ſic man
ſuetudo zelum temꝑet quatinꝰ a iu⸗
ſtitię ſtudio nõ declinet : ſic ad vltionẽ
zelus ferueat ne tamen pietatis limitẽ
feruendo trãſcẽdat: vt ingratos quoſq̧
miniſteriis ĩ amorẽ attrahat:vt ꝓximo
rum mala cum corrigere non valet ta⸗
ceat:vt quæcũq̧ corrigi poſſunt cõſen
ſum eſſe ſilẽtium ꝑtimeſcat: vt ſic ea
quæ tacet toleret,ne tamẽ in animo vi
rus doloris occultet : vt ſic maliuolis
munus benignitatis exhibeat, ne tamẽ
ꝑ gratiã a iure rectitudinis excidat:
vt cuncta proximis quæ præualet im⸗
pendat,ſed impendendo nõ tumeat:vt
ſic in bonis quæ exhibet tumoris præ⸗
cipitium caueat,ne tamen & boni exer
citio torpeſcat : vt ſic quæ poſſidet tri⸗
buat,vt quanta ſit largitas remunerã⸗
tis attendat:ne cum terrena largit̃ ſuã
plus q̃ neceſſe eſt inopiam cogitet, & ĩ
oblatione muneris claritatis lumen tri
F ſtitia obſcuret. Bene ergo lex dei mul⸗
tiplex dicit̃ : quia nimirũ vna eademq̧
caritas ſi mentem plene ceperit, ad in⸗
numera opa mltiformiter accẽdit.Mul
tiplex ergo iſta lex ẽ dei q̃ ſingulis hic
rerũ articulis non ꝑmutata cõgruit:&
cauſis ſe variantibus non variata cõiũ
git.Cuius nimirũ legis multiplicitatẽ
bñ Paulus oſtẽdit,dicẽs.Caritas patiẽs
eſt:benigna ẽ &c. ¶De obœdiẽtia.Ca.xi

PRæpoſito tanq̃ patri
obœdiatur:multo ma
gis preſbytero qui o⸗
mnium veſtrum cu⸗
ram gerit.

¶Obœdiẽtia ſola virtꝰ eſt q̃ cęteras vir G
tutes inſerit menti:inſertaſq̧ cuſtodit.
Samuel.Melior ẽ obœdiẽtia q̃ victima.1.Reg.15.
quia ꝑ victimas aliena caro:ꝑ obœdiẽ
tiam vero voluntas propria religatur.
Salomõ.Vir obœdiẽs loquit̃ victorias. Prou.21.
quia dum voci alienæ humiliter ſubdi
mur:nos in corde ſuꝑamꝰ.Nobis qꝓ⸗
ꝑ obœdientia vſq̧ ad mortem ſeruãda
p̃cipit̃.Per obœdientiam malum nunq̃
fieri:aliqñ autẽ etiã debet ꝑ obœdien
tiam bonum qđ agit̃ intermitti.Sed qa
nonnunq̃ nec iubentur aduerſa,ſciẽdũ
ſummopere eſt ꝙ obœdiẽtia aliqñ ſi de
ſuo habeat aliquid nulla eſt:aliqñ autẽ
ſi de ſuo nõ habeat aliquid minima eſt.
Nam cum huius mundi ſucceſſus p̃ci⸗
pit̃,cum locus ſuꝑior imꝑat̃:is q ad
ꝑcipienda hæc ex proprio deſiderio an
helat: obœdiẽtiæ ſibi virtutẽ euacuat.
Rurſum cum mũdi deſpectus pręcipit̃: H
cum probra & contumelię adipiſci iu⸗
bent̃:niſi hęc ex ſemetipſo animus appe
tat,obœdiẽtię ſibi meritum minuit, qa
ad ea quę in hac vita deſpecta ſunt ĩui⸗
tus nolenſq̧ deſcendit. Debet ergo &
obœdiẽtia in aduerſis aliqd ex ſuo ha⸗
bere:& rurſum ĩ ꝓſꝑis ex ſuo aliquid
omnino non habere:quatinus & in ad⸗
uerſis tãto ſit glorioſior, quãto diuino
ordini etiã ex deſiderio iungit̃: & in ꝓ
ſꝑis tanto ſit vilior,quãto a p̃ſenti ip
ſa quã diuinitꝰ ꝑcipit gloria funditꝰ
ex mẽte ſeparat̃. Innocuis aũt mẽtibus
ornamentum ſemꝑ obœdientiæ iũgi
tur:domino atteſtante q ait.Oues meę Ioan.10.
vocem meam audiunt, & ego agnoſco
eas & ſequuntur me. Profecto redẽpto
ri obœdit qui innocens eſt: Et innocẽs
eſſe non poteſt qui obœdire contẽnit.

Vt ergo cuncta iſta ſeruentur,&
ſi quid minus ſeruatum fuerit nõ ne
gligenter prætereatur,ſed vt emen
dandum corrigendumq̧ curetur,ad
præpoſitum pręcipue pertinebit:vt
ad preſbyterum cuius eſt apud vos
maior authoritas referat qđ modũ
vel vires eius excedit.

I ¶Ad hoc quidem data ſunt iſta regula
ria præcepta vt cuncta ſeruent̃:& ſi qd

minus ſeruatum fuerit, oportet vt ci-
to emendetur. Nõ eñ poſſumus aliqd
præterire negligenter ſine periculo ani
mæ noſtrę. Etenim vouimus ſpecialiter
tenere: & ſecundum ea viuere iurauí-
Pſal.118. mus. Et Pſal. ait. Tu mandaſti mandata
Iaco.2. tua cuſtodiri nimis. Et apoſtolus. Si qs
autem totam legem ſeruauerit, offen-
dat autẽ in vno: factus eſt omniũ reus.
Pertinebit ergo ad præpoſitũ & ad eũ
qui cuſtos eſt ordinis, vt ad preſbyterũ
cui maior eſt authoritas. i. ad abbatem
referat quicquid per ſe ſecũdum cano-
nicam regulam non poteſt definire. Q꞉
ſi in congregatione vbi eſt ordo canoni
cus nõ eſt abbas ſed epiſcopus: ipſe eps
K preſbyteri nomine deſignatur. Ad hoc
enim prelati conſtituti ſunt in eccleſia
vt bene ordinata cuſtodiãt: errata cor-
rigant: vitam & mores ſubditorũ ver-
bo & exemplo componãt: Apoſtoli for-
2.Ti.4. mam ſectantes qui ait. Argue, obſecra,
increpa. Immiſcentes temporibus tẽpo
ra: terroribus blandimẽta: indiſciplina
tos & inquietos debẽt durius arguere:
obœdientes mites & patientes vt ĩ me
lius proficiant obſecrare. Negligentes
contemnentes & ſuperbos aut increpẽt
aut puniant. Neq꞉ diſſimulent peccata
delinquẽtium: ſed mox vt cœperit ori-
ri radicitus vt præualẽt amputẽt: me-
mores periculi Heli ſacerdotis de filiis
ſuis. Honeſtiores atq꞉ intelligibiliores
prima & ſecũda ammonitione corripi-
ant: Improbos & duros corde, ſuperbos
& inobœdientes verbere & caſtigatio-
ne coerceant: reducentes illud ĩ memo
Pro.23.1. riam. Stultus verbo non corrigit: per-
cute filium tuũ virga, & liberabis ani-
mam eius a morte.

Ipſe vero qui vobis præeſt non ſe exiſtimet poteſtate dominãte ſed caritate ſeruiente felicem.

L ❡Nam qui ita preſunt vt gaudeant de
poteſtate dñii: nõ ſũt veri paſtores ſed
mercenarii. Hi magis præeſſe appetunt
q̃ prodeſſe: non querũt animarũ fructũ
ſed temporale lucrum: non cæleſtẽ glo
riam, ſed terrenum honorẽ. De talibus
Matt.6. ait dñs in euangelio. Amen dico vobis
receperunt mercedem ſuam. Qui vero
ita pſunt vt gaudeant de ſeruitute ca-
ritatis: ipſi tenent exemplũ veri paſto-
ris, q non venit miniſtrari ſed miniſtra
re & animam ſuã dare redemptionẽ p
multis. Illi vere prælati ſunt & ſecũdũ
deum curã regiminis agũt, qui ad hoc
tm̃ laborant vt plures ad deũ ſecũ tra-
hant: quos delectat onus non honor: ca
ritas non poteſtas: ſeruitus ĩpenſa aliis
non ſuſcepta ab aliis: Iuxta qđ apoſto-
lus ait. Cum eſſem liber in omĩb⁹: oĩm 1.Cor.9.
me ſeruum feci, vt omnes lucrifacerẽ.
Qui tamen propter authoritatẽ regi-
minis honorandus eſt a ſubditis. Vn-
de & ſubditur.

Honore coram vobis prælatus ſit vobis. M

❡Ideo. ſ. honorari debet: qa Chriſti vi-
cem in monaſterio tenet. Vnde & ipſe Luc.10.
dñs paſtoribus ait. Qui vos audit me
audit: & qui vos ſpernit me ſpernit. De
bent ergo ſerui dei ſuum honorare ma
giſtrum: cuius pro amore dei ſupra ſe
ſuſceperunt magiſteriũ. Qui tamẽ quã
to plus honoratur exterius, tãto opor-
tet vt amplius timeat: atq꞉ ſemetipſum
deſpiciens eos a quibus honor impen-
ditur ſibi in cogitatiõe præponat. Vn
de ſubiunctum eſt.

Timore coram deo ſit ſubſtratus pedibus veſtris. N

❡Hinc ſcriptum eſt. Quanto maior es Eccli.3.
humilia te in omnibus. Et iterum. Fili
te ducem conſtituerũt: noli extolli: ſed Eccli.32.
eſto in eis quaſi vnus ex illis. Et dñs in
euangelio. Omnis qui ſe exaltat humi Luc.18.
liabitur: & qui ſe humiliat exaltabit.
Tãto quippe eſt maior quiſq꞉ apđ deũ:
quanto humilior fuerit apud ſemetip-
ſum. Sed qualis debeat eſſe in moribus
audiamus.

Circa omnes ſeipſum bonorum operum præbeat exemplum. O

❡Sicut enim pręcellit honore & digni
tate & ordine: ita eos præcedere debet
ſanctitate, vt eius exemplo diſcant ſub
diti qualiter viuere debeant.

Corripiat inquietos: conſoletur puſillanimes: ſuſcipiat infirmos: patiens ſit ad omnes.



P ❡Qui locum tenet regiminis, mala in-
ferre non debet ſed tolerare: vt ex ſua
manſuetudine iracundos valeat miti-
gare. Quia medicus animarum contra
paſſiones vitiorũ debet opponere me-
dicamẽta virtutum: ita. ſ. vt prius mo-
res omnium diligenter inquirat: vt qđ
cuiq꞉ inferre debeat agnoſcat.

Diſciplinam libens habeat: metuẽdus imponat. Et q̃uis vtrunq꞉ ſit neceſſarium, tamen plus a vobis amari appetat q̃ timeri: ſemper cogitãs deo ſe pro vobis redditurum eſſe rationem.

Q ❡Oportet vt doctor eccleſiaſticus ſapi
ens ſit & diſciplinatus: quia tunc aliis
recte diſciplinam imponit, cũ ipſe diſci
plinate viuit, cum ex ſeipſo trahit ma-
giſterium qđ exercet in alio. Verba ſũt
Hebr.12. apoſtoli dicẽtis ad Hebręos. In diſcipli
na perſeuerate: tanq̃ filiis offert ſe vo-
bis deus. Et quis filius quem non corri
pit pater? Sunt autem hęc duo neceſſa-
ria vt rector ſuis exhibeat ſubditis: ti-
morem ſcilicet & amorẽ. Timorem iis
qui ſuperbi ac rebelles & durę mentis
ſunt. Amorem vero eis qui libẽter, hu
militer & deuote ſeruiũt domino deo.

Et q̃uis vtrũq꞉ ſit neceſſarium, tamẽ pl⁹ a vobis amari appetat q̃ timeri.

R ❡Quia prelatus quanto plus diligitur
tãto plus auditur. Et magis placet deo
illa ſeruitus quæ ex voluntate & amo-
re fit, q̃ illa q̃ fit ex timore. Propterea
Ioan.15. dulcis magiſter diſcipulis ſuis ait. Iam
non dicam vos ſeruos ſed amicos. Non
enim vult dominus vt eum tanq̃ domi
num timeam⁹: ſed vult vt eum diliga-
mus tanq̃ patrem filii: & vt præcepta
eius faciam⁹, nõ timore pœnę ſed amo
re iuſtitiæ. Hoc ſemper autem cogitare
debet qui iudex eſt animarum, quia ſu
per ſe iudicem habet deum: vt regimi-
nis curam tanto ſollicitius agat, quãto
ſtricti⁹ ſe redditurũ rationẽ pro ſibi cõ
miſſis apud diſtrictum iudicem pẽſat.
Valde enim ſollicitus debet eſſe quiſq꞉
in bono opere: vt in cunctis q̃ agit ſem
per cogitet de extremo fine. Vnde ſcri
Eccli.7. ptum eſt. In omnibus operibus tuis me
morare nouiſſima tua: & in æternũ nõ
peccabis.

Vnde vos magis obœdiendo nõ ſolum veſtri ſed etiam ipſius miſeremini: qui inter vos quãto in loco ſuperiori, tãto in maiori periculo verſatur.

❡In periculo magno verſatur: quiſquis S
in regiminis loco ſublimatur. Nã quã-
to ſuperior gradus, tanto periculoſior
caſus: & cui plus committitur, plus ab
eo exigitur. Grãde periculum eſt ſibi &
aliis viuere: temporalia ſimul & ſpiri-
tualia puidere. Sic debet ſui curã age-
re vt alios non negligat: ſic de aliis co-
gitare vt ſemetipſum obliuiſcendo nõ
derelinquat: Sic temporalia procurare,
vt non refrigeſcat a ſpiritualibus: Sic
inardeſcere ad ſpiritualia, vt ſit ſolli
tus de temporalibus. Inde ergo magis
ſubditi prælato obœdire debent, vnde
magis eũ pro ipſis videt laborare. Qđ
cum faciunt non ſui, ſed etiã ipſius ma
gis obœdiendo miſerentur. Sui videli-
cet: quia animas ſuas ſaluãt. Scriptum
eſt eñ. Miſerere animæ tuę placẽs deo. Eccli.30.
Ipſius quoq꞉ qui præeſt miſerentur: qa
onus eius alleuiant obœdiendo. Cũ eñ
ſcriptum ſit, Filius ſapiens lętificat pa Prou.10.
trem: tanto plus gaudẽt & liberius la-
borant patres ſpirituales p filiis: quan
to magis eos vident ſpiritualibus ob-
temperare diſciplinis.

Donet dominus vt obſeruetis hæc omnia tanq̃ ſpiritualis pulchritudinis amatores, & bono Chriſti odore de bona cõuerſatione fragrantes: nõ ſicut ſerui ſub lege, ſed ſicut filii ſub gratia conſtituti.

T ❡Apte ſubditur poſt lectionem orare.
Sic enim legere & prędicare, quomodo
agrum ſeminare: Sic orare, quomodo ſe
men operire. Sicut qui ſeminant ĩ agro
ſi hoc operire diſſimulauerint, veniunt
volucres & totũ qđ ſeminatum eſſe vi
debatur diripiunt: Ita quidem iſti qui
in agro ſui cordis ſemĩa verbi dei pſal
lendo, legendo, prædicãdo, aſperſerint:
niſi poſtea orando in corde recluſerint
& quodammodo ſepelierint: veniũt vo

lucres.i.cogitationes huius ſeculi volatiles inanes & vacuę, & rapiũt quod in corde fuerit ſeminatum.Ideo poſt lectionem & prædicationem ſemper orãdum eſt vt virtus verbi dei maneat in corde,& fructꝰ ſpiritualis creſcat ĩ operatione.Bene autem ait.

Tanq̃ ſpũalis pulchritudinis amatores.

¶Non enim poſſunt implere hæc oĩa regularia præcepta niſi per amorem iuſtitiæ quæ eſt ſpiritualis pulchritudo animæ.Nemo enim inuitus bene agit: etiam ſi bonum eſt q̃d agit.Quod vero ſubdit,

Et bono Chriſti odore de bona conuerſatione fragrantes,

V ¶Pertinet ad bonam vitam & bonã fa-
2.Cor.2. mam.Vnde Apoſtolus. Chriſti bonus odor ſumus deo in oĩ loco.Serui ſũt ſub lege,qui ex timore dño ſeruiũt.Liberi ſub gratia:qui ex amore implent diuina mandata. Gratia dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis : implet legem. Iuſto non eſt lex poſita: vbi enim ſpiritus domini,ibi libertas.Sic autem viã mandatorum dei curremus libere,ſi dilatatum cor noſtrum in caritate Dei habeamus.

¶De iugi meditatione regulę.
Cap.XII.

Vt autem vos in hoc libello tãq̃ in ſpeculo poſſitis inſpicere: ne per obliuionẽ aliq̃d negligatis, ſemel in ſeptimana vobis legatur.

X ¶Ideo legi præcipitur:quatenꝰ memoriter lectum teneatur. Beatus enim Iacobus dixit.Qui pſpexerit in lege perfectę libertatis:& manſerit in ea:non auditor obliuioſus factꝰ ſed factor operis: hic beatꝰ in facto ſuo erit. Et bene hũc libellum dicit ſpeculum:quia in eo tan q̃ in ſpeculo inſpicere poſſumꝰ quales ſumus,ſiue pulchri,ſiue fœdi,ſiue iuſti, ſiue iniuſti: vtrum quiſq̃ noſtrũ regulariter viuat:vtrum proficiat, an deficiat : vtrum deo placeat an diſpliceat. Scriptura quippe nobis ſacra noſtram interiorem repręſentat imaginem: oſtẽdit quid formoſum quid deforme ſit ĩ anima:& qualiter pulchritudo iuſtitiæ debeat obſeruari:qualiter debeat virtutum decor componi:quomodo vitiorũ macula debeat abſtergi . Prauorũ vſus Y
eſt mala ſemper tegere: & quæ egerint nunq̃ retractare.Quicquid faciunt cæca mente pertranſeunt.At contra ſancti viri in ſcripturis ſacris quotidie nõ ceſſant inſpicere vitam ſuam : moreſq̃ ſuos vigilanter penſare . Et ſi quid deforme vel incompoſitum aut inordinatum inuenerint,mox q̃d ſecũdum ſcriptum vident reformare & componere ſe ſtudent:quatenus ſancti & immaculati coram deo tam in corpore inueniantur q̃ in anima . Ideo Pſalmiſta ait.
Tunc non confundar cum perſpexero in omnibus mandatis tuis.Et Apoſto- Pſal.118.
lus ammonet dicens . Renouamini ſpiritu mentis veſtrę.Et iterũ.Noſter ho- Ephe.4.
mo interior renouatur de die in diem. Vnde aperte ſubiungitur.

Et vbi vos iueneritis ea quæ ſcripta ſunt facientes: agite gratias deo bonorum omnium largitori.

¶Gratiarum actiones patri luminum Z
ſemper a nobis debentur : a quo omne datum optimum & omne donum perfectum ſcriptura teſte deſcendit . Nemo eſt enim donis dei beatus qui donanti exiſtit ingratus . Et Apoſtolus. Quid habes q̃d non accepiſti? Merito 1.Cor.4.
ergo domino deo noſtro gratias agere ammonemur : vt agnoſcat homo ſi qs bene viuit gratia dei ſe habere: & vt pficiatur in dilectione iuſtitię non aliũde conſecuturũ.Quæ cogitatio piũ facit . Ipſa eſt enim ſapientia quæ pietas vocatur : qua colitur pater luminum. Colit autẽ ſacrificio laudis gratiarũq̃



actionibus:vt cultor eius non in ſeipſo ſed in domino glorietur.

Vbi autem ſibi quicũq̃ veſtrum videt aliquid deeſſe,doleat de præterito,caueat de futuro: orans vt ei debitum dimittatur,& in tentationem non inducatur.

# M.HVGO

nis de Sancto Victore Canonici, De inſtitutione nouitiorum Liber optimus: Cuius hæc ſunt capita.


In ipſum opus Prologus tria deffiniens ad beatitudinem perducentia: quæ ſũt Scientia,Diſciplina,Bonitas.

Quibus modis inueniatur recte viuendi ſcientia. Cap.I.

Quid in omni actu agendum. Cap.II.

Quid in ſingulis locis agẽdum.Ca.III.

Quid ſingulis tẽporibꝰ agẽdũ.Ca.IIII.

Quid erga ſingulas perſonas agendum. Cap.V.

Quales ſe debeant exhibere,qui per doctrinam proficere volunt. Cap.VI.

De exẽplis ſanctoꝝ imitandis.Ca.VII.

De iis quæ in ſacris ſcripturis ſunt attendenda. Cap.VIII.

Quomodo in omnibus operibꝰ ſuis debeat homo eſſe circũſpectus. Ca.IX.

Quid ſit diſciplina,& quantum valeat. Cap.X.

De diſciplina ſeruãda ĩ habitu. Ca.XI.

De diſciplina ſeruãda ĩ geſtu. Ca.XII.

De diſciplina ſeruanda in locutione:& primo quid loquendum. Cap.XIII.

Cui loquendum ſit. Cap.XIIII.

Vbi loquendum. Cap.XV.

Quando tacendum & quando loquendum. Cap.XVI.

Quomodo loquendum ſit. Cap.XVII.

De diſciplina in menſa: & primo in habitu & geſtu. Cap.XVIII.

De triplici obſeruatione diſciplinæ in cibo:& primo quid comedendum. Cap.XIX.

Secundo quantũ comedendũ. Ca.XX.

Tertio quomõ comedendũ. Cap.XXI.


Sequitur igitur iam dictus
Prologus.

Qvia fratres largiente domino de vana cõuerſatione huius ſeculi per deſiderium ſanctũ conuerſi eſtis, & ad ipſũ qui fecit vos tota mentis intẽtione ac voto redire diſponitis : oportet vos nunc ipſam viam diſcere per quã poſſitis ad illũ quẽ quęritis puenire.Ipſe eſt eñ vera & ſempiterna vita,extra quẽ ſicut nemo viuere poteſt:ita quicũq̃ in ipſo & cũ ipſo viuit,beatus eſt. Si igitur deum quęritis (immo quia quęritis ) veram profecto ac perpetuã beatitudinem habere deſideratis.Ad beatitudinem autem nemo venire poteſt niſi per virtutẽ:& virtus non alio mõ veraciter apphenditur,niſi diſciplina virtutis nõ negligenter cuſtodiat . Vſus eñ diſciplinæ ad virtutem animũ dirigit: virtꝰ autem ad beatitudinẽ perducit.Ac per hoc exercitium diſciplinę eſſe debet veſtra inchoatio,virtus perfectio,pręmiũ virtutis ęterna beatitudo. Hęc eſt fratres via,& iſta eſt patria: per quã currimus & ad quã peruenire deſideramus. Hanc viam & hanc patriam Pſalmiſta viderat cũ dicebat. Beati immaculati in via,q ambulãt in lege dñi. Pſal.118.
Hanc viam & hãc patriã viderat cũ dicebat.Diſciplina tua correxit me in fi- Pſal.17.
nẽ.Diſciplina nãq̃ dei in finẽ corrigit: quia plene & pfecte hoiem reformãs, p virtutẽ ad beatitudinem pducit.Hanc viam & hanc patriã tũc etiam viderat cum dicebat : Bonitatẽ & diſciplinã & Pſal.118.
ſcientiam doce me.Cõſiderauit nãq̃ φ per bonitatẽ venit ad beatitudinẽ: atq̃ ideo bonitatẽ doceri ſe petit , quia per hanc ad illã pertingere cõcupiuit . Sed quia rurſum vidit φ ad bonitatẽ obtinendam diſciplina neceſſaria eſſet, adiũxit & dixit:diſciplinã doce me.Paratus.n.erat diſciplinã ſeruare:& nõ ſolũ ad illã ſeruãdã ſpõtaneũ ſe obtulit:ſed vt illam quoq̃ accipere mereret̃,ſupplicauit.Poſtremo quia vidit neminẽ ſer- B
uare poſſe diſciplinam boni operis,qui non habeat ſcientiam vere diſcretióis:

hanc quoq; ſibi dari quaſi quoddã fun
damẽtũ & principiũ ſanctę cõuerſatio-
nis poſtulauit. Bonitatẽ inquit & diſci
plinam & ſciẽtiã doce me. Et vt ſe ido-
neum ad hęc diſcenda oſtẽderet: nouiſ
Pſal. 118. ſime ſecutus adiunxit, Quia mandatis
tuis credidi. ac ſi diceret deo. ideo do-
cere me debes q̃liter tibi ſeruire debeo:
quia præceptis tuis iam ꝑ contuma-
ciam non reſiſto. Credo bonum eſſe qđ
præcipis: credo verum eſſe quod pro-
mittis: Acquieui iam propter te mea
relinquere: & idcirco quæſo per te me
rear tua bona obtinere, quia mandatis
tuis credidi. Sic & vos fratres gr̃a dei
iam credidiſtis mandatis eius, reliqui-
ſtis veſtra propter ipſum: quærite nũc
ſua ab ipſo, vt mereamini per ſua veni
re ad ipſum. Credidiſtis mandatis eius
Matt. 19. dicẽtis. Si vis perfectus eſſe, vade & vẽ
de om̃ia quę habes, & veni, ſequere me:
& habebis theſaurum in cælo. Feciſtis
qđ præcepit, ſperatis quod promiſit: ꝑe
tite nunc ab ipſo quod ad id obtinen-
dum expedit. Nullus iam carnalis affe
ctus a percipienda gratia eius vos im-
ꝑedit: reliquiſtis patrem & matrem, fra
tres & ſorores, cognatos & affines, &
præcinxiſtis vos ad currendam viam
eius. Nihil iam amori illius præponi-
tis: illum ſolum quęritis pro quo lucri
ficando omnia huius mundi blandimẽ
ta quaſi abſinthium amara, & omnem
gloriam atq; decorem quaſi ſtercora re
putatis. Intrate viam ei⁹ & currite ad
ipſum. tanto citius requiem habebitis:
quanto citius ad eum ꝑuenietis. Via
ad ipſum ſunt ſcientia, diſciplina, boni
tas. per ſcientiam itur ad diſciplinam,
ꝑ diſciplinam itur ad bonitatẽ, ꝑ bo-
nitatem itur ad beatitudinem. Hoc eſt
propter quod vobiſcũ loqui cœpimus:
vt quantũ dominus dederit, de hac via
qua ad ipſum itur vos inſtruamus.

Quibus modis inueniatur recte
viuendi ſcientia. Ca. I.

C Primũ igitur ſcire de-
betis ꝙ hanc ſciẽtiam
(quę ad inſtitutionem
recte & honeſte viuen
di ꝑtinet) multis mo-
dis hominem collige-
re & comparare ſibi oportet: partim ra
tione, partim doctrina, partim exẽplo,
partim meditatione ſanctarũ ſcriptu-
rarum, partim aſſidua inſpectione ope-
rum ac morum ſuorum. Ratione qui-
dem hoc modo. Debet ſiquidem diligẽ
ter conſiderare, & quantum valet per
ſemetipſum diſcernere, qđ liceat & qđ
non liceat: quid deceat, & quid non de-
ceat, in omni actu, & in om̃i loco, in o-
mni tempore, erga omnem ꝑſonam.

Quid in omni actu agendum.
Cap. II.

In omni actu: hoc eſt qualiter D
ſacra & diuina myſteria imple-
ri oporteat: qualiter humana
officia & quæ ad vſum corporis perti-
nent exercere conueniat. Qȝ timora-
tum, q̃ ſollicitum, q̃ deuotũ ac religio-
ſum in dei ſeruitio homo exhibere ſe
debeat: q̃ ſpontaneum, q̃ hilarem, & q̃
paratum offerre in ſubleuandis neceſ-
ſitatibus proximorum. Qȝ parcũ, q̃ ho
neſtum, & q̃ nulli importunum in iis
quæ ad ſe pertinent quærendis ac per-
ficiendis præſtare: vt ſemper & ſibi ſit
parcus, & proximo prompt⁹, & deo de-
uotus. Qualiter aſſueſcat ſuas in omni
bus voluntates frãgere: & alienis ſe vo
luntatibus (quantum fas, & decens eſſe
conſtiterit) per omnia diſcat inclina-
re. Qualis ſedens, qualis iacens, qualis
ambulans, qualis loquens, qualis tacẽs,
qualis comedens, qualis ieiunans, qua-
lis deniq; aliquid agẽs, & qualis vacãs
eſſe debeat.

Quid in ſingulis locis agendum.
Cap. III.

Non ſolum autẽ quid agat: ſed E
etiam in quo loco quid agere
debeat, conſideret neceſſe eſt.
Alius eſt modus habẽdi in eo loco vbi
deus adoratur: alius in eo vbi corpus
reficitur. Alius in eo qui locutioni de-
putatus eſt: alius in eo vbi ſilentiũ cu-
ſtoditur. Alius deniq; intus, alius fo-
ris, alius in ſecreto, alius in publi-
co. Et q̃uis in nullo loco diſciplinam
ſuã homo deſerere debeat: diligentius
tamen & magis ſollicite ibi conſeruan
uanda eſt, vbi vel neglecta pluribus ge



nerat ſcandalũ: vel cuſtodita bonæ imi
tationis exemplum. Diſcernendum eſt
igitur quæ ſint illa quæ in cuſtodiẽda
diſciplina nuſq̃ ĩtermitti poſſunt, & q̃
rurſum illa ſint quæ pro loco & tempo
re nunc intermitti, nunc exerceri vo-
lunt. Sæpe tamen illa quæ ĩ publico ne
ceſſaria ſunt, quendam prius in ſecre-
to exercitationis vſum expoſcũt: quia
ſi ea prorſus in occulto negligimus, vti
poſtmodum eis dum opus eſt in publi
co non valemus. Et tunc aut prorſus a
diſciplina deficientes, intuentibus ſcã
dalum facimus: aut inepte id qđ in no-
bis non eſt ſimulare conantes, irriſionẽ
excitamus.

Quid ſingulis temporibus agen-
dum. Cap. IIII.

F Similiter quoq; & tempora agẽ
di diſcernenda ſunt. Alius eſt
modus viuendi in nocte, alius
in die. Nox tempus eſt ſilentii & quie-
tis: Dies tempus laboris, & motionis, &
operis. In nocte ſecum debẽt eſſe hoĩes:
& aut feſſa membra ſomno reficere, aut
orationibus vel meditationib⁹ ſanctis
in ſilentio animum exercere. In die ve-
ro de ſecreto ſuo in vnũ coeunt: & mu
tuo videndos ſe & imitandos oſtẽdũt.
Tunc exempla bonorum operum, tunc
exhortationes verborum dare & accipe
re alium alii & alium ab alio licet. Tũc
qui alienos actus ſcrutatur: impudens
iure dicitur. tunc qui alienos act⁹ (quã
tum expedit) imitari diſſimulat: tor-
pens & inutilis merito nominatur. Sed
nec eadem eſſe debet facies noſtra poſt
q̃ refecti ſumus: quæ fuit priuſq̃ cibum
ſumpſimus. Ante ſumptum cibum ma
gis hilares nos eſſe conuenit: ne ip̃a no
ſtra abſtinẽtia grauis & moleſta videa-
tur. poſt vero magis modeſtos & taci-
tos: ne ꝑ gulæ vitium crapula nos in
flammaſſe putetur. Ante ſumptum ci-
bum, doctrinæ & orationis tempus eſt:
poſt vero operis. quia & tunc exercen-
dus eſt anim⁹, dum adhuc ad ſtudium
ſpiritale leuis eſt: & tũc reprimenda eſt
G caro, quando calor incẽtiui eius ꝑ ci-
bum amplius excitatus eſt. Sic & feſti
dies aliud ſtudium & alium conuerſa-
tionis modum exigunt: atq; alium ii in
quibus operari licet, expoſcunt. In illis
nos oportet ad eccleſiam ſtudioſius &
alacrius conuenire, & ad celebranda di
uina myſteria deuotius ĩtẽdere, atq; in
oratiõe diutius perſeuerare: habitu, in
ceſſu & actu maiorem deuotionem er-
ga cultum diuinum demonſtrare: nihil
non ſanctum, nihil non diuinum, nihil
non ordinatum agere: linguam a vani
loqo cohibere, pedes ab excurſu & diſ-
curſu ſtringere, oculos cõprimere, vul-
tum inclinare, mẽtem erigere: omnem
deniq; actum & omnem motum cordis
pariter & corporis miniſterio diuino
mancipare: atq; (vt ita dicam) quadam
conuerſationis nouitate feſtos dies ho
norare. In cæteris vero diebus quibus
operari licet, nullus om̃ino ocioſus ap-
parere: ſed vnuſquiſq; in eo quod ſibi
iniunctum fuerit, non quod ipſe elege-
rit, opere (quantum ſcientiæ & virium
ſuarum poſſibilitas ſuppetit) ſeſe de-
bet exercere. Quantũ enim decoris ad-
dit diebus feſtis quies vacationis: tan-
tum ornamenti confert diebus cæteris
labor operis. ita vt & in illis quiſqs no
luerit eſſe quiet⁹, ĩdex ſit vanitatis ſuę:
& in iſtis qui non fuerit ſtudioſus, te-
ſtis pigritiæ. Carnales ſiquidem mẽtes
ne vel in illis diebus quieſcant, vanitas
exagitat: vel ne in iſtis in bono ope re ſe
exerceant, pigritia ligat. Quapropter
non negligenter quidem habẽda eſt in
bono opere diſcretio temporum: quia
ſicut malum opus nullo tempore lau-
dabile eſt, ita bonum opus quodammo
do reprehenſione dignum iudicatur, ſi
tempore opportuno factum non eſt.

Quid erga ſingulas perſonas agẽ
dum. Ca. V.

Diſcretio perſonarum quantum H
quidem pertinet ad dilectionẽ,
ſecundum meritum: quantum
vero ad venerationem, ſecundum ęta-
tem & officium habenda eſt. Meliores
diligere, ſuperiores honorare debemus:
quia par contumacia eſt ſiue in eo qui
propter inferiorem gradum, in homi-
ne virtutem deſpicit: ſiue ĩ eo qui pro-
pter vitam inferiorem, gradũ ſuperio-
rẽ contẽnit. Iſtis ergo honor, illis amor
impendat̃: ſic tamen vt & honor iſtorũ

ſit voluntarius:& illorũ amor venerã-
dus. Reuerentia enim ſine amore ma-
gis ſeruilis eſt: & amor ſine reuerentia
puerilis iudicari debet. Cum tanta igi
tur humilitate & reuerentia melioribꝰ
exhibendum eſt beneficium dilectiõis,
vt illis quaſi ex neceſſitate videamur
eſſe ſubiecti: & cum tanto affectu atq;
hilaritate ſuperioribus ſoluendum eſt
obſequium ſubiectionis, vt ſolo potius
dilectionis debito illis credamur aſtri-
cti. Iſtis ſic reddamꝰ ſua quaſi noſtrum
impenderemus: illis ſic exhibeamus no
I ſtra, quaſi ſuum redderemus. ℭSex de-
niq; modis diſcretionẽ perſonarum ha-
bendã ex his colligimus: tribus ſecun-
dum dignitatem, & tribus ſecundũ cõ
uerſationem. Alii nãq; ſecundũ digni-
tatem ſuperiores ſunt, alii æquales, alii
inferiores. Superioribus obœdientiam,
timorem, obſequium, & venerationem
debemus exhibere. Cum æqualibus pa
cem & concordiam cuſtodire, inuicem
obſequio beneficio & honore prȩueni-
re: in om̃i actione & verbo ſuperiorem
eis locũ tribuere. Et ſiquando fortaſſis
in aliquo negocio eos prȩire cogamur:
cum omni humilitate & reuerẽtia quȩ
facienda ſunt non præcipere ſed demõ
ſtrare, & ſi vt ipſi nos prȩcedãt contige
rit: cũ alacritate & deuotione quaſi ex
neceſſitate ſubiecti obœdire. Inferiori-
bus ſemper beneficium & auxiliũ im-
pendere, nunq̃ improperare: ſine cõtu-
melia corripere, ſine ſuperbia guberna-
re, ſine crudelitate caſtigare, cum pieta
te fouere: Venerationem non exigere,
ſocietatem atq; æqualitatẽ amare: ma-
ioribus per timorem ſubdi, æqualibꝰ p
caritatẽ obſequi, minoribus per humili
tatem coæquari: præcipientibus para-
ti, obœdientibus modeſti, maledicenti-
K bus taciti, laudantibus verecũdi. Itẽ ſe
cũdũ cõuerſationẽ alios nobis quaſi ſu
periores, alios quaſi ȩquales, alios quaſi
inferiores debemus attendere. Illorum
conuerſatio inferior eſt nobis: quorum
facta etſi condemnare non prȩſumimꝰ,
imitari tamen non debemus. Illorũ cõ
uerſatio par nobis eſt, quæ ſic noſtrȩ in
firmitati contemperata eſt: vt & virtu
tis exemplum præbeat, & cooperãdi fa
cilitate in conſortiũ nos ſuæ exercita-
tionis admittat. Illorũ conuerſatio ſu-
pra nos eſt, quã venerari quidem & ad
mirari poſſumus, imitari autem nõ va
lemus. Illorum cõuerſatio ſuperior no
bis eſt, qui per longum diſciplinȩ exer-
citium in tantũ profecerunt: vt virtutẽ
illorũ noſtra infirmitas q̃uis incipiat p
amorem appetere, per imitationem ta-
men non valet coæquare. Illorum con-
uerſatio quaſi par nobis eſt: quorũ ope-
ra ita noſtris viribus contemperantur,
vt in eis nihil ſit qđ poſſibilitatem no-
ſtram excedat: & tamen deuotio noſtra
ſatis in eis qđ imitari poſſit ĩueniat. Il
lorũ conuerſatio q̃ſi inferior nobis eſt:
qui vel tanta nequeunt quanta nos fa-
cere poſſumus, vel talia faciunt qualia
nos imitari non debemus. Proinde in
his, talis habenda eſt diſcretio: vt ſupe-
rioribus quidem in om̃i loco & in om̃i
opere vel ſermone exhibere ſtudeamus
reuerentiam, & quicquid egerint aut
vbicũq; fuerint: non præſumamus im-
pudenter eis nos quaſi coæquando in-
gerere. Sic nãq; debemus in eiuſmodi,
virtutis exemplum qđ imitemur quo-
dammodo taciti & a longe cõſiderare:
vt tamen conſortium cooperandi nun-
q̃ præſumamꝰ expetere: quatinus dum
eis vbiq; cedimus, facile ex noſtra mo-
deſtia clareat, q̃ humilia de nobis, & q̃
ſublimia de illis ſentiamus. Negligen-
tes vero & maxime eos quorum opera
vel ſtudia reprehẽſione digna apparẽt,
tali nos cautela declinare oportet: vt
& fugiamus qđ faciunt, & tamen iudi-
care non præſumamus qđ ſunt. Cogite
mus in eiuſmodi, nobis neq; dari exem
plũ neq; permitti iudiciũ: quia hoc in
eis fortaſſis ignorantia aut infirmitas
excuſat, qđ ſi a nobis fieret, excuſatio-
nem non haberet. Itaq; neceſſe eſt vt ſi-
cut perfectorum ſocietatem propter re
uerentiam appetere non prȩſumimus:
ita quoq; iſtorũ conſortiũ propter cau
telam fugiamus: illos honorando, quia
talibus ſociari digni nõ ſumus: iſtos ca
uendo, quia talibus ſociari facile corrũ
pi poſſumꝰ. Præterea ſicut is qui ſupio L
ribus ſemp ſociari appetit, ſe elatũ eſſe
indicat: ita qui cũ peioribus aſſidue cõ



uerſari cõcupiſcit, deprauatũ ſe eſſe de
monſtrat. Et ideo cũ malorum conſor-
tium appetere nolumus, duplex nobis
vtilitatis fructus prouenit: quia & cul
pam fugimus, & innocẽtiæ noſtrȩ teſti
moniũ perhibemus. Quotidiana igitur
& frequens conuerſatio noſtra cũ me-
diis & ȩqualibꝰ nobis eſſe debet: ita vt
inter eos etiã quoſcunq; in bono opere
feruentiores cernimus, eorũ ſocietatẽ
atq; familiaritatẽ auidius appetamus.
Cum his vero tanta nobis pacis & con
cordiæ ſeruandȩ diligẽtia ſit, vt in nul
lo vnq̃ negocio quãtũ in nobis eſt fra-
terna dilectio perturbeẽ. Studeamꝰ eis
iniuriã nunq̃ inferre aut moleſtiã: illa-
tam vero nobis propter amorẽ frater-
nȩ caritatis ȩquo aĩo ſuſtinere: nihil cõ
tentioſe aut arroganter erga eos age-
re: ſed parati ſemper in om̃i opere & p-
tinaciter inſiſtẽtibus cedere, & laborã-
tibus libenter ſubuenire. Et quia inter
pares nõnunq̃ peruerſa quȩdã virtutis
ȩmulatio eſſe ſolet, vt videlicet ſibi in-
uicẽ de ſucceſſu virtutũ ĩuideãt: & ob
hoc in exercendo bono opere tantũ ne
inferiores videanẽ, alter alterũ præue-
nire contendãt: tanto nos diſcretionis
moderamine continere neceſſe eſt, vt
operã noſtrã (ſicut dictũ eſt) neq; inge
ramus nolentibus, neq; petentibus ſub
trahamus: quia in vtroq; liuoris ſuſpi
cio eſſe poteſt. Siquando aũt in aliquo
forte negocio laborantibꝰ opẽ ferre cu
pimus, tanta hoc humilitate & mãſue
tudine faciendũ eſt, vt iiſdẽ ipſis mani
feſtũ ſit ꝙ nõ excellẽtiam operis ſed cõ
M ſortiũ quȩramus laboris. Cȩterũ quan
tũ pertinet ad nos, ſummopere niten-
dũ eſt nequando vel in labore minꝰ pa-
tientes, vel in obœdientia præceptorũ
minus alacres, vel in caritatis operibꝰ
exequendis minus inueniamur feruen
tes: quatinus bona conuerſatio noſtra
eiſdẽ prȩbeat incitamẽtũ virtutis, a q-
bus formã & exẽplũ ſumpſit boni ope-
ris. Iſta fratres ſi aſſidue volueritis co-
gitare: ſcietis & cito intelligetis quæ
ſit via diſciplinȩ, quȩ vos per exercitiũ
boni operis ducat ad cõſummationem
bonitatis. Sed etſi forte ad hȩc inueſti-
ganda atq; diſcernẽda quantũ expedit
p vos minus ſufficitis: habebitis domi
no adiuuante doctrinã & exempla bo-
norũ, vbi & faciẽda audietis & facta vi
debitis. Et ne in hac etiam parte vobis
miniſteriũ noſtræ exhortationis deſit:
oſtendam nũc breuiter quales vos vel
ad percipiendam doctrinam, vel ad imi
tãda exẽpla bonorũ exhibere debeatis.

ℭQuales ſe debeãt exhibere q p do-
ctrinã proficere volunt. Cap. VI.

QVoniã igitur ad ſcholã virtu- N
tũ erudiẽdi acceditis: ſcire de
betis contentiones verborum
nullo modo deinceps ad vos ptinere:
quia ſpiritualis doctrinæ ſtudiũ non li
tigantes, ſed auſcultantes requirit: ſi-
cut p Moſen populo in lege dei erudiẽ Deut.6.
do dicitur. Audi Iſrael & obſerua vt fa
cias: nõ dixit: & loquere, ſed poriꝰ tace.
Et ſicut Apoſtolus Iacobꝰ admonet di Iacobi.1.
cens. Sit aũt omnis homo velox ad au
diendũ, tardus aũt ad loquendũ, & tar
dus ad iram. Et videte q̃ conueniẽter
poſtq̃ multiloquiũ prohibuit: etiam de
cauenda ira prȩceptũ ſubiunxit dicẽs:
tardus ad loquẽdũ, & tardus ad iram:
vt patenter oſtenderet ꝙ qui linguam
ſuam a multiloquio nõ vult compeſce
re: non poterit diu animũ ſuũ a furore
iracundiȩ illæſum cuſtodire. Multilo-
quium enim contentiones generat: cõ
tentiones vero ad iurgia & maledicta
linguam excitant, maledicta aũt ad ira
cundiam & (qđ adhuc grauius eſt) ad
fraternũ odium animũ inflammãt. Pro Prou.10.
pterea ſcriptura dicit. In multiloquio
peccatũ non deerit: & in multilogo pec
catum non effugies. Et Iacobus Apo- Iacobi.3.
ſtolus omne genꝰ beſtiarũ domari poſ
ſe aſſerit: linguã, peſtem eſſe indomabi
lem quȩ vniuerſam rotam natiuitatis
nr̃ȩ inflãmat, & ob hoc pfectũ eſſe virũ
q in lingua ſua nõ offendit. Nam quin
rixȩ & cotentiones de peſtifera ſemper
radice oriantur, dubiũ non eſt: quoniã
niſi cor prius intrinſecus per elationẽ
ĩtumeſceret: nequaq̃ lingua foris a cu-
ſtodia humilitatis ſuæ in contumeliã
verborũ ſe relaxaret. Sed dum ſuperbe
prȩ aliis ſapientes videri volumus, eru
beſcimus vel noſtrã ignorãtiã ab aliis
argui: vel aliorũ ſapientiã quaſi ad no

ſtrã depreſſionẽ approbari. Sicq̧ nõnũq̃
contra conſcientiã noſtram, vel noſtrũ
errorẽ impudenter defendimus: vel al-
terius veritatẽ malitioſe impugnamꝰ.
Hęc eſt ſapientia huius mundi, quã idẽ
Iacobi.3. Iacobꝰ Apoſtolus carnalẽ vocat & dia-
bolicã: quæ verſuta eſt & maligna, illas
ſolũmodo aſtutię vias exquirẽs quibus
poſſit errorem ſuũ tegere: & alienã ve-
ritatẽ q̃uis manifeſtã, in opinione ſtul-
torũ & inſipientiũ hominũ deprauare.
O Sed nõ talis eſt ſapiẽtia quę deſurſum
venit: quę neſcit etiã ſemetipſam con-
tra veritatẽ diligere: ſemꝑ parata vel
bonũ qđ non habet ab habentibus libẽ
ter ꝑtere, vel malũ qđ ſuſtinet cũ aliis
& coram aliis veraciter accuſare. Pro-
Iacobi.3. pterea de ipſa idẽ Iacobꝰ Apoſtolus ſic
ait. Sapiẽtia aũt quę deſurſum eſt: pri-
mũ qdẽ pudica eſt, deinde pacifica, mo
deſta, ſuadibilis, bonis cõſentiens, plena
miſericordia & fructibꝰ bonis, iudicãs
ſine ſimulatione. Proinde fratres cariſ-
ſimi linguam veſtrã a ſuꝑfluitate nõ
ſolũ inaniũ verborũ reſtringite: ſed in
ipſis etiam quę recta ſunt menſuram &
modũ tenete, & in collatione ſanctorũ
magis auditores q̃ doctores eſſe eligi-
te. Os clauſum & aures aꝑtas habete:
& quanto eſtis ad loquendũ modeſtio-
res, tanto eſtote ad intelligendum ſaga
ciores. Sufficiat vobis (ſi forte res ſic
exigat) qđ ſapitis ꝑtẽtibus humiliter
inſinuare: contra reſiſtentes aũt nunq̃
pręſumatis ꝑtinaciter dicta veſtra de
fendere: quia ſicut iã vobis prędiximꝰ,
multarũ moleſtiarũ cauſas iurgia mi-
niſtrant: & mox vt lingua ĩdiſcrete ad
multiloquium reſoluit, ad diſturbandã
pacẽ cordis veſtri quaſi ianua hoſti aꝑ
P rit. Reſtat ergo fratres vt ſi vere diſci-
puli veritatis eſſe cupitis: tales vos ſtu
deatis exhibere q̇bus veritas facile ꝑ
ſuaderi poſſit. q̇a & ipſa doctrina veri-
tatis tales auditores amat: q̇ eã & a ſa-
piẽtibꝰ exhibitã humiliter ſuſcipiunt,
a ſimplicioribus quoq̧ adminiſtratam
arroganter nõ cõtemnũt: qui in ſciẽtia
dei hoc eſt in ꝑitia bene agendi cun-
ctos prudentiores & ſapientiores q̃ ſe
eſſe exiſtimãt: nec erubeſcũt magiſtros
habere oĩes a quibus diſcere poſſunt

qđ ignorant: qui bene dicta oĩm liben-
ter approbant: errores vero alienos
(quantũ ad ſe ꝑtinere cognouerĩt) ꝓ
tẽpore ſtudẽt vel modeſte corriꝑe, vł
prudenter diſſimulare. Qui deniq̧ ſtu-
diũ ſcientię morũ diſciplina exornant:
& mãſuetudinẽ ac modeſtiã mẽtis ſuæ
non ſolum in cuſtodia oris, ſed etiã in
habitu & geſtu corporis ſui demon-
ſtrãt. Sed & de bonorũ exemplis quę in
pręſenti vobis dicenda exiſtimo: pau-
cis nũc (ſi potero) verbis demõſtrabo.

¶De exemplis ſanctorum imitandis.
Cap. VII.

QVare putatis fratres vitam & Q
conuerſationẽ bonoꝝ imitari
ꝑcipimur: niſi vt ꝑ eorũ imita-
tionẽ ad nouę vitę ſimilitudinẽ refor-
memur? In ipſis ſiq̇dẽ ſimilitudinis dei
forma expreſſa eſt. & idcirco cũ eis ꝑ
imitationẽ imprimimur: ad eiuſdem ſi
militudinis imaginẽ nos quoq̧ figura
mur. Sed ſciẽdum eſt ꝙ niſi prius cęra
emollita fuerit, formã nõ recipit: ſic &
homo quidẽ per manũ actionis alienæ
ad formã virtutis nõ flectit, niſi prius
ꝑ humilitatẽ ab omni elationis & con
tradictionis rigore molliatur. Neq̧ eñ
ꝑ exemplũ alterius aliquando in meliꝰ
reformari poterit: q̇ adhuc ꝑ elatio-
nis vitium & bona aliena oppugnat, &
ſua mala defendit. Neceſſe eſt ergo vt
ſi veraciter bonos imitari volumꝰ: priꝰ
ꝑ veram humilitatẽ ad obœdiẽtiam
corda noſtra temꝑremus: quatinꝰ vi-
ta noſtra tanto citius ad nouitatem re
deat, quanto promptius in oẽm quam
viderit virtutis ſpeciẽ ꝑ volũtariam
obœdientiã ſe inclinat: & tanto altius
ei veſtigium alienæ bonitatis incipiat
inhærere, quanto arctius ſtudet bona
aliorum imitari potius q̃ carꝑe. Aliã
nobis adhuc non contẽnendam conſi-
derationem ad præſens negocium for-
ma ſigilli exhibet. Figura nanq̧ quę in
ſigillo foris eminet, impreſſione cęrę in
trorſum ſignata apparet: & quę in ſigil
lo intrinſecus ſculpta oſtẽditur, in cæ-
ra exterius figurata demonſtrat. Quid
ergo aliud in iſto nobis innuitur, niſi
quia nos qui ꝑ exemplum bonorum,
quaſi ꝑ quoddã ſigillum optime ex-



ſculptũ reformari cupimꝰ: quędã in eis
ſublimia & quaſi eminẽtia, quędam ve
ro abiecta & quaſi depreſſa operũ veſti
R gia inuenimus? Sanctorũ quippe opera
quæ quantũ ad exiſtimationẽ hominũ
nõ ad dignitatẽ, ſed ad vtilitatem ꝑti-
nẽt: illa in conuerſatione eorũ quaſi de
orſum preſſa iacent. Quando vero ta-
lia operant̃ quę humanas mẽtes in ad-
mirationẽ ſui ꝑtrahũt: quaſi quaſdam
in ſe eminẽtes ſculpturas oſtẽdũt. Qđ
ergo in illis eminet, in nobis ĩtrorſum
recondi debet, & qđ in illis depreſſum
eſt, in nobis eſt erigendũ: quia nos cũ fa
cta eorũ ad imitationẽ trahimus, ſubli
mia quidẽ in abſcondito, & abiecta in
manifeſto facere debemus: ne vel illa ſi
oſtendantur ꝑ amorẽ accepti fauoris
inani glorię ſeruire incipiãt: vel iſta ſi
abſcõdant̃ ꝑ timorẽ vilitatis, prẽmiũ
retributionis amittãt. Neſcio quã ho-
mo deinceps habeat excuſationẽ igno-
rantię: cui tot iã viæ demonſtrãtur q̇-
bus poſſit ad ſcientiã veritatis ꝑueni
re. Ecce poſt diſcretionẽ rationis pro-
prię per quã dirigitur, poſt doctrinã ſa
pientium ꝑ quã erudit̃, poſt exempla
bonorũ quibus inſtruitur: addunt̃ etiã
pręcepta ſcripturarũ, quibꝰ ad oẽm vi-
uendi rationẽ informat̃. Poſtremo ad-
iungunt̃ tentationes: q̇bus exercitatus
per quotidianã experientiã de veritate
pręceptorum certior efficitur.

¶De iis quæ in ſacris ſcripturis ſunt
attendenda. Cap. VIII.

S VOs autẽ fratres q̇ ſcholã diſci-
plinę iã intraſtis, in lectione di
uina prius debetis quęrere qđ
mores veſtros inſtruat ad virtutem, q̃
qđ ſẽſum acuat ad ſubtilitatẽ: magiſq̧
velle informari pręceptis ſcripturarũ,
q̃ quęſtionibus impediri. Cũ igit̃ diui-
nas ſcripturas legitis, ſolerter ꝑpendi
te quid ibi dictum ſit ad excitãdum in
vobis amorem dei: quid ad contẽptum
ſeculi, quid ad cauendas inſidias inimi
ci, quid ad bonos affectus nutriẽdos &
praua deſideria extinguenda valeat, &
quid citius cor ꝑ cõpunctionis ardo-
rem accẽdat: Quid diſciplinam in oꝑ
re, quid humilitatem ĩ cogitatione, q̇d
patientiam in aduerſis habere doceat:

quid deniq̧ ad agenda bona ſecurum,
& ad mala cauenda doceat eſſe circũſꝑ
ctum. Hoc modo lecta ſcriptura intelli
gẽtiam confert ſalutarẽ: & hanc ipſam
ſapientiam (quã pro virtute libenter
deſpicitis) melius poſtmodum per vir
tutem inuenitis.

¶Quomodo in omnibus oꝑibus ſuis
debeat homo eſſe circũſpectus. Ca. IX.

REſtat hoc nouiſſimũ & maxi- T
me fortaſſis præ cæteris neceſ
ſarium: vt videlicet homo in
omnibus operibus ſuis ſit circũſpectus
& prouidus, & quotidiana diſcuſſione
cogitationes, locutiones pariter & fa-
cta ſua apud ſemetipſum examinet. Sa
pientes quippe ſemꝑ agendo diſcũt:
& ꝑ exercitium bonorũ oꝑũ quoti-
dianis profectibus in maiorẽ virtutis
agnitionẽ excreſcũt. Per experientiam
nãq̧ eorũ quę faciũt: ad ea quę poſtmo
dũ agenda erunt cautiores fiũt. Videt̃
eñ ꝙ ſęꝑ opus qđ bona intentione in
choari credit̃, tanto citius hominẽ in-
deceptionis laqueũ pręcipitat: quanto
de intentionis ſuę principio ſecurus fi
nem actionis minus obſeruat: & impru
dens quaſi via plana ad foueã currit,
quia videt quid faciat, ſed quid factum
ſuum ſequi debeat, nõ attẽdit. Item nõ
conſiderat ꝙ nõnunq̃ euenire ſolet vt
affectus animi ita ambiguus ſit: vt niſi
ex fine operis diſcernere nõ poſſit ho-
mo qualitatem ſuæ intentionis. Si ve-
ro diligenter conſideret ad quem finẽ
tendat mentis affectio: tunc iam plane
vitium eſſe dinoſcitur, in quo prius ſi-
bi animus falſo de virtute blandiebat̃.
Et rurſum inuenitur aliud adhuc eſſe V
ꝓpter qđ circũſpectio homini vbiq̧ ne
ceſſaria eſt: quoniã ad id etiã quod bo-
num eſt agendum tanto magis homo
ꝑitus efficitur: quanto diligentius fa
cta ſua circunſpiciens, ſeipm̃ quotidie
in ꝑficiẽdo ſuperare conatur: cum ſol-
licite attẽdit quid agat, quid agere de
beat: vtrum id qđ faciendum eſt, faci-
at: vtrum quantum & qualiter facien-
dum eſt faciat: vtrum bono operi ma-
lum aliquod non admiſceat: vtrum bo
num qđ agit quanta oportet deuotio-
ne impleat: vtrum alterꝰ vt ſuum bo-

num diligat: vtrum ſuum vt alterius
X malum reprehendat. Per ſingulos dies
vitam ſuam ad iudicium vocat. mane
quando ſurgere debet conſiderat quid
egerit per noctem: in veſpera quando
cubitum vadit, conſiderat quid egerit
per diẽ, quãtũ ad bona agẽda ſolito ala
crior, quantũ ad mala vincenda ſolito
conſtantior. Si quid ex iis quæ agenda
nõ erant pręſumpſerit, ſi in aliquo ope
re ſuo inſidiis inimici ſupplãtatus ſit,
qualiter demũ p indiciũ tranſactę dece
ptionis futuram illius fraudem cauere
poſſit: quatinus eũ nec ſuperueniens tẽ
tatio ĩprouidũ ad malũ opus deiiciat,
neq; indiſcretũ in bono opere præſens
negligentia fallat. Quiſquis cor ſuũ in
eiuſmodi ſtudio exercet: exiſtimo ꝙ ci
to ad illã bonã & ſalubrẽ ſciẽtiã perue-
niat, quã (ſicut ſupra diximus) ad ſer-
uandã diſciplinam & bonitatem Pſal-
miſta dari ſibi poſtulabat. Reſtat igitur
nunc vt ea quoq; quę de diſciplina no-
bis demonſtranda ſunt, proferam⁹. Do-
cebimus ergo vos primũ quid ſit diſci
plina, deinde qd valeat: poſtremo quo-
modo obſeruari debeat.

¶Quid ſit diſciplina, & quantum valeat. Cap. X.

Y Diſciplina eſt conuerſatio bona
& honeſta: cui parum eſt mala
non facere, ſed ſtudet etiam in
iis quę bene agit, per cuncta irreprehẽ-
ſibilis apparere. Itẽ diſciplina eſt mem
brorũ omniũ motus ordinatus, & diſ-
poſitio decens in omni habitu & actio
ne. Audiſtis quid ſit diſciplina: nunc at
tẽdite ꝗ vtilis & ꝗ neceſſaria ſit. Diſci
plina eſt compes cupiditatis, malorum
deſideriorũ carcer, frenũ laſciuię, elatio
nis iugum, vinculum iracundiæ: quæ
domat intẽperãtiam, leuitatẽ ligat, &
oẽs inordinatos motus mentis atq; illi
citos appetit⁹ ſuffocat. Sicut eñ de in-
conſtantia mentis naſcitur inordinata
motio corporis: ita quoq; dũ corpus p
diſciplinã ſtringit̃, animus ad cõſtãtiã
ſolidatur. Et paulatim intrinſecus mẽs
ad quietẽ componit̃: cũ per diſciplinæ
cuſtodiã mali motus eius foras fluere
nõ ſinunt̃. Integritas ergo virtutis eſt:
quando p internã mẽtis cuſtodiã ordi
nate regunt̃ mẽbra corporis. Interior
nãq; eſt cuſtodia: quæ ordinata ſeruat
exterius corporis mẽbra. Sed ꝗ ſtatum Z
mẽtis pdit: ſubſequẽter foras in ĩcõſtã-
tiã motionis defluit, atq; exteriori mo
bilitate indicat ꝙ nulla interius radi-
ce ſubſiſtat. Vnde per Salomonem dici
tur. Homo apoſtata vir inutilis gradit̃ Prouẽ. 6.
ore peruerſo, annuit oculis, terit pede,
digito loqt̃, prauo corde machinatur
malũ, & in omĩ tẽpore iurgia ſeminat.
Propterea enim huc talem (quẽ de in-
diſciplina & diſcordia pariter notare
voluit) prius apoſtatã noĩauit: quia ni
ſi prius int⁹ a cõſpectu cõditoris auer
ſione mẽtis caderet, foris poſtmodũ ad
inconſtantiam & ſeminãda iurgia non
veniret. Liganda ergo ſũt foris p diſci
plinam mẽbra corporis: vt intrinſecus
ſolidet̃ ſtatus mentis: quatinus dũ vn
diq; exterior cuſtodia interiori mobili
tati coercendę opponit̃: tandẽ mẽs ad
pacẽ ĩ ſemetipſa colligat̃. Omniũ nãq;
vitiorum motus diſciplina coercet: &
quãtum mala deſideria foris coercẽdo
cõprimit, tãtũ per eam bonũ deſideriũ
interius cõualeſcit. Paulatimq; eadem
virtutis forma per conſuetudinẽ mẽti
imprimitur: quę foris per diſciplinã in
habitu corporis conſeruatur. Ecce vi-
dimus quantum valeat diſciplina: nũc
qualiter cuſtodiri debeat conſiderem⁹.
Quatuor ſunt pręcipue in quib⁹ ſeruã
da eſt diſciplina: in habitu, in geſtu, in
locutione, in menſa, id eſt comeſtione.

¶De diſciplina ſeruanda in habitu. Cap. XI.

IN habitu qnq; modis diſcipli- A
na cuſtoditur: in genere & qua
litate, in colore, & formatione,
& coaptatione veſtimentorũ. In gene-
re: ſcilicet ne ſint veſtimenta nr̃a nimis
pcioſa. In qualitate: ne nimis ſint ſubti
lia vel mollia. In colore: ne nimis ſint
nitida, ſiue quolibet alio mõ ſupra ꝗ p
poſito religioſę conuerſationis expetit
fuſcata. In formatione: vt ſint decenter
& religioſe cõpoſita, & humilitatis ſi-
gnũ habẽtia. i. nõ nimis magna aut de-
pẽdẽtia, aut fluxa, nec nimis ſtricta, ſi-
ue quolibet alio modo ſecundũ ſeculi
vanitatẽ detorta. Coaptatio ad modũ B



portandi pertinet. nã ſunt quidã ſtulti
qui ſtultis placere cupiẽtes: quodã arti
ficio veſtimẽta ſua circa ſe componũt.
Alii vero maiori ſcurrilitate ridiculo-
ſe tranſuertunt: alii autẽ vt pompã de
ſe faciant, explicant ea, & quantũ poſ-
ſunt latius diſtẽdunt. Alii temere cor-
rugata in vnũ colligunt, alii cõtorquẽ
tes & complectentes inuoluũt. Alii to
to conamine ſtringẽtes & ſindẽtes ea:
oĩa corporis ſui lineamenta, inuerecũ-
diſſima quadam turpitudine aſpiciẽti
bus numerãda exponũt. Alii iactando
& ventilando pãnos ſuos, leuitatẽ mẽ-
tis ſuę ex ipſa habitus ſui mobilitate
oſtendunt. Alii incedẽtes ſinuoſo ſyr-
mate terrã verrũt: & limbis dependen
tibus immo retro conſequẽtibus cau-
dis in ſimilitudinẽ vulpiũ veſtigia ſua
obducũt. Bene pfecto, vt poſtꝗ ptrãſie-
rint, pereat memoria eorũ, ne ſint am-
plius in recordatiõe in terra viuẽtiũ.
Qui vt oſtẽdãt de nũero illoꝝ ſe eẽ, de
Pſal. 1. qb⁹ pſal. dicit. Nõ ſic ĩpii nõ ſic, ſed tãꝗ
puluis quẽ piicit ventus a facie terrę:
quacunq; perrexerint: qſi turbo tẽpeſta
tis puluerẽ cõcitãt, & ipſi filii tenebra
rum illud lumen foris oculis hominũ
ſubſtrahũt, qd intus cęcata mente per-
diderunt. Eſt tamen in quo de eis etiã
in pręſenti vita vindictam capimus, qa
iiſdẽ ſuis pannis quibus nebulam pul-
ueris luminibus nr̃is iniiciunt: ad com
planãdam viã pedib⁹ noſtris, lutũ pla-
tearũ abſtergũt. Quid ãplius dicã? Tę-
det me oĩa vanitatis oſtẽtamẽta nume
rare: in qbus ſtulti & vecordes, mulieri
bus imo meretricibus ſtudia ſua aufe-
rũt: & tãto dedecore quanta ſupſtitio-
ne cũ habitu pene ſexũ mutauerũt. A-
lii ſunt mille modi qb⁹ hoĩes vaniſſimi
& ſupſtitioſiſſimi ſpectaculũ de ſe ĩtuẽ
tib⁹ pbere cõcupiſcũt. Sed hęc oĩa ſer-
uus dei magna debet cõſtãtia deſpice-
re: cũ videat nullos niſi ſtultos & irri-
ſione digniſſimos ſtudiis talib⁹ deſerui
re. Hęc. n. oĩa verę religioni contraria
ſunt: & oẽs qui ſtudiũ & curã his adhi
bẽt: quãtũ a religiõe alieni ſint, patẽter
C oſtẽdũt. Sed gr̃a dei oẽs ꝗ mõ ĩ religiõe
cõſtituti talib⁹ ſtudẽt, & p hęc hoĩb⁹ pla
cere cupiũt: oĩb⁹ hoĩb⁹ magis viles &
cõtẽptibiles ſiũt. Et ecõuerſo ꝗ hęc p
pter deũ deſpiciũt: nõ ſolũ corã deo, ſ;
etiã corã hoĩb⁹ cariores & honorabilio
exiſtunt. Eant ergo nũc miſeri & ſtulti
ac oĩs honeſtatis ĩgnari, eant & comãt
pãnos ſuos: ꝗ nõ ĩtelligũt ꝗ iuſte in vi
ris religioſam vitã pfeſſis cult⁹ pcioſa
rũ veſtiũ rephẽdit̃: qui p apoſtolũ Pau
lũ etiã fœminis phibet̃. nõ ingt in ve- 1. Tim. 2
ſte pcioſa. Videant: ergo quanta nõ di
co rephẽſione ſed cõfuſione: imo poti⁹
quãta dãnatione digni ſunt: ꝗ ĩ propo
ſito religionis, cultui pcioſarũ veſtium
ſtudẽt. qa diues ille ꝗ ĩ euãgelio purpu
ra & byſſo induit̃: poſtea in tormẽtis ĩ
ferni ęternalr̃ cruciãdus ſepelit̃. Quid Luce. 16.
aũt ĩ purpura niſi color & pciũ, & qd ĩ
byſſo niſi mollities repẽhdit̃? Cũ ergo
carni ſuę & ĩ purpura decorẽ, & in byſ
ſo mollitiẽ adhibuiſſe dr̃: pculdubio ſu
pb⁹ ſimul & luxurioſus fuiſſe cõprobat̃.
Qui ergo corpi ſuo pri⁹ illicite fomẽta
vitiorũ exhibuit: iure poſtmodũ hoc
cruciãdũ flãma tormẽtoꝝ accepit. Et
tñ diues iſte nõdũ ppriis reb⁹ abrenun
ciauerat: ſed qa in iis ꝗ poſſidebat tẽpe
rãtiã ſeruare noluit: poſt illicitũ vſum
rerũ tẽporaliũ ad pœnã ſẽpiternã pue-
nit. Si igit̃ ille qa ppriis abuſus eſt tã- D
tã damnationẽ meruit: qd putam⁹ iſti
faciẽt, ꝗ ppria nõ habẽtes alienam elee
moſynã cultui ſuę elatiõis ĩpẽdere nõ
ptimeſcũt? Vęh eis qa ipſi (ſicut pphe
tã dicit) pctã ppl̃i comedũt: & victimas Oſee. 4.
ĩ pfũdũ declinãt. qa qd alii p redẽptio Oſee. 5.
ne aĩarũ ſuarũ offerũt: hoc ipſi accipiẽ
tes p illicitũ vſum ad dãnationẽ aĩarũ Eſa. 28.
ſuarũ cõuertũt. Vęh coronę ſupbię ef-
fraim & flori decidẽti: qa oĩs caro fœnũ
& oĩs gloria ei⁹ qſi flos agri. Exſiccatũ Eſa. 40
eſt fœnũ & cecidit flos: qa ſpũs iracun-
dię dñi exſufflauit ĩ illud. Exſiccatũ eſt
fœnũ & cecidit flos: verbũ aũt dñi ma-
net ĩęternũ. Quid ĩgit̃ ſupbit cinis & Eccli. 10.
puluis, fum⁹ euaneſcẽs & vapor ad mo
dicũ parẽs? Quid eſt hõ niſi putredo: Iacobi. 4
& fili⁹ hoĩs niſi vermis? Vermis ipſe, & Eccli. 10.
vermis hęreditas ei⁹: hęreditabit. n. hõ
vermes, beſtias, ſerpẽtes. Quãtũcũq; ex
colat̃ & ornet̃: qd eſt aliud caro ꝗ caro?
Quid igitur prodeſt in habitu qui fo-
ris ad tẽpus adhęret, gloriã quęrere: &

corruptionis putredinẽ, quę in nobis
eſt & ſemp pmanet,nõ conſiderare? Pro
pterea debent amatores religionis ope
re demonſtrare quantum ipſi terrena
deſpiciant : nec carnem quæ moritura
eſt cultu ſuperſtitioſo excolere: ſed põ
pę indumentorum, morũ ornamẽta an
teferre. Veſtimenta plus vilia q̃ precio
ſa,plus groſſa q̃ ſubtilia, plus aſpera q̃
mollia,plus fuſca q̃ nitida, plus negle-
cte q̃ accurate compoſita vel adaptata
amare:quatinus ſi non poſſint in veſti
mentis ſuis per omnia cõmoditatẽ ab-
ſcindere,nunq̃ tamen pręſumãt eis vti
ad oſtentationem.Poterant hęc fortaſ-
ſis beneuolis ad eruditionẽ modeſtiæ
& humilitatis ſufficere:ſed ſcio duros
& rebelles aĩos,niſi ad hęc mordaciori
bus lupatis frenati fuerint, nõ facile a
via priſtini erroris declinare.Quoſqdẽ
oportet in cũctis obſeruationibus vſq;
ad vnguẽ ſtringere:& vt nullus deuiã
di locus tergiuerſationi relinquatur,
ad ſingula veſtigia determinatis pręce
ptionibus obligare.

¶De diſciplina ſeruanda in geſtu.
Cap.XII.

E Geſtus eſt modus & figuratio mẽ
brorũ corporis, ad oẽm agẽdi &
habẽdi modũ. hic ſex modis re-
prehẽſibilis inueniť.ſ. ſi eſt aut mollis,
aut diſſolutꝰ, aut tardus, aut citatus,
aut procax,aut turbidus.Mollis ſigniſi
cat laſciuiã,diſſolutus negligẽtiã,tar-
dus pigritiã,citatꝰ incõſtãtiã,pcax ſu
perbiã,turbidus iracundiã. Nã q inor
dinati motus corporis,corruptionẽ &
diſſolutionẽ indicẽt mẽtis:ſuperius iã
demonſtratum eſt, vbi Salomonis teſti
monio virum apoſtatam exterioribus
indiciis auerſionem animi ſui pmen-
Prou. 6. tem oſtendimus. Ait enim.Homo apo
ſtata,vir inutilis,graditur ore peruer-
ſo,annuit oculis,terit pede, digito lo-
quitur.quia videlicet cũ mẽs interius
a cuſtodia ſui ſoluitur: mẽbra foris ad
omnem actum inordinate commouen
tur.Et velut corpus paralytici motum
quidem habet,ſed officia membrorum
in ſuis actionibus ſeruare nõ valet: ſic
iſte impatientia quidem & fluctuatio-
ne mẽtis ad quęlibet pręceps impelliť:

ſed in omnibus quę agit nullo ratiõis
moderamine gubernatur. Sed ſciendũ F
eſt q in his vitioſis geſtibus quidã in-
ter ſe ſimiles quodãmodo eſſe videtur:
& quemadmodũ vitia de quibꝰ naſcũ-
tur,ĩter ſe nõ multũ diſcrepãt : ita ipſi
quoq; motus exteriores quandã inter
ſe concordiã peruerſitatis obſeruant.
ſicut ſimiles ſunt geſtus mollis & pro-
cax,diſſolutus & tardus,citatus & tur
bidus:quia & vitia ipſa inter ſe ſimilia
ſunt:ſicut & laſciuia & iactãtia,negli-
gentia & pigritia, inquietudo & impa
tientia.Propterea omnes iſti inordina
ti geſtus,quia de interioribus animę p
deunt corruptionibus, in multis ſcri-
pturarum locis grauiter argui & rep-
hendi inueniunť : quæ etſi per ſingula
enumerare nõ poſſumus: ne tamẽ pro
nihilo rem in tantũ exaggerare videa-
mur,quędã ex his exempli cauſa reuol
uemus.De molli & pcaci geſtu laſciuã
& arrogantẽ animã dominus p Eſaiam
pphetam arguit dicens. Deſcẽde, ſede Eſa.47.
in puluere virgo filia Babylonis, ſede
in terra.nõ eſt ſoliũ filię Chaldęorum:
quia vltra nõ vocaberis mollis & tene
ra.Tolle molam,mole farinam,denuda
turpitudinẽ tuã , diſcooperi humerũ,
reuela crura,trãſi flumina.Et poſt pau
ca.Sede,tace,intra ĩ tenebras filia chal
dęorum: quia non vocaberis vltra do-
mina regnorum.Quę ergo deſcendere
præcipitur:de pcaci geſtu & typo arro
gantię increpatur. Vnde & bene ſubiũ
gitur:nõ eſt ſoliũ filię Chaldęorũ.quia
ſępe homo apud alios tanto magis deſ
pectus habeť:quãto magis apud ſeipm
p tumorẽ arrogãtię extolliť:vt implea
tur illa ſentẽtia veritatis qua dicitur.
Omnis q ſe exaltat humiliabiť:& omis Luce.14.
qui ſe humiliat exaltabiť. De quo ad-
huc ſubinferť cũ diciť.Sede,tace,intra
tenebras filia chaldęorũ:qa nõ vocabe
ris vltra dña regnorũ.Magna etenĩ tũc
hominem cõfuſio ſequiť: qñ ſe ab aliis
deſpici videt,etiã p eo in quo ipſe glo
riať.Sed qa laſciuia & mollities amica G
eſt pcacibꝰ & ſupbis:increpata arrogã
tia,laſciuiã etiã arguit cum ſubiũgit.
Tolle molã,mole farinã, denuda turpi Eſa.47.
tudinẽ,diſcooperi hũerũ,reuela crura,



tranſi flumina:quia vltra nõ vocaberis
mollis & tenera. Quã ſit ergo odibilis a-
pud deũ laſciuia & procacitas , ex hoc
patenter oſtendiť, q ſcriptura tã diſtri
cta animaduerſione & deiectionẽ arro-
gantibus, & aſperitatem mollibus ſup-
uẽturã cõminatur. Hinc eſt rurſum q
Eſa.3. per eundẽ Eſaiam contra laſciuos & p
caces dicitur. Hęc dicit dñs. Pro eo q
eleuatę ſunt filię Sion & ambulauerũt
extento collo, & nutibus oculorũ ibãt
& plaudebãt, ambulabãt, & pedibꝰ ſuis
cõpoſito gradu incedebant:decaluabit
dñs verticẽ filiarũ Sion.Ambulabãt ex
tento collo & nutibus oculorũ: hic no
tatur arrogantia.Ibant & plaudebant,
ambulabant, & pedibus ſuis compoſi-
ſito gradu incedebant: hic notatur la-
ſciuia.Sequitur. Decaluabit dominus
verticẽ filiarũ Sion:hæc eſt pœna arro
gantiũ.Et dñs crinẽ earũ nudabit:hæc
H eſt pœna laſciuorũ . Et quia hæc vitia
luxus pcioſarũ veſtiũ ſequi ſolet: pœ-
Eſa.3. na quoq; eius ſubinferť cũ diciť.In die
illa auferet dñs ornatũ calceamentorũ
& lunulas, & torques & monilia,& ar-
millas,& mitras,& diſcriminalia,& pi-
ſcelidas & murenulas & olfactoria, &
inaures, & annulos,& gẽmas in fronte
pẽdẽtes,& mutatoria,& pallia,linthea
mina, & acus & ſpecula, & ſindones &
vittas,& theriſtra: & erit p ſuaui odo-
re fœtor,& p zona funiculus, & p cri-
ſpãti crine caluitiũ, & pro faſcia pecto
rali,ciliciũ.Ecce q̃ diligenter oĩa vani-
tatis inſignia enumerat: vt hæc in qbꝰ
homines nullã vel admodũ paruã cul-
pam eſſe putant, q̃ diſtricte a deo pen-
ſentur oſtendat.
¶ Diſſolutũ & tardũ Salomon arguit
Prou.24. dicens.Per agrũ hoĩs pigri trãſiui,& p
vineam viri ſtulti:& ecce totũ repleue
rãt vrticę,operuerãt ſupficiẽ eius ſpi-
næ, & maceria lapidum deſtructa erat.
Quod cũ vidiſſem:poſui in corde meo
& exẽplo didici diſciplinã . Vſquequo
piger dormis? vſquequo de ſomno non
cõſurgis? paululũ dormies,modicũ dor
mitabis:pauxillũ manꝰ cõſeres vt quie
ſcas:& veniet quaſi curſor egeſtas tua,
& mẽdicitas tua qſi vir armatꝰ. Et rur
Prou. 6. ſum. Vade ad formicã o piger & conſi

dera vias eiꝰ & diſce prudẽtiã : quę cũ
nõ habeat ducẽ nec pceptorẽ nec prin
cipẽ,parat ęſtate cibũ ſibi , & cõgregat
qđ comedat in hyeme.Itẽ de pigro.Si- Prou.10.
cut acetũ dẽtibus & fumꝰ oculis:ſic pi
ger iis qui miſerunt illũ. Et de diſſolu Prou. 12.
to.Manus fortiũ dominabiť:quę aũt re
miſſa eſt tributis ſeruiet.Et iterũ de pi
gro.Vult & nõ vult piger: aĩa aũt ope Prou. 13.
rãtiũ impinguabiť. Rurſum de diſſolu
to.Qui mollis & diſſolutus eſt in opere Prou.18.
ſuo:frater eſt ſua opera diſſipantis. Itẽ
de pigro. Abſcondit piger manũ ſuam Prou.19.
ſub aſcella:& laborat ſi ad os ſuũ appli
cuerit eã.Itẽ.Deſideria occidũt pigrũ: Prou. 21.
noluerunt eñi quicq̃ manus eius ope-
rari.Et iterũ.Dicit piger:leo eſt in via, Prou.26
in medio platearũ occidẽdus ſum. Itẽ.
Sicut oſtiũ in cardine ſuo:ſic piger ver Ibidem.
tiť in lecto . Et in libro eccleſiaſtico de
pigro,tardo & diſſoluto diciť. In lapi- Eccli.22.
de luteo lapidabiť piger,& oẽs loquen
tur ſup aſpernationẽ illius. De ſterco-
re boũ lapidabiť piger : & oĩs q tetige-
rit eũ,excutiet manus ſuas. Multa ſũt
alia ſi enumerare velim,quę ad ĩcrepa-
tionẽ,vel ad irriſionẽ horũ in ſcriptu-
ris dicunť:de qbꝰ hęc ad exhortationẽ
pſentem vobis dicta ſufficere poſſunt.
¶Citatus vel inquietus ſimul & turbi
dus geſtus p Salomonẽ iterũ reprehen
dunť:vbi ( ſicut iã in ſuperiori exẽplo
demonſtrauimus)de viro apoſtata di-
ciť. Homo apoſtata vir inutilis gradiť Prou. 6.
ore puerſo,annuit oculis,terit pede,di
gito loqť,prauo corde machinať malũ,
& omi tẽpore iurgia ſeminat.Huic ex-
tẽplo veniet pditio ſua, nec habebit vl
tra medicinã.Quã ſit.n.pditioni pximꝰ:
ipſe ſua actiõe ſatis demõſtrat,q p inqe
tudinis vitiũ in ſemetipſo pacẽ perdit
etiã priuſq̃ foris obſiſtentẽ inueniat.
Et quo pcipitãdꝰ ſit patet,ſi occaſionẽ
furoris ĩuenerit:quẽ nullo turbãte ex-
teriꝰ ſua intꝰ leuitas & ĩpatiẽtia ad fu
rorẽ pcipitẽ rapit.Vñ bene poſtq̃ incõ
ſtãtię & leuitatis ſigna enumerauit di
cẽs,annuit oculis,digito loqť, terit pe-
de: nouiſſime indiciũ furoris expreſſit
dicẽs,oĩ tpe iurgia ſeminat.Quia ſicut
dictũ eſt,primũ p leuitatis vitiũ & ĩqe
tudinẽ pax ĩternę trãqllitatis diſſoluiť

ac ſic deinde agitata mens in foueã fu
roris præcipitatur. Quis em̃ idipſum
quod dixit:graditur ore peruerſo, an-
nuit oculis,terit pede,digito loquitur:
tam furoris q̃ inquietudinis ſignũ ſit:
tamen hic eſſe ſolet ordo ꝑditionis: vt
primũ homo per inquietudinẽ,conſtan
tiã grauitatis deſerat: ac ſic tandẽ vſqꝫ
ad impatiẽtiã furoris erumpat. Habet
etiam hic geſtus, id eſt citatus ſiue in-
quietus,cũ molli ac procaci affinitatẽ:
quia leuitas aliquando laſciuiã,aliquã
do impatientiã deſignat.Inquietus ge
ſtus laſciuo & procaci concordat:ſicut
Proũ. 7. per Salomonẽ dicitur. De feneſtra do-
mus meę per cancellos ꝓſpexi:& video
paruulos, conſidero vecordẽ iuuenẽ,q
tranſit ꝑ plateas iuxta angulũ,& prope
viã domus alienę graditur in obſcuro,
aduesperaſcente die, in noctis tenebris
& caligine. Et ecce mulier occurrit il-
li ornatu meretricio,præparata ad ca-
piendas animas,garrula & vaga,quie-
tis impatiẽs, nec valens in domo conſi
ſtere pedibus ſuis,nũc foris,nũc in pla-
teis,nũc iuxta angulos inſidiãs:appre-
henſumqꝫ deoſculatur iuuenem, & ꝓ-
Ibidem. caci vultu blanditur. Statim eã ſequit̃
quaſi bos ad victimã ductus,& quaſi a-
gnus laſciuiens & ignorans:& neſcit ꝙ
ad vincula ſtultꝰ trahatur,donec trãſ-
figat ſagitta iecur eius:veluti ſi auis fe
ſtinet ad laqueũ, & neſcit quia de peri-
culo animę illius agitur. Vię inferi do
mus eius:penetrãtes inferiora mortis.
Nemo ergo deinceps putet parum de-
linquere eos q cõtra diſciplinã ad tur-
pes motus,& inordinatas geſticulatio-
nes mẽbra ſua inflectunt: qa nunq̃ ſcri
ptura tam ſeuere iſtos exteriores cor-
poris motus in nobis reꝑhenderet,niſi
omnis exterioris hoĩs inhoneſta figu-
ratio & motio indecẽs,ab interiori mẽ
tis corruptiõe manaret.Propterea mul
tũ valet diſciplina ad coercendos pra-
uos motus animi: quatinus mala deſi-
deria dũ per cuſtodiam diſciplinę ſtrin
guntur ne foras effluant, tandẽ aliquã
do etiam interius ſurgere ac moueri
K omnino deſueſcant. Quia igitur vitia
geſticulationũ deſcripſimus: ordo exi-
git,vt nunc quis ſit in omni geſtu mo-
dus diſciplinæ,deffiniamus.qđ etſi for-
taſſe ꝑ ſingula facere nõ poſſumus: ma
gis tamen expedit aliquid inde ad eru
ditionem dicere,q̃ om̃ino ſilere. Primũ
ergo diligenter obſeruandũ eſt: vt ſin-
gula mẽbra ſuũ teneant officium,neqꝫ
vſurpent alienũ. deinde vt vnũquodqꝫ
ſuũ opus tã decẽter ac modeſte imple-
at: quatinus ꝑ indiſciplinã aſpicientiũ
oculos non offendat.Nam in quolibet
horũ peccetur,dignũ reprehẽſione eſt:
ſiue ſcilicet mẽbra inter ſe actꝰ ſuos cõ
fundant: ſiue id qđ iuſte agere debent,
recte non expleãt. Diſcretio actionũ in
membris conſeruanda eſt:vt ſcilicet id
agat vnũquodqꝫ mẽbrũ ad quod factũ
eſt:vt neqꝫ loquatur manus, neqꝫ os au
diat,nec oculus linguæ officium aſſu-
mat. Sunt em̃ quidã qui niſi buccis pa
tentibus auſcultare neſciunt : & quaſi
per os ſenſus ad cor influere debeat,pa
latum ad verba loquentis aperiũt. Alii
(qđ adhuc peius eſt)in agendo vel au
diendo quaſi canes ſitientes linguã ꝓ-
tendunt, & ad ſingulas actiones velut
molam labia torquendo circũducunt.
Alii loquentes digitũ extẽdunt,ſuper-
cilia erigunt,& oculos in orbẽ rotãtes,
aut profunda quadã cõſideratione de-
figentes,cuiuſdã intrinſecus magnifi-
centiæ conatus oſtendunt. Alii caput
iactant, comã excutiunt,veſtimẽta ada
ptando cõponunt, & latera cubitando
pedeſqꝫ extẽdendo ridiculam ſatis oſtẽ
tationis formã fingunt. Alii quaſi am-
bę aures ad audiendũ factę non ſint: al
terã tm̃ collo detorto voci veniẽti op-
ponunt. Alii typum neſcio quẽ figurã
tes:oculorũ inter videndũ alterũ clau
dunt,alterũ aperiunt. Alii maiori ridi-
culo dimidiato ore loquunt̃.Sunt præ
terea mille laruę,mille ſubſannationes
& corrugationes nariũ,mille valgia &
contortiones labiorum:quę pulchritu
dinẽ faciei & decorẽ diſciplinæ defor-
mãt.Eſt em̃ facies,diſciplinę ſpeculum:
cui tanto maior cuſtodia adhibẽda eſt,
quãto minus ſi quid in ea peccatũ fue-
rit,celari poteſt. Temperãda eſt igitur
facies & modificanda in geſtu ſuo: ita
vt nec proterue exaſperetur, nec mol-
liter diſſoluatur: ſed ſemper habeat &



rigidam dulcedinem, & dulcem rigo-
rem. Alii nauigant brachiis incedẽtes:
& duplici quodam monſtro,vno & eo-
dem tempore pedibus deorſum in ter-
ra ambulant,& lacertis ſurſum in aere
volant. Qđ eſt quęſo monſtrum hoc,
qđ ſimul in ſe fingit & hominis inceſ-
ſum, & nauis remigium, & auis vola-
tum? Libet in hoc,poeticę illius ſubſan
nationis elogio proclamare.
Horatiꝰ Humano capiti ceruicem pictor eqnã
in arte. Iũgere ſi velit:& varias ĩducere plumas
Vndiqꝫ collatis mẽbris, vt turpit atrũ
Deſinat in piſcẽ mulier formoſa ſupne.
Certe tale mihi videt̃ hoc portẽtuoſæ
figurationis ſchema : cuius velut ęgri
ſomnia vanę Finguntur ſpecies,vt nec
pes nec caput vni Reddatur formę. Sed
ne forte ſatyrã potius q̃ doctrinã ede-
re videamur(cum plurima adhuc enu
meranda ſuperſint)modeſtię hic quoqꝫ
obliuiſci nõ debemus. Etiam ſic fortaſ-
ſis negligentibꝰ & indiſciplinatis quã-
tum ipſi in his erubeſcere debeant, me
L lius ſilendo oſtendemus. Scire tamẽ de
bent vnum eſſe vitium qđ priꝰ intrin-
ſecus ſtatum mẽtis diſſipat:ac poſtmo-
dum extrinſecus in mẽbris ordinem a
ctionis perturbat:ſicut iã ſępius memo
rato Salomonis teſtimonio comproba
tum eſt:vbi in apoſtata homine priꝰ q-
dem mentis auerſio atqꝫ defluxio præ-
ceſſiſſe dicitur, ac poſtmodũ confuſio
atqꝫ perturbatio actionis ſubſecuta me
Proũ. 6. moratur.In eo enim ꝙ dicit̃,homo apo
ſtata vir inutilis:notatur defluxio mẽ-
tis. in eo autem ꝙ dicitur,graditur ore
peruerſo,terit pede,annuit oculis, digi
to loquit̃: demonſtratur confuſio actio
nis. Hinc etiã eſt illud qđ dicitur in li
Eccli. 19. bro Eccleſiaſtici. Ex viſu cognoſcitur
vir:& ab occurſu faciei cognoſcit̃ ſen-
ſatus. Amictus corporis & riſus dẽtiũ
& ingreſſus hominis enũciant de illo.
Quia videlicet ꝑ illud qđ foris ſiue be
ne ſiue male agitur: ĩterior animi qua
litas intuentiũ oculis patenter indica
tur. Et idcirco oportet vt ad hanc per-
turbationem ſedandã cuſtodia diſcipli
nę opponatur : quę vnũquodqꝫ mẽbrũ
ad ſuũ officiũ reſtringat: quatinus dũ
alterũ membrũ operat̃,alterũ aut oĩno
quietũ maneat, aut ſi forte eius opera
illi neceſſaria eſſe cognoſcit̃, ſuo motu
ad cooperandũ illi decenter & ordina-
te moueatur:Ita vt nihil confuſe,nihil
pręposterum in mẽbris corporis agat̃:
ſed vt ſciat vnũquodqꝫ ĩ quo alteri de-
beat ſuccurrere,& in quo dũ aliud mo
uetur ſe debeat quietũ cuſtodire. Eſt.n.
quaſi quędã reſpublica corpus huma-
nũ : in quo ſingulis mẽbris ſua officia
diſtributa ſunt. Dũ ergo vnũ mẽbrum
alterius mẽbri officiũ inordinate ſibi
vendicat:qd aliud q̃ cõcordiã vniuerſi
tatis ꝑturbat? Dũqꝫ aliud ſuo motu al-
terius motũ impedit: certe illi quã na-
tura moderat̃ diſpoſitioni cõtradicit. M
Prima igitur eſt cuſtodia diſciplinę in Prima
geſtu,vt vnũquodqꝫ membrũ in eo ad lex.
qđ creatũ eſt officio ſe contineat: neqꝫ
alterius mẽbri miniſterium ſui admi-
xtione confundat. Id eſt vt oculi vide-
ant,aures audiant, nares olfaciãt,os lo
quatur,manus operent̃,pedes ambulẽt:
quatinus neqꝫ tranſmutent̃ officia mẽ
brorũ,neqꝫ inordinate ꝑmiſceant̃. Secũ Secũda.
da eſt cuſtodia diſciplinę in geſtu: vt
vnũquodqꝫ mẽbrũ id qđ facit,eo modo
atqꝫ mẽſura faciat quo faciendũ eſt. i.
nec plus nec minus, nec aliter q̃ opor-
tet faciat:Quatinꝰ in actu ſuo ſic & di-
rigatur & moueatur , vt in nulla vnq̃
parte tẽperantiæ limitẽ aut formã ho-
neſtatis excedat. hoc eſt ( vt id paucis
exemplis probemus) ridere ſine aper-
tione dentium, videre ſine deffixione
oculorum,loqui ſine extẽſione manuũ
& intentatione digitorum,ſine cõtor-
tione labiorum,ſine iactatione capitis,
ſine eleuatione ſuperciliorũ , Incedere
ſine modulatione greſſuum,ſine venti
latione brachiorum,ſine geſticulatiõe
ſcapularum, Sedere ſine diuaricatione
crurũ,ſine alterutra ſuperiectiõe pedũ,
ſine extẽſione vel agitatione tibiarũ, ſi
ne alterna accubitatione laterũ,iacere
ſine diſiectione mẽbrorum. Et vt tãdẽ de
hac parte finẽ loquẽdi faciamus: geſtꝰ
hoĩs in omni actu eſſe debet gratioſus
ſine mollitie,quietus ſine diſſolutione
grauis ſine tarditate,alacer ſine inquie
tudine,maturus ſine proteruia, & ſine
turbulentia ſeuerus. Mollem geſtũ tẽ-

ꝑrat turbidus,& turbidum mollis,diſ
ſolutũ procax,procacẽ diſſolutus, cita
tus tardũ,& tardus citatum: quia ĩter
vitia cõtraria medius limes virtus eſt.
Hęc de geſtu ad pręſentem doctrinam
dicta ſufficiant.Si qui vero tã duri cor
dis fuerint,vt his admonitionibus in-
formari nequeant:illos quidem acriori
bus ſtimulis vrgeri oportet,vt qđ ſpõ-
te facere nolunt,faciãt vel inuiti. Scio
enim q̃ difficile ſit,cor malitia indura-
tum ad formam diſciplinę & ſpeciẽ ho
neſtatis ĩcuruare:ſed neceſſe eſt vt du-
ra materia cum facile ad formã nõ fle-
ctitur, ei & acrioris flãmæ incendiũ &
mallei grauioris tunſio adhibeatur.

## De diſciplina in locutione ſeruãda. Et primo quid loquẽdum. Cap.XIII.

N
Quid lo IN locutione quinq; res ſunt ob
quendũ. ſeruãdę: hoc eſt qd dicatur:cui
dicatur:vbi dicatur:quando di
catur:& quomodo dicatur.Quid autẽ
dicendũ ſit,hoc primũ generali diſtin-
ctione diſcernitur: vt videlicet nũq̃ in
ſermonibus diſciplinatis ocioſa adhi-
beantur. Ocioſa autẽ ſunt omnia,quæ
ſunt aut nociua,aut inhoneſta,aut in-
utilia.Inutilia autem ſunt:quę nec lo-
quentibus nec audiẽtibus proſunt.In-
honeſta ſunt:quę vel illius qui loquit̃,
vel illiꝰ cui loquitur,vel illius de quo
loqtur dignitati non conueniunt. No
ciua ſunt quę ſuis ſuaſionibus animos
auditoꝝ ſiue ad errorẽ ſiue ad prauita
tẽ inducũt. Hęc aũt tria,id eſt nociua,
inhoneſta,inutilia,duobꝰ modis diſcer
ni poſſunt:id eſt ſecundũ qualitatẽ re-
rum de quibus locutio fit, & ſecundũ
qualitatem ꝑſonarũ ꝑ quas, vel ad
Qualitas pſonarum. quas,vel de quibus locutio fit. Quali-
tas perſonarũ quatuor modis conſide-
ratur:id eſt ſecũdum ætatẽ,ſecundum
ſcientiam,ſecũdum officium, ſecundũ
conditionem. Secundũ ętatẽ: qa aliud
conuenit locutionibus ſenũ, aliud lo-
cutionibus iuuenum.Secundum ſcien
tiam:quia aliud conuenit locutionibꝰ
ſapientium,aliud locutionibus ſimpli-
cium.Secundum officium : quia aliud
conuenit locutionibus eorum qui ne-
gocia exteriora tractant,aliud locutio
nibus eorum qui ſecretioris vitæ quie
ti & ſtudio contemplationis inuigilãt.
Secundum conditionem ac ſtatum: qa
aliud conuenit locutionibus eorũ qui
ſunt pręlati,aliud locutionibus eorum
qui ſunt ſubditi. Senes loqui debẽt de
diſcretione bene conſulendi : Iuuenes
de inſtantia benefaciendi:Sapientes de
myſteriis ſcripturarũ:Simplices de ex-
emplis bonorum operum . Ii qui exte-
riora tractant negocia,de ſolertia ac-
quirendi:ii qui quietam vitam ducũt,
de diſciplina viuendi. Prælati de pro-
uiſione rerum: ſubiecti de obœdientia
præceptorum.Et vnuſquiſq; qui loqui
tur ſecundum qualitatem ꝑſonę ſuę,
qualitatem materię inquirat congruã
de qua loquatur.

## Cui loquendum. Cap.XIIII.

SEquitur vt poſtq̃ elegerit ho- O
mo quid dicat : etiã cui dicat
diligenter attendat . Quia ſi-
cut ait quidam ſapiens,q nar- Eccle.22.
rat verbum non audienti,quaſi qui ex
citat dormientem de graui ſomno. Et
iterum. Cum ſtulto ne multum loqua Ibidem.
ris:& cum inſenſato ne abieris.Et Salo
mon dicit. Qui arguit impiũ: generat Prou. 9.
maculam ſibi.Noli arguere deriſorem:
ne oderit te. Argue ſapientem:& dili-
get te. Da ſapienti occaſionem: & addi
tur ei ſapientia.Doce iuſtum:& feſtina
bit accipere. Sed rurſum in libro eccle
ſiaſtico de diſcretione loquẽdi dictum
eſt. Cum viro irreligioſo tracta de ſan Eccle.37
ctitate:& cum iniuſto de iuſtitia: & cũ
muliere de iis quę ęmulatur:cum timi
do de bello: cum negociatore de traie-
ctione:cum emptore de venditione: cũ
viro liuido de gratiis agendis:cum im
pio de pietate:cum inhoneſto de hone
ſtate:cum operario agrario de omĩ ope
re:cum operario annuali de conſum-
matione anni:cum ſeruo pigro de mul
ta operatione . Vbi intelligi datur ꝙ
boni prauorum colloquia aliquando
appetere,aliquando vitare debent.Ap-
petere debent boni prauorum collo-
quia:quando & ſua exhortatione illos
ſperant poſſe corrigi,& tantum de ſua
ſtabilitate confidunt , vt non timeant
ex illorum praua ſuggeſtione corrum



pi. Quando vero & illorum duritiam
& ſuam infirmitatem conſiderant: ex-
ꝑdit eis vt fugiãt,ne dum illos nõ va-
lent admonitionibus ſuis corrigere,
paulatim incipiant ipſi ad prauitatem
illorum declinare . Cum ergo propter
noſtri ædificationem loquimur:cum il
lis loquamur quorum doctri na poſſi-
mus ad virtutem inſtrui. Cum autem
propter ędificationem proximi loqui-
mur:cum illis loquamur quos ſꝑamꝰ
ꝑ noſtram exhortationem a prauita-
te ſua poſſe emendari . Alioquin & ſa-
pientes velle docere, ſuperbia eſt:& ob
ſtinatos corripere, inſipientia. Quia &
iniurioſus proximo eſt,qui meliori nõ
exhibet reuerentiam:& iniurioſus ſibi
eſt,qui non emẽdat ſed prouocat erga
ſe inſipientis veſaniam . Ergo qui cum
alio loquitur:primũ conſideret vtrum
propter ſe an propter illum loquatur.
Si propter ſuam vtilitatem loquitur:
videat vt ille talis ſit de cuius colloqo
vtilitas ſibi ꝓuenire poſſit. Si propter
illum loquitur : caueat ne talis ſit ille
qui vel ſua exhortatione nõ indigeat,
vel ita in malo obſtinatus vt exhorta-
tione alterius corrigi ſe non permit-
tat.Si ergo ſic eſt: nunq̃ niſi vel ad no-
ſtri vel ad aliorum eruditionem loqui
debemus:& in ipſa noſtra locutione ta
lem diſcretionem ſeruare : vt ſemper
ſtudeamus & a ſapientioribus diſcere,
& minus doctos(ita duntaxat ſi ſe do-
ceri patiant̃)ſtudeamus erudire.Et ſi-
cut interrogando , de illo potiſſimum
quod nos magis vrget verba facimus:
ſic docendo,illud quod magis perſonæ
auditoris congruit proferre debemus:
vt contra vitium quod in eo ſanare cu
pimus, competens noſtri ſermonis re-
medium opponamus: quemadmodum
Eccle.37 ſupradictum eſt,Cũ irreligioſo de ſan-
ctitate,cum iniuſto de iuſtitia, cum pi
gro de multa operatione loquendum
eſſe. Facile ergo cui ſit loquendum a-
gnoſcimus: ſi id quod dicitur quale ſit
diligenter conſideremus,quia id profe
cto vnicuiq; magis dici conuenit:quod
ad illud, in quo ipſe plus laborat, ma-
lum ſanandum conſilio cõmodiori oc-
currit. Verbigratia, quando conſtan-
tiam laudare volumꝰ, ad puſillanimes
non ad ſuperbos ſermonem noſtrum di
rigere debemus: quia cum vitium ſu-
perbiæ ſub prætextu conſtantiæ non-
nunq̃ ſe contegat,ſi cœperimus ſuper-
bis laudare conſtantiam , dum eos ad
virtutem hortari credimus, ampliꝰ in
ſuo vitio confirmamus . Exhortemur
ergo ad conſtantiam timidos, ad timo
rem ſuperbos,ad frugalitatẽ prodigos,
ad liberalitatem auaros,ad humanita-
tem parcos,ad parcitatem guloſos, ad
conſilium temerarios,ad feruorem ze-
li tepidos,ad ſilentiũ verboſos,ad ver-
bũ exhortationis nimis tacitos, ad ala
critatem ſegnes,ad manſuetudinẽ im-
patientes,ad iuſtitiam negligentes,ad
indulgentiam crudeles,ad verecũdiam
procaces,ad quietẽ pręcipites, ad pru-
dentiam incautos, ad ſollicitudinem
obliuioſos,& ad modeſtiam inuerecun
dos: & omnino quicquid dicere volu-
mus,cui dicendum ſit,ex ipſa prius no
ſtri ſermonis qualitate colligamus.

## Vbi loquendum. Cap.XV.

SEquitur tertia diſcretio loquẽ P
di:vt cum aliquid dicere volu
mus, prius vbi illud dici con-
ueniat conſideremus.Nam quędã ſunt
loca,in quibus perpetuum ſilentiũ ſer
uandum eſt : Quædam vero in quibus
humanos ſermones,id eſt cõfabulatio-
nes ad alterutrum edere non licet:ex-
ceptis iis verbis quibus homo cũ deo
& ad deum loquitur,quãdo vel in ora
tionibus vel in lectionibus ſiue in hy-
mnis & canticis manifeſte vel occulte
prolatis deo famulatur.Vnde & beatꝰ
Auguſtinꝰ in oratorio nihil agẽdũ eſſe Auguſt.
dicit,pręter id ad qđ factũ eſt.Sunt itẽ
alia loca in qbus pro diſciplina & ĩſtru
ctione morũ verba habenda ſunt:quæ-
dã iterũ in qbus de intelligentia & ex
poſitione ſcripturarum collationes(cũ
diſciplina tñ & reuerentia, hoc eſt ſine
cõtẽtiõe & clamore & q̃libet turpitu-
dine verboꝝ) haberi poſſũt. Poſtremo
ſunt alia loca ĩ qbꝰ magis loquẽdi licẽ
tia laxat̃:ita vt nõ ſolũ de ſpũalibꝰ rebꝰ
ſed etiã de exterioꝝ diſpoſitiõe & ꝓui
ſione ſermones admittãt.Loca ĩ qbꝰ va
na & ſupflua dici debeãt,ĩuenire nõ poſ

ſum. Neqꝫ igitur in diuinis & ſacratis locis confabulationes inducere: neqꝫ in illis locis vbi de diſciplina agẽdum eſt, queſtiones aut contentiones verborum ventilare: neqꝫ in illis vbi de intelligentia diuinarum ſcripturarum tractãdum eſt, exteriora negocia admiſcere debemus. nec ea quæ ſunt pluribꝰ dicẽda, in occulto edere: nec ea quę ſunt paucis reuelãda, in manifeſto ꝓpalare.

### Quando tacendum, & quando loquendum. Cap. XVI.

Q QVarta loquendi diſcretio eſt quando quid dicendum ſit at-tendere. Eſt tẽpus quãdo nihil, & eſt tempus quando aliquid dicendũ eſt: nullum vero tempus eſt quando dicenda ſunt omnia. Tempus eſt quando nihil dicendũ eſt: quia tẽpus tacendi. & tempus quando aliquid: quia tẽpus loquendi. tempus vero quando omnia:
Prou. 25. nunq̃. quia ſicut idem Salomon ait: Mala aurea in lectis argẽteis: qui loquitur verbum in tempore ſuo. Habet igitur omne verbũ tempus ſuum quando proferri debeat: & tempus quando taceri. Quando autem loquendum ſit, melius oſtendemus, ſi prius quando tacẽdum
Tacendi tempus. ſit demonſtremus. Tẽpus enim tacendi tempus loquendi debet pręcedere: qa prius per ſilentium tempore tacendi diſcitur, qđ poſtea per verbum tempo-re loquendi proferatur. Propterea non
Eccli. 3. ait Salomon, Tempus loquendi & tempus tacendi: ſed tempus tacendi & tẽ-pus loquendi: quia prius (ſicut dictum eſt) in ſilentio forma loquẽdi ſumitur, quæ poſtmodum tempore loquendi in voce teneatur. Aliquando tacere debemus propterea ꝙ alter prior loqui cœpit: ne forte ſi ſermonem eius verborũ noſtrorum prolatione interrumpimꝰ, & eum qui loquitur, & eos qui audiũt pariter offendamus. Aliquando tacendum eſt propterea quia ad id quod di-cere volumus, animos auditorum pa-ratos adhuc non eſſe cõſideramus. Aliquando tacendum eſt propter multiloquium vitandum: vel etiam propterea ꝙ ipſi qui locuturi ſumus, nõdũ apud noſmetipſos congruam loquendi for-mam inuenimus: quia profecto animꝰ auditorum magis offenditur, ſi ſermo qui ædificare debet, confuſus & inordinatus proferatur. Aliquando tacendũ eſt propterea ꝙ ii qui præſentes habentur, nequaq̃ tales ſunt, ad quos verbũ debeamus facere. quod duobus modis fieri poteſt: ſcilicet dum vel reueren-tia dignitati perſonę impenditur, vel malitia incorrigibilis atqꝫ ideo indi-gna ammonitione exiſtimatur. Singu-la hęc exemplis ſcripturarum probare poſſumus: quia non vno ſed multis ſingula quæqꝫ confirmari ſcripturarum teſtimoniis inuenimus. Q? ſermonem eorum qui priores nobis loqui cœpe-rant non debeamus interrumpere, ſed ſemper loquẽtes alios & præcipue eos qui vtilia & recta loquũtur, propter cuſtodiam diſciplinę reuerenter ſuſtine-re atqꝫ expectare: ſanctus Iob nobis oſtẽdit: qui cum de ſua diſciplina & de a-liorum erga ſe reuerentia loqueretur,
inter cætera ſic ait. Qui me audiebãt, Iob. 29.
expectabant ſententiam meam, & intenti tacebant ad conſilium meum: verbis meis addere nihil audebãt, & ſuper il-los ſtillabat eloquium meum. Item ſæ-pe propter infirmitatem auditorum tacendum eſſe, dominus ſuo exemplo docet: qui cum apoſtolos adhuc imbecil-les & ad ſublimioris doctrinę eruditio
nem impares aſpiceret: ait. Adhuc mul Ioan. 16.
ta habeo vobis dicere: ſed non poteſtis portare modo. Item aliquando tacen-dum eſſe propter præcipitationem lo-quendi vitandam: Salomon in prouer-
biis oſtendit dicens. In multiloquio Prou. 10.
peccatum non deerit: qui autem moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Itẽ,
Labia iuſti cõſiderant placita, & os im- Ibidem.
piorũ peruerſa. Item. Qui prius reſpõ Prou. 18.
det q̃ audiat: ſtultum ſe eſſe demon-ſtrat & confuſione digniſſimum. Item
in libro Eccleſiaſtico. Ne ventiles te in Eccle. 8.
omnem ventum, & nõ eas in omni via: ſic enim peccator probatur in duplici
lingua. Eſto manſuetus ad audiendum Ibidem.
verbum dei vt intelligas, & cum omni ſapientia proferas reſponſum verum. Si eſt tibi intellectꝰ: reſpõde ꝓximo. ſin aũt: ſit manus tua ſup os tuũ, ne capia-



ris in verbo indiſciplinato. Item ſæpe propter reuerentiam perſonę tacendũ eſſe: in eodem demonſtratur cum di-
Eccle. 2. citur. Priuſq̃ interroges ne vituperes quẽq̃: & cum interrogaueris corripe iuſte. Priuſq̃ audias ne reſpõdeas verbũ: & in medio ſeniorũ ne adiicias loqui. Item ſępe ꝓpter malitiam auditorũ ta
Prou. 23. cẽdũ eſſe: Salomon docet dicens. In auribus inſipientium ne loquaris: quia
Prou. 24. deſpicient doctrinam eloquii tui. Item Ne cõtendas cũ peſſimis: & ne ęmuleris
Prou. 29 impios. Item. Vir ſapiens ſi cum ſtulto
R contenderit: ſiue iraſcatur ſiue rideat
Loquẽdi tẽpus. nõ inueniet requiem. Quiſquis hęc impedimenta loquẽdi cauere voluerit, fa-cile fortaſſis & ſine difficultate quan-do ſit loquendũ agnoſcet: ſi tamen hoc attendit quia aliud tempus eſt quãdo ei qui voluerit loqui conceditur: aliud eſt tempus quando ei qui noluerit lo-qui pro culpa reputatur. Sapiens autẽ ęque cauet vel ne eo tempore quando loqui debet, per negligẽtiam ſileat: vel ne omni tẽpore quando loqui licet, per licentiam conceſſam in multiloquium cadat. Recte ergo tempus loquendi diſcernit, ſi homo nec vnq̃ quando loqui debet, ſileat: nec ſemper quãdo licet, lo-quatur. Reſtat nunc vt poſtq̃ oſtendi-mus quid vel cui & vbi & quando lo-quendum ſit: etiam qualiter loquendũ ſit demonſtremus.

### Quomodo loquendũ ſit. Cap. XVII.

S SValitas id eſt modus loquendi in tribus cõſtat: hoc eſt quo geſtu, quo ſono, qua ſignificatiõe qđ dicatur. Diſciplina iubet vt loquentis ſit geſtus modeſtus & humilis, ſonꝰ demiſſus & ſuauis, ſignificatio verax & dulcis. Modeſtiã debet habere geſtꝰ loquentis: vt nec inordinate, nec ĩpu-dice, nec turbulẽte inter loquẽdũ mẽ-bra moueat: neqꝫ oculorũ nutibus aut aliqua indecẽti cõformatione ſiue trãſ
Placorẽ, gratiam aut co-mitatẽ. mutatione vultus, placorẽ ſui ſermõis imminuat. Humilis debet eſſe geſtꝰ loquentis: vt apud auditores gratiã ſermo eius inueniat. Sonus loquẽtis eſſe debet demiſſus: ne ſtrepitu & immoderata clamoſitate auditores ſuos aut iniuſte terreat aut iuſte offendat. Suauis debet eſſe: ne prolationis aſperitate tã-to fiat animis audientium oneroſior, quanto ad aures durior venit & iniu-cũdior. Significatio, id eſt ſententia ſermonis, ideo debet eſſe vera: quia fallax verbum etiam ſi facunde aut compoſi-te dicitur, nihilominus tamen ab auditore aut noxium aut ocioſum (ſi fuerit intellectum) reputatur. Sed & cum veritate neceſſe eſt vt ſermo loquentis dulcedinem habeat: quia ſępe etiam veritas auditori amara efficitur, ſi aut ſine ratione aut ſine dilectione, hoc eſt vel importune vel impie cõtra eũ pro
feratur. Singula hęc ſcripturę ſacrę te T
ſtimoniis comprobemus. Q? habitꝰ indiſciplinatus ſermonem contemptibi-
lem faciat: Salomon oſtendit dicẽs. Nõ Prou. 17.
decẽt ſtultum verba compoſita. Et iterũ. Nõ eſt ſpecioſa in ore ſtulti parabo
la. Et iterum. Fons vitæ eruditio poſſi Prou. 16.
dentis: doctrina ſtultorum fatuitas. Et
iterum. Doctrina ſua noſcitur vir. qui Prou. 12.
autem vanus & excors eſt: patebit con
temptui. Item. Quomodo pulchras fru Prou. 26
ſtra habet claudus tibias: ſic indecẽs eſt in ore ſtultorum parabola. Q? vero typus elationis ſermonẽ hominis ingra-tum auditoribus reddat: Salomon ite-
rum teſtatur dicens. Excelſa ſtulto ſa- Prou. 24.
pientia: in porta non aperiet os ſuũ. Et
iterum dicit. Cum obſecrationibus lo- Prou. 18.
quetur pauper: & diues effabitur rigi-de. Quantum autem ſermo clamoſus a diſciplinatis cauendus ſit: ipſe author
diſciplinę oſtendit, de quo per Eſaiam Eſa. 42.
ſcriptum eſt. Non clamabit neqꝫ acci-piet perſonam: neqꝫ audietur foris vox eius. Verbum autem aſperum & rixo-ſum omnino ſermonibus diſciplinatis ſecludendum eſſe: per eundem proba-
tur cum dicitur. Labia ſtulti immiſcẽt Prou. 18.
ſe rixis: & os eius iurgia prouocat. De verbo etiam mendaci quantum ſit ca-
uendum: idem ipſe inſinuat dicens. Te Prou. 19.
ſtis falſus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet. Sed & verbum dulce, quãtum valeat in ſer
mone: liber eccleſiaſticus patenter de- Eccle. 6.
monſtrat vbi dicit. Verbum dulce amicos multiplicat & inimicos mitigat: & lingua eucharis in bono viro abũdat.

❡De diſciplina in menſa ſeruan-
da:& primo in habitu & geſtu.
Cap.XVIII.

V IN menſa eſt duplex cu
ſtodia diſciplinę.Ibi eñ
debet hõ ſeruare diſci-
plinam ĩ habitu ſuo,&
diſciplinã in cibo ſuo.
Diſciplinam in habitu
tribus modis: in diſciplina tacendi, in
diſciplina videndi,in diſciplina conti-
nẽdi ſeſe.Taciturnitas inter epulas ne
ceſſaria eſt idcirco,quoniã lingua quæ
omni tẽpore prona ad ꝑccatũ labitur:
ꝑiculoſius cũ ꝑ crapulam inflãma-
Lucę.16. ta fuerit,ad loquendũ relaxatur. Pro-
pterea enim diues qui inter epulas lo-
quacitati ſeruierat:poſt in inferno po-
ſitus vehementiꝰ in lingua ardebat.Cu
ſtodia oculorũ inter epulas propterea
neceſſaria eſt:qa nõ decet ibi præcipue
vt vagos homo habeat oculos, neq; cu
rioſe &(vt amplius aliquid dicam)im
pudenter ea quę apud alios agunt cir-
cũluſtrando proſpiciat : ſed vt potius
pudice demiſſis luminibus ea tm̃ quæ
ſibi antepoſita & appoſita ſunt atten-
dat. Cuſtodia quoq; cõtinendi ſeſe ibi
negligenda non eſt:quatinus videlicet
neq; in habitu neq; in geſtu indecens
aliquid aut inhoneſtum agatur. Nihil
cum ſtrepitu aut tumultu fiat: ſed oĩa
mẽbra cũ modeſtia & tranquillitate in
diſciplina contineantur.Non ſicut qui
dam faciunt,qui cum ad ſedendũ aſſe-
derint,inquieta quadam agitatione &
cõfuſione membrorum intemꝑantiã
animi ſui deſignant.Caput excutiunt,
brachia exerunt,manus in altũ expan-
dunt, & non ſine magna turpitudine
quaſi totum epulum ſimul ſint abſor-
pturi,ingentes quoſdam conatus & ge
ſtus ſatis indecoros oſtendunt. Anhe-
lant & ſuſpirãt prę anguſtia:ita vt exi
ſtimes eos alium rugienti ventri patẽ
tiorem aditum quęrere,quaſi anguſtia
faucium non poſſit eſurienti ſtoma-
cho ſatis ſufficientem abundantiam
miniſtrare. In vno ergo loco ſedentes:
oculis & manibus quæ propꝫ, quæ lon
ge,omnia circũcurrunt,ſimul panes cõ
minuunt,vina in calices & pateras ef-
fundunt,diſcos in gyrum circũducũt:
& velut rex ſuper obſeſſam ciuitatem
aſſultum facturus,dubitant vbi primũ
expugnationem aggrediantur, dum ſi
mul in omni parte irruptionem facere
concupiſcũt.Plus iuſto fortaſſis iſta di
centes,verecundię obliti ſumus:ſed ne
ſcit aliquando impudentia erubeſcere
niſi fuerit manifeſte confuſa. His igi-
tur tribꝰ modis debet quiſq; inter epu
las conſeruare diſciplinam in ſemet-
ipſo:videlicet vt & linguam ſuam a lo
quacitate reſtringat : & oculos ſuos a
circunſpectione cohibeat: & vt cætera
membra omnia cum modeſtia & quie-
te contineat.

❡De triplici obſeruatione diſci-
plinę in cibo:& primo quid come
dendum. Cap. XIX.

SEquitur etiam triplex X
obſeruatio diſciplinæ
in cibo: obſeruatio in
eo quid ſumat, obſer-
uatio in eo quantum
ſumat, obſeruatio in
eo quomodo ſumat. Obſeruatio in eo
quid ſumat, id eſt vt neq; nimis pre-
cioſa & delicata expetat,nec nimis ra-
ra & inſolita requirat, nec nimis lau-
te & accurate pręparata concupiſcat.
In primo enim luxus arguitur, in ſe-
cundo curioſitas, in tertio ſuperſtitio
notatur.Sunt namq; quidam quorum
fauces ſatis ridicula infirmitate ęgro- Nimis
tant : quæ niſi pinguia & delicata de- delicata
glutire non poſſunt. Et ſiquando eis
parci aut frugales cibi oblati fuerint:
ſtatim aut indigeſtionẽ ſtomachi, aut
pectoris ſiccitatem,aut obripilationem
capitis,aut ſiqua ſunt talia,ad friuolas
excuſationes prętendunt.Alii delicias
& luxum ciborum magna conſtantia
aſpernantur:ſed ab eis iterum non mi-
nori aut tolerabiliori petulantia com-
munium cibariorum vſus omnino de-
ſpicitur.Noua quædam & inſolita ci- Nimis
borum genera exquirunt: ita vt ſæpe rara.
propter vnius ventrem hominis per
omnes circum pagos turba famulorũ
diſcurrat: & vix tandem vel ignotas



de deſertis procul montibus radices
euellendo,vel pauculos de imis gur-
gitibus profunda ſcrutatione piſci-
culos trahendo , ſiue intempeſtiua de
arentibus rubetis arbuta colligendo:
vnius appetitus petulãtiam compeſce-
re queat. Et ſane mihi nõ ſatis patere
poteſt qđ vitium iſtos exagitet:niſi for
te qa ꝑ quãdã animi inſolentiã multos
in ſuo obſequio occupari gaudent:ſiue
quia ꝑ tumorẽ elationis cęteris omni-
bus quantum cibo diſſimiles ſunt, tan
tũ merito diſſimiles videri volũt. Alii
Nimis exqſite cocta. ſupſtitioſum nimis in ꝓparandis cibis
ſtudium adhibent, infinita decoctionũ
& frixurarũ & condimẽtorũ genera ex
cogitantes: modo mollia, modo dura,
modo frigida,modo calida,modo elixa
modo aſſa,modo pipere, mõ allio, mo-
do cumino,modo ſale condita, ſecũdũ
conſuetudinem pręgnantium mulierũ
deſiderantes. Hi profecto non ſolũ ar-
guendi ſed etiam deridendi ſunt : qui
quaſi caupones ad omnem clepſydram
eliciendi guſtus gratia palatum exten
dunt.Igitur contra hæc vitia ſananda
neceſſarius eſt rigor diſciplinę : q iſtas
gulę petulantias intra certũ limitẽ co-
hibeat,quatinus ſe neq; ad immodera-
tas delitias neq; ad nouitates neq; ad
ſuperſtitioſas pręparationes ciborum
appetendas diffundat.
❡Secũdo,quantũ comedẽdũ.Cap.XX.
Y DEinde ſequitur cuſto
dia diſciplinę in eo
quantum quis ſume-
re debeat:cuius men-
ſura hęc mihi eſſe vi-
detur, vt neq; contra
honeſtatem neq; ſupra neceſſitatẽ.Nõ
omnis vẽter idẽ capit:alius ſic cõtẽtus
alius vero ſic. Cui minus ſufficit : iſte
priuſq̃ ad turpitudinẽ edacitatis ꝑue-
niat,in ſuperfluitatẽ offendit.cui mul-
tum opus eſt:in eo ſępe honeſtas come
dendi lęditur,etiã priuſq̃ ad ſuperflui-
tatem veniatur. Ergo ille cui parũ ſa-
tis eſt,magis ſupfluitatem caueat : ille
vero cui multo opus eſt,magis ad ho-
neſtatem attendat:qa neq; ille niſi tem
ꝑantię metas tranſierit,ad turpitudi
nem veniet:neq; iſte niſi prius hone-
ſtatis oblitus fuerit, in ſuperfluitatem
impinget.
❡Tertio,Quomodo comedendum.
Cap.XXI.
POſtrema eſt obſerua Z
tio ĩ cibo, quomodo
quis cibum ſumere
debeat:hoc eſt q̃ mũ
de & q̃ tẽꝑate. De
immũditia comedẽ-
di pauca exempla ꝓ
ferre ſufficiat:vt dũ in quibuſdam ſuis
partibus cernitur: facile ꝑ ſimilitudi
nẽ vbiq; caueat.Quidam inter comedẽ
dum dum ſcutellas exonerare volunt:
quadrata ferculorum fruſta adipem ſi-
ue ſaginam ſuperroratã diſtillãtia mẽ-
ſalibus inuoluunt aut ſuperiniiciunt,
donec iterum euiſceratis interioribus
ea quę remanſerant in priſtinũ locũ re
ponant. Alii bibentes,digitos mediote
nus poculis immergũt.Alii vnctas ma
nus ad veſtimẽta ſua detergentes,rur-
ſus ad cibaria tractãda redeũt. Alii nu
dis articulis coclearis vice olera ſua pi
ſcantur:ita vt in eodem iure & manus
ablutionem & venter refectionem quæ
rere videat.Alii ſemicorroſas cruſtas &
pręmorſas collyridas cibariis iterãdo
inſigunt:& reliquias dentium ſuorum
offas facturi in poculis demergũt. Hęc
ſicut ſupra diximꝰ dicentibus erubeſcẽ
da fuerant: ſi a facientibus præſumpta
non fuiſſent. Nunc autem ſuſtineat in
audiendo verecundiam: qui noluit in
faciendo habere diſciplinam. Verum-
tamen hęc de immũditia indiſciplina-
te mãducantium ad exemplum dicta
ſufficiant. Temꝑantiam manducan-
di intelligimus in eo, ſi tractim homo
& non cum nimia feſtinatione come-
dat.vbi nos quidem quantum fieri po
teſt modum & menſuram omnes tene
re ſuademus:legem tamen nullam da-
re præſumimus, quia(ſicut iam ſupra
diximus)alius ſic,& alius ſic.Hæc vo-
bis fratres de ſcientia & diſciplina in-
terim nos diximus: Bonitatẽ vero ora
te vt vobis det deus.Amen.

❡M.Hugonis de Sancto Victore
Libelli de Inſtitutione Nouitio-
rum Finis.

# M·HVGO

nis de Sancto Victore (vt nõnullis per ſuaſum eſt) primi quatuor librorũ de clauſtro animę poſt Prologũ Capita.

Qꝫ incipientibus ędificare quęrendus
ſit locus fundamenti. Cap.I.
Qualiter ꝑ delectationẽ tẽporaliũ dia-
bolus minari nõ deſinat. Cap.II.
Quomodo diabolus blanditur vt deci
piat. Cap.III.
De quatuor cauſis tẽtationũ.Cap.IIII.
Quõ ꝓmittit diabolus vt ꝑuertat. V.
De curru elationis. Cap.VI.
Quõ inſidiẽt diabolus vt rapiat. VII.
Quomodo fiat mẽs quãdoqꝫ ſpelũca la
tronũ & domus negociationis & me
retricis proſtibulum. Cap.VIII.
Qꝫ abundans ſit pauperi religio. IX.
Qꝫ ſufficiens ſit mediocri religio. X.
Qꝫ tolerabilis ſit diuiti religio. XI.
Qꝫ larga ſit infirmis religio. Cap.XII.
Qꝫ cõpatiẽs ſit delicatis religio. XIII.
Qꝫ moderata ſit fortioribus religio.
Cap.XIIII.
Qꝫ pœnitẽtibus ſit miſericors religio.
Cap.XV.
Qꝫ peruerſis ſit ſeuera religio. XVI.
Qꝫ optima ſit bonis religio.Ca.XVII.
Qꝫ quatuor ſint notanda in religione.
Cap.XVIII.

¶Libri ſecũdi poſt Prologũ Capita.

De ędificatione clauſtri materialis. I.
De numero fratrũ recipiẽdorũ. Ca.II.
De temperantia & cõpaſſione erga fra
tres habendis. Cap.III.
Vt ędificia fratrũ extra cohabitatiões
ſecularium ſtãt:& ſint modeſta.IIII.
Quę fratribus poſſidere liceat. Ca.V.
Qꝫ tria ſint in cibo conſideranda. VI.
De numero ferculorum. Cap.VII.
De habitu & numero veſtium. VIII.
De iis qui vagi & ocioſi fratribus labo
rantibus detrahunt. Cap.IX.
Vt prępelatus ſit ſapiẽs nõ negligẽs. X.
Qꝫ ſint duodecim abuſiones clauſtri.
Cap.XI.
De prelato negligente. Cap.XII.
De diſcipulo inobœdiente. Cap.XIII.
De iuuene ocioſo. Cap.XIIII.
De ſene obſtinato. Cap.XV.
De curiali monacho,canonico,vel con
uerſo. Cap.XVI.
De cauſidico. Cap.XVII.
De habitu precioſo. Cap.XVIII.
De cibo exquiſito. Cap.XIX.
De rumore in clauſtro,& de regina Sa
ba.Cap. XX.
De lite in capitulo. Cap.XXI.
De diſſolutione in choro. Cap.XXII.
De irreuerentia iuxta altare. XXIII.

¶Libri tertii poſt Prologũ Capita.

Qꝫ aĩę clauſtrũ cõtẽplatio dicit̃. Ca.I.
De quatuor lateribus clauſtri. Ca.II.
Qꝫ ex contemptu ſui.xii.colũnarũ or-
do procedit. Cap.III.
Qꝫ tres in ſcripturis baſiũ ſpecies inue
niuntur. Cap.IIII.
Qꝫ mens ſapientis hoſpitalis debet eſ-
ſe: & habere miniſtros qui ſeruiant
hoſpitibus. Cap.V.
Sicut fratres in capitulum conueniũt
vt errata corrigant:ſic ratio cogita-
tiones conuocet. Cap.VI.
Poſt capitulum exeunt fratres de ope-
re ſpirituali ad laborem: ſic animus
egreditur a contemplatione cęleſtiũ
ad meditationẽ ſcripturarum. VII.
Qꝫ in refectorio ſpirituali ponũt̃ tres
menſę in quibus Chriſtus miniſtrat.
Cap.VIII.
De dormitorio animę mundę. Ca.IX.
De oratorio animę. X.
De templo. Cap.XI.
De artificibus templi. Cap.XII.
De operariis templi. Cap.XIII.
De iis qui portant onera. Cap.XIIII.
De prępoſitis operum. Cap.XV.
Quando factum ſit templum. XVI.
Vbi fundatum eſt templum. XVII.
De ęquinoctio quo arca a ſole illumi-
nabatur ter quotidie. Cap.XVIII.
De feneſtris templi obliquis. XIX.
De parietibus templi. Cap.XX.
De cęlaturis variis in torno.Ca.XXI.
De cherubim & palmis & variis pictu
ris.Cap. XXII.
De pauimento tẽpli ſeu domꝰ. XXIII.
De atrio exteriori. Cap.XXIIII.
De atrio interiori. XXV.
De mari fuſili in templo. Cap.XXVI.
De decem luteribus in templo.
Cap.XXVII.
De altari ęneo in templo. XXVIII.



De altari aureo & menſa aurea & can-
delabris in templo. Cap.XXIX.

¶Libri Quarti poſt Prologũ Capita.

De ciuitate magna Hieruſalẽ. Cap.I.
Qꝫ Hieruſalẽ ſit in Iudęa hiſtorice. II.
De eadem moraliter. Cap.III.
Qꝫ multi ſint qui Hieruſalem & Iudęã
deſtruant. Ca.IIII.
De iis qui defendunt Iudæam & Hie-
ruſalem. Cap.V.
De Hieruſalem allegorice. Cap.VI.
De Hieruſalẽ anagogice. Ca.VII.
Titulus de muro Hieruſalẽ. Ca.VIII.
De ſeris & portis Hieruſalẽ. Cap.IX.
Item verba Neemiæ de portis Hieru-
ſalem. Cap.X.
Item de ſeris portarum Hieruſalẽ.XI.
De vectibus portarũ Hieruſalẽ. XII.
De vicis Hieruſalem. Cap.XIII.
De plateis. Cap.XIIII.
De quatuor plateis Hieruſalem,mora-
liter. Cap.XV.
Itẽ de quatuor plateis,moraliter.XVI
De iis qui templũ deſtruunt : & de iis
qui tẽplũ mũdãt & renouãt. XVII.
Qꝫ Iudas ordinauit viros vt pugnarẽt
aduerſus eos qui erant in arce donec
ſancta mundaret. Cap.XVIII.
De Iuda & fratribus eius. Ca.XXIX.
De cęleſti Hieruſalem. Cap.XX.
De pace q̃ ĩ cæleſti Hieruſalẽ eſt. XXI.
Qꝫ Hieruſalẽ cęleſtis ſit ĩ Iudęa. XXII
Qꝫ murus cęleſtis Hieruſalem ſit ex la
pide iaſpide. Cap.XXIII.
De portis Hieruſalem. Cap.XXIIII.
De ſeris portarum. XXV.
De vicis. Cap.XXVI.
De plateis. XXVII.
De longitudine,latitudine, & altitudi
ne cæleſtis Hieruſalem.Ca.XXVIII.
De clauſtro & diſpoſitiõe eiꝰ. XXIX.
De columnis clauſtri. Cap.XXX.
De quadratura clauſtri. Cap.XXXI.
De perfectione clauſtri. Cap.XXXII.
De libro vitæ,& de aſſiduis lectionibꝰ
in eo. Cap.XXXIII.
De pratello quod eſt in medio clau-
ſtri. Cap.XXXIIII.
De ligno vitæ quod eſt in medio pra-
telli. Cap.XXXV.
De ſilentio clauſtri. Cap.XXXVI.
Quomodo angeli & animæ ſanctorum
loquantur ad deum. Cap.XXXVII.
Quomodo deus ad ſanctorum animas
loquatur. Cap.XXXVIII.
Quomodo poſt reſurrectionem homi-
nibus loquatur deus.Cap.XXXIX.
Qualia futura ſint hũana corpora poſt
reſurrectionem. Cap.XL.
In quibus locis ſint animæ ſanctorum
ante reſurrectionem. Cap.XLI.
De ſummo abbate videlicet deo omni
potente. Cap.XLII.
De Priore qui nos pręceſſit ad laborẽ
& reducet ad requiem. Cap.XLIII.

Finis Indicis.

# M·HVGO

nis de Sancto victore in Librum Primũ de Clauſtro Animæ Prologus.

ROgaſti nos fra- A
ter amãtiſſime,
quatinꝰ aliqua
remedia tenta-
tionum, videli
cet ſpiritualis
delectatiõis fer
cula,fratribꝰ vo
biſcum commo
rantibus quęre
rem ac propina
narem.Quæſiui frater,& inueni. In ſo-
litudine etem̃ veteris teſtamenti pau-
culas radices ſalutiferas reppꝑi.Ex ter
ra vero euangelii bene culta:quoſdam
fructꝰ boni ſaporis attuli.Ex libris au-
tem expoſitorũ & aliorum quorũdam
ſapiẽtum,quaſi ex agricolarum hortis
quoſdam flores collegi: vt in vnum cõ
geſta locum,ſuauẽ reddant odorem.Ex
radicibus itaqꝫ,id eſt ex ſententiis vete
ris teſtamenti:aliquod remedium ſani
tatis,infirmi ruminando poſſunt ꝑci
pere.Fortiores vero,ex fructibus euan-
gelii tanq̃ ex opere bono reficiant̃.De-
licati autem:diuerſis expoſitionum flo
ribus meditando delectentur.Sic Pau-
lus apl's apđ Miletã inſulã egreſſus de Actu.28.
mari:collegit multitudinem ſarmento
rum,vt ſociis qui ſecum de maris peri
culo euaſerant,ignẽ propter frigus ac-
cenderet.Vnde Beda ſuper Actus Apo Beda.
ſtolorũ. Sarmenta inquit,ſunt dicta q̃li
bet exhortationum:quæ ad accendẽdã

caritatem valētia,integritate decerpta
ſcripturarum,quaſi frondibus ſunt ex-
ciſa ramorum. Moraliter igitur mare,
mundū:nauis,huius ſeculi vitam:nau-
fragium,vitæ periculū:egreſſio de ma-
ri,renunciationem mundi: inſula quæ
mari ſupereminet,portum rectæ cōuer
ſationis ſignificat. Paulus illos ver-
bo prędicationis frigidos ac pigros fra
tres,& ex vndis mundanæ tempeſtatis
abſtractos: excitat ad amorem Chriſti.
Sarmēta exhortatiōis ſunt verba:ignis
caritatem deſignat. Per viperam vero
quæ proceſſit pulſa ab ignis calore: im
mundi ſpiritus ſiue detractores verita
tis deſignantur. Quæ inuadit manum
Pauli, id eſt opus doctrinæ ſpiritualis
impedire nititur:detractiōis morſus in
ferendo,& inuidiæ virus infundendo.
B Hanc viperam frater exhorreſco, & ne
virus detractionis inferat,congruū eſt
vt euitem⁹. Nulli ergo noſtrum frater
patefacias nomen:ne ex inſipientia au-
thoris & pſonæ vilitate, operis noſtri
labor vileſcat:& ne vipera,cuius manū
inuadere debeat,agnoſcat. Placet quoq;
opuſculi huius ſpatium in quatuor li
bellos releuandæ mentis gratia ſcindi:
Auguſt. quia vt ait beatus Auguſtinus, ita li-
bri termino reficitur lectoris intentio,
ſicut labor viatoris hoſpitio. Primus q
dem quid noceat clauſtralibus vel mū
do renunciare volentibus cōtinet. Secū
dus vero clauſtri materialis ordinatio
nem,in quo tenetur homo exterior,do
cet. Tertius animę clauſtrum ordinat.
Quartus,clauſtri non manufacti habi-
tationem quæ eſt in cælo, commendat
appetendam. Summi quoq; abbatis ſci-
licet Chriſti pacem quā ibi habet cum
ſubiectis: hic hortatur cum fratrib⁹ ex
hibendam.

De Clauſtro animæ Lib.I.

¶Q2 incipientibus ædificare,queren
dus ſit locus fundamenti. Ca.I.

C INcipientibus ædifica-
re,quęrendus eſt locus
fundamenti:ne ſuppo-
ſiti parietis congeries
inclinet ſe ad ruinam.
Solent enim ex hoc ra
tionabiliter qui firmiter ædificare vo-
lūt,euerſa & eiecta terra, ſuper firmam
petram licet nimio labore quæſitā,ędi-
ficii ſui ponere fundamētū. Diuerſa eſt
tamen diuerſorum ratio ædificiorum.
Ampla etenim palatia reges ſibi ædifi-
cant:ſed domus illorum ſepulchra eo-
rū in æternum. Turres firmas in ſum- Pſal.48.
mis montium locant:vallāt aggere, &
muro cingunt:mōtes non ſuis ſed pau
perum manibus transferunt: circundu
ctis ſolo imperio fluminibus, excludūt
hoſtium vires.nihil tamē horum mor-
ti contradicere poteſt. Epiſcopi domos
non impares eccleſiis magnitudine cō
ſtruunt:pictos delectantur habere tha-
lamos:veſtiuntur ibi imagines precio-
ſis colorū indumentis. Pauper autem ſi
ne veſtibus incedit: & vacuo vētre cla
mat ad oſtium. O mira ſed peruerſa de D
lectatio: Troianos geſtat paries pictus,
purpura & auro veſtitos:chriſtianis pā
ni negantur veteres. Græcorum exerci
tui dantur arma, Hectori clypeus datˀ
auro ſplendens:pauperi vero ad ianuā
clamanti nō porrigitur panis:& vt ve-
rum fatear,pauperes ſpoliātur ſæpe, &
veſtiuntur lapides & ligna. Ornant p̄-
toria columnis, fores domibus antepo
nunt:quæ vtinā pauperes includerent
non excluderent. Ciues vrbium ſuarū
munitiones ſtudioſe diſponūt:vt ſic in
curſus hoſtium repellant:excubias or-
dinant,vectes ferreos portis inſerunt,
portas ſuas muniunt cuſtodibus. Sed
tu o domine pone cuſtodiam ori meo: Pſal.140
vt non delinquam in lingua mea. Mo-
nachi faciunt ſibi clauſtra quibus ho-
mo exterior teneri poſſit: ſed vtinam
clauſtra facerent quibus homo inte-
rior ordinate teneretur. Sic fratres,
ſic quidam turres ædificant, vt ſecuri⁹
rapiant:alii ſola delectatione & ſupflui
tate gaudent: Alii neceſſitate & timo-
re,ne opprimantur a potentibus(vt di-
ximus) laborare non deſinūt: Clauſtra
vero quaſi caſtra dn̄i, alii domino com
ponunt. & ſicut regum miniſtri turriū
inſtaurata munitione ſecurius fraudes
inimicorum excludunt:ſic homo inte-
rior & homo exterior intra munimina
clauſtrorum poſiti,antiqui hoſtis inſi-
dias & temporalium rerum fragiles ca



E ſus effugiunt. Vtile igitur eſſe credi-
mus,vt introducantur duæ perſonę: &
qđ in rebus ſubtilioribus obſcurum la
tet, per res oculis ſubiacētes liquidum
fiat. Sicut etenī accidit ſi duo ſocii ali-
quod caſtrum intrarent cum ab hoſti-
bus oppugnari deberet: quorum vnus
eſſet diſcretus ſiue prudens,alter indiſ
cretus ſiue imprudēs:vnus piger,alter
expeditus:ſic homo īterior & homo ex
terior. Diſcretus in die munitiones pa
rat,erigit propugnacula,defenſiōis lo-
ca ſingulis aſſignat, officia præeſſendi
iniungit quibuſdam ſociorum: concor
diam docet,ieiunandi tempus indicit,
ne fames quæ clauſis intrat portis, in-
ter armatos victoriæ obtineat pricipa-
tum:fraudem damnat,ne per aliquē ho
ſtis ingrediatur.ſed ante omnia perſe-
uerantem patientiæ conſtantiam habē
dam fore prędicat & hortatur. In nocte
vero excubias ponit,diſcurrit per vigi
les,ſomnolentos increpat,& præ cæte-
ris ſepiſſime ſocium excitat quia piger
eſt,& docet qa īdiſcret⁹ eſt. Si aūt ppi⁹
hoſtes accedant, machinamenta belli
p̄parat:aries ianuā pulſat:tunc exit ar
mat⁹,ſuſtinet hoſtes,virib⁹ hoſtiū icur
ſus repellit,qa expedit⁹eſt:puidētia ma
chinamenta diſſipat,qa diſcret⁹ eſt. Sic
agit diſcret⁹ non ad tp̄s ſed aſſidue:ne
aduerſariis tradatˀ caſtrū,ne & ipſe ca-
piatˀ,& tradatur exactori,mittatˀ in car
cerem,trahatur ad tormenta. Iſtius vi
ta mores inſtruit audientium:loqui de
eo etiam debilium mentibus præbet af
fectum. Audire enim diligenter bonū,
& velle fieri:magna pars bonitatis eſt.
Hoc eſt fratres officium diſcreti & ex-
pediti. Indiſcreti autem & pigri officiū
eſt:impedire diſcretum, tardare expedi
tum. Hunc talia agentem, labor expedi
ti,diſcreti docta prouidentia facit par
ticipem laudis & gloriæ. Quando autē
liberatur ab hoſtibus caſtrum:cum ſo-
cio domini ſui gratiā recipit,& remu-
neratur cum eodem. Sic contingit quā
doq; fratres vt piger trahatˀ ad p̄miū:
ſed ſæpius inueniſſe contrariū in hac
ſocietate cognouimus. Mira res. Iſte q
talis ante fuerat: cuius probitas licet
damnoſa eis extitiſſet, ab hoſtib⁹ tamē
laudari meruit:cuius prouidentia,ſo-
ciorum murus extiterat:iſte talis dico
aſſiduitate quadam a ſocio vict⁹,pigro
conſentit,indiſcretum patitur,vagan-
tem ſequitur. Ecce fratres piger expedi
tum luctando deiicit:diſcretū indiſcre
tus decipit. Sic vagātes extra caſtrum
ab hoſtibus capiuntur:recipiunt p̄ mu
nere pœnam,pro labore ſuppliciū. Ad- F
aptetur igitur proportionalis ſimilitu
do:oſtēdatur in homine interiori & ex
teriori,qđ contigiſſe potuit in duobus
prædictis. Hominem enim exteriorem,
videlicet carnem noſtram, nemo dubi-
tat indiſcretum eſſe & pigrum: animā
vero id eſt hominem interiorem,ex na
tura ſua diſcretum & expeditum,beni-
gnitas creatoris plaſmauit. Ecce clau-
ſtrum id eſt dei caſtrum īntrauerūt am-
bo.ecce vndiq; hoſtium turbæ concla-
mant: quidam minātur vt terreāt:blā
diūtur multi vt decipiāt:pmittūt etiā
aliqui vt peruertant: inſidiantur fere
oēs vt rapiant:ſimul inutiles facti ſūt:
non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; Pſal.13.
ad vnū. Extra,mūdus totus exeuntib⁹
obſtrepit:intus vero ſagittantur in oc
culto recti corde, volant ignea tela, cō
figunt hoſtes eminus,moriuntur mul
ti:nullus ſine vulnere, vnius diei peri-
culum euadere poteſt. Sicut diximus:
diabolus per quoſdam de exercitu ſuo
clauſtralibus minatur vt terreat eos:p
alios blanditur vt decipiat,per alios p
mittit vt puertat,per reliquos inſidia-
tur vt rapiat. Sed qui ſunt qui minan-
tur homini interiori & exteriori intra
clauſtri iam munitiōes poſitis,vel etiā
aliquibus aliis de renunciatione ſeculi
cogitantibus:in primis audiat bonitas
veſtra. Cū aliquis fratres cariſſimi clau
ſtrum intrauerit: vel cum adhuc poſi-
tus in hoc ſeculo admonēte ſpirituſſā-
cti gratia, de renunciatione mundi hu
ius aliquid cū amaritudine mentis co-
gitare cœperit:tunc mundi huius prin
ceps per delectationem temporaliū mi-
nas incutit,per voluptatum varietates
terrores accumulat. Qualiter autē per
delectationem temporalium antiquus
hoſtis minari non deſinat:notum fieri
forſitan non erit inutile.

¶Qualiter per delectationem tē-
poralium diabolus minari non de
ſinat. Cap.II.

G IN primis etenī exteriorē homi
nē id eſt carnem noſtrā (quam
pigro & indiſcreto ſocio ſupe-
rius comparauimus) delectatione dia-
bolus aggreditur. Inducit ei religionis
formā & cōſuetudines eiuſdem aduer-
ſantes carni: oſtendit ei propoſiti diffi-
cultatē. Et cū hoc fecerit: quantū ſit ad
lapſum prompta humanæ naturæ fra-
gilitas, prętendit: veſtis aſperitatē, lecti
duritiam, vilium ciborꝫ aſſiduitatē, la-
boris intolerantiam, pręlatorꝫ crudeli-
tatem, fratrū diſcordiā, mētis ponit an
te oculos. Addit etiā lōga vigiliarum
nocturnarū ſpatia, clauſtri tędiū, conſti
tutas ſilentii horas, ieiunii diuturnita
tē, & ciborꝫ licet vilium ſubſtractionē.
Et vt grauiꝰ terreat, & ſi fieri poſſit ad
deſperationē ptrahat: quid ex iſtis eue-
nire mali queat, diligēter īquirit, & an
nunciat. Om̄ia iſta imbecillitati carnis
aduerſaria eſſe teſtatur: et verum dicit.
ſed volūtarie patimur iſta: quoniam ex
his præmium æternæ beatitudinis ex-
pectamus. Ex iſtis ægritudines inſana-
biles naſcituras affirmat. Non eſſe bo-
num, naturæ complexiones turbare: cū
ex ſubſtractione ciborꝫ mutent̄ comple
xiones, ex mutatione cōplexionum cō-
turbatio naturæ contingat: ex contur-
batione naturę, infirmitas: ex infirmita
H te, mors. Ecce fratres diabolus Phyſicā
docet: ecce medicus factus eſt, de cōple
xionibus loquitur: infirmitates diuer-
ſas, ſi teneatur religio, generari prædi-
cat. Sed quare hoc? Non vt mederi ve-
lit: ſed vt occidere poſſit. Non vt ęgri-
tudines curet: ſed vt ſecurius inferat
mortem. Videt ex ſubſtractiōe ciborū,
luxurię vires poſſe minui: & ideo non
tardat minari ægritudinē. Timet ociū
perire & ſomnolentiam deſtrui: & ideo
laboris intolerantiam, & protenſa vi-
giliarum ſpatia ꝑtendit. Credit ex pau
pertate humilitatem nutriri: & ideo q̄
rit occaſiones quibus humilitatis im-
Grego. pediat aduentum. Paupertas enim (vt
ait beatus Gregorius) bonis mentibus
ſolet eſſe cuſtos humilitatis. Hæc aſſi-
due replicare clauſtralibus nō deſinit:
hæc pluribus de renunciatione mundi
cogitantibus anteponit. O calliditas
antiqui hoſtis: o ingenium ſine ſapien-
tia: ſed non ſine malitia. abſtinentiam
& ieiunium & cætera quæ ſuperius di
ximus damnat: & per iſta, naturam car
nis deficere aſtruit: & tamen ſuperflui-
tatis vitium tacet, per quod natura ſuf
focatur, vel excedit terminos ſuos. Sic
o fratres mundi huius princeps homi
ni exteriori id eſt carni per delectatio-
nem temporalium minatur vt terreat:
ſic locum munitionis aggredit̄ in quo
nouit eſſe debiliorem. Sed homo inte- I
rior diſcretus & expeditus, ſcilicet ani-
ma: excitatus tumultu minarum, ſine
mora ſocio ad defenſionem adiūgitur:
implens illud quod beatus Ambroſius Ambro.
dicit de arca Noe. Boni cuſtodis præ-
ſentia (inquit) ibi frequentior eſt: vbi
muri fragiliores ſunt. Pigrum ſocium,
ne deficiat, hortatur. Salomonis vtitur
conſilio dicentis. Fili accedens ad ſerui Eccli.2.
tutem dei: præpara animam tuā ad ten
tationes. Docet rationabiliter indiſcre
tū, qualiter ſuſtinere debeat minas ho-
ſtium: religionis bonum commendat,
delectationis vero peſſimæ vitium da-
mnat: monet eum ne exhorreat fluctua
tionem vitę huius, quia ad tempus eſt:
ſed ponat anchoram ſpei, & dicat. Expe Pſal.54.
ctabo eum qui ſaluum me fecit a puſil-
lo animo & tempeſtate: nō dabit enim
in æternum fluctuationem iuſto. Hor-
tatur iterum illum ne contriſtetur in
exercitatione ſua, ne conturbetur a vo
ce inimici & a tribulatione peccatoris:
ſed dicat. Paratus ſum & non ſum tur- Pſal.118.
batus: vt cuſtodiam mandata tua. His
& aliis multis incitamentis homo inte
rior conſolatur exteriorem: licet cū eo
impugnetur & conturbetur in exerci-
tatione ſui. Cum enim caro in ſe affli-
gitur, vel ſecularium hominum pati-
tur conuicia: tunc homo interior (vt
ait beatus Auguſtinus) affectus tędio Auguſt.
& multorum rabie circunlatratus, re-
luctatur odio vt perficiat dilectionem:
& in ipſa lucta contriſtatur: & ideo di-
cat cum propheta. Exaudi deus oratio Pſal.54.
nem meā, & ne deſpexeris deprecatio-



nem meam: intēde mihi & exaudi me.
Conturbatus eſt in exercitatione ſua
Matt.14. Petrus. cum ambularet inter vndas: vi
dit ventum validum veniētem: & cum
cœpiſſet mergi, clamauit dicens: Domi
ne pereo, ſalua me. A quo vento vali-
do turbatus eſt Petrus? ait beatus Au-
guſtinus, cum exponeret illum locum.
turbatus inqt, eſt a voce īimici & a tri
bulatiōe peccatoris. Sic tētat diabolus
quoſlibet per huiuſmodi tentationes a
caritate remouere: cui contradicimus
Roma.8 cum apoſtolo dicentes. Quis nos ſepa-
rabit a caritate Chriſti? tribulatio, an
anguſtia, an aliquid eorum quæ ſequū
tur? Nemo igitur a caritate nos ſepa-
1.Ioā.4. ret. Qui enim caritatem habuerit: an
tiqui hoſtis minas timere non poterit,
quia caritas foras mittit timorem: nec
impugnationibꝰ delectationum cedet
1.Cori.13 qui caritatis vtitur clypeo: quia cari-
tas patienter omnia ſuſtinet. Hoc igi-
tur clypeo homo interior & exterior
vtantur ad defenſionem: ne vel terrean
tur minis, vel impugnationibus ce-
dant. Et hæc de prima propoſitione ſuf
ficiant.

Quomodo blanditur diabolus vt
decipiat. Cap.III.

K PRimum per delectationem tem
poralium antiquus hoſtis mi-
nas prætendit: nunc vero per
pulchritudinem rerum temporalium
homini blanditur vt decipiat. Pulchri
tudini enim adiuncta eſt delectatio: ita
vt ipſa pulchritudo ſit delectatiōis cau
ſa. Ad hoc illud pertinere credimus,
quod in veteri teſtamēto legimus ſcri
Geñ.13. ptum de patriarcha Abram: a quo cum
ſeparari vellet Loth, & daretur ei a pa
truo eligendæ poſſeſſionis libertas: le-
uauit oculos & aſpexit omnem regio-
nem Iordanis, quæ irrigabatur priuſ-
q̄ euerteret dominus Sodomam & Go
morram, ſicut Paradiſus domini. hanc
Geñ.14. elegit. ſed poſtea inter diuerſos reges
ortum eſt bellum: & a quatuor regibus
captum Loth, narrat hiſtoria. quo com
perto Abrā numerauit vernaculos, &
cum trecentis decem & octo viris ade-
ptus victoriam, nepotem liberauit. No
tate fratres: cum ſeparari vellet Loth
ab Abram, regionem aſpexit Iordanis,
quæ irrigabatur ſicut Paradiſus domi
ni: & loci pulchritudinem vtilitati prę
poſuit. Infirmior enim (vt ait beatus
Ambroſius) amœna eligit, vtilia faſti- Ambro.
dit. ſic non tātum captus loci pulchri-
tudine, ad amœna Iordanis deſcendit:
ſed etiam ab hoſtibus captus ibidem eſ
ſe cognoſcitur. Doceat igitur Loth ho
minem exteriorem, ne princeps mundi
huius per pulchritudinem rerum blā-
diatur ei, ne diſcedens a ſocio capia-
tur ab hoſtibꝰ. Placeret forſitan alicui, L
ſi de adducto exemplo exquiſitius lo-
queremur. Audiat ergo diligens lector
qui non quos vult vel quando vult, ex
planationum poteſt habere libros. au-
diat non me: ſed beatum Ambroſium.
cuius authoritatem hic ſequi volu-
mus: vel ſenſum verbis aliis, vel eiuſ-
dem verba ponentes. Et vt ad maiorem
inſtructionem loqui valeamus: inter-
pretationes nominum non ſit annota-
ri difficile. Abram enim interpretatur
pater: Loth vero declinatio: Iordanis
autem deſcenſio. Hæc omnia in homi-
ne poſſunt adaptari. quia mens iuſti
hominis, pater eſſe dicitur. Sicut enim
pater filiis præſidet, ſic mens iuſtis co-
gitationibus præſidet, & vagos ſenſu-
um motus, quaſi quodam paternitatis
dulci regit affectu. Loth autem decli-
natio dicitur. Separatur ergo Loth ab
Abram: quando aliquis a iuſtitia ſuæ
mentis declinat. Duobus autem mo-
dis declinatio dicitur. Vnde beatus
Ambroſius ait. Cum Loth inquit decli Ambro.
naret malum, hoc eſt errorem, flagitiū,
crimen: tunc iungebatur patruo. cum
autem declinaret bonum, hoc eſt iu-
ſtum, innocentem, ſanctum: ſociebatur
flagitio. Separari dicit̄ Loth ab Abrā:
quia terra non poterat eos recipere.
Vt enim beatus inquit Ambroſius,
vna anima motus diuerſos non reci-
pit naturaliter ſibi repugnantes. Sic p

terram anima deſignatur: per Loth ve-
ro,motus quidam vitiorum declinan-
tes a iuſtitia mentis: per Abram,men-
tis perfectio. Non poteſt enim eadem
anima & mentis perfectionem & vitio
rum multitudinem ſimul capere,quin
ibidem ſeparationem fieri contingat.
In ſeparatione vero,ipſi Loth datur ele
ctio.ſed vt dicitur:deflectentibus a ve-
ro,amica eſt iactantia. Hinc eſt ꝙ dia-
bolus cum in prima creatione a verita
te id eſt a deo diſcederet: primum ſu-
perbię reatum incurriſſe legitur. Inde
etiam Loth leuauit oculos: quod eſt ar
Prou.6. rogantiæ ſignum. Sublimes enim ocu
los,ſcriptura ſuperbiæ demonſtrat eſſe
notam. Diſcedens a veritate diabolus,
deſcendit de cælo:diſcedens ab Abram
Loth,deſcendit ad oppida Iordanis.De
ſcendit enim ad oppida Iordanis, quia
(vt ait Ambroſius) virtutis conſor-
tium deſerit, qui ſpeciem eligit non
M veritatem. Sequitur autem, eſſe ca-
Geñ.14. ptum Loth: & quinq; reges a quatu-
or eſſe ſuperatos. Sed qui ſunt illi qua
tuor reges qui de quinq; triumpha-
runt, & adduxerunt totum equita-
tum Sodomorum, qui ceperunt etiam
Loth filium fratris Abræ? Quinq; re-
ges(ait beatus Ambroſi⁹) quinq; ſunt
corporis ſenſus: viſus,auditus,guſtus,
odoratus,& tactus. Quatuor reges,il-
lecebræ corporales atq; mūdanæ ſunt:
quoniam & caro hominis & mundus,
ex quatuor conſtant elementis.Merito
reges dicuntur: quia habet ſuum cul-
pa dominatum,habet regnum grande.
Roma.6 Vnde Apoſtolus. Non regnet pecca-
tum in veſtro mortali corpore,vt obœ
diatis concupiſcentiis eius. Senſus
igitur noſtri facile corporalibus dele-
ctationibus & ſecularibus cedunt: &
a quadam eorum poteſtate capiuntur.
Corporales autem delectationes & ille
cebras ſeculi huius nō vincit niſi mēs
quæ fuerit ſpiritualis,adhærens deo,&
ſe totam a terrenis ſeparans. Deflexio
omnis his capitur. Vnde quod Ioan-
Apoc.8. nes ait,Væh habitantibus in terra:nō
vtiq; omnes homines comprehendit:

(Sūt enim quidam in terris poſiti,quo
rum conuerſatio in cælis eſt:) ſed eos
quos terrenæ conuerſationis affectus,
atq; huius vincit ſeculi gratia. Er-
go fratres, non habitatores ſed acco-
læ ſimus terræ huius. Accola (vt ait Accola.
beatus Ambroſius) temporalis diuer- Habita
ſorii ſpeciem gerit. habitator autem o tor.
mnem ſpem atq; vſum ſuæ ſubſtantiæ
illic collocat, vbi habitandum putaue
rit. Itaq; qui eſt terræ accola: habita-
tor eſt cæli. Qui autem habitator eſt
terræ: poſſeſſor eſt mortis.Sic Loth id
eſt declinatio capitur: dum habitaret
in Sodomis. Habeat ergo fratres ho-
mo exterior, Loth & Abram ante ocu
los:& hoc vtatur exēplari, ne pulchri-
tudine rerum tranſeuntium tractus: a
ſocio id eſt ab homine interiori ſepa-
retur.

¶De quatuor cauſis tētationum:
quę omni homini fugiendę ſunt,
& maxime renunciantibus huic
ſeculo habendæ deſpectui.

Cap.IIII.

SVnt autem quatuor diuerſi- N
tates rerum, quæ ad pulchri
tudinem pertinent, quas vo-
camus cauſas tentationum:
quæ omni homini fugiendæ ſunt: &
maxime renunciantibus huic ſeculo
habendæ deſpectui. Sed quæ ſint hæ
cauſæ tentationum, & quare & quo-
modo fugiendæ: audientium menti-
bus pro captu noſtro patefaciamus
exemplis. Prima autem harum qua-
tuor eſt loci amœnitas: vt ciuitates
& oppida: quæ non tm̄ ex ſitu loci
amœnitatem recipiunt, ſed etiam ex
inhabitantium gratia. Secunda ve-
ro cauſa eſt locus diuitiarum.vbi eñ
diuitiæ, ibi periculum. Tertia vero
cauſa eſt precioſus ornatus: vt eſt e-
quorum cura pinguium, & veſtimē-
torum exquiſita varietas. Quarta au-
tem eſt mulierum ſpecies:quarum(vt
dicitur) vox blanditur auribus, & fa-
cies oculis. Ecce quæ ſint illæ qua-
tuor tentationum cauſæ, audiuimus:



nunc autem quare fugiendæ ſint, re-
O ſtat vt dicamus. Ideo etenim fugienda
ſunt iſta:quia ex pulchritudine mulie-
rum, voluptas carnis naſcit̃: Ex varie-
tate vero veſtimentorum,affectus pla
cendi ſubminiſtratur. Locus autem
ideſt vrbes & oppida: dant opportuni
tatem impetrandi qđ placet. Per diui-
tiarum vero affluentiam:qđ placet im-
petrari ſolet. Sic fratres cōfluunt om̄ia
iſta vt perficiatur tētatio:& ideo dicū-
tur tentationum cauſæ. Confert enim
pulchritudo delectationem, ornat⁹ af-
fectum, locus opportunitatem,diuitiæ
effectū.Hę ſunt illæ quatuor: quarum
illa eſt prima cū qua fit tentatio, ſecun
da propter quā fit,tertia ī qua fit,quar
ta per quā ducit̃ ad actū.Cū muliere et
eñ ſpecioſa,delectatio carnalis, quæ cū
turpi non fieret,perficitur. Propter or
natum corporis placet: quæ ſine orna-
tu videntibus diſpliceret. In opportu-
no vero loco res ad finē trahitur: quā
importunitas impediret. Sed licet illa
tria confluant,licet pulcher ſis, & per-
ornatis veſtibus incedas: ſi tamē deſit
pecunia, inuenietur ab illa cōpetens di
lationis occaſio.Reſtat igitur vt per pe
cuniam, cœpta tentatio finem recipi-
2.Reg.11. at. Berſabee Vriæ Ethei vxor, cum la-
Berſa- uaret ſe in ſolario domus ſuæ,propter
bee. pulchritudinē placuit Dauid: placuit
Dauid. & traxit ad crimen.fuit igit̃ Berſabee
Geñ.38. cauſa cū qua fieret tētatio.Iudas cū in
Iudas. Thānas iret ad tōdedas oues:Thamar
Thamar nurum ſuā in meretricio habitu ſeden
tem in biuio repperit:cum reperta rem
habuit.Quid ergo fratres.Placuit Iudę
Thamar: num propter pulchritudinē:
cum etiam quęnā eſſet ignorabat? Con
ſequens ergo eſt vt ornatus meretricii
habitus ſit aliqua cauſa propter quam
Iudas cōpleſſet delectationē carnalem.
Ammon Ammon vero filius regis Dauid, cum
Thamar vehementer Thamar ſororē ſuam dili-
2.Reg.13. geret:opportunitatem loci quæſiuit &
inuenit. infirmum ſe eſſe mentitus eſt,
impetrat a patre ſuo ſororis aduētum:
ſolus ſolam aggreditur:poſcit coitum:
negat illa:negantem opprimit,vim in-
ferēs oppreſſæ. Doceat igitur nos Tha
mar opportunitatem loci fugere:ne in

ipſo fiat præmeditata tentatio.Simili-
ter Iudas Scariothes opportunitatem
quærebat, vt Ieſum Iudæis traderet. Mat.26.
Per pecuniam etiam Ieſum Iudæis tra
ditum eſſe nouimus.Nouimus etenim
Iudam furem eſſe & loculos habere.qđ
per hoc etiam euidentius oſtenditur:
ꝙ triginta argenteos retuliſſe in tem- Mat.27.
plum, & ibidem proieciſſe legitur. Ti- P
meat ergo vnuſquiſq; noſtrum ne per
pecuniam decipiatur: cū vnus ex duo-
decim,illum qui diligēdus eſt ſuper au
rum & topazion, qui mundi etiam pre
cium tam paruo mutauerit precio,vē-
diderit. Audiant igitur hæc vt ſibi ca-
ueant,illi qui loculos portant, qui pe-
cunias ſeruant, qui nundinas & fora
pro neceſſitatibus fratrum frequētant,
qui ſecularium domos & curias perlu-
ſtrant. Deuitent ergo huiuſmodi fra-
tres ſolarium Berſabee, biuium Tha-
mar, thalamum Ammon filii regis Da
uid.deuitent etiam perſonas infames,
hoſpitia ſuſpecta,munuſcula dare & ac
cipere,pecuniam plurimam congrega-
re,ne ī ipſo laqueus lateat, in quo cum
alio pereant. Ecce,quæ ſint illæ qua-
tuor tentationum cauſæ, & quare ſint
fugiendæ,præmiſimus. Nunc autem Q
qualiter vitari queant:pro modulo no
ſtræ imbecillitatis aſſignemus.Pulchri
tudinem igitur mulierū & delectatio-
nem carnalem quæ inde procedit: per
oculorum & cordis pudicitiam ne no-
ceat vitare poſſumus. Ad hoc perti-
net illud quod in regula clericorū ſcri
ptum a beato Auguſtino legitur. Im- Auguſt.
pudicus(inquit) oculus:impudici cor
dis eſt nuncius. Qui damnat impudi-
citiam:pudicitiam laudat. Sunt enim
contraria immediata: & neceſſe eſt al-
terum ineſſe circa ſuum ſuſceptibile.
Pudicus oculus, ianitor eſt cordis, ſe-
det ad ianuam, nec permittit intrare
quod noceat: nihil nūciat niſi quod de
ceat: quicquid indecens eſſe nouerit,
excludit & eliminat. Impudicus vero
quærens qđ placeat,per omnia diſcur-
rit,volentes intrare patitur,nolētes ve
ro monet & hortatur. Vñ ſcriptura di
cit.Oculi prima tela ſunt adulterę. So Eccli.26
lent hoīes tribus generib⁹ armorū vti

ad defenſionem:telis videlicet haſta &
gladio.Longe poſiti vulnerantur telis.
in illos qui cuſpide tangi nequeunt:vi
bratur haſta.cum pugnatur cõminus:
officium ſuum gladius implet. Simili-
bus armis vtitur impudicitia ad expu
gnandum hominem exteriorem: qđ in
Ioſeph patriarcha veteris teſtamẽti cõ
tigiſſe narrat hiſtoria. Ait eñ ſcriptu-
Geñ.39. ra. Et immiſit vxor domini ſui oculos
ſuos in Ioſeph.Hæc ſunt ĩpudicitiæ te
la:quibus vulnerantur multi licet lon
ge poſiti.His telis,oculorum pudicitiã
Proũ.5. oppoſuit.Scriptum eſt enim. Noli intẽ
dere mulieri fallaci,ne capiaris oculis,
neqꝫ rapiaris palpebris eius.Petulãs eñ
libido eſt.De qua petulantia oculorum
dicit beatus Auguſtinus in regula cle
Auguſt. ricorum.Si hanc petulãtiam in aliquo
veſtrum aduerteritis: ſtatim amouete
ne cœpta progrediatur,ſed de proximo
corrigatur.Nec tantũ petulans eſt libi
do:ſed etiam procax.Ait enim vxor do
Geñ.39. mini Ioſeph ad ipſum Ioſeph. Dormi
mecum.Hæc eſt vibratio haſtæ:blãdiẽ-
tis adulteræ ſermo.Huic opponit̃ cor-
dis munditia. Venenata enim colloq̃a
non recipit mundi cordis puritas :ſed
Proũ.5. audit ſcripturam dicentem. Non te ſe
ducat meretrix multo blandimẽto ſer-
monis:nec laqueis labiorũ ſuorũ te al-
liget. Nec tñ petulãs & procax libido
eſt:ſed & importuna. Tenuit eñ vxor
domini ſui veſtẽ Ioſeph.& ait Ambro-
Ambro. ſius.Teneri veſte potuit:qui teneri nõ
potuit animo.Hic eſt gladius quo con
figitur cõminus:mollis ſcilicet adulte
ræ tactus.Huic reſiſtit Ioſeph per mũ-
ditiam cordis & corporis : reſpuit eñ
adulterę tactum:rupit fimbriam ne ſer
ꝑeret contagium.& ideo ſcriptum eſt.
Proũ.5. Ne motus fueris ad alienam:neqꝫ con-
tineas amplexibus non tuam. His igit̃
modis docet nos Ioſeph ne ꝑ pulchri
tudinem mulierũ ad delectationẽ tra-
R hamur. Veſtium vero ornatum & affe
ctum qui inde ſubminiſtratur: vilis ha
bitus amor exterminat. Nemo eñ qui
vere habet proprii habitus cõtemptũ:
alieno delectatur ornatu.Sed & loci op
portunitatem,ne tẽtationi ſit cõgrua:
clauſtri aſſiduitas excludit. Qui enim
diſcurrunt ꝑ alienas domos,qui aſſi-
duitate ſecularium gaudẽt hominum:
qui foris ſpectacula ſequuntur : qui nõ
ad neceſſitatem communẽ ſed ad pro-
priam volũtatem ſunt paratiq; cauſas
itineris ſui non habent ſed fingunt: ta
les dico ſicut ſunt faciles ad diſcurren
dum,ita forſitan proni ſunt ad ea quæ
loci opportunitas ſubminiſtrat. Secu-
ra eſt ergo clauſtri aſſiduitas:quã cura
rei familiaris non turbat,quã nõ ſolli-
citant acceſſus hominum.Ibi inter fra-
tres,alterius ad alterum diligens habe
tur cuſtodia: ibi prælatorum ſubiectis
diſcreta prouidet ſolertia : ibi ſilẽtium
aufert locum confabulationibus,lectio
aſſidua extinguit iram. Scriptũ eſt eñ.
Ira prolata creſcit:dilata minuitur.Ibi Proũ.30.
diſciplina cæteros motus cordis ſerui-
re cogit munditiæ: & omnis opportu-
nitas quæ eſt ad malum,per clauſtri aſ
ſiduitatem excluditur. Per pauꝑtatẽ
vero voluntariam:pecuniæ affect9 (de
quo ſuperius locuti ſum9) extirpatur.
Reſtat igitur vt ꝑ pudicitiam cordis S
& oculorũ,delectatio carnalis excluda
tur:ꝑ amorem vilis habitus, veſtium
precioſarum varietas ſubſtrahatur:ꝑ
clauſtri aſſiduitatẽ, opportunitas quæ
eſt in malum priuetur:ꝑ volũtariam
pauꝑtatem,affectus pecuniæ annihi-
letur.Iſtis vtatur homo interior & ex-
terior ad defenſionẽ:ne ꝑ pulchritu-
dinem rerum temporalium(quæ ꝑ il
la quatuor blãditur ei)decipiatur. An
teponat cæleſtia terrenis,ęterna trãſi-
toriis,decoris pulchriora,bonis melio
ra.Terrena corrumpuntur, finem expe
ctant,pulchritudinis amittunt florem,
bonitatis fructu priuantur.Cęleſtia ve
ro termino carent:non corrumpuntur
infirmitate,non franguntur ſenio,non
annihilantur vetuſtate. Felix ęternitas
quæ corruptione caret:infelix illa quã
comitatur æternaliter corruptiõis de-
fect9,quæ ideo durat vt crucietur,ideo
ęternaliter cruciatur,quia ſine fine pec
carent homines ſi poſſent.Decipit̃ igi-
tur qui pulchritudinem temporalium
blandientem ſibi ſequitur: ſed antepo-
nat ſpiritalem,vt videat regem in deco
re ſuo.



¶Quomodo promittit diabolus
vt peruertat. Cap.V.

T CONtingit quandoqꝫ vt qui mi
nis terreri nequeunt, nec blan
dimentis acquieſcunt:promiſ-
ſis citius flectantur muneribus. Ideoqꝫ
tertio loco competentius , qui ſunt illi
qui ꝓmittũt homini interiori vt eum
peruertant,videamus. Prudentia mun
di ipſa eſt quæ promittit vt peruertat.
Promittit enim duo,precioſa videlicet
& ſublimia:hoc.eſt diuitias& honores.
Alterum cupiditatis eſt:alterum ſuper
biæ.Hęc ſunt latera ſcalæ, per quã dia-
bolus deſcendit de cęlo ad inferos. Pro
mittit nobis mundi prudentia,ſed ni-
hil dat,& ſi aliquãdo recipiũt homines
qđ promittit,non datur illud ſed emi-
tur.Dat mundus opes : ſed non gratis.
Qui enim efficitur ſeruus peccati ꝓ ip
ſis:non accipit gratis.Dat honores:ſed
non ſine precio. Quibus promittit mũ
dus opes:& cuius ſunt opes quas ꝓmit
tit?Quomodo dat: & vbi dat qđ ꝓmit-
tit?Raptoribus promittit agricolę ſub
ſtantiam,oues viduę,agros pupilli:Fœ
neratori, vicini ſui domum,amplitudi
nem poſſeſſionis, diuitiarũ affluẽtiam.
Ecce quibus promittit:& cuius ſunt q̃
promittit.Stulta eſt hæc prouidentia:
Pſal.38. quę theſaurizat & ignorat cui congre
get ea. Militibus promittit inter enſes
lucra,inter telorum grandinẽ,ſub me-
tu carceris,ſub mortis periculo:Nego-
ciatoribus vltra mare ꝓmittit lucrum
per mortis fauces,ibi naufragii timor,
ibi vento commendant̃ opes & animæ.
Ecce quomodo dat & vbi dat quod ꝓ-
mittit.In vtroqꝫ periculũ: in vtroqꝫ dif
ficilis acquirẽdi modus. Ibi promittit
lucrũ:vbi dare queat ſepulchrũ. Clau-
ſtralibus vero vagandi licentiã,quã ri-
gor clauſtri abſtulerat,repromittit:fa-
buloſas vero confeſſiones ocioſorũ,pla
tearũ plauſus,fori ſpectacula, ciboꝝ af-
fluentiam,veſtis mollitiem , & vt cũcta
compleam,libertatem faciendi qđ pla-
V cet,ſupradictis accumulat.Ecce pugna
Ioſue.11. difficilis. Ecce Iabin rex Aſor pugnat
cõtra filios Iſrael. Ecce ad Chananeos
†Seme- mittit qui habitant in maritimis & ꝑ
ron. montana & ꝑ campos,ad regem †Si-
meon,& in †Fẽnendor:ſed & m̃tos ali †Cene
os cõgregat: quos eſt enumerare diffi- roth.
cile. Sed quid ait dominus ad Ieſum fi
lium Naue qui principatũ poſt Moy- Ioſue.11.
ſen ſuſceperat? Ne verearis(ait domi-
nus) faciem illorum, quia craſtina die
ad hanc horam tradam eos ſauciandos
ante faciem Iſrael: & equos eorum ſub
neruabis,& currus eorũ igne cõbures.
Audiat hoc qui eſt de exercitu Ieſu:nõ
filii Naue,ſed filii dei.In vno eñ quo-
qꝫ homine bellum hoc reperiri poteſt.
Iabin enim rex Aſor congregat exerci-
tum.Iabin autem interpretatur ſenſus X
ſine prudẽtia.Aſor vero aula,id eſt mũ
dus. Mittit ergo ad Chananeos qui ha
bitant in maritimis locis, vicinos flu-
ctibus,qui in montibus & fluctib9 per-
mouent cũcta, qui ſunt ex genere Cha
naan,filii Cham,filii Noe. Cham inter
pretatur calor: Chanaan vero commo
tio.Qui aũt calet:cito commouet̃. Mit
tit & ad montana,id eſt ad illos q̃ glo-
riantur in ſublimibus : & ambulant in
magnis & mirabilibus ſuper ſe. Mittit
& ad campos, id eſt ad eos qui terrena
ſapiunt,qui planitie voluptatũ delectã
tur:qui ſunt quaſi pecora campi, proni
ad vitia. Mittit & ad regem Simeon,q̃
interpretatur exauditio. In bonam qñ
qꝫ partem ponitur exauditio: vt cũ di-
citur: Vocem fletus mei exaudiuit do Pſal.6.
minus.ſecundũ qđ Simeon vnus de pa Geñ.29.
triarchis nomẽ accepit.Exaudierat eñ
dominus precem matris eius. Dicitur
autem econtrario exauditio: quãdo q̃s
exaudit pręceptum diaboli.Solet enim
dicere.Si procidens adoraueris me:da- Matt.4.
bo tibi hæc omnia. Et ad Euam dixiſſe Geñ.3.
legit̃.Eritis ſicut dii.Promiſit eſſe deos
vt faceret reos. Et inde dicit̃ Simeon:
quia qui ſic exaudiunt diabolum, cum
rege Aſor occurrunt Iſraelitis. Mittit
& in Fẽnendor.Fẽnẽdor interpretatur
conuerſio. Conuerſio dupliciter dicit̃.
Eſt enim conuerſio qua quis ad deũ cõ
uertit̃. Eſt & alia de qua Apoſtolus ad
Galathas dicit.Currebatis bene:q̃s vos Gala.5.
impediuit,id eſt a curſu bono & opere
recto conuertit? Hi ſunt qui ſequũtur
Iabin regem Aſor,id eſt prudentiã mũ
di.Prouideãt igitur ſibi homo interior

& exterior:vt ſuꝑatis huiuſmodi ho
ſtibus,equos eorum ſubneruare nõ dif
ferant:ſed & currus eorum igne cõbu-
rant.Eſt in hoc exercitu,elationis cur-
rus:ĩ quo ꝑ ſimilitudinem rotas qui-
bus feratur,equos qui ipſum trahant,
aurigã qui regat, quive ſedeat in ipſo
curru:aſſignare poſſumus.

¶De curru elationis. Cap.VI.

Y Vatuor.n.ſunt q̃ trahũt currũ
elationis:id eſt amor dominan
di,amor propriæ laudis,cõtem
ptus, & inobœdientia.Rotæ vero ſunt
iactantia mentis & arrogantia, verboſi
tas & leuitas. Auriga in hoc curru po
teſt eſſe ſpiritus ſupbiæ. Amatores mũ
di ſunt qui ferũtur in hoc curru.Infre-
nes ſunt equi,volubiles rotæ,auriga ꝑ
uerſus:& qui portat̃ infirmus. In vtro
qꝫ ꝑiculum:quia ſemꝑ caſum & rui
nam minatur ſuꝑbia.Rotæ ſequũtur
equos.Præcedit enim amor dominãdi,
iactantiam:amor propriæ laudis,arro-
gantiam:cõtemptus leuitatem,inobœ-
dientia verboſitatem.Solẽt eñ inobœ-
dientes in verba defenſionis prorumpe
re.Pręcedẽtes huius currus rotę altio-
res ſunt poſterioribus:& ideo deſcẽde-
re nouit non aſcendere, viam nouit ad
inferos non ad montem domini. Simili
ter currum voluptatis & equos luxu-
riæ,& quælibet vitia quibus trahũtur
homines quaſi equis ad ꝑccatum:ſub-
neruare non differamus. Poſſunt enim
huiuſmodi equi vigiliis & orationibꝰ,
ieiuniis & labore cõtinuo ſubneruari.
Z Currus vero igne ſancti ſpiritus cõbu
ri poſſunt.Hic eſt ignis:hæc ſunt arma
clauſtralium.Hi ſunt qui interficiũt Ia
bin:qui Chananeorum habitantium in
maritimis commotionem non timent:
qui ſuꝑbis habitantibus in montanis
non cedunt, nec voluptuoſis camporũ
planitie gaudentibus commiſcent̃:a q-
bus non exaudit̃ ſupradictus Simeon,
nec conuertuntur cum illis de Fẽnen-
dor:ſed interficiunt regem cum exer-
citu:ſubneruant equos, & comburunt
currus.Aſcendamus ergo ſummi regis
currum:& perſequamur hoſtes. Habet
enim equos ſuos Chriſtus:de quibꝰ di-
Abac.3. cit propheta. Aſcendiſti ſuꝑ equos
tuos:& quadrigæ tuę ſaluatio.Horum
(vt ait beatus Ambroſius ſuꝑ Beati
immaculati) frena pacis, habenæ ſunt
caritatis,conſtrictæ inter ſe concordię
vinculis,& iugo fidei ſubiectę:quatuor
rotis euangelii bonum aurigam portã
tes verbum dei. Cuius flagello fugan-
tur illecebræ ſeculares:& mundi iſtius
princeps exterminatur. Mira res.Rota Ezec.1.
intra rotam currebat: & non impedie-
batur currus celeritas.id eſt nouum te
ſtamentum in veteri teſtamento.intra
illud currebat:per qđ annunciabatur.

¶Quomodo inſidiatur diabolus
vt rapiat. Cap.VII.

Vnc autem vltimo loco de ſu- A
perbia quæ ĩſidiatur vt rapiat, Supbia.
eſt agendum:quæ licet peccati
initium fuerit,tamen(vt ait beatꝰ Au-
guſtinus)prima fuit, & vltima delebi-
tur. Hæc eſt quæ ſeculares poſſidet &
retinet,nouiter conuerſos vexat & re-
uocat:iuſtos vero tentat & illudit. In
ſecularibus apparet:in nouiter cõuer-
ſis notatur,& in religioſis quandoqꝫ la
tet. Secularium mentes ꝑ voluntatẽ
inhabitat:in nouiter conuerſis ex prę-
cedenti vſu redolet:religioſis mentibꝰ
ꝑ ſuggeſtionem ſe interſerit.Inſidia-
tur ſecularibus:vt in prauo compręhẽ
dat opere.religioſis vero inſidiatur:ꝑ
gloriam laudis humanæ.Eleazarus(vt 1.Mac.6.
veridica narrat hiſtoria)elephantẽ oc-
cidit:& occiſus ab elephante legitur eſ
ſe. Cecidit enim elephas ſuꝑ Eleazarũ:
& mole ſui corporis oppreſſit eum.Per
Eleazarum illi deſignantur qui mundi
faſtus repudiant per humilitatem:Per
elephantem ſuꝑbia mundi deſignat̃.
Dum enim veſtis aſperitatem libenter
patimur, dum tenues amamus pãnos,
dum vilibus vtimur cibis, dum labore
calloſa ſqualet manus, & cutis frigore
riget,& ſole nigreſcit: tunc Eleazarus
occidit elephantem. Cum vero in hu-
iuſmodi, vulgi fauorem aut laudem q̃
rimus:tunc Eleazarum cadens oppri-
mit elephas.Et pulchre per elephãtem B
figuratur ſuperbia:vtriuſqꝫ enim natu
ra ſimilem tenet compoſitionẽ. Elephã
tis natura talis eſſe dicitur,vt oſſa cru
rum illius iuncturis careãt,& ideo fle-



ctere crura ſua nequeat, ſed ſtet ſemꝑ.
& ſi aliquãdo quietem corpori ſuo ve-
lit inferre:ſtando latus inclinat ad ar-
borẽ.ſic & ſomno vtitur & quiete. Sed
homines regionis illius in qua habitãt
huiuſmodi beſtiæ, in die ſolent arborẽ
ſuccidere:vt cum nocte venerit, cadat
vterqꝫ,& interficiatur elephas.vtrunqꝫ
fit:ſucciditur arbor,& interficitur be-
ſtia.Cuncta iſta ſuꝑbiæ conueniũt:&
talis eſt eius compoſitio.Membra ſuꝑ
bię inflexibilia ſunt.Cum enim aliquis
ſuꝑbus loquitur: ſi imponas ei ſilen-
tium,non acquieſcit:ſed vt ait Salomõ
Prou.29. totum ſpiritum ſuum profert ſtultus.
Si dum confabulationibus aurem præ
bet reprehendas,negligit: ſi aliq̃d oꝑe-
ratur & cõtradicis,non ceſſat.& ſic eiꝰ
crura flecti nequeunt. Actus ſuperbiæ
ſemꝑ ſtat: vt de elephante diximus.
ſed qui ſic ſtat:male ſtat. Ad propriam
voluntatem quaſi ad arborem latus in
clinat ſuperbus, vt quietẽ recipiat.Qđ
enim ꝑ diſpoſitionem propriæ volun
tatis agimus:hoc gero ſuſcipimus ani
mo.ſi autem aliter ordinetur:pro labo
rę reputatur. Succidatur igitur arbor
propriæ voluntatis:vt cadat & occida
tur beſtia ſuꝑbiæ.Sed vt diximus,ca-
uendum eſt nobis:ne cadens opprimat
aliquem.Sic igitur nouiter cõuerſis in
C ſidiatur ſuꝑbia. Religioſis vero,tribꝰ
modis inſidiatur: tunc ſcilicet cum ali
quis ſe ſolum exiſtimat eſſe iuſtum,vel
quando nimium de iuſtitia cõfidit,vel
quando ceſſat a bono opere. Helias ſe
ſolum iuſtum eſſe exiſtimãs: in hęc ver
3.Reg.19 ba ꝓrupit.Domine altaria tua ſubuer-
terunt,prophetas tuos occiderunt: &
ego remanſi ſolus inter eos.Cui domi-
nus reſpondiſſe legitur.Adhuc reſtant
ſeptem milia:qui non curuauerunt ge
nua ſua ante baal. Petrus vero nimiũ
confidenter loquens ait.Et ſi oportue-
Matt.26 rit me mori tecum,non te negabo. Et
tamen negauit:& ideo nimium locutꝰ
eſt confidenter.Tobias illos deſignat q̃
ceſſant a bono opere. Scriptum eſt eñ
Tobię.2. de Tobia.Fatigatꝰ a ſepultura Tobias,
venit in domum ſuam.& cum iactaſſet
ſe iuxta parietem & obdormiſſet: ex ni
do hyrundinum calida ſtercora cecide
runt in oculos eius,& factus eſt cęcus.
Cum aliquis a bono opere ceſſat: tunc
Tobias fatigatus a ſepultura venit in
domum ſuam. Domus Tobiæ morali-
ter carnẽ noſtram deſignat.Nidus hy-
rundinum,qui ex luto conficitur & ex
plumis leuibus intus paratur:delecta-
tionem terrenarum rerum pulchre de
monſtrat.hyrundines (vt ait Beda ſu-
per Tobiam) propter leuem volatum
ſuperbiam cordis leuitatemqꝫ figurãt:
quarum immunditia cõfeſtim eos qui-
bus dominatur excæcat.Quaſi enim ni
do hyrũdinum ſuppoſitus dormit: qui
leuitati ac ſuꝑbiæ mentem incautus
ſubiicit.His ergo modis ſuperbia reli-
gioſos illudit:quæ (vt ait beatus Au-
guſtinus) etiam bonis inſidiatur vt
ꝑeant.Sicut fratres longe ſuꝑius de D
duobꝰ ſociis diſcreto & indiſcreto eue
nire poſſe monſtrauimus: ſic homo in-
terior ſuꝑbiæ inſidiis reſiſtens, mun-
danæ prudentiæ reſpuens munera,pul
chritudinis temporalis non acquieſcẽs
blandimẽtis, delectationis carnalis mi
nas ſpernens: ſocium videlicet homi-
nem exteriorem mouet ac hortatur ad
pugnam,trahit ad pręmium.Vnde Eu
ſebius Ceſarieñ. Suſcipe inquit domi-
ne geminum animæ carniſqꝫ ſeruitiũ.
te enim iubente & auxiliante commu-
nem hoſtem communi intentione de-
uicimus.Habet igitur ſpeciales fructꝰ
fragilitas corporis mei.Ego intellectu,
diſcretione, conſilio ſpiritualiter con-
tra aduerſarios ſteti:caro hęc corpora-
liter,operis ſudore, ſobrietate & ieiu-
niis dimicauit. Laborandum itaqꝫ(vt ĩ
quit idem Euſebius Cęſarieñ.)& totis Euſebiꝰ.
viribus vtriuſqꝫ hominis luctandũ eſt:
vt magis nobilior portio ĩferiorem ad
cælorum ſecum excelſa ſuſtollat, q̃ vt ĩ
ferior ſuperiorem in inferni profunda
demergat.Datur igitur poſt victoriam
pręmium:datur vtriqꝫ hęreditas regni,
æternæ beatitudinis præmium largit̃.
& ſic homo exterior interiori congau-
det:id eſt caro glorificata congratulat̃
ſpiritui:quia nullam corruptionis am
plius expectat iacturam.

¶Quõ mẽs fiat ſpelũca latronũ& domꝰ
negociatiõis & meretricis ꝓſtibulũ. 8.

E Ed quandoq; fratres, vt ſupiꝰ
diximus,cõtrarium cõtingit:
& miramur quomodo contin-
gat. Quis enim non mireť ab
indiſcreto diſcretũ decipi:a pigro for-
tem ſuperari poſſe? Miramur hunc or-
dinem naturę:miramur & modum.ſuc
cũbit ratio,dominatur animalitas: in-
firmitas carnis animum priuat a virtu
te:& ſic eiicitur dominus,vt hoſtis re-
cipiatur.Proh dolor,minatur Chriſtus
& non timetur:promittit,& non credi
tur ei : blanditur,& peiores efficimur.
Quid ꝓmittit Chriſtus?vitã æternam.
Quid minatur?ignem ęternũ.Quomo-
do blandiť?expectãdo per miſericordiã.
Non promittit vt peruertat:ſed cõuer
tat.Eiiciť tamen, & contingit illud qđ
Matt.21. ſcriptum eſt in euangelio.Domus mea
domus orationis vocabitur: vos aũt fe
ciſtis eam ſpelũcam latronũ. Fit igitur
mens hominum quandoq; ſpelunca la-
tronũ: fit domus negociationis,fit me
retricis proſtibulũ.Fit ſpelũca latronũ:
quando aliquis inuidẽdo fratri ſuo vt
detrahat inſidiať, & virtutũ ſpoliat in
dumẽtis.Fit domus negociationis: qñ
pro iis quæ agimus,humani fauoris fo
rum frequentamus:& ibidem ementes
& vendẽtes,laudẽ pro bono opere qua
ſi ſtulti mercatores recipimus.Fit me-
retricis ꝓſtibulũ,quãdo in thalamo ca
ſtę mẽtis,lupanar libidinoſę delectatio
nis erigitur.Hoc qđ dico ſeculares per
timeſcant:& ſimilitudinẽ quã de duo-
bus ſociis aſſignauimus prætendãt.ne
cũ intrauerint religionis clauſtrũ: ite-
rum impugnati, antiqui hoſtis ditioni
F ſubdantur. Nũc aũt fratres nos ꝗ clau
ſtrũ intrauimus,aliquid ꝓ exhortatio-
ne ſecularĩũ contra ea q̃ ſuperius mina
tus eſt diabolus per delectationem tem
poralĩũ:pro modulo imbecillitatis no-
ſtræ dicamus. Audiãt igitur ſeculares
quos temporalis delectatio retinet,qui
religionis abhorrent habitũ : q̃ ſuauis
ſit verę religionis cohabitatio.Audiãt
pauperes & lætentur:mediocres,& hor
tẽtur alios:diuites & conforteť. Abũ
dãs eſt enim religio pauperi, mediocri
ſuffiiciẽs,tolerabilis diuiti,infirmis lar
ga,delicatis compatiens,fortioribꝰ mo
derata,pœnitentibus miſericors,puer-
ſis ſeuera,bonis optima.Hæc autẽ ſunt
nouẽ beneficia religionis.Immoremur
igitur diligentius in ſingulis:vt ex be-
neficiis ſuis bonitas religionis agno-
ſcatur.

Qꝫ abundans pauperi ſit religio.
Cap.IX.

ABundans eſt inquam pauperi reli G
gio. Audiant igitur pauperes &
lætentur:audiant & obœdiant.Pauper
tatis ſunt tres ſpecies. Sunt enim qui-
dam qui rebus temporalibus egent ſed
inuiti:& hæc vocari ſolet egeſtas.Egẽt
eñ rebus & egent bona voluntate:qua
ditius nihil eſſe poteſt. Nihil enim di-
tius bona voluntate. Sunt & alii ꝗ re-
bus abundant:ſunt tamẽ pauperes ſpi-
ritu. & hæc eſt aurea paupertas,quia li
cet affluant diuitiæ, corda tamẽ nolũt
apponere.Hęc & illa periculũ habent:
ſapiens autem periculum vitat.Sapiẽs
autẽ erat Salomõ: ꝗ aliã paupertatẽ de
ſiderabat. Quã?Illam q̃ daret victui ne Prouẽ.30.
ceſſaria.q̃ eſt illa?mediocritas.Eſt enim
hęc tertia ſpecies.hãc vocãt philoſophi
frugalitatẽ. Vnde Seneca ĩ epiſtola ad
Luciliũ cũ laudaret pauptatẽ volũtariã
ait:Frugalitas ẽ volũtaria pauptas.Sũt
eñ quidã de hoc ſeculo veniẽtes ad re
ligionẽ vel eccleſiã:quoꝝ pauptas(bea
to Auguſtino atteſtante) talis erat qñ
foris erant,ꝙ nec ipſa inuenire poterãt
neceſſaria.Quorum cellario non hære-
ditas,nõ patrimoniũ: ſed manuũ labor
annonam præbebat:& ſi ceſſaret manꝰ,
panis deficeret. Quibus pœnuria,quæ
nihil pene tribuit,veſtes qualeſcũq; mi
niſtrabat. Tales quandoq; eccleſias in-
trant quæ largis abundant poſſeſſio-
nibus : vt in eccleſia poſſint honora-
ri , qui in ſua domo non niſi contem-
ptibiles eſſe potuerunt. Qui ſi forte ec
cleſiam in qua paupertas amatur intra
uerint:illico de diſceſſu cogitant, cau-
ſas fingunt,intolerabilem dicũt illiꝰ lo
ci conſuetudinẽ, nimiam prælatorum
ſeueritatem prætendunt, aliqua de fra
tribus opponunt ſibi : quæ cum nolint
pati, dicunt ꝙ non poſſunt. & hoc to-
tum callide machinantes:vt competẽ-
tius ad ditiorem valeant tranſire eccle



ſiam.quaſi humiliter rogant a vinculo
profeſſionis abſolui: miſcentes blandis
aſpera:minantur enim ſcãdalum, ſi ma
le diſceſſerint, & iurant in alia eccleſia
ſe quietæ mentis eſſe poſſe,in ſua vero
nunq̃.Si vero ad vltimum negetur qđ
poſtulant : tunc audires qualiter eri-
gunt ceruices contra eos,ad quos foris
accedere non audebant. Tunc videres
qualiter illic diuites humiliantur : &
pauperes illic inflantur. Reſpondentes
abbati ſuo fronte libera : accuſant fra-
tres quoſdam, crimino ſos vocant,iu-
ſtos quoſdam per ironiam, quos vero
iuſtos negare non poſſunt : inuidentes
bono,nimium iuſtos appellant. Quid
plura? Tandem fracto propoſiti ſui vo-
to diſcedunt: honorari gaudent, abie-
ctionis priſtinæ obliuiſcuntur, genus
ſuum erubeſcunt,proprio nomine no-
lunt appellari, amant nomina dignita
tum. Si vocentur abbates,ſi præpoſiti,
ſi priores:arridet oculus, hilareſcit fa-
cies,apparent in vultu ſigna conſcien-
tiæ : & ſic nunciat animus quid optet.
Huiuſmodi pauperibus non promittit
H Chriſtus regnum ſed infernum. Sunt
tamen alii qui ex paupertate ad eccle-
ſiam venerunt.quibus ſi dentur neceſ-
ſaria, ex humilitate putant eſſe ſuper-
flua:ocium diei vnius putant eſſe ſacri
legium:ſaturari vilibus cibis arbitran
tur vitiũ:nulli ſe ęquales eſſe,ex debi-
to cunctis ſeruire exiſtimant.aliquan-
tulum bonas erubeſcunt veſtes habe-
re: & niſi condiret humilitatem diſcre
tio, vti licitis licitum eſſe dubitarent.
Tales ſequuntur Chriſtum pauperem
itinere recto:quia pauperes pauperem
humiles humilem ſequuntur. His dan
tur ad neceſſitatem temporalia: & pro
mittũtur ad æternitatem cæleſtia.hoc
eſt enim primum religionis beneficiũ:
vt egentibus neceſſaria præſtet,& nul-
li ſit ingrata.

¶Qꝫ ſufficiens ſit mediocri religio.
Cap. X.

I SVfficiens eſt mediocri religio.
Sufficere debet : quia neceſſa-
ria præbet. Dat ſatis:dat gra-
tis.Sed forte dicat aliquis.Nec dat ſa-
tis:nec dat gratis.Non dat inquit gra
tis,quia cũ neceſſaria largiatur ac im-
pendat : laborem exigit. Noluit deus
vt pro labore dentur neceſſaria : ſed ꝓ
labore temporali quies æterna promit
titur & dať.Dat ſatis,vt diximꝰ.Duo-
bus enim(vt diximus)modis egena eſt
humana conditio:vno quo natura de-
ficit:altero qui naturam afficit. Fame
natura deficit, frigus naturam afficit:
ſed mediocritas vtrũq; reficit. Dat eñ
quo natura caleat,& quo conualeat: &
hoc ſufficit naturæ. Non enim ad hoc
vt ſatiſfiat humanæ naturæ, color ſed
calor:non delectatio ſed ſuſtentatio na
turæ quęritur.Dat igitur mediocritas
ſatis:& dat gratis.Mediocritas eſt qua
ſi via plana: in qua nec celſitudo diui-
tiarum lapſum minatur aſcendẽtibus:
nec profunditas egeſtatis cadentibꝰ re
ſurgendi ſpem negat.Hęc eſt via regia:
de qua dicit dominus ad Moyſen vt in Deute.5
cederet via regia, nec declinaret a de-
xtris ſiue a ſiniſtris. Tres ſunt viæ: & K
tres qui gradiuntur per illas: Egeſtas,
mediocritas, diuitiæ:paup,mediocris,
& diues.Mediocritas eſt via media:quę
tenẽda eſt:quæ ducit ad ciuitatẽ ſum-
mi regis.a dextris vero & ſiniſtris ſunt
egeſtas & diuitiæ. Mediocritas vero
quaſi menſura quędam: qua totius bo-
nitatis ſpatium terminatur.verbi gra-
tia.Cum aliquis a iuſtitia deficit(ſicut
de Heli ſacerdote legitur) tunc vt ita 1.Reg.2.
dicam quaſi curtitudine quadam defi-
cit a menſura bonitatis. Cum vero vſ-
q; ad crudelitatem per intemperãtiam
iuſtitia protenditur: tũc quaſi longitu
dine quadam, bonitatis excedit menſu
ram.& hæc eſt menſura ſufficiens me-
diocri:ꝗa nec ſubſtrahit neceſſaria, nec
impendit ſuperflua. Primum igitur be-
neficium fuit neceſſaria dare egentibꝰ:
ſecundum vero eſt mediocri neceſſaria
non ſubſtrahere.

¶Qꝫ tolerabilis ſit diuiti religio.
Cap.XI.

TOlerabilis ẽ diuiti religio: por L
tari poteſt.Iugũ,taurorũ cerui
ces humiliat.onus quod trahi
tur:ſuperbiam carnis(quę quaſi ex adi
pe procedit)domat. Sic iugum Chri-
ſti ceruicoſitatem noſtram inclinat:

ne ſimus quaſi bos cornupeta, qui ef-
fundit ſanguinem. Onus autem eiꝰ car
nem noſtram macerat: ne laſciuiens in
luxuriam defluat, aut vagabunda inſe
quatur ocium. Onus noſtrū, vita Chri
ſti: doctrina vero eius, quaſi iugum no
bis imponitur. alterum leue eſt: alterū
ſuaue. Sed dicet forſitan aliquis. Onus
Chriſti non eſt leue ſed graue: iugum
eius non eſt ſuaue ſed aſperū. Vita em̄
Chriſti eſt opprobria pati, nihil poſſide
re, affligere corpus, mori pro proximo.
Sed cui eſt hoc onus leue? Audiāt cui.
Philip. 1. Cupio (inquit Paulus) diſſolui & eſſe
1. Cori. 9 cū Chriſto. & alibi. Caſtigo corpus me-
um & in ſeruitutem redigo: ne cū aliis
prædicauerim ipſe reprobꝰ efficiar. Mi
ra res. Hæc obhorrent quotidie ſecula
res: & hæc quotidie patiuntur. Timēt
opprobria pati pro Chriſto: pro mūdo
autem patiuntur opprobria ſempiter-
na. Mori ꝓ Chriſto ꝑtimeſcunt: & ꝓ
temporali lucro quotidie moriuntur.
Nonne eſt leue mori pro proximo, & eſ
ſe cum Chriſto? Spes muneris laborem
imminuit. Vere onus leue vita Chriſti
quia nec multa portat, nec diu portat.
Terminus enim mortis prope eſt: & ca
ret pondere diuitiarum religio. non ac
quirit cum cupiditate, non poſſidet cū
amore, non dolet ſi amiſerit. Iugum ve
M ro Chriſti ſuaue eſt. Doctrina enim eiꝰ
quaſi iugū: qa ſubiugare ſolet colla ſu-
ꝑborum. vinculum vero dilectio. Au-
di q̃ ſuaue iugum imponitur ceruici-
Matt. 22. bus noſtris. Dilige, īquit, proximū tuū
Matt. 5. ſicut teipſum. & alibi. Diligite īimicos
veſtros: benefacite iis qui oderūt vos.
Ecce fratres iugum cum vinculo: hoc
eſt doctrina de dilectione. Iūgit dilectio
iugum ceruicibus, quia doctrinæ tunc
iugo ſubiicimur, quando doctrina cum
dilectione recipitur. Iugū vero diaboli
grauat & opprimit. Iugū eius peccatū
eſt, vinculum eius conſuetudo ꝑccan-
di: onus quod portatur, pœna peccati.
Sub hoc iugo tenentur duo: caro ſcili-
cet & ſpiritus. Hoc iugo premūtur di-
uites. multa enim patitur diuitum ſu-
ꝑbia: vincula, carceres, frigus, famem
quandoq; tolerāt. Nouimus fratres di
uitum menſas: nouerunt & aliqui ve-
ſtrum. Proteruitas acquirit ibidem ſi-
bi locum: non ſimplicitas. quibuſdā da
tur ibi cibus abſq; potu: & econuerſo.
Multi vero ieiuni ſurgūt a menſa: & ta
men lęti vrbanitate quadam, famē ſuā
conſolantur. Iam cœperunt prādia di-
uitum nō pręcedere cœnam. Cœna em̄
diuitum aut tenuis aut nulla. Mēſa ve
ro religionis ordinata, ſufficiens, nō ſu
perflua. nullus amittit locum ibi cū ru
bore: quia om̄ia diſponit humilitas. Ie-
iunant etiam milites vt aliena bona ra
piāt, ſimiliter ieiunāt ſcholares vt ſub
tiliores fiant: & nolunt ieiunare vt au
diant: Venite ad me omnes qui labora Matt. 11.
tis & onerati eſtis: & ego reficiam vos.
Dicit Chriſtus reficiam: dicit homo de
ficiam. cui credam? Credo quia qui po-
tuit hominem facere: poſſit & reficere.
Venite inquit qui laboratis: laboratis
dico in luto & latere. Lutū Ægypti te- Exod. 1.
nax, fœtidū, mixtū ſanguine: lateres eiꝰ
indiſſolubiles, igne cupiditatis & flam
ma libidinis cocti. In his laborant diui
tes. Labor diuitum grandis: vigilāt in- N
ſidiantes pauperi. Hinc frigus: hinc te-
nues panni. Hic loricæ pōdus ſuſtinet:
ille graditur inermis inter tela. Leuior
eſt labor clauſtri: & tamen timetur. Le
uius eſt pondus tunicæ q̃ loricæ. Tu-
tius eſt clauſtrum q̃ caſtrū. Tutior ab-
batis obœdientia, q̃ regis iuſſio. Hęc in
ter gladios mittit: illa periculū vitat.
Laborant multi: ſed non prodeſt eis. La
borauit Saul & Agag rex Amelech: ſed 1. Reg. 15.
labor eorum caſſus. Laborauit Dauid
& Salomon: hic pugnando, ille ædifi-
cando: vtilis labor vtriuſq;. Pugnauit
Dauid vt vinceret: ædificauit Salomō
vt requieſceret. Pugnemus cum Da-
uid, non contra Dauid in Iudæa: vt ha
bitemus in Hieruſalem cum eo. Mul-
ta paſſus eſt Dauid. Cum adhuc eſſet
in domo patris ſui, vicit leonem & vr- 1. Reg. 17
ſum. In exercitu Iſrael Goliam inter-
fecit. Dum vero ſeruiret Saul & obœ-
diret ei egrediens ad imꝑium regis:
cogitabat tamen Saul interficere eum.
Porro Dauid obtinuerat gratiā Iona-
thę: q nūciabat ei regis animū. Cū vero 1. Reg. 18.
mortuo Saule Dauid regnū ſuſciperet: i-
pugnatꝰ a filio ſuo Abſalō, cū ſeniorībꝰ



2. Reg. 15 populi fugiēdo ꝑiculum vitauit: nec
exoptauit filii mortem, ſed & filium &
2. Reg. 18 Regem mortuum planxit. Pater mora
O lis ſenſus. Dauid enim cum puer eſſet
in domo patris ſui, vicit leonem & vr-
ſum. hoc autem fit cum aliquis adhuc
poſitus in ſeculo, ſuꝑbiam ac luxuriā
in ſe deſtruit. Poſt hæc in exercitū Iſra
el veniens Goliam interfecit: id eſt con
gregationi fidelium fratrum adiūctus,
diabolum ſuꝑat. Obœdiens fit pręla-
tis licet ꝑuerſis. & hoc eſt ingredi &
egredi ad imꝑiū Saulis. Inquietatur
a Saule Dauid, ſed Ionathę gratiam ob
tinet qui conſolatur eum: quia ſpiritꝰ
ſancti donum habet a quo conſoletur.
hoc em̄ interpretatur Ionathas: colum
bæ id eſt ſpiritus donum. Mortuo Sau-
le Dauid quem elegerat dn̄s, a populo
ſublimatur in regnum: quia qui humi
liter ſubeſſe didicit, ad prælationis ho
norem erigitur. Perſequit̄ Abſalon pa-
trem. multa enim prælati a filiis ſpūali
bus patiuntur. Plangit Dauid ꝑſequē
tem filiū: quia quilibet pater ſpiritua-
lis de ꝑuerſitate filiorū (quę eſt mors
animæ) contriſtat̄. Tres plāxit Dauid:
filium, amicū, & hoſtē: id eſt Abſalon Io
nathan & Saulē. Implet Dauid oēm le-
gem: ſcilicet naturalem, ſcriptā, & euan
gelicā. naturalē, cū plangit filium: ſcri-
ptam, cū dolet pro amico, id eſt ꝓ Iona-
tha. euangelicā, cū plāgit hoſtem id eſt
Saulē. Qui talis eſt non obhorret clau-
2. Reg. 6. ſtri laborem: ſed ſaltat cū Dauid nudꝰ
ante arcā. Labor clauſtri tolerabilis eſt:
quia mediocritas laborem tēꝑrat, nec
aufert diuiti niſi ſuꝑflua. Religio qđ
nocet aufert, qđ neceſſe ē miniſtrat: &
ideo tolerabilis eſt diuiti.

¶ Qꝫ larga ſit infirmis religio.
Cap. XII.

P LArga eſt infirmis religio. Qua
tuor autē ſunt infirmitatis ſpe
cies. Quidam enim ſunt qui in
firmant̄ ex ſenio, alii vero ex membro-
rum lęſione, alii ex infirmitate ad tem
pus recedente, alii vero continuo deti
nentur languore. Sunt autem aliq quo
rum ſenectus eſt garrula, iracunda, ple
na ꝓuerbiis, fabulis vacās: & licet ocu-
lus eorum cæcutiens tenebreſcat, licet
manus tremebunda ceſſet ab opere, li-
cet officium ſuum ꝑes ignoret, licet to
tus corpore & animo curuus incedat:
tamen vt ait beatus Auguſtinus in li-
bro de duodecim abuſionibus ſeculi, cū
de ſene irreligioſo loqueretur: cor &
lingua eius non ſeneſcunt. Hi ſunt qui Prou. 2.
glorịantur cum male fecerint, qui glo-
riantur ſe fuiſſe diuites: bella principū
ſecularium non pacem ſanctorum reci
tant, ad cauſas vocari volunt quia prę
terita nouerunt. Tales accuſarent Su-
ſannam, ſi laudare velles: & laudarēt Ie
zabel mulierem fornicariam: & ideo iu
dicium eorum reuertetur in caput ſu-
um, & deſcēdet angelus domini vt ſe- Danie. 13
cet eos medios. Sunt & alii qui cū ter-
ram non videant oculis, mente cælum
conſiderant: qui licet pedibus offen-
dant, licet toto corpore nutent: non of
fendunt tamen lingua, non nutant ani
mo. tacent noxia: quod inſtruit narrāt.
hominem interiorem labori ſupponūt:
cum non poſſint exteriorem ſuppone-
re. Inſtant orationi, recogitant omnes
annos ſuos in amaritudine animę ſuę:
& ideo renouabitur vt aquilæ iuuētus Pſal. 102.
eorum. Illorum vero qui membrorū læ
ſionem ſiue moleſtiam corporis ſui ſi-
ue languorem patiuntur: ſunt quidam
ægre ferentes corporis anxietatem. cō
ſulunt medicum. ſi ſtatim non conua-
leant: iraſcuntur infirmitati, deſꝑant
de ſanitate. Sed quid dicam fratres de
iis? Dolorē capitis nō patiunt̄ benigne:
& pro Chriſto capitis tormēta quomo
do ſuſtinerent? flagellū timent: & quo-
modo ꝓ Chriſto capitis abſciſionē pa-
terent̄? Sunt alii qui non ſeruiunt car-
ni: ſed volunt vt ſeruiat caro ſpiritui.
qui non quęrūt medicū niſi Chriſtum:
clamāt cū ꝓpheta, Sana me dn̄e & ſana Hier. 17.
bor. ſoli portāt infirmitatem ſuā: qa nō
ingerāt aliquē q̃rimoniis, nō ſunt q̃ru
loſi, ſicut illi de quibus locuti ſumus.
Quatuor ſunt vnde conqueruntur in- R
firmi: ſcilicet de infirmitate, de medi-
cina, de cibo, de ordine. De infirmita-
te ideo quidam conquerūtur: quia pō-
dus infirmitatis inuiti portant. Alii
vero ſunt qui conqueruntur, eo ꝙ fra
trum labori intereſſe nequeāt. De me-

dicina vero ꝙ non ſubueniatur eis (vt
ipſi dicũt) caritate fraterna, quidã cõ-
queruntur. Alii ꝙ diſpẽdiũ patiat̃ ec-
cleſia pro infirmitate eorum, contriſtã
tur. De cibo autem quidam querimo-
niam faciunt: eo ꝙ non ſufficienter vel
quomodo vel quando volunt miniſtre
tur eis. Alii vero dolent eo ꝙ delicata
comedant nihil operantes: & ꝙ aliquis
S eis ſeruiat, & ipſi nulli ſeruiant. De or-
dine autem quidam conqueruntur: im
putantes ordinis grauitati infirmita-
tis ſuę cauſam: & ſic quod bene egerãt,
male pdũt. Sunt autem alii qui ideo
conqueruntur de ordine: quia a conuẽ
tu fratrum ſeparati delicatius tracten
tur. Si autem a lectulo, fratrum in cho
ro pſallentiũ voces audierint: tũc pſal-
mos ruminant, orãtes in cubiculo cor-
dis clauſis oſtiis: & licet totam noctem
puigilem duxerint, doloribꝰ ſuis agi-
tati, illos tamen beatos iudicant qui p
partem noctis deo ſeruiẽtes laborabãt.
Spondam lectuli non egrediũtur: & ta-
men illos qui tędium clauſtri benigne
ferunt, felices eſſe putant. nihil de ordi
ne implere ſe fatẽtur: ſed niſi fallor im-
plent totum. Infirmitatis clauſtro coar
ctantur, diſciplinantur anxietatum vir
gis, & ſpinis dolorũ: ieiunant, vigilant,
laborant, quia cibum, ſomnũ, quietem
infirmitas negat. & tamen ſi paretur le
ctulus ſuauior, ſi cogantur ſine caligis
dormire: quaſi aliqd criminale fecerit,
in huiuſmodi vitam timent finire. Ta
les indigẽt cõſolatione: ne moleſtia cor
poris, vel interioris hominis afflictio-
ne deficiãt. Audiant iſti quid dicat an
gelus Petro. Præcingere, & calcea te ca
ligas tuas. Vnde Beda ſuper actus apo
Actu. 12. ſtolorum. Tunicę inquit ſibi Petrus li-
gamenta propter rigorem carceris ad
horã relaxauerat, vt tunica demiſſa cir
ca pedes, frigus noctis vtcũq; tempera-
ret: Exemplum præbens infirmis, ꝙ cũ
moleſtia corporali vel iniuria tẽtamur
humana, liceat nobis aliquid de noſtri
propoſiti rigore relaxare. Vtantur igi
tur ſapientum conſilio, ne deficiãt: ſcri
pta enim ſunt ad noſtram doctrinam.
Hæc ſunt quæ de infirmitatis diuerſi-
tatibus vtcũq; diximus: nũc quomodo
infirmis ſit larga religio, breuiter oſtẽ T
damus. Ait beatus Benedictus. Sup o- Bñdictꝰ.
mnia & ante omnia, agenda eſt cura in
firmorum. Ecce quomodo larga eſt re-
ligio infirmis. Ante omnia inquit: hoc
eſt velocius q̃ alicui de omnibus fratri
bus, debet infirmo fratri parari quod
poſtulat. Super omnia, id eſt abundan-
tius q̃ cæteris: vt ſi dentur aliis neceſſa
ria, infirmis plura & delicatiora quęrã
tur. plura, vt ex mltis aliquid placeat:
delicatiora, vt cum guſtauerint, reficiã
tur ex aliquo.

¶ Qꝫ compatiens ſit delicatis re-
ligio. Cap. XIII.

DElicatis eſt compatiens religio. V
Quatuor ſunt delicatorum ſpe
cies: ſcilicet voluntate, vſu, ge-
nere, & natura. Volũtate delicati ſunt
illi qui cũ groſſioribus cibis vti poſſũt
nolunt: ſed diuerſa & exquiſita fercula
q̃rentes, reſpõdẽt ventri & petẽti obœ
diunt. Reſpõdeo fratres mei & ego vẽ-
tri: & ſi clamauerit, non pane ſed virga
compeſco, id eſt nõ ſaturitate ſed abſti
nentia. Sicut enim pater filii lenocinã-
tis prauos mores virga caſtigat: ſic per
abſtinentiam, vẽtris & gulæ voluptuo
ſus reſtrĩgitur affectus. Sollicitum me
reddit cura ventris: nunc hos nunc il-
los exoptãs cibos. At ego illi: qd petis
venter? Num mihi ſoli quãdoq; fercula
plura parabunt̃: & vnũ multis fratribꝰ
dabit̃? multis vnũ, & vni plura? Abſit.
Quid ergo? Neceſſe eſt igitur, vt nõ ad
ingurgitationem ventris (vt ait bea-
tus Gregorius) vtamur: ſed diſcamus
ſatiari & eſurire, & abundare & pœnu
riam pati cũ beato Paulo: ne plus car- Phili. 4.
ni tribuamus q̃ neceſſitas petat, & ſic
excludatur delicata voluptas. Vſu ve-
ro delicati ſunt multi, licet ſint de plę-
be: qui cum in ſeculo eſſent, ſeruiebant
ventri: in eccleſia vero poſiti, vſum ſo-
liti cibi mutare nolunt, ne ſequatur in
firmitas. Infirmitatem timẽt: & animæ
ſuæ mortem inferunt. Impoſſibilita-
tis ſuæ, vſum vitæ præcedẽtis eſſe cau-
ſam teſtantur: ſed vt dici ſolet, malus
vſus abolendus eſt. Genere delicati
ſunt filii nobilium: qui ſicut fuerunt
in ſeculo nobiliores dignitate gene-



ris: ita in conuentu fratrum nobiliores
haberi volũt ciborum lautitiis. Sępe ta
men nobiles genere, nobiliores ſunt bo
ni proceſſu operis. Iactant ſe nõ eſſe de
licatos: humiles ſunt verbo, veſtitu, &
opere: amabiles ad ſocietatẽ, tractabiles
ſi corrigant̃: honeſti conſilii, fratrũ con
ſolatores. Hi ſui generis authoritatem
non ptendunt vt honorari queant in
eccleſia: non de parentum ſuorũ digni
tate gloriant̃, ſed occultant cauſas ſup
bię ne pes eorũ labat̃ in vitiũ. Natura
vero delicati ſunt quorũ complexio ta
lis eſt, vt pondus laboris, ieiunii & vi-
giliarum ferre non valeat: qui etiã ci-
bos exquiſitos faſtidiunt: q ſunt oneri
ſibi: qui calore ſolis diſſoluti, cito laſ-
ſantur, & frigore ſtatim torpeſcũt. Ta-
les etiam quoſdam de populo natura
X plaſmauit. Omnibus his compatiẽs eſt
religio. Eſt & vera, & falſa compaſſio.
vtraq; tamen tribus modis fieri ſolet:
ſcilicet ore, corde & opere. Ore ficta cõ
paſſio fit: quando aliquis flebilibꝰ ver-
bis damnũ alterius conſolatur. Corde
vero: quando aliquis qui abũdat diui-
tiis, alicui oppreſſo ęgritudine vel ege
ſtate occurrit: & pietate motꝰ, cõpatiẽ
do mẽtis affectũ inclinat: tranſiẽs autẽ
nõ ſuccurrit egenti. Hęc cõpaſſio ſteri
lis cõcepit: ſed non pepit. De conceptu
eñ verę cõpaſſionis ſolet naſci eleemo
ſyna: ſed tãq̃ venefica mulier auaritia
iugulat partũ, ne pdeat ĩ lucẽ. Hęc elee
moſynę fructũ impedit: & cõceptũ com
paſſionis de ſemine pietatis plapſum,
a corde hominis velut a matrice mu-
lieris mortuũ eiecit. Illa quę ore fit tã-
tũ, adulatoria eſt: hęc autem ſterilis nũ
cupat̃. Sequitur alia, quę multa tribuit
ſed ideo vt laudetur, aut plus recipiat.
Hęc põdus verę cõpaſſionis nõ portat
ſed vanę glorię leuitate ſuſtollitur: nec
cõpatit̃ ſed gloriat̃: & ideo ſuperbia vo
cari poteſt. Sic vna earũ adulãdo dicit
ſe amicã eſſe: alia vero fingẽdo lachry-
mas, etiã ſapientes decipit: tertia vero
Y multa tribuẽs, maiora recipit. Accipiũ
tur & hę tres in bonã partẽ cõpaſſiõis
ſpecies. cũ aliquis fratrem ſuũ benigne
Pſal. 3. cõſolat̃: vel quando vere cõpungit̃ cor
de: aut pauperi quãdo miſeretur & cõ-
modat, nec retributionẽ ſequit̃, ſed ſo-
lo pietatis affectu trahitur ad munus.
Vna ex iſtis cõſolatoria, altera eſt pie-
tatis, tertia eſt refectionis. Sunt quidã
qui cõpatiunt̃ ſibi, quidã cõpatiuntur
fratri, quidã vero magiſtro. Primũ mo
deſtię eſt, ſecũdũ dilectionis, tertiũ pru
dentię. Quoſdã enim verecũdia ſiue de
ſiderium carnis affligendę reprimit, ne
carnis indigentię & neceſſitati compa
ti velint. qui ſi modeſti eſſent, cõpate-
rentur ſibi: ne interficiant ciuẽ. Alios
vero cogit dilectio compati fratri ſuo.
ſed quia non habent vnde cõpaſſionis
opera cõpleant: pręlatis (quorum eſt p
uidere & ĩpẽdere neceſſaria) qualis ſit
& quid poſſit frater ille, diligenter in-
timant. Compatiunt̃ & magiſtro: ne q
pręire debet, deficiat in via. Vnde qui-
dam vſus inoleuit in cõuẽtu quorũdã
fratrũ, vt aliquẽ de fratribꝰ abbati ſuo
pręponant, cui obœdiat in agenda ſui
cura: vt cum viſum fuerit fratri con-
gruũ, abbatem ſuũ in eſu carniũ ſeu in
aliquo tali ſibiipſi condeſcẽdere faciat,
ne rigor prælationis frangat humanã
fragilitatẽ. & hęc eſt cõpaſſio pruden-
tiæ. Tria ſunt per quę probat̃ vera com Z
paſſio: ſcilicet occulta beneficia, paup- Compaſ
tas, & mors. Beneficiũ enim ſi impenda ſionis p
tur occulte: humanę laudis fauorẽ ex- batio.
tinguit. Quando autem pauperi miſe-
retur aliquis: tẽporalis remouet ſpem
retributionis. Cum pro pximo mortẽ
pati non renuit: amorẽ mundi non prę
ponit. Hęc ſunt eñ tria illa quę ſolent
eneruare cõpaſſionis membra: humanꝰ
fauor, tẽporalis retributio, & amor mũ
di. Qui mortem patitur pro proximo:
vere cõpatitur. ſic Chriſtꝰ p nobis paſ
ſus eſt: quia vere cõpaſſus eſt.

¶ Qꝫ moderata ſit religio fortioribus.
Cap. XIIII.

FOrtioribus moderata eſt reli- A
gio. Tenẽdus eſt in omnibꝰ mo
dus. qđ enim excedit modũ:
excedit & vires. Modus ſeruat rem in-
columem: quã immoderatio cõfundit.
Modus ęqua lance librat onera fortio-
rum ſicut debilium: ne grauentur for-
tiores, aut debiles opprimant̃ ſub one
re. Tres ſunt. n. ſpecies fortium. Sũt eñ

quidam fortes animo: alii vero corpo-
re,alii ſcientia.Scientia ſunt fortes qui
dam: qui licet diligentis affectu animi
careant, licet fortitudo corporis non
ſuppetat ipſis : tamen rationabili qua-
dam ſciẽtia (qua creatoris ſui benigni
tatem & ſuã negligẽtiam cognoſcũt)
inclinãt animi rigorẽ,& corpus cogũt
ſeruire ſuo creatori:onera fraterna cõ
ſolando portant,corruẽtes alleuãt do-
cendo.& ſi corruerint ipſi : cito reſur-
gunt,ne ſcandalũ generent: quia ſapiẽ
tes ſunt.Duo grauia portãt: animũ vi
delicet labentẽ,carnemq; infirmam.te-
gunt occulta cordis & animi,& regũt
opera carnis ſola diſcretione:& ſic diſ-
cunt bene amare, quia ſciunt bene ope
B rari.Corpore ſunt fortes:quos natura
ſolidauit ad tolerandos labores.quorũ
quidã qđ proſit opari poſſunt, ſed no-
lũt:alii poſſunt & volũt: alii vero plus
volunt q̃ pati poſſunt . Potuit ſed no-
luit bene operari Golias : cũ eſſet cor-
pore fortis.Potuit &voluit ſeruire Da
uid creatori ſuo . Volunt pluſq̃ pati
queant ipſi iuſti qñq;: qui ſic edomant
carnis ſuperbiam,vt virtus deficiat cũ
laborare velint.ſi ieiunant: ſtomachus
lãguet.ſi legunt,vertiginem:ſiquid la-
boris agunt,capitis dolorẽ patiunt.Et
hoc ideo quia habuerunt zelũ:ſed non
ſecundũ ſcientiã.Sunt eñ quedã in q-
bus maxime debet haberi ſcientia:ſcili
cet ieiuniũ,vigiliẹ & labor.Niſi eñ la-
bori ſuccedat quies & refectio: non po
teſt humana natura laborem tolerare.
ſed moderatus labor, & abſtinentia ci-
bi delicati,& ſtatutẹ a ſanctis patribus
vigiliẹ:corpori & animẹ medelam con
ferunt ſanitatis.Qui aũt ſic viuũt:for-
titudinem & animæ & corporis habẽt
C ſecundũ ſcientiam.Sunt aũt alii q cor-
pore fortes,debiles autẽ animo:parcũt
ſibi,ſeipſos amãtes:ſectãtur ocium:va-
cant fabulis . Tales accuſant de furto,
de rapina,de mendacio. Fures ſunt qa
cõmuni neceſſitati ſubſtrahunt qđ cõ
mune fecerant cum renunciarent mũ-
do,ſeipſos abnegantes. Raptores ſunt
coram deo , quia eo vidente qui nouit
abſcõdita cordium, cõmuni vitẹ quod
ſciunt aut poſſunt violenter auferunt.

Mentiuntur autem coram deo & hoi-
bus:quia qđ vouerãt reddere poſſunt,
ſed nolũt. Sic igit corã fratrib[9] ſuis fu
res,corã deo raptores, coram homini-
bus & coram deo mẽdaces ſunt. Deci-
piunt ergo fratres ignorantes qd poſ-
ſint:offendunt deum,oculis cuius nu-
da & aperta ſunt oĩa:non deo reddunt
qđ coram fratribus vouerunt. Hoc eſt
eñ propriũ furti,rapinẹ & mẽdacii:vt
vnũ occulte,alterũ aperte, tertiũ vero
aliter q̃ ꝓmittitur eueniat.Reſtat nũc D
vt de illis qui ſunt fortes animo,aliqd
dicamus.Sunt eñ quidã fortes:alii for
tiores,alii fortiſſimi.Fortis Tobias,for
tior Iob,fortiſſimus Abraam. Duobus
modis probatur animi fortitudo:cupi
ditate ſcilicet & carnalitate. Non ceſ-
ſit Tobias cupiditati, quando Gabelo Tobiẹ.1.
cõſobrino ſuo egenti pondus argenti
cõmiſit : nec plus amauit pecuniam q̃
proximũ.Amiſit Iob ſubſtantiã:ſed qd Iob.1.
ait? Dñs dedit,dñs abſtulit: ſicut domi
no placuit ita factum eſt. Sit nomẽ do
mini benedictum.Dimiſit Abram qđ poſ Geñ. 12.
ſidebat,& obœdiuit voci dñi:non coa-
ctus ſed ſpõte.Tobias cõmiſit, Iob ami
ſit,Abram dimiſit:hic pecuniã, iſte ſub
ſtãtiam,ille terram domũ & cognatio-
nem:vnus in ſpe,alter patienter,ali[9]ve
ro ſponte.primus egenti compatiẽdo:
ſecundus vero patienter tolerãdo, ter
tius iubenti obœdiendo.Sic non cedũt
cupiditati,quẹ in tribus cõſiſtit : id eſt
in amore poſſidendi, in dolore amittẽ
di,in coactione deſerendi.Sed ſimiliter
expellunt tres tria:quiſq; ſuum:nec ce
dunt carnalitati. Non plus enim ama
uit Tobias filium q̃ debuit:nec carna- Tob.4.
litatem prẹpoſuit ſed ſuppoſuit ſpiri-
tualitati:prẹſentẽ filium bona docuit,
orabat pro abſente. Iob vero de morte
filiorum nõ doluit pluſq̃ neceſſe fuit:
ꝓ morte eorum lachrymas fudit, red-
dens proximo cõpaſſionis debitũ.Cum Iob.1.
viuerent autem: conſurgens Iob dilu-
culo , offerebat p ſingulos holocauſta:
& ſic faciebat Iob cunctis diebus.Abrã
vero non tantum Hyſmaelem expulit:
ſed etiam Iſaac,quem in ſenectute ſua
de ſterili coniuge genuerat,qui erat a-
mor patris (ipſe eſt enim quem dilige- Geñ.21.



Geñ. 22. bat Iſaac ) matris ſolatium, gaudium
vtriuſq;.illum dico talem,ad immolan
E dum deo obtulit . Sic fratres debemus
eſſe animo fortes vt Tobias. Si loquat
aliquis noſtrũ cũ amico ſuo, doceat eũ
bona:ſi vero abſens fuerit,oret pro ab-
ſente.Si autem fortior eſſe voluerit:cũ
auferuntur ſua,nõ perſequatur hoſtes.
Non eñ Iob perſecut[9] eſt hoſtes Chal-
dẹos:cũ auferrent ſua.Tribus modis p
ſequimur hoſtes:ſcilicet manu,lingua,
& animo.Manu pſequimur hoſtes:quã
do illud qđ vi raptores abſtulerant, vi
recuperamus.contradicente apoſtolo q
1.Cor.6. dicit: ne repetas tua. Qui enim repetit
cum litigio:male repetit. Lingua perſe
quimur:quando conquerendo ſiue ac-
cuſando apud potentiores vt noſtra re
cipiamus, proximos noſtros licet mali
ſint,ſub articulo mortis vinctos relin-
quimus:non dãtes locũ irẹ, vt ait apo-
Rom. 12. ſtolus:ſed vindicãtes noſmetipſos.Ani
mo aũt perſequimur: quãdo hoc quod
vi aut circũuentione non poſſumus,
odio & proteruitate miſerẹ mẽtis per-
ſequi non deſiſtimus.qđ apoſtolus pro
Ibidem . hibet dicens.Cum omni inquit pacem
habentes.Quid ergo fratres dicam de
iis qui pro boue aut aſino proximũ per
ſequunt? Quid facerẽt:ſi mortẽ filii nũ
ciares? Et quid ſi ſeptem filiorũ (ſicut
Iob nunciatũ eſt):autumas euenturũ?
Inſtruit igitur beatus Iob clauſtrales
de patientia:qualiter damna rerum tẽ
poralium ſuſtinere debeant,qualiter ꝓ
morte amicorum carnaliũ dolere cõue
niat:vtrũq; benigne portans:qui nec ꝓ
damno rerum perſecutus eſt hoſtẽ,nec
pro morte filiorum ad odiũ ( quod eſt
mors animẹ) cor inclinauit. Qui vult
aũt fortiſſimus eſſe ſicut Abraam: qui
nõ amiſit ſua ſed dimiſit,q nõ ſic ama-
uit filium ſuum vt dei filium offende
ret:talis dico renunciet omnibus quæ
poſſidet,& immolet gladio verbi dei il
los quos carnaliter diligebat vel carna
F li amabat affectu. Fortiſſim[9] Abraam:
ſed beatus Laurentius fortior fortiſſi-
mo. Audiamus qualiter . Abraam ſua
dimiſit:Laurentius ſua diſperſit & de-
dit pauperibus. Abraam filium ſuum
deo obtulit:Laurentius ſeipſum pro fi

lio dei. hic ignem parat, colligat filiũ,
gladium euaginat, ſed angelum audit
prohibentem ne perficiat. Ille ad ignẽ
poſitus Chriſtum prædicat: carnifices
vrgẽtes carbones miniſtrantes verbis
non exaſperat : efficitur holocauſtum
domino, id eſt totum incenſum: intus
igne caritatis,exterius vero flãma tri-
bulationis. Hic quia obœdiens effici-
tur: filium recipit incolumẽ. ille quia
perſeuerat in tormentis:a dei filio re-
cipitur ad ſalutem . Hæc eſt fortitudo
caritatis . De hac ſcriptum eſt. Fortis Cant. 8.
vt mors dilectio : & vt verum fatear,
fortior dilectio . Nihil enim ſeparat a
caritate Chriſti.Sunt igitur (vt ſupra
diximus) tres ſpecies fortium:corpo-
re ſcilicet,& animo,& ſciẽtia.In his au
tem conſiſtit fortitudo totius religio-
nis.Qui ſcit enim & vult & poteſt be-
ne operari:ſi modum teneat,pfect[9] eſt.

¶Qz pœnitentibus ſit miſericors
religio. Cap.XV.

POEnitentibus eſt miſericors re G
ligio.Tribus modis pœnitet ho
mo: ore tñ, aut corde tñ, aut
ore & corde ſimul.Saul ore,Petrus cor
de,Dauid ore & corde ſimul pœnituit. 2.Reg.11.
Tria cõmiſit Dauid erga ſeruum ſuũ
Vriam: ſcilicet perfidiam, homicidiũ,
adulterium cum vxore eius: & tamen
accuſante Nathan propheta , ſemet- 2.Reg.12
ipſum iudicauit in corde,& voce dixit
peccaui domino.Quia corde pœnituit
audiuit ab eodem,dimiſſum eſt pecca-
tum tuum.Ter negauit Petrus : & ta- Lucẹ.22.
men reſpexit eum dominus quia fleuit
amare,Lauit enim lachrymis fœdẹ cõ
tagia linguæ . Tribus modis peccauit
Saul:per ſuperbiam,per inobœdientiã,
per excuſationem peccati. Per inobœ- 1.Reg.15.
dientiam peccauit: quando peccatores
Amelech non interfecit,quod præcepe
rat dominus,ſed verſus ad prẹdam fe-
cit malum in oculis domini.Per excu- Ibidem.
ſationem peccati peccauit : cum dice-
ret Samuel. Quæ eſt hẹc vox gregum
quẹ reſonat in auribus, aut armento-
rum quã ego audio? & ait Saul.De A-
melech adduxerunt ea: pepercit enim

populus melioribus ouibus & armen-
tis,vt immolaret dño deo tuo: reliqua
vero occidimus.Seipſum Saul excuſat
ſed populum accuſat. Populus inquit
pepercit,quod dominus non præcepit:
nos autem reliqua occidimus,quod p̃-
Beda. ceperat dominus. Vnde Beda ſuper Sa
muelem.Saul inquit ea quę domino iu
bente occiſa ſunt, ſe cum populo occi
diſſe: his vero quę contra interdictum
eius reſeruata ſunt, non ſe ſed popu-
H lum pepercíſſe teſtatur. Per ſuperbiam
1.Reg.15. peccauit:cũ demũ diceret Samueli:Pec
caui:ſed nũc honora me coram ſeniori
bus populi mei & corã Iſrael. Immode
rata Saulis ſuperbia: ſed moderata Sa
muelis humilitas. Honorari reprobus
quęrit:& honorat ꝓpheta reprobũ.Sic
etiam noſtris tẽporibus inueniuntur
multi qui a magiſtris ſpũalibus redar-
guti:pœnitentes ore tm̃, timent hono
re priuari.Si quidem inter nos tales vi
demus,aut pati nolumus, aut accuſa-
mus,quia incorrigibiles: Samuel autẽ
Beda. nõ tm̃ patitur,ſed etiam honorat.Vn-
de Beda ſup Samuelẽ.Nos quoq; in ex
emplũ beati Samuelis decet erga tales
modeſte agere.Neq; eos oportet tradu
cere,quos incorrigibiles & diuino iu-
dicio non dubitamus damnandos,ma-
xime illos quos aliquo gradu eccleſia-
ſtico (quem eiuſdem Saulis vnctio nõ
indecenter exprimit) cognouerim[9] in
ſignitos. Sunt enĩ multi qui detrahũt
pręlatis:qui q̃uis detrahãt eis, vellent
tamen eſſe qđ illi ſunt.Si aũt cõtingat
qđ volunt:illis quos iudicauerãt, me-
I liores non ſunt.Sicut igitur dixim[9] ſu
pra, peccauit Saul ꝑ ſuperbiã, per ino-
bœdientiam,per excuſationem peccati:
ſuperbięq; diaboli,pręuaricationis A-
dę, excuſationis Euæ particeps effici-
tur.Adam contra patrem, Eua contra
filium, diabolus contra ſpiritum ſan-
ctum peccauit. Adam patris bonitatẽ:
Eua filii ſapientiam: diabolus ſpiritus
ſancti benignitatem accuſauit.Adã pa
Geñ.3. tris bonitatem:cũ diceret. Mulier quã
dediſti mihi,ſeduxit me.Eua filii ſapiẽ
tiam redarguit,ꝙ nõ ſapienter egerit:
quia poſuit ſerpentẽ in paradiſo a quo
decepta eſt.Diabolus autem benignita

tem ſpiritus ſancti ignorat:dum deſpe
rando de venia, in delicto maximo per
ſeuerat, id eſt in ſuperbia. Vnde Pſal- Pſal.18.
miſta. Et emundabor a delicto maxi-
mo.Vbi beatus Auguſtinus.Delictum
inquit maximum,eſt ſuperbia. Hi tres
ſunt qui teſtimonium dant aduerſus
Saul in cælo: ſcilicet pater & filius &
ſpiritus ſanctus. Pater qui eſt veritas:
de mendacii excuſatione.Filius qui eſt
patri obœdiens vſq; ad mortem:de in-
obœdientia.Spiritus ſanctus,de perſe-
uerantia peccati teſtimonium profert.
Cauendum igitur nobis eſt,qui culpas
noſtras excuſamus, qui ſumus inobœ-
dientes, & ſuperbi: ne aduerſum nos
dent hi tres teſtimonium in cælo. Su-
periori non obœdiuit Saul, nec peper-
cit inferiori ſed ſibi:dũ populũ ſibi ſub
iectũ accuſat,dũ ſeipſum excuſat,& re
cuſat p̃ceptũ Samuelis. Cõtra ſuperio
rem enim peccat,id eſt contra Samue- K
lem: quicunq; laicus ſacerdotem deho
neſtat. Dignius eſt enim ſacerdotium
regno. Quod in paſſione domini figu-
ratum nouimus eſſe per ſeruum pon-
tificis, cui Petrus abſcidit auriculam: Ioan.18.
huic nomen erat Malchus, quod inter
pretatur rex.Seruiebat enim Malchus
pontifici: quia dignius eſt ſacerdoti-
um regno.Mirantur aliqui, forſan du-
bitantes de damnatione Saulis, hoc
quod diximus. Legant Hieronymum
contra Iouinianum, & inuenient ibi-
dem tres hominum ordines:arietes ſci
licet,oues,& hœdos. Inter arietes Da-
uid numeratur, inter oues Ionathas,
inter hœdos Saul. Ad ſiniſtram ergo
Saul:quia hœdi ad ſiniſtram.Ionathas
ad dextram:quia inter oues reperitur.
De illo dicit ibidem Hieronymus: ꝙ
amore prophetæ dignus erat.¶Redea
mus nunc ad propoſitum noſtrum: &
videamus quomodo pœnitentibus ſit
miſericors religio.Tribus modis pœni L
tet homo:& tribus miſeretur de[9].Pec-
cantem expectat, deſperantem conſola
tur,& congaudet pœnitenti. Peccan-
tem reuocat dono gratię,deſperantem
conſolatur per ſpem veniæ, pœniten-
tem roborat ex promiſſis glorię.Miſe-
retur & homo homini tribus modis.



Miſeret̃ Miſeretur enim prelatus diſcipulo,di-
hõ hoĩ. ſcipulus prelato: & diſcipulus quando
q; diſcipulo.Miſeretur quandoq; prela
tus diſcipulo: dum peccãtem verbis be
nigne corrigit, deſperantẽ ad ſpem per
exẽpla miſericordiæ erigit, & correctũ
poſt commiſſa diligit. Hæc ideo dico,
quia nõnulli ſunt qui cum aliquem fa
miliarem habeant:ſi peccet,deſpiciunt.
& hoc quod peius eſt:fatentur ꝙ nõ di
ligant eos ſicut prius. Peccauit Petr[9]:
ſed Chriſtus eum nõ deſpexit,ſed reſpe
xit & dilexit. Miſeret̃ & prælato diſci-
pulus tribus modis. dum irato non re
ſiſtit magiſtro:aut peccanti non detra-
hit,vel peruerſum patitur. Iratum enĩ
1.Re.24. Saul fugiebat Dauid: purgãtem in ſpe
lunca ventrem,cum poſſet,nõ occidit:
peruerſumq; paſſus eſt q̃diu vixit. Mi-
ſeretur itidem diſcipulus diſcipulo:
dum peccanti orando compatitur,aut
quando inter ſe & illum corripit, aut
quãdo peccanti in ſe benigne dimittit.
¶Qz peruerſis ſit ſeuera religio. XVI.
M PEruerſis eſt ſeuera religio. Ser-
uat enim honeſtatẽ ſeueritas,
leuitatem caſtigat, timetur ab
indoctis. ipſa eſt decor ſenum: iuuenũ
virga.ornat prælatorum perſonas:co-
lorat ſpeciem virtutum.Sicut enim ru
bor mixtus candori,ſi competenter diſ
ponatur, faciem gratam reddit aſpiciẽ
tibus: ſic ſeueritas mixta rectitudini,ſi
dulcedine condiatur, vultum religio-
nis decorat. Dulcedo prælati ad pœni
tentiam trahit: peccantem diſcipulum
ſeueritas corrigit:rectitudo dat legem
delinquenti. Sic nec ſeueritas nec leui
tatem patitur,nec dulcedo diſſolutio-
nem:nec rectitudo lineam iuſtitię trãſ
Pſal.24. gredi permittit. Vnde Pſalmiſta. Dul-
cis & rectus dominus.Volunt quidam
eſſe ſeueri,ſed neſciunt:& dum volunt
eſſe ſeueri, crudeles efficiuntur. Iram
pro ſeueritate, amaritudinem pro dul
cedine,ꝓ rectitudine crudelitatem oſtẽ
dunt.& ſic cõfunditur vultus religio-
nis, vbi ex flãma crudelitatis igneſcũt
oculi,pallor miſcet̃ liuori: quæ proce-
dunt ex ira & amaritudine.Ira prælati
peccantẽ turbat,amaritudo perſequit̃,
crudelitas affligit. Ira p̃lati caſum dat

peruerſo:iuſtum vero ꝓuocat ad iram.
Duæ ſunt ſpecies peruerſitatis, ſcilicet N
apertę & occultę. Sunt quidã adeo per
uerſi,vt qđ ipſi male operantur,defen-
dant aperte:qđ autem bene alii faciũt,
deteſtentur & impugnent.Incorrigibi
les ſunt.hoc ſolum qđ volunt,eſſe bo-
num credunt: obœdientiã autem nũq̃
aut negligenter implent: humiles fra-
tres prouocant, turbãt ſilentium. Ta- 1.Reg.17
lium figuram geſtabat Philiſteus ille:
qui egreſſus de caſtris philiſtiim,ꝓuo-
cabat filios Iſrael.Cuius magnitudo &
armorum diuerſitas,moraliter ſtatum
peruerſorum (qui magni ſunt apud ſe
metipſos)& qualitates moꝝ deſignãt.
Ad hunc Philiſteum expugnandũ ve-
niſſe Dauid legitur. Sed hoc bellũ tri-
bus modis fit:hiſtorialiter ſcilicet,my
ſtice, & moraliter: id eſt inter Goliam
& Dauid, ĩter Chriſtum & diabolum,
inter quẽlibet iuſtũ & aliquod diaboli
membrum. Præceſſit in re: contigit in
myſterio:habetur & nunc in moribus.
Cum igitur mitteretur Dauid a patre
ſuo Iſai ad viſitandos fratres ſuos qui
erant in exercitu Iſrael: miſerat enim
eum(vt narrat hiſtoria) pater ſuus di
cẽs: Fratres tuos viſitabis ſi recte agãt
& cum quibus ordinati ſunt diſce. Ve
nit ergo in Magala ad exercitum: qui
egreſſus vociferat[9] erat ĩ certamĩe.Di
rexerat.n. Iſrael aciẽ, ſed & Philiſtiim
ex aduerſo fuerãt p̃parati. & cucurrit
Dauid ad locũ certaminis,ĩterrogãs ſi Ibidem.
oĩa recte agerẽt erga fratres ſuos.Cũq;
adhuc loq̃ret̃ Dauid: apparuit vir ille
ſpuri[9] aſcẽdẽs Goliath noĩe,philiſte[9] de
Geth ex caſtris Philiſtinorum.Fratres O
tuos viſitabis ſi recte agãt, dicit hiſto-
ria:& cũ qb[9] ordinati ſũt diſce. Et dñs
ĩ carne veniẽs viſitauit nos:diligenter
q̃q; recte agere,vľ cũ qb[9] ordinate viue
re debeam[9],docẽs.Qđ & moraľr quoti
die euenire cernim[9]: dũ p̃lati qq; ſubie
ctos ſuos rectitudinẽ bonę opatiõis do
cẽt,vel cũ qb[9] ordinẽ bene viuendi te-
nere debeãt,inſtruũt: ne cũ ꝑuerſo per
uerſus,vel cũ tepido fratre nouiter cõ
uerſus ſociet̃. Venit Dauid ad exerci-
tũ Iſrael:& ĩuenit eos vociferatos ad p̃
liũ, & philiſtiim ex aduerſo p̃paratos.

Veniunt,& inueniunt prelati quando
ꝙ fratrum diſcordiam.Et cucurrit Da
uid ad locũ certaminis, & īterrogabat
ſi oĩa recte agerent erga fratres ſuos.
Currũt prelati tã mẽtis affectu q̃ greſ=
ſibus pedũ,ſolliciti de ſalute ſuorũ: in=
ueſtigantes ſi recta ſunt opera eorũ:an
adhuc corrigenda videantur.Inquirũt
mores : diſcunt viſu & auditu quæ ſit
diſcordię cauſa. vnde Beda ſup Samue
lem.Nunc quoꝗ inquit p ſua membra
dominus idipſum agere non ceſſat:cũ
bonos a malis diſcernens,his ſua mune
ra partitur,illos dimittit inanes.Cum
adhuc loqueretur Dauid: apparuit il=
P le vir ſpurius aſcendens,Goliath noĩe
philiſteus de geth ex caſtris philiſtino
rum.Loquente vero aliquo iuſto & do
cente quę recta ſunt, & inquirẽte quid
noceat:apparet ille ſpurius, id eſt dia=
bolus in corde alicuius deſcendẽs.Vn
de?A cogitatu maligno ad verba cõui
cii:a verbis conuicii ad opera peruer=
ſa.Goliath noĩe,id eſt reuelatus. Qui=
bus?Illis q dicere poſſunt:nõ eñ igno=
ramus cogitationes eius.Philiſteus de
Geth.Philiſteus,cadens potione inter
pretatur.Cadens ab altitudine ſupbię,
potione deſperationis imbutus,& obli
tus miſericordię.Geth qđ interpretat̃
torcular ( Beda atteſtante ) aptiſſime
multitudinẽ prauorũ deſignat:ciuita=
tẽ videlicet diaboli , ad bonorũ in hoc
ſeculo tormẽta ſemp exercitatã. Sicut
enim in torculari p̃mit̃ vua:p̃mit̃ & ex
primitur,ſeparatur vinũ ab acinis,vi=
nũ trãſit ad cõuiuiũ dñi,acinis aũt da
tur locus in ſterquilinio:ſic a multitu
dine prauorũ iuſti calcãtur. & ſicut in
torculari ab acinis vinũ ſeparatur : ſic
in tribulatione ꝓbant̃ iuſti,iniuſti aũt
tẽpore tẽtationis recedũt.De Geth igĩ
tur philiſteus erat:vnus de multitudi
ne prauorũ.Et caſſis ęrea ſuper caput
eius,& lorica hamata induebat̃:& ocre
as ęreas habebat in crurib⁹, & clypeus
ei⁹ ęreus tegebat humeros eius.Caſſis
lorica,ocreę & clypeus,diuerſa defen=
ſionis ſunt gña:qbus ſuiipſius ( qui eſt
caput oĩm impiorũ )diabolus ſtultitiã
Q defendere conat̃ . Moraliter aũt puerſi
caſſide caput tegũt: dũ puerſę actionis
intentionẽ laudant. Siniſtrum vero la
tus obumbrãt clypeo:dũ ſiniſtrã prauę
actionis excuſant partẽ. Ocreas habẽt
in cruribus,quę eſt quaſi extrema pars
corporis: quia vſꝗ ad finẽ ĩ obſtinatio
ne perſeuerant. Lorica induuntur,qua
totum tegitur corpus:quando totã de
fendunt actionẽ . Hæ ſiquidem ſpecies
armorum ex ęre factę perhibentur eſſe,
metallo videlicet cęteris amplius cano
ro.Quia quicquid agit peruerſus:non
humili cõfeſſione profitetur,nec ratio
ne veritatis:ſed clamoſo ſtrepitu ſecu=
laris eloquentię defendit:& per exẽpla
reproborũ confirmat. Vnde ſequit̃:&
armiger eius antecedebat eum. Armi=
ger Golię,quilibet reprob⁹ eſſe poteſt:
exẽpla cuius antecedũt & adiuuant ad
confirmandã puerſorũ malignitatem.
Ex his authoritas trahitur: ex his ſu=
muntur defenſionis arma:& hęc eſt per
uerſitas aperta. Vnde ſequitur.Stãscla
mabat aduerſus phalangas Iſrael.Stãs
clamat: quia in elationis monte puer=
ſus poſitus:voce detractionis,blaſphe=
mię,& ſcandali humiles fratres q deũ
mente conſiderant , prouocare nõ ceſ=
ſat.Sic igitur puerſitatis caput,eſt in=
tentio prauę actionis: ſiniſtrum latus,
pars ſiniſtra:crura,finis actiõis:corpus
actio tota:caſſis vero, intentionis com
mẽdatio:clypeus,ſiniſtrę partis excuſa
tio:duę ocreę,pſeuerãtia & obſtinatio:
lorica, totius actionis aperta defenſio.
His armis cognoſcitur philiſteus,cum
procedit ad prelium.Sunt aũt alii quo R
rũ puerſitas eſt occulta:qui cõſilio ſuo
fratres ꝓmouẽt ad iram,excitant ad ri
xas,q cõſilio ſuo faciũt inſurgere Ab=
ſalon contra Dauid.i.filios ſpũales cõ=
tra eorũ patres ad diſcordiã ꝓmouẽt:
q machinant̃ vt moriat̃ Dauid ĩ caſtris
ſicut de Achitofel legit̃.Sed vtriſꝗ ſe= 2.Re.17.
uera debet eſſe religio :vt apte puerſis
reſiſtat in faciẽ, & occultoꝝ cõſilia mu
tet.Sic Dauid philiſtei frõtẽ lapide cõ
minuit:ſic Chuſi cõſiliũ deſtruxit Achi
tofel. Frõs philiſtei eſt cognitio puerſi
tatis.Percutit̃ ergo philiſte⁹ in fronte:
quando peruerſitas inſipientis agnita,
reuerberat̃ a ſapiẽte. Chuſi aũt inter=
pretatur ſilentiũ,Achitofel vero ruina



fratris . Deſtruxit ergo conſiliũ Chuſi
cõſiliũ Achitofel: quia p ſilentiũ, eorũ
qui ſunt quaſi ruina fratrũ, annihilat̃
conſiliũ. Prouidet Chuſi ne turbet̃ ex=
ercitus Iſrael: qa p ſilentiũ,impetus &
incurſus ſermonũ,a cõuẽtu fratrũ deũ
videre cupientium rationabiliter arcẽ
S tur.Hęc duo ad ſeueritatẽ, rarus ſcili=
cet ſermo & rigor ſermonis,pertinent.
Rarus eñ ſermo concordiã ſeruat: ri=
gor ſermonis corrigit emendanda.Af=
fabilis eſt ſeueritas non garrula:aſperi
tatem monſtrat,ſed nõ eſt litigioſa. Se
ueritas a crudelitate differt. hęc corri
git:illa cruciat. hęc iuſtis cõuenit: illa
peruerſos comitat̃. Minatur ſeueritas:
ſed non maledicit . Maledixit philiſte⁹
1.Reg.17 Dauid:ſed non maledixit Dauid phili
ſteo. Tu venis,inquit, ad me cũ gladio
& haſta & clypeo: ego autẽ venio ad te
in nomine dñi exercituũ . Maledicunt
philiſteo multi:nec veniunt ad eum in
nomine dñi. Maledicit ille philiſteo: q
cum ad aliquẽ cadentẽ potione diabo=
li properat corrigendũ:nõ humilitatis
verba ſed ſuperbię, non exhortationis
ſed iracũdię, non blandimenta ſed op=
probria profert . Nec venit in nomine
dñi ad philiſteũ:qui religioni vel nobi
litati ſuę,ſeu etiã ſcientię literarũ qua
pręualet, & nõ diuinę gratię tribuit ꝙ
peruerſum corrigit. Sic multi veniũt:
& ideo non tradit deus philiſteũ ĩ ma=
nus eorũ.Qꝫ non maledixit Dauid phi
liſteo: benignitatis eſt. ꝙ deo aſcripſit
ſui aduentus efficaciã: humilitatis. ꝙ
1.Reg.17 aũt minatus eſt,ſeueritatis. Sed qd mi
natur?Auferã inquit caput tuum a te:
& dabo cadauera caſtrorum philiſtiim.
auibus cęli & beſtiis terrę.Caput phili
ſtei,diabolus dicitur.cadauera vero ca
ſtrorum philiſtiim,carnales affectus re
proborũ(qui ſunt caſtra diaboli)mora
liter deſignant.Cadauer eſt quaſi caro
data vermibus. Sicut enim caro putri
da,vermib⁹ nutrimẽtũ p̃ſtat:ſic carna=
les affectus cogitationes peruerſas nu=
triunt.Aues cęli illos deſignant, q alis
contemplationis ad cogitanda cęleſtia
ſubleuant̃.Beſtiis terrę coaptantur illi
qu t erram ſuam nouerunt excolere:q
neceſſitati fratrũ terrena miniſtrant,
rei familiaris curam gerentes.quos ali
bi deſignant Rachel & Lya, Martha & Geñ.29.
Maria.His auibus cęli & his beſtiis ter Lucę.10.
rę,cadauera caſtrorum philiſtiim,ideſt
carnales affectus reproborum ,dant̃ ad
corrigendum.Sic igitur corrigit aper=
te religio peruerſos:ſic occulte peruer=
ſorum prouidet conſilio.

Qꝫ bonis ſit optima religio.Ca.XVII.

T BOnis eſt optima religio.Bonos
facit rerum diſtributio:melio=
res,mũdi renũciatio: optimos
aũt,religionis cohabitatio.Mũdus bo=
nis eſt peſſimus : religio vero bonis &
malis eſt optima.Facit enim quandoꝗ
de malo bonũ,de bono meliorẽ, de me=
liori optimũ. & hoc fit quando viſitat
impiũ deus. Vnde pſalmiſta. Viſitaſti Pſal.64.
terrã & inebriaſti eã.Viſitat de⁹ & bo=
nam & malam terram:terrã meliorẽ,&
terram optimã. Per timorẽ terram ma
lam viſitat:bonam per incipientem ca=
ritatem,meliorem p abũdantẽ,optimã
p perfectam.Viſitat deus terrã malam
quando aliquis timore iudicii cõpũgi
tur,& ab illicitis abſtinet.Bonã vero p
incipientem caritatẽ viſitat:quãdo ſua
diſtribuit aliquis,renunciat mũdo,mu
tat habitũ,tenet pacẽ cũ fratribus ſuis
niſi calumnietur ab aliquo. ſi aũt calu=
mniatur:calumniã nõ patitur, ſed ad=
huc leuiter turbatur,iraſcitur,& odit.
Clauſtri tędiũ nõ ęquanimiter portat:
vilitatẽ & idẽtitatẽ ciborũ abominat̃.
Cibus vero animę , qđ eſt verbum dei,
amarus videtur ei:ſi aliquotiens arcti⁹
corrigat̃.Sic filii prophetarũ cũ veniſ 4.Re.4.
ſent ad domũ Heliſei: p̃cepit Heliſeus
coquo ſuo vt refectionẽ eis pararet.Cũ
aũt guſtaſſent illi pulmentũ in hęrbis
coctũ,& inueniſſent amariſſimũ: cœpe
rũt clamare:Mors eſt ĩ ola hõ dei:mors
eſt in ola hõ dei. Ola Heliſei differt ab Exo.16.
Ægyptiis olis.Illę qdẽ carniũ ſunt:hęc
pulmentoꝝ hęrbaceorũ.Illę adipe pin=
guiũ cõdiunt̃:vñ ꝓcedit iniquitas.hęc
Heliſei farina dulcorat̃:q̃ eſt caritas.Il
larũ dulcedinem ſeqt̃ amaritudo:hui⁹
vero amaritudinem ſequitur ſuaui=
tas. Surgens Heliſeus accepit farinam
quã ipſe habebat,& poſuit in olam: &
ſic factum eſt dulce,quod prius ama=

V rum extiterat.Heliſeus qui ſolaris in-
terpretatur,Chriſtum deſignat: cocus
doctores, pulmentũ verbum dei, farina
caritatem. Ponit ergo Heliſeus farinā
in pulmento: quando aliquis per abun
dātem caritatē viſitatur a domino.vt
cui groſſior cibus faſtidio prius extite
rat,vel qui leuiter iraſci conſueuerat,
aut obœdientię cōtradixerat:nūc obœ
diat,frugalitatē ſequat̃, inimicum dili
gat. Abundat em̄ caritas, cū diligitur
inimicus:ſed nō eſt perfecta,niſi parata
Ioan.15. ſit mori pro ꝓximo. Nemo enim cari-
tatem habet maiorē: q̃ vt animā ſuam
ponat quis pro amicis ſuis.Perfecta ve
ro caritas inimicum diligit: pro proxi
mo mori nō pertimeſcit. hęc foras mit
tit timorē:hęc dominū diligit & ſuſti-
Pſal. 26. net. Vnde Pſalmiſta. Expecta dominū,
viriliter age,& confortetur cor tuum,
& ſuſtine dominū.Expecta per ſpem: ne
deſperes p timorē:viriliter age p incipi
entem caritatē, & confortetur cor tuū
per abūdantē: vt ſuſtineas dominū per
patientiam perfectæ caritatis. Sic igit̃
bonis eſt optima religio:quia ducit ad
pfectionē.Sufficiant nunc quę de nouē
beneficiis religionis dicta ſunt: vt ad-
huc aliquid quaſi in tranſitu de coha-
bitatione eiuſdē breuiter tangamus.

¶Quatuor ſunt in religione diligēter
notanda. Cap.XVIII.

X QVatuor ſunt in religione no-
tanda. Suauis eſt em̄ & mitis,
quieta & ſecura. Suauis eſt in
cohabitatione,mitis in ſermone, quie-
ta in mēte,ſecura in actione.Nec tamē
ſic ſuauis eſt vt ſit īdiſcreta: nec ſic mi
tis vt patiatur iniuſta:nec ſic mēte qe-
ta,vt bonum nō cogitet: nec ſic ſecura
vt dominū nō timeat.ſed ſic ſecura:vt
pro timore humano ab opere bono nō
deſiſtat.Religio aſſimilatur mulieri ca
ſtę:quę ab aliquo diligitur vt ducatur
in vxorem: ideo ſcilicet ꝙ pulchra ſit,
ꝙ diuitiis abundet, ꝙ de genere nobi-
lium ſit,ꝙ ſapiens ſit: vt in pulchritu-
dine illius delectetur, & de nobilitate
filiorum glorietur:vt augeantur ſua il
lius cenſu,& ſeruētur ſenſu.Huic mu-
lieri aſſimilari poteſt religio:quæ pul-
chra eſt in contemplatione, ſapiens eſt
in circūſpectiōe,nobilis qa libera a pec-
cati ſeruitute,diues hęreditate:cuiꝰ hę
reditas eſt regni cæleſtis æternitas.A-
mat luxurioſus ſpecioſam:ſed nō amat
caſtam. Sic quandoqꝫ carnalis animus
tactus pulchritudine religionis, eiꝰ in
duit habitū. Cū aūt caſtitatis mūditiā
reperit:diſplicet qđ placuerat.Sic vxo- Gen̄.12.
rem Abrę, quā rex Ægypti ꝓpter pul-
chritudinē rapuerat , intactā reddidit
marito dicens.Ecce inqt vxor tua ante
te:accipe eam & recede hinc.Sup hunc
locū beatus Ambroſius in ſecūdo libro
quē fecit de Abraam: Intueamur,inqt,
animo aliquem intemperantē,qui inui
tus caſtitatis gratiā, quodā eius captꝰ
decore ſequendam putet,deinde pediſ-
ſequas eius neſciens qbus incedit comi
tata:ſobrietatem ſcilicet & modeſtiam
ac verecūdiam,parcimoniam cibi,fugā
laſciuię,ſeriā cautionem, ſollicitam cu
ſtodiam : ſubitoqꝫ ebrietatis ſuccenſus
calore,aut ipſius carnis ęſtu,aut occur
ſu formę decentioris,nequaq̃ ſe teneat
nec carnis legi repugnet: nonne dicit,
Putabam rem faciliorem caſtimoniam
ſequi.Supra humeros meos, ſupra vi-
res meas eſt:rarus cui iſta iungat̃.Rece
dat ergo, recedat de finibus ſenſuum
meorū. Et cōuerſus ad aliquem moni-
torem ſui:qui ſtuduerit in eius mētem
inducere aſſuetudinem caſtimonię,di-
cens non arduā fore nec impoſſibilem,
ſed pluribꝰ ſociam, finitimā ſtudioſis,
cōuenientē volūtariis:Quid hoc inqt
feciſti mihi? quare non dixiſti mihi qa
vxor tua eſt?hoc eſt ꝙ nō perfunctorie
ſed legitimo teneatur coniugio:ſed di
xiſti ſororē tuam?Quis ignorat fratres Y
noſtris tēporibus hoc in eccleſiis eue-
niſſe?Sunt enim nōnulli qui delicatam
ac voluptuoſam eſſe credūt religionē:
expertem laboris,vacantē ocio: habitū
religionis indiſcrete capiūt,votum fa-
ciunt,pfeſſionis vinculo conſtringun-
tur.Cum aūt religionis ordinem & cō
ſuetudines eiuſdē aduerſantes carni
nouerint:in hęc verba prorūpunt.Pu-
tauimus (inquiunt) pondus religiōis
leuius eſſe.Quis enim poteſt ferre clau
ſtri tędiū,diuturnitatē ſilentii, pōdus
laboris,parcimoniā cibi?Sic ergo vxo-



rē ſuā reddūt Abrę: expellētes eā vt li-
beri remaneant in Ægypto.Abiiciunt
em̄ habitū religiōis:& in deſideriis ſuę
carnis perſeuerant.Abram vero aſcen-
dit ab Ægypto in Bethel.i. carnalium
voluptatū conſortia deſerēs : in domo
dei manet.Hoc em̄ interpretat̃ Bethel
domus dei.Abram religiōis eſt forma:
Z exemplū cohabitantiū. Tria ſunt quæ
pacē cohabitātiū turbare ſolēt.i. quā-
do aliquis mouet̃ ad irā pro ſeipſo, vel
pro amico,vel ꝓ cōmodo. Hęc tria re-
mouit Abram dū habitaret cū nepote.
Gen̄.13. Primū remouit dicēs: nō ſit rixa inter
me & te.Secundū,cū diceret:neqꝫ inter
paſtores meos & paſtores tuos. Tertiū
poſuit : ecce inquit tota terra ante te.
hoc eſt:ſi de me,ſi de amico,ſi de poſſeſ
ſione diſſenſio eſt:oībꝰ cedo.ſi aūt mo-
ribus nō cōuenit:diſcede a me.O quā-
ta promiſit nepoti Abram: ne cogeret̃
a nepote diſcedere.Sed etiam virtutis
eſt hoc ac diſciplinę. Dixit.n.ante nos
qdā philoſophꝰ, quatuor hęc bono vi-
ro ineſſe, vt laboret. Primū vt oēs ſibi
amicos faciat. Secundū vt ſi nō poteſt
facere amicos:nō faciat inimicos. Ter-
tiū vt ſi iſtud nō ſuppetit: ſentētia cō-
muni diſcedat. Quartū aūt, vt ſi qs ce
dētē pſequat̃,vindicet ſe vt pōt. Sed il
la tria ſupiora in operibꝰ Abrę cogno-
ſcimꝰ:quartū aūt nō ita eſt,quando eti
am circa cedentē ſeruauit affectū parē
tis:vt eū nō ſolū nō pſequeret̃,ſed etiā
captū liberaret ac erueret.Deniqꝫ cum
Apl's tria illa doceat:quartum p̃ceptis
ſuis ſoluit, qđ addiderat p̄hia. Ait em̄
cū diſcipulū vel pacificū populū infor
Rom.12. mare vellet.Si fieri pōt cū oībꝰ hoībus
pacē habētes.Deinde ſi hoc nō pōt:cer
Ibidem. te nec diſcordias nec īimicitias.Ideoqꝫ
addidit. Non vindicantes cariſſimi.In
quo tertiū illud cōcludit,vt vindicare
nos nequaq̃ velimꝰ: ſed date inqt locū
irę.Habes & quartū:vt diſcedas magis
& vindictā deo cōmittas,q̃ tibi exigas.
Nūc aūt fratres,q primi libelli ſpatiū
dilatauimꝰ:in pace cohabitātes & noſ-
metipſos per patientiam inuicem ſup-
portātes,deo autem vindictam cōmit-
tētes: finem ponamus.

LIB.I.FINIS.

# M·HVGO
de Sanct.Victo.in Secundū Librum de
Clauſtro animæ Prologus.

LOcuturus ca- A
riſſime de iis q̃
ad ædificatio-
nē clauſtri ma
terialis ptinēt:
qbuſdā forſitā
ſolito grauior
apparebo , ne-
minē tamē con
demnans , ſed
eos q remotio-
res ſunt a ſeculo laudans, monēs eos q
multa & periculoſa poſſident, docēs il
los q pauptate & humilitate gaudent.
Scio tamen multos eſſe in maioribꝰ ec
cleſiis,q licet multa poſſideant, in aliis
tamē pauptatē amāt, poſſidēt ea tanq̃
nō poſſidētes, vtunt̃ poſſeſſis quaſi nō
vtētes,exēpla pauptatis diligunt:& ea
quę de pauptate ſcripta ſunt ſtudioſe
legūt:legētes,ſeipſos conſpiciūt:& ſub
onere diuitiarū gemūt. Hi ſunt paupe
res ſpiritu nō habitu.Nos aūt ad ocu-
lum pauperes ſumus:locū mutauimus
non animū,veſtē non mentē . Sūt etiā
in maioribus eccleſiis aliqui ſublimes
oculis,inflati ſuperbię ſpiritu:q paupe
res fratres,cum ſupuenerint, ex latere
reſpiciūt:deridēt eos,detrahūt illis,va
cantes ocio,ponētes ſymbolū, quaſi ca
nes dente liuido oſſa pauperū fratrum
corrodētes: odiētes ſaccū Hieronymi,
tunicam Benedicti, matulā Eulalii,la-
chrymas Arſenii,nuditatē Pauli,olam
Heliſei.Ab his igit̃ frater chariſſime,ſi
cut ſuperiꝰ oraui, lōge fac nomē tuū.

¶De ædificatione clauſtri mate-
rialis. Cap.I.

QVoniā de ordinatione clauſtri B
materialis frater aliquid me-
diocritatē ſectando dicturi ſu-
mus:ordine congruo conſideranda no
bis quatuor occurrūt.ſcilicet qui ſint,
qui teneant ordinem,aut quid teneāt,
vbi maneant & vnde viuant.vt plures
ſint & boni propoſiti , vt cohabitandi
ſuppetāt ædificia & victui habeant ne
ceſſaria.Sit tamen in numero circūſpe

ctio,in ꝓpoſito deuotio:in ędificiis me
diocritas,in rebus poſſeſſis frugalitas.
ne ſi creuerit turba,naſcatur turbatio:
aut pro difficultate propoſiti ſurrepat
deſperatio:ne ex ędificiorũ magnitudi
ne ſubintret elatio, aut ex abundantia
1.Tim.6 rerum ſe inſerat tẽtatio.Qui enim vo-
lunt diuites fieri:incidunt in tentatio
nes & in laqueum diaboli.

¶ De numero fratrum recipien-
dorum. Cap.II.

C TEnenda eſt(vt diximus)primũ
circũſpectio in numero fratrũ:
vt tot ſimul habitent, qui ordi
nate viuere poſſint. ne vel excuſante
pauꝑtate irregulariter viuant: vel ꝑ
multitudine cohabitantiũ, neceſſitati
eorũ illicita quęrant. Qui eñ multos
congregant:neceſſe eſt vt eorum victui
multa quęrant.Sed dũ quęrunt plura,
creſcit exteriorum cura:ſparguntur ꝑ
diuerſas regiones eccleſiæ bñficia,ſpar
gũtur & fratres.ſoli inter ſeculares ha
bitant: nolentes pati fraudem, ſed iu-
dicio contendere parati.Qui vero per
cellulas duo vel tres vel etiã quatuor
aut quinq; ſimul habitãt: clauſtrali nõ
coarctantur lege, loquunt̃ & quãdo &
cui & quomodo volunt. Nec horũ ta-
men ſiue illorum vitam accuſo:ſed q̄d
in vtriſq; periculi lateat,annuncio. In
his autẽ quidã monachi,quos hęredes
beati Benedicti nouimꝰ eſſe,diſcretio-
nẽ ſeruant.vt ſi fratrum ſuꝑabundet
numerus,& detur eis poſſeſſionis locꝰ
remotior:non minus q̃ duodecim fra-
tres tranſmittunt, ne religionis opus
paucitatis negligentia corrumpatur.

¶De temperantia & cõpaſſione erga
fratres habendis. Cap.III.

D PRopoſiti noſtri deinde tempe-
rãda eſt inſtitutio:ne vel diſſo-
luti viuamus in deliciis,aut ar
duitate propoſiti deſiſtamus a cœpto.
Ait enim beatꝰ Ambroſius ſuper pſal-
mũ Beati immaculati. Quid dicam de
his?Sunt enim in nobis qui habent ti-
morem dei, ſed non ſecũdum ſcientiã:
ſtatuentes duriora præcepta quæ non
poſſit humana conditio ſuſtinere. Ti-
mor in eis eſt,quia videntur ſibi cõſu-
lere:ſed inſcientia in eis,quia non com
patiuntur naturę,nec ęſtimant eiꝰ poſ
ſibilitatem.Cõpatiamur itaq; naturæ:
nõ eſt enim extra naturę ordinẽ cõpa-
ti.nec ſic tamen vt ſit ad nimiã delecta
tionẽ carnis compaſſio,ſed ad ſuſtenta
tionem.Eſt & compaſſio de ꝓpoſito no
ſtro.Ait enim beatꝰ Auguſtinus in re-
gula quã nobis tenendã ꝓpoſuit.Si iis
qui venerũt ex moribus delicatioribus
ad monaſteriũ,aliquid alimẽtorũ,veſti
mentorũ, operimẽtorũve datur, quod
aliis fortioribus & ideo felicioribꝰ nõ
datur: cogitare debent quibus non da
tur, quantũ de ſua ſeculari vita illi ad
iſtam deſcenderint,q̃uis vſq; ad aliorũ
qui ſunt corpore firmiores frugalitatẽ
ꝑuenire nequiuerũt. Ordinet igitur
noſtri propoſiti legẽ mediocritas: quæ
nouit ęqualiter omnibus ſua partiri.

¶Vt ædificatio fratrum extra co
habitationem ſecularium fiat: &
ſit modeſta. Cap.IIII.

COngruum videtur nobis ędifi E
cia fratrũ extra cohabitationẽ
ſecularium debere cõſtitui: ne
ſilẽtium clauſtri ſiue dormitorii quies
tumultuãtis populi ſtrepitu cõturbe-
tur.ne dum lingua tacet, reſpondeat
cor: vel dũ corpus quietẽ recipit, ani-
mus ſit inquietus.Ædificia fratrũ non
ſupflua ſint ſed humilia:nõ voluptuo-
ſa ſed honeſta. Vtilis eſt lapis in ſtru-
ctura:ſed quid prodeſt in lapide cęlatu
ra? Vtile hoc fuit in conſtructione tẽ-
pli: erat enim forma ſignificationis &
exempli. Legatur geneſis in libro: non De pi-
in pariete. Veſtitur Eua ĩ pariete: pau cturis.
per autem iuxta parietem nudus accu
bat.Datur Adę tunica ꝑllicea: fratrũ
vero multitudo coarctat̃ hyemali mo-
leſtia.Liceat hoc (ſi cui licitum eſſe de
beat)illis q in vrbibus aut in vicis mo
rantur,ad quos confluit populi frequẽ
tia, vt ſimplicitas eorũ teneatur dele-
ctatione picturæ, qui non delectantur
ſubtilitate ſcripturæ. Nobis autem
qui ſolitudine delectamur: vtilior eſt
equꝰ aut bos in agro q̃ in pariete. Hic
ſatiant oculos videndo:ibi laborãt ne-
ceſſitati ſubueniendo. Hoſpitum do-
mos duas eſſe volumus.vnam quę fra-
tribus qui religionis habitum gerunt,



ſiue etiã qbuſdã pſonis ſeculariũ(quos
abbatis ſeu fratrũ prouidentia ibidem
ſuſcipiendos decreuerit) deputet̃.aliã
vero domũ remotiorẽ illis ſuſcipiẽdis
volumus eſſe deputatã:q lingua vel ha
bitu clauſtraliũ pacẽ turbare poſſunt.
Sic igitur ſeruãda ſunt tria ĩ ędificiis:
id eſt poſitio,diſpoſitio, compoſitio.vt
poſitione ſua remoueant̃ a ſecularibꝰ:
diſpoſitione vero ſeculares remoueãt:
cõpoſitione nõ ſupflua ſint ſed vtilia.

¶Quę fratribus poſſidere liceat.
Cap.V.

F AGros,vineas,ꝑcorũ greges, hor-
tos,prata,lacus nutriendis piſci-
bus aptos,fratribꝰ habẽdos cõcedimꝰ:
hęc enim victui neceſſaria prębent. De
cimas vero non recipiant: niſi de illis
quos incolunt agris.non villas, nõ ea-
rum reditus, non iura fori, non telo-
nei nũmos:non tranſeũtiũ mercatorũ
laborioſos(vt ita dicam) recipiãt obo
los.Quę eñ iuſtitia eſt, vt ſi vẽdiderit
ouẽ vidua: iure fori nũmũ reddere co-
gatur?Non obtineãt iudicis vices, nec
more principũ militibus dominentur:
ſed oppreſſis ſubueniant,& pauperum
fratrum miniſtrẽt obſequiis.Quatuor
ſunt nobis in rebus poſſeſſis obſeruan
da.ſcilicet ne licita iniuſte acquiramꝰ,
aut iuſte acquiſitis illicite pfruamur:
ne multa q̃uis licita poſſideamus, aut
illicita licite defendamus.Male eñ acq
rere aut male vti acquiſitis:de licito fa
cit illicitũ.Multa vero poſſidere,ꝓpin
quũ eſt cupiditati: & ſic quãdoq; quod
G nimiũ diligitur,male defẽdi ſolet.Duo
ſunt quę illicite acquirere ſolent,id eſt
cupiditas & ſuperbia:& duo quę male
fruuntur acquiſitis,id eſt gula & luxu
ria.Duo ſũt quę male poſſidere volũt,
id eſt prodigus & auarus.vnus vt con
greget,alter vt diſſiꝑt.Et duo quę poſ
ſeſſa defendũt, id eſt intemꝑantia &
prudentia mundi.Supbia diabolo clau
ſit cęlũ:gula primo parenti abſtulit pa
radiſum:auaritia diuiti aꝑruit infer-
nũ: intemꝑãtia vero adhuc corrũpit
mundũ.Hęc oĩa frater diuitias ſequũ-
tur.Eſt enim vitiis locꝰ in diuitiis:vir
tutũ vero ſedes humilitas:humilitatis
autem locus eſt paupertas.De qua bea
tus Gregoriꝰ. Paupertas inquit bonis
mentibus ſolet eſſe cuſtos humilitatis.

¶Q; tria ſint in cibis conſideran
da. Cap.VI.

QVoniam per eſum primi parẽ- H
tis, culpa ſumpſit initiũ: ideo
cauendũ nobis eſt,ne ſicut ille
per eſcã paradiſi meruit expulſionem,
ita & nos arceamur ab ingreſſu. Sunt
igitur tria in cibo conſideranda, id eſt
quid,& quando, & quantum comeda-
mus:ſcilicet cibi ſꝑcies,hora,& menſu
ra:ne illicitũ aut extra horã aut vltra
menſurã aliq̄d ſumamus.Illicitũ come
dit Adã ĩ paradiſo,& expellit̃: extra ho Geñ.3.
ram Ionathas,& a patre maledicit̃:po- 1.Reg.14.
pulus vero Iſrael ad ſepulchra concu- Nuñ.11.
piſcentiæ vltra mẽſuram,& occiditur.
Tranſgreditur Adam pręceptum dñi:
frangit Ionathas q̄d obſeruabat multi
tudo populi: decipitur Iſrael in ſaturi
tate cibi.Sic igit̃ trãſgreſſio meruit ex
pulſionem: negligentia voti cõmunis,
maledictionem:ſaturitas mortẽ.In his
frater quotidie decipimur: dũ murmu
rãtes in deſerto cũ Iſraele,ad ægyptias Nuñ.11.
carnes & ollas ſuſpirãtes:& p̃cepta p̃la
torum trãſgredimur,& q̄d cõmuniter
a fratribus tenetur,negligenter obſer-
uamus.Nunc trãſeamus ad ea quæ ne I
ceſſitati fratrum mediocritas concedit
habenda.Fructibus arborũ & terrę na-
ſcentibus vtant̃:butyro,aut oleo ſeu la
cte,non ſagimine eorum pulmenta cõ-
diantur.A carnibus abſtineãt: niſi aut
neceſſitate aut diſpenſatione extra cõ
uentum alicubi concedatur. Vino lice
at vti fratribus in conuentu:ſed tamẽ
vitandum ſummoꝑe nobis eſſe credi
mus(q̄d cum verecũdia dicturi ſumꝰ)
ne ſcilicet q̄d miſericorditer concedit̃,
vt a quibuſdam fieri ſolet,quaſi ex de-
bito requiratur.Nõ enim promittimꝰ,
ſed concedimus.Si aũt locus aut paup
tas q̄d concedimus negauerit: iis quæ
regio aut poſſeſſio miniſtrauerit ſine
murmure vtant̃.Nemo igitur noſtri ꝓ
poſiti obhorreat abſtinentiã:quę de oĩ
bus ciborum generibus ſolum carnis
excludit vſum,cętera vero concedit &
benigne ſubminiſtrat.In iis ciborũ ge- K
neribus quę neceſſitati fratrum licita

eſſe diximus,tria ſunt obſeruāda.i.mo
dus,mēſura & numerus.Modus,vt mo
derate vtantur appoſitis. Menſura, vt
appoſita ſuſtentationi non delectatiōi
ſufficiāt.Numerus,vt ex aliquo appo-
ſitorum reficiantur: ne abſtinentia ni-
mia caro afflicta deficiat,aut ſaturita-
te luxurietur.In menſura debet eſſe ę-
qualitas,non quantitatis ſed ſufficien
tiæ.Vnde beatus Auguſtinus.Non æ-
qualiter inquit omnibus:quia nō ęqua
liter oēs valetis. Hęc ęqualitas eſt non
quantitatis ſed ſufficientię. Tūc enim
res ęqualiter diuidiť:cum ille qui diui
dit,prout cuiqꝫ opus eſt,ſingulis parti
tur.In hoc multi multotiens decipiun
tur:cū delicatiori alicui vſum cibi lau
tioris conceſſum viderint. Non eſt(in
quiunt)hęc ęqua religio: quę ꝑſonas
recipit,diuites honorat.& ſic cōtingit
(vt ait beatus Auguſtinus) deteſtāda
ꝑuerſitas:vt in monaſterio vbi(quan
tū poſſunt)fiunt diuites laborioſi,fiāt
pauꝑes delicati.Hi menſurā quęrunt
L voluptatis,nō neceſſitatis. Quatuor ꝑ
ſimilitudinē dicuntur eſſe menſurę.i.
menſura auaritię & voluptatis,menſu
raꝫ diſpenſationis & neceſſitatis. In his
lex quę inter emētes & vendētes habe-
tur.ꝑ ſimilitudinē poteſt aſſignari. A-
uaritię menſura eſt nimia parcitas:mē
ſura vero voluptatis,ſupfluitas:mēſu-
ra diſpenſationis,benignitas:menſura
neceſſitatis,ſufficiens ęqualitas.Auari
tia ſubſtrahit neceſſitati: voluptas ex-
cedit neceſſitatē:diſpenſatio neceſſita-
ti miſericorditer addit: neceſſitas debi
tū indigentię requirit. Solēt mercato-
res quandoqꝫ duabus mēſuris vti:vna
qua vēdētes ſua diſtribuūt, quę minor
eſt:altera vero qua emētes aliena reci-
piūt,ſed hęc maior eſt. maior eſt ipſis:
minor eſt ꝓximo. Sic quidam prælati
auaritiæ & voluptatis mēſura vtētes,
nimię parcitatis vaſculo ſubiectis mi-
niſtrant:ipſi aūt pleno ſupfluitatis vtū
tur modio. Parcitatē p̄dicāt ſubiectis:
ſed ipſi voluptatē ſequunť.Sunt & alii
mercatores qui rectis vtentes mēſuris
ementi munus ex ſola benignitate mi
ſericorditer impendunt.quibꝰ benigni
tas quorūdā p̄latorū cōparatur:qui cū
ſubiectis neceſſaria ꝓuideāt,addūt etiā
quandoqꝫ minus ꝑfectis aliqua volu
ptuoſa,ne deficiant.Vtamur igitur in
domo religiōis mēſura diſcretiōis: hęc
eſt.n.mēſura quę ſingulis ſufficiēs eſt.

### De numero Ferculorū.Ca.VII.

DE numero aūt ferculorū dili- M
gens eſt habenda conſideratio
ne ſi multis offeras vnū,alicui
ſit ingratū:aut ſi numeroſitatē ferculo
rum concedas, vitiū ſuꝑfluitatis in-
curras.In diebus igiť ieiuniorum,duo
fercula cocta ſufficiāt:vt (ſicut ait bea
tus Benedictꝰ) qui nō poſſunt ex vno: Bn̄dict.
ex alio reficianť.Tertiū vero ex terræ
naſcētibꝰ,ſeu ex alio aliquo, qđ crudū
veſci poſſit.In cęteris vero diebꝰ ꝓpter
cauſam quā ſupra diximꝰ,in hora prā-
dii duo fercula cocta:ī cœna vero vnū
crudū ſeu coctū ꝓ volūtate diſponētis
habere liceat.Pręter hęc autem ſunt &
alia pietatis fercula,quę ad p̄latoꝝ diſ
pēſationem ꝑtinent. licet eñ p̄latis p̄-
ter hęc quę conceſſa ſunt, aut fratribꝰ
generaliter aut alicui de menſa ſua,ali
quod ex condeſcenſionis benignitate
trāſmittere:nec tamē eis iniuſtū vide-
ri debet quos fecit aliqua conſuetudo
fortiores:ſi minus pati valētibꝰ ſiue il-
lis ꝗ nimiū patiūtur laborē, aliquotiēs
pietas magiſtri prouideat.

### De habitu & numero veſtium. Cap.VIII.

VObis fratres diciť. Nō ſit nota N
bilis habitꝰ veſter, nec affecte-
tis veſtibꝰ placere ſed moribꝰ.
Quatuor aūt ſunt in habitu religionis
notabilia.i.vilitas & ſupfluitas,pauci-
tas & p̄cioſitas.In vilitate vana gloria
& ſimulatio,in p̄cioſitate ſuperbia aut
delectatio,in paucitate intolerātia aut
deſꝑatio, in ſupfluitate vero amor ſe
culi nō amor dei,amor palatii nō amor
paradiſi notanť.Vtamur igitur medio
critatis mēſura:& audiamꝰ apl'm dicē-
tē.Nō ī veſte inqt p̄cioſa. Et Hierony. 1.Tim.2.
cōtra Iouinianū monachū. Grādis īqt Hiero.
exultatio eſt animæ cum paruo contē
tus fueris : mundum habere ſub pedi-
bus,& omnem eius potentiam,epulas,
libidines (ꝓpter quę diuitię cōparan-
tur) vilibꝰ mutare cibis & groſſiori tu-



nica cōpenſare.De diuerſitate veſtiū a
diuerſis diuerſa dicūť.Volūt.n.qdā in
ter purpurā & ſaccū,inter ſericū & ci-
liciū linum eſſe mediū.Nos aūt qui nō
ſumꝰ de domo regia ſed de eccleſia: in
medio lanā locamus,quę nec aſperita-
te nimia quēq̄ perurget,nec multū re-
cedit a ſuauitate linee veſtis. Qui eñ
induunť mollibꝰ,in domibꝰ regū ſunt.
in deſerto vero nō veſtis ſuauitas, ſed
aſꝑitas quęri debet.Vnde beatꝰ Au-
guſtinꝰ.fateor inqt:de veſte p̄cioſa eru
beſco.Et beatus Hieronymꝰ.Saccus in
quit & ieiuniū,arma ſunt pœnitētię &
remedia peccatorū:qa inanis venter &
habitus luctuoſus ambitioſius deū de-
precanť. Sufficiāt igiť vnicuiqꝫ fratrū
noſtrorū tunicę duę,ꝑllitia vna, ſuꝑ
ꝑllitiū,ꝑlles ſiue palliū,cappa,fœmo-
ralia,caligę, ꝑdules, & ꝓpter laborem
ſcapulare. Lectualia vero hmōi erunt:
culcitra de floccis linea,capitale linthe
um,auricularium,cingulum,cultellus
ꝑcten,acus.

### De iis qui vagi & ocioſi fratribꝰ labo rantibus detrahunt. Cap.IX.

O
Pſal.127. LAbores manuū tuarū qa man-
ducabis: beatus es & bene tibi
Pſal. 72. erit. Quid aūt erit illis ꝗ in la
bore hominū nō ſunt? Ipſi nō flagella-
bunť leuibus pœnis:ſed tormētis gra-
uioribus cruciabunť.Quid aūt dicā de
eis ꝗ vagi & ocioſi vacantes fabulis &
inundātes aīę verborū:fratribus labo-
ri manuū ſtatutis horis inſtantibꝰ ſub
Pſal. 139. ſannātes detrahunt? Nūquid nō labor
labiorū ipſoꝝ oꝑriet eos? De his inor
dinate & nō ſecundū formā apoſtolicā
ambulantibus:ad Theſſalonicēſes ſcri-
2.Theſ.3 bit Apoſtolus dicēs.Denunciamus vo
bis fratres in noīe dñi,vt ſubſtrahatis
vos ab omni fratre ambulante inordi-
nate & nō ſecundū traditionem quam
acceperūt a nobis.Ipſi enim ſcitis quē-
admodum oporteat imitari nos: quo-
niam non inquieti fuimus inter vos,
neqꝫ gratis panem manducauimus,ſed
in labore & fatigatione die ac nocte
laborantes, vt noſmetipſos daremus
formam vobis ad imitandum nos. Nā
cum eſſemus apud vos, hoc denun-
ciabamus vobis:ꝙ ſi quis non vult oꝑ
rari,nec manducet.Audiuimus eñ in-
ter vos quoſdā ambulare inquiete: ni-
hil oꝑrantes ſed curioſe agentes. His
autem qui eiuſmodi ſunt denunciamꝰ:
vt cum ſilentio oꝑrātes, ſuum panem
manducent.

### Vt prælatus ſit ſapiens non negligens. Cap.X.

POſſunt hęc omnia quæ ſuperiꝰ P
diximus ordinari, ordinata ſer
uari: niſi negligētia prælatorū
prępediantur.Si eñ caput languidum
fuerit:cætera quoqꝫ membra erunt de-
bilia.Caput membra ſequūtur: & diſci
puli magiſtrum. Tria ſunt autem capi
ta:ſcilicet corporis,congregationis, &
mentis.In ſingulis ſiquidem capitibus
aures ſunt & oculi. habet enim præla-
tus oculos,quoſlibet fratres diſcretos:
qui quod in ſubiectis vident,renūciāt.
Habet & ratio mentis oculos:actuū ſci
licet & contemplationum. Debet igiť
prelatus ſapiens eſſe,nō negligēs.Ocu- Eccl's. 2.
li autem ſapientis in capite eius, id eſt
in Chriſto:vt ſe talē ſubiectis exhibeat
qualem ſe Chriſtus diſcipulis præbuit
imitādum. vt cum apoſtolo dicere poſ
ſit : Imitatores mei eſtote ſicut & ego 1.Cor.4.
Chriſti.In tribꝰ maxime prælati Chri- Q
ſtum imitari debent:quia in loco Chri
ſti ſunt,id eſt in dignitate,poteſtate &
officio.Fuit Chriſtꝰ ſacerdos,rex & mi
niſter.Sacerdos:cum in ara crucis ſeip
ſum hoſtiam daret.Rex,cum a ligno re
gnaret.Miniſter,cū Petri pedibus aquā
miniſtraret. Sacerdoti igiť dignitas,re
gi poteſtas, miniſtro cōꝑtit officium:
dignitati debetur reuerentia,poteſtati
obœdientia,officio cura.Duo igitur ex
his debenť p̄latis:tertiū ſubiectis. Re-
uerētia & obœdiētia p̄latis exhibenda
eſt a ſubiectis:cura vero ſubiectis impē
denda eſt a prelatis. Quid? nōne in his
ſubiecti p̄latos imitari debēt? Non.Sed
cū viderint p̄latos in dignitate humi-
les,in poteſtate mites,in adminiſtratio
ne curę familiaris ſeruiētes:ſint ipſi hu
miles,mites,iniūctą officia benigne ſu-
ſcipientes.Sūt enim quidā qui p̄latorū
occupationē accuſant:īgreſſus & egreſ
ſus eoꝝ dānāt.Cauſas eoꝝ ignorāt:& ſi

cognouerunt,turbāt. Conſiliis ſe inge
runt:cur,quomodo, a quo factū ſit quę
rūt.Sic Maria quæ in ſilētio debet eſſe,
Lucę.10. Marthę detrahit: & quę verba dñi au-
dire cōſueuerat,verboſitati ſeruit.Hęc
R eſt falſa Maria.Eſt eñ vera Maria & fal
ſa Maria:vera Martha & falſa Martha.
Vera Maria tacet,audit,lachrymaẗ.fal
ſa Maria conqueritur ꝙ non egrediaẗ:
ꝙ exteriora nō ordinet: ꝙ ſecularibus
non admiſceatur.Vera Maria emit vn
guentum:frequentat ſepulchrū vt vn-
gat mortuū.Emit p̄cio boni operis: fre
quētat deſiderio deuotionis:vngit ver
bo conſolationis. Falſa Maria vendit:
frequentat non ſepulchrū ſed forum.
Matt.25 Timeo autem ne cum redierit: cum fa
tuis virginibꝰ clauſam inueniat ianu-
am. Vera Martha conqueritur ꝙ ſola
miniſtret,ꝙ ſollicitudine rei familiaris
turbetur, ꝙ cum ſorore verba dñi non
audiat.Sed quid dicit ei dominꝰ?Mar-
tha Martha ſollicita es, & turbaris er-
ga plurima. Porro vnū eſt neceſſariū.
Docet Chriſtus quid ſit neceſſarium:
vnū inqt,id eſt vt idem ſemper ſit ani-
mus:ne frangaẗ aduerſis, ne proſperis
1.Reg.1. eleuetur.Hinc & de Anna diciẗ:& vul
tus eiꝰ nō ſunt amplius in diuerſa mu
tati. Vultus in diuerſa nō mutantur:
quādo mēs poſt virtutes ad vitia non
Ioan.5. inclinatur. Sic & poſt aquę motū in pi
ſcinā multi deſcendebant,& ſanabatur
Pſal.26. vnꝰ.Et Pſalmiſta.Vnā petii a dño.Vni
tas igiẗ vitę,ſanitas eſt animę.Falſa ve
ro Martha,ꝙ ſola miniſtret nō cōque-
ritur:ſed ſolis exterioribus delectatur.
Sed quia ſimilis ſimilē quęrit: vult ta-
men habere ſociā falſam Mariā.Quibꝰ
licet vnū eſſet neceſſariū,vnū tamē eſt
cōtrariū: quia cū vnitatē ſeruare debe
rent,detractioni ſtudent. Tales pręla-
torū dignitatē non reuerenẗ, nec pote
ſtatē timēt:ſed abutunẗ lege clauſtrali
& clauſtri ſtatuta turbant.

¶Qꝫ duodecim ſunt abuſiones
clauſtri. Cap.XI.

S DVodecim autē ſunt abuſiones
clauſtri qbus tota religionis ſū
ma turbatur.i.p̄latus negligēs,
diſcipulus inobœdiēs,iuuenis ocioſus,
ſenex obſtinatus, monachus curialis,
monachus cauſidicus, habitꝰ p̄cioſus,
cibus exquiſitus,rumor in clauſtro,lis
in capitulo,diſſolutio in choro, irreue
rētia iuxta altare. Immoremur igiẗ in
ſingulis:de ſingulis pauca diſſerētes.

¶De pręlatis negligentibus.
Abuſio prima. Cap.XII.

SVnt quidam qui ſciunt & poſ T
ſunt & volunt pręeſſe:quidā q
ſciūt & poſſunt ſed nolunt:q-
dā q nec ſciūt nec poſſunt ſed volūt: q
dā q nec ſciūt nec poſſunt nec volunt.
Scire & poſſe & velle, caritatis eſt vel
ſuperbię.ſcire & poſſe & nolle,humili-
tatis vel inertię.nec ſcire nec poſſe,ſed
velle,cupiditatis & ſtultitiæ. nec ſcire
nec poſſe nec velle, diſcretionis & pui
dentię. Qui enim ſciunt & poſſunt &
volunt præeſſe:ſi velint pdeſſe,carita-
tis eſt:alioquin ſuperbię. Qui vero ſci
unt & poſſunt & nolunt: humilitatis
eſt ꝙ renuūt,inertię vero cum ſciant ſi
omnino deſiſtunt. Qui aūt nec ſciunt
nec poſſunt,ſed volunt: ambitionis vi
detur eſſe ꝙ volunt:ſtultitiæ, ſi velint
qđ nec ſciunt nec poſſunt. Illi ſiquidē
qui nec ſciunt nec poſſunt nec volunt
prudenter agunt.Summa eſt enim diſ
cretio:nolle qđ nō potes,prouidere qđ
neſcis.Quatuor ex his quę prędiximꝰ, V
id eſt ſtultitia & inertia, ambitio & ſu
perbia:negligentiā generant. Reliqua
vero quatuor, id eſt puidētia & diſcre
tio,humilitas & caritas:ipſam negligē
tiam,etiā ſi nutrita fuerit, eliminant.
Ad prouidentiā ſiquidem pertinet cō
ſiliū ad diſcretionē iudicium,ad humi
litatē cuſtodia,ad caritatem diligētia.
Conſilium prouidētiæ ſeparat a bonis
mala:iudiciū diſcretionis eligit q̄ me-
liora ſunt:humilitatis cuſtodia virtu-
tū euitat damnū, diligentia periculū.
In his negligētia locū non habet. Illos
vero qui puidētię oculos ſtultitię cali
gine coopertos habent, q ab exercitio
boni opis inertes torpēt:q p cupiditatē
ad voluptuoſa diſtrahunẗ, & p ſupbiā
humilibꝰ nō cōdeſcendūt:illos dico ne
gligētia poſſidet,& eoꝝ diſſoluit actio
nes.Per ſtultitiā intrat negligētia,p in
ertiā manet:ābitiōis deſiderio paſciẗ,p
ſuperbiā regnat. Audiat igitur negli-



Ioan.10. gens paſtor:quid ſibi & diligenti paſto
ri dicatur.Bonus paſtor (inqt) animā
ſuam dat pro ouibus ſuis:mercenarius
vero fugit.Animā ſuā pro ouibus ſuis
ponit: qui periculoſum regiminis aſcē
dens locū,clauſo ſilentii oſtio, clauſtra
lium gregē in pace cuſtodit.Animā po
nit: qui ad ſuſtinenda iurgia cauſa rei
familiaris ſolus exit,qui inter adulan-
tiū & detrahentiū linguas medius in-
cedit:qui p infirmis laborat,& laborā-
tes paſcit,cōſolatur puſillanimes,& cū
X ſuperbis increpando contendit. Talis
Ioan.10. paſtor dicere poteſt:Cognoſco meas &
cognoſcunt me meę.Cognoſcunt oues
paſtorem: quē ſæpe vident pręſentem,
quē familiaritas notū,beneficentia red
dit amicū. Oues vero paſtor agnoſcit:
dum ſubiectorū mores & actus diligen
Prou.27 ter attendit.Vnde ſcriptū eſt.Conſide
ra diligenter vultū pecoris tui. Vultū
pecoris cōſiderat:qui quid ſinguli ſub-
iectorum poſſint,non ignorat,cui p cō
feſſionē corda:per circūſpectionem,ope
ra:per experientiam,quid poſſint:p effe
Ioan.x. ctum,quid velint, ratio manifeſtat. Et
vocē inquit meā audiūt.Tres ſunt pa-
ſtoris voces:ſuauis ſcilicet,dulcis,alta.
Suauis ad infirmū, ad moriētē dulcis,
ad ſurdū pertinet alta. Infirmatur aūt
qui tētaẗ,moritur qui deſperat,ſurdus
eſt qui non audit. audiūt aūt qui obœ
diunt.Audit eñ quandoq infirmꝰ vo
cem ſuauē cōſolationis, deſperās dul-
dinē obſecratiōis, ſurdus aſperitatē in
crepationis.Et ſequunẗ me meę. Oues
paſtorē ſequunẗ. Quem?Illū qui præce
dit.Quo?Ad vitā,ſi diligēs: ad mortē,
Matt.15. ſi negligens p̄cedat.Si enim cęcus cęcū
Y ducat:ambo in foueā cadunt. Quomo
do pręcedunt? vita & doctrina.Sic fiet
vnū ouile & vnus paſtor. paſtor vnus
debet eſſe in ſe,& vnus cū grege. vnus
in ſe: vt qđ docet verbis, ipleat opere:
vt per iracundiā non muteẗ a manſue
tudine,non eleueẗ proſperis,non fran-
gaẗ aduerſitate, ſed idē pmaneat patiē
tia pſeuerāte.Tenet aūt paſtor vnitatē
cū grege: qñ non diuidiẗ a ſubiectis p
p̄cioſiorē habitū,vl' p delicatiorē cibū:
dū fit vnus p cōpaſſionē cū infirmis, p
diſpenſationem cum delicatis:vt cum
Apoſtolo dicere poſſit.Omnibus oīa 1.Cor.9.
factus ſum:vt omnes lucrifacerem.Pa-
ſtor vero negligens fugit. Sunt quidā
p̄lati qui fugiūt qđ pręcipiūt.Cū one- Matt.23.
ra grauia & importabilia imponūt, &
ea digito mouere nolūt: fugiunt quod
pręcipiunt.fugiunt cum ſe ſubtrahūt:
fugiunt, cum p alienas domos vagan-
tes diſcurrunt.fugiunt,q quę ſua ſunt
quęrunt.fugiunt licet pręſentes ſint:q
cum negligentias viderint, ſe ſub ſilen
tio abſcondunt. fugiunt, qui remoti a
conuentu ſub ocio viuunt: qui a com-
muni fratrum concilio recedunt:q pra
ua agunt & reprehendi nolunt. Vnde
beatꝰ Gregorius. Libet inquit vt dum
licenter etiam illicita faciunt:ſubdito
rum nemo contradicat.Et in eodē. Cū
ctis ſe exiſtimat pręlatus amplius ſape
re:quibus ſe videt amplius poſſe. Hoc
amant: ſcilicet videri ſapientes & eſſe
potentes.hęc cauſa fuit angelicę & hu
manę ruinę.Ponā(inquit angelus) ſe- Eſa.14.
dem meam ad aquilonē.Et homini di-
xit.Eritis ſicut dii ſcientes bonū & ma Geñ.3.
lum.Timeat igitur p̄latus: qđ meruit
homo & angelus.Angelus enim cū vel
let eſſe potentior,corruit.homo cū vel
let videri ſapientior: deſipuit. Sunt &
tres ſpecies negligētium prælatorū.ſ.q
bene viuūt:& ſubiectos male viuere p-
mittūt.qdā male viuūt:& ſubiectos be
ne viuere cogūt.quidam male viuunt:
& ſubiectos male viuere volunt. Qui
bene itaq viuunt, & ſubiectos male vi
uere permittunt:exemplo quidem prę
cedunt,ſed dum corrigendo non incre
pant errantes,delinquunt. Licet enim
bene viuant:neceſſe tamē eſt vt de gre
ge ſibi commiſſo,gregis domino ratio-
nem reddant. Cur ſuſcipiunt curā gre
gis:& fugiunt pondus laboris?Si neſci
unt,cur ſuſcipiunt?ſi ſciunt & peccare
permittunt: cum ſoli bene viuere poſ-
ſent,cur mortem incurrunt?Tales prę
lati nutriunt filios Heli:qui cum mu- 1.Reg.2.
lieribus quæ obſeruāt ad oſtium taber
naculi dormiunt:qui veniētes in Sylo
ſacrificare non permittunt: ſed anteq̄
incendatur adeps,carnem crudam ra-
piunt.Quaſi filii ſunt Heli:q ſub pręla
tis bene viuētibꝰ male viuunt.Qui cū

mulieribus dormiũt: cũ vel hoc reali-
ter agũt, vel cũ carnis deſideriis ſe con
iungunt. Illos qui veniũt in Sylo ne ſa
crificent impediunt: cũ nouiter cõuer
ſos verbis & exemplis ab exercitio bo-
nę actionis auertunt. Accedi non per-
mittunt adipem: quia extincto carita-
tis igne non infundunt bonæ actioni
cordis dulcedinem. Carnẽ crudã nõ co
ctam quęrunt: quia tribulationis ignẽ
fugientes, paupertati & labori ſe ſub-
trahunt. In camino etenim pauperta-
tis decoqui ſolent vitia carnis. Carnẽ
crudam idcirco deſiderant: vt quando
& quomodo & quantũ velint ſibi co-
Z quant. Tales ſunt quidam qui morantur
in clauſtro quaſi ĩ ſylo: qui nihil aliud
faciunt, niſi qđ vel quomodo vel quan
tũ volunt. Illi vero qui male viuunt &
ſubiectos bene viuere cogũt: errãtes re
uocant, ſed fortes occidunt. Reuocant
verbis: occidũt exẽplis. Religioſi vide-
ri ſtudẽt: quia religioſos ſub ſe habẽt.
Gloriantur de eorum patientia nõ de
ſua. Qđ operari nolunt, imperant. ope
rantur ipſi: quod aliis operari licitum
non eſſe putant, ſubiectos cogunt, & a
nemine cogi volunt.

¶De diſcipulo inobœdiente. Abu
ſio ſecunda. Cap. XIII.

A INobœdientię morbus ex ſuper
bię tumore procedens: ſicut ſa
nies ex vulnere, ſic ex vlcere cõ
tẽptus emanat. Morbus inobœdientiæ
languor eſt animæ. Qui enim operari
nõ vult & poteſt: viuit, ſed languet. Vi
uit poteſtate: ſed languet voluntate.
Geñ.1. Hoc morbo primus homo languit, qui
cũ viueret poteſtate & ſanus eſſet vo-
luntate, beſtiis terrę prępoſitꝰ fuit. per
inobœdiẽtię vero culpã ſuppoſitꝰ: etiã
nunc muſcis & culicibus p poſteros ſer
uit. Quando infirmitas carnis adunatur
in tumorem: contingit quandoq; vt ge
neret languorem. Mẽs eñ carnalis per
tumorẽ ſuperbię incurrit ſępiſſime lan
guorẽ inobœdientiæ. Duę autem ſunt
tumoris ſpecies: duri videlicet & mol-
lis. Duritia tumoris in carne: eſt obſti-
natio carnalium in cõuerſatiõe. Huic
aũt tribus modis mederi ſolẽt: empla-
ſtro. i. vnguẽto, & ferro. i. exemplo boni
operis, verbo cõmonitionis, diſciplina
correptionis. Cũ.n. mẽs nõ emittit ſa-
niẽ p cõfeſſionẽ, vel ex cõmonitiõe nõ
ꝑmittit emẽdationẽ: reſtat vt ferri re-
cipiat inciſionẽ. i. correptionẽ diſcipli-
nę. Eſt aũt tumor mollis: cũ mẽs infla-
ta delectatur voluptuoſis, cũ ſectatur ociũ,
ſomnolẽtia torpeſcit. Ex his igitur lan
guor animæ naſcitur: quando duritia
obſtinationis preſſa vel mollitie diſſo
luta, mẽs ſuperba nihil operatur. Aſſu- B
mit ſibi inobœdientia quandoq; nomẽ
obœdientię, vt ſolo noĩe glorietur. Sed
quia obœdientia multis modis dicitur:
expedit vt ſermo de ea habitus altiꝰ re
petatur. Imponitur eñ nomẽ obœdiẽtię:
ꝓcepto, facto & loco: vt deſignet quod
ꝓcipitur, monſtret qđ agitur, nominet
locum in quo qs moratur. De ꝓcepto eñ
dicitur: iniũgit ei obœdiẽtiã. de facto: cõ-
pleuit eã. de loco: apud illã moratur obœ
diẽtia: cũ aliquã remotã ſeruat villam
aut cortẽ. Prima eſt facilis: ſecũda gra-
uis: tertia ad vtrũq; ſe habet. Leue.n. eſt
ꝓcipere: ſed labor eſt ĩplere. Locus vero
aliquando placet: aliquando diſplicet.
Placet quibuſdã, nõ qa abũdet fratribꝰ
ſed piſcibus. Placet quia famulis abun
dat & fabulis. Placet qa ſolus cũcta poſ
ſidet: & ſic fit vt vocetur obœdiẽtia cum
nõ ſit. Hãc obœdiẽtiã multi deſiderãt
vt extra obœdientiã eſſe queant. Mul- C
tis aũt modis hæc obœdiẽtia quæri ſo
let, i. auxilio, cõſilio, & ingenio. Auxilio
videlicet parentũ, cõſilio fratrũ: ſimu-
lationis ingenio. vt qđ minis parentũ,
vel exhortationibꝰ fratrũ nõ põt obti
neri: ſaltẽ ſimulationis ingenio poſſit
adipiſci. Hæc aũt obœdiẽtia quę cõce-
ditur alicui, parentũ exactione, ſeu fratrũ
ſeductoria exhortatione, vel etiã boni
opis ſimulatoria oſtenſione: obœdiẽtię
nomen habet, ſed re caret. Ad hãc etiã
obœdientiam aliis modis peruenitur: vt
quod illis tribus pręcedentibus nõ po
teſt, promiſſione muneris obtineatur. Sic Actu.8.
adhuc cũ Petro Simon magus moratur Actu.5.
in eccleſia: & Saphyra cũ Anania. p Pe
trũ boni ꝓlati: p Simonẽ, Ananiã, & Sa
phyrã mali ſubiecti deſignantur. Voluit
emere Simon gratiã: iſti obœdiẽtiã. A
nanias & Saphyra abſconderunt par-



tem ſubſtantiæ: iſti vero negociis incũ-
bunt acquirendę pecunię. Hæc eſt obœ
D dientia cum ſimonia. Eſt & alia ſpecies
inobœdientię, quę tamen obœdiẽtia vo
Geñ.3. catur: de qua dicitur. Quia obœdiſti vo-
ci vxoris tuę plus q̃ meę: maledicta ter
ra in opere tuo. Quatuor ſunt aũt vo-
ces: ſcilicet vxoris, mũdi, diaboli, & dei.
Pſal.84. Audiam igitur quid loquatur in me do-
minus deus: non quid loquatur diabolus
non quid loquatur caro aut mundus.
Vox vxoris: vox carnis. Vox autẽ car-
nis, voluptas. Vox mũdi, vanitas. Vox
diaboli, iniquitas. Vox dei, bonitas. Vo-
ci vxoris obœdiunt: q carnis ſuggeſtio
nibus non contradicunt. & plus voci
vxoris obœdiunt: q̃ voci creatoris. Eſt
autem vox creatoris ad ſubiectos de ꝓ
Matt.23. latis dicens. Quæ dicunt facite: quę au
tem faciunt, facere nolite. Vt peruerſis
obœdias prælatis innuit: qui etiam ma
le operantibus obœdire iuſſit: vt ſic in
1.Reg.18. grediaris & egrediaris cum Dauid ſub
1.Reg.15. Saule: & eundem honores licet repro-
bum cum Samuele. Inobœdientes igitur
& ſuperbos ſeipſos eſſe teſtantur: qui ꝓ
latis licet peruerſis non obœdiunt, & eos
non venerantur. Nec bonis tamen obœ-
dias in malo: nec peruerſis contradi-
cas in bono.

¶De iuuene ocioſo. Abuſio tertia.
Cap. XIIII.

E OCium ſtultitiã, labor ſciẽtiam
generat. Eſt autẽ labor & ociũ
interioris hominis, eſt labor &
ocium exterioris. Labor ĩterioris, labor
ſcientię: labor exterioris, exercitiũ ope
rationis. Scientiæ labor in tria diuiditur:
id eſt in laborem diſciplinę, exercitii &
doctrinæ. In pueritia labor diſciplinæ,
in iuuentute exercitii, in ſenio doctri-
næ. vt qui neſcit, in pueritia diſcat: quę
didicit, in iuuẽtute ad vſum ducat: qđ
ad vſũ duxit, in ſenio doceat. Eſt & aliꝰ
labor interior: ſcilicet cogitationis &
meditationis. vt ad requiem perueniat
contemplationis, vt ſi quid per obliuio
nem ſub nube dubitatiõis lateat obſcu
rum: fiat cogitatione liquidum, medi-
tatione liquidius, contemplatione liq-
diſſimum. Cum enim aliquid de cæle-
ſtibus offert memoria menti, priꝰ qua-
ſi confuſum in cogitatione cernitur: poſt
ea vero meditatione diſcernitur, ad vl
timum vero cõtemplatiõe dinoſcitur.
Accenditur ergo conſideratione cogi-
tatio, inflammatur diſcretione medita
tio, illuminatur cognitione contẽpla-
tio. Eſt enim cogitatio in mente, quaſi
fumus in igne: meditatio, quaſi flamma
cum fumo: contemplatio, ignis cũ flam
ma ſine fumo. Cũ autem mens ad conſi
deranda cæleſtia laborat: tunc cogita-
tio occupatione temporalium impedi-
tur, meditatio ocio conturbatur, con-
templatio curioſitate reuocatur: & ſic
fit quandoq;, vt mens ocioſa volupta-
te torpeſcat. Cũ igitur homo interior F
iacet in lectulo voluptatis, dum ſomno
torpeſcit inertię & ſomniis deludit cu
rioſitatis: conuocat & hortatur exterio-
rẽ vt inclinet aurem rumoribus, loqua
tur vana, mollibus induatur, mane come
dat, gallus cœnę terminet lectionẽ: eũ
tibus dormitum ſurgentes ad vigilias
obuient fratres: vigilantibus illis dor-
miant, redeuntibus ſurgant. Sed meliꝰ
forſitan eſſet ſi nihil dicerent: q̃ ſi ſub-
ſtractis ſyllabis aut dictionibus, oſcitã-
do pſalmos decantarent. Hęc eſt tardi-
tas ocioſorũ qui nihil operãtur ad ho-
ram: ſed ſemper comitantur moram. Hi
ſunt qui expectant cum aſino, nec aſcẽ- Geñ.22.
dunt cum Iſaac in montem: portantes
paleas & ſtimulum quę ad aſinum per-
tinent, non ignem & gladiũ quæ perti
nent ad ſacrificiũ. Ait enim Abraã ad
pueros ſuos. Expectate hic cũ aſino: ego
& puer cum adorauerimꝰ reuertemur
ad vos. Pueri ſunt pueriles ſenſus ani-
mi: qui cum aſino expectant, quia tardi
tatem ſemperamant. Duo dicuntur eſ G
ſe pueri, ocioſi videlicet & tepidi: por-
tantes ſtimulum carnis, & paleas leui-
tatis. Abraam vero, qui interpretatur pa-
ter multarum gentium, id eſt animus
genitor multarum cogitationum: aſcẽ
dit cum puero, id eſt cum corde puro:
portans ignem & gladium in manibꝰ.
Per ignem caritatem: per gladium, præ
dicationis verbum intelligimꝰ. portat
igitur ignem & gladium in manibus: q
qđ amat & qđ prędicat, implet operibꝰ.
Ego inquit & puer reuertemur ad vos.

Neceſſe eſt vt ambo redeant, id eſt vis rationis & puritas mentis: vt reuertātur ad agendā curā carnis, non in deſideriis ſed in neceſſariis. Semper eñ caro q̄rit affluētiā cibi, libertatē ocii. Neceſſaria vero impendenda ſunt: nō ſubſtrahenda. Sed ne vacet ocio dum impēditur cibus: ſequantur quę conueniūt
Eccli.33. aſino, virga ſcilicet & onus: virga correctionis & onus laboris. Inter virgam ſiquidē & onus: non eſt ocio locus. Laboret igitur homo īterior & exterior:
Matt.20 ne dicatur eis, Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Tota die ocioſi ſtant: qui oñi tēpore vitę ſuę ceſſantes a bono opere, in foro vanę gloriæ torpentes perſeuerāt. Audiant tamē prelati cauſam ocii. Nemo inquiunt nos conduxit. Nō epiſcopi, non preſbyteri populum: non abbates, non priores conuētum. Quo enim conducerent? Ad quærendum forſitan honorē non ad laborem: ad curiā nō ad vineam. Ibi agit de pōdere pecunię, nō de quantitate culpę: de examinatione argenti, non de purgatione peccati. Sūt tamen boni prelati qui operarios ad laborem conducūt: verbo enim docēt &
H exemplo præcedunt. Ad hunc laborem diuerſi veniunt: id eſt pueri, iuuenes & ſenes: & diuerſis tēporibꝰ, ſcilicet veſpere & mane & meridie. Mane pueri, meridie iuuenes, veſpere ſenes: Mane Maurus, meridie Paulus, veſpere Gentianꝰ. Hic large accipimus iuuētutem: vt nō tantum adoleſcentiam ſed etiam maturam comprehendamus ętatem. Hęc eſt
1.Cor.4. ętas labori cōgrua. in hac ętate Paulus volens redimere tempus: nō ſolū inſtabat contemplationi, ſed etiā labori. Sic
Geñ.31. etiam Iacob cum Lia & Rachel reuerti-
Ioan.11. tur in patriam: ſic Marię & Marthæ p̄cibus adiuuatur Lazarus ad vitam. Cū Rachel & Lia Iacob reuertitur: quādo aliquis deſiderio bene operādi gradiēs, actiuæ & contemplatiuę vitę ſociatur. Lazarus vero, adiutꝰ interpretat̄. Qui tunc reſuſcitatur: quando aliquis hinc bonis operibus, hinc lachrymis a morte peccati liberatur. Nemo igitur a labore excuſatur: nō pueri, non iuuenes, non ſenes. ſola tamen iuuentus portat pondus diei & æſtus: portat materialiter pondus laboris & æſtum ſolis: portat moraliter pondus carnee fragilitatis, ſuſtinet æſtum libidinis. Labore igitur manuum annihilatur pondus tentationum: ocio multiplicatur tētatio: labore caro affligitur: ocio nutritur. Iuuenis autem in ocio: quaſi iuuencus ſine iugo. qui dum non tenetur obœdiētiæ vinculo: inæqualitate fraternæ ſocietatis, quaſi bos laſciuiens, diſcurrit per deſideria proprię voluntatis.

¶De ſene obſtinato. Abuſio quarta. Cap.XV.

INter abuſiones huius ſeculi ſola maior eſt ſenis obſtinatio, q̄ morti proximus, mortis aduentum non exhorret: qui quaſi ad oſtium mundi huius poſitus foris ſpectat: nec tamen vitæ preſentis attendit egreſſū, nec ingreſſum futuræ conſiderat: Audit nuncios mortis: & credere nō vult eis. Tres ſunt eñ nuncii mortis: caſus, infirmitas, ſenectus. Caſus dubia, infirmitas grauia, ſenectus certa denūciat. Caſus mortem denunciat latentem, infirmitas apparentem, ſenectus præſentem. Ex incertitudine mortis timor, ex infirmitatis grauitate dolor, ex certitudine ſenectutis nō obſtinatio ſed humilitas ſequi deberet. Sed forſitan funiculus triplex quo ligatur ſenex: difficile rumpitur. Eccl'.4. Triplex funiculus, eſt prauæ conſuetudinis vſus, qui ex tribꝰ cōficitur: quando meditatio ſermoni, ſermo operationi ab ocioſis cōplicat̄. Dū eñ a pueritia in mēte ſenis per cogitationem ſemitā fecerit voluptas, in ſermone vanitas, i opere peruerſitas: quid aliud agitur niſi q̄ in cōſuetudinē quaſi in funem hęc tria torqueātur? Eſt autem laqueus in fune, dulcedo temporalis in conſuetudine: circumdatio funis, impedimēta ſunt carnis. Dulcedine igitur decipimur: conſuetudine ligamur. Ille autem laqueum euaſerat & funiculum ruperat: qui dicebat. Anima mea Pſal.123. erepta eſt de laqueo venantiū: laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus. Ab 2.Reg.18 ſalon vero crinibus inhærens quercui, duritiam deſignat cuiuſlibet obſtinati: qui dum patris exercitum fugeret, cōtigit vt condenſę quercui crinibus inhęreret. Abſalon pax patris interpretatur: quia pater eū licet perſequentē patiebatur. nō pax filii: qui patrē nolebat pati. Quercus, intus durior: exteriꝰ vero fragilior eſſe comprobat̄. Cui Abſalon ſuſpenſus inhęret: quia interiꝰ obſtinationem mentis, exterius vero fragilitatem carnis comitatur. Crinibus inhęrens ſuſpendit̄: quia ſuperfluitatis amore detinetur. Mulus aūt cui inſederat pertranſiit, ſed ipſe quercui ſuſpenſus ī hęſit: quia luxuria & dolus cui ſemper ſtuduerat periit, ſed pœna peccati manſit.
2.Reg.18 Tribꝰ lanceis. i. auaritia, ſuperbia, & luxuria cor eiꝰ perforatur. vnde & vſq; in hodiernum diem aceruus lapidum magnus ſuper eum p̄iicitur: quia peccatorū ſiue ſuppliciorum multitudine grauatur. Nec mirum ſi magnus aceruus lapidum ſup eū fuerit: qui p obſtinationē vſq; in finē cor impenitens geſ-
M ſit. Sūt etiā tres ſpecies obſtinatorū. Prima ſcilicet eorum qui nō penitus obſtinati ex correctione p̄ficiūt. Secunda eorum qui ex commonitione deteriores fiūt. Tertia eorū qui emendationē pro-
3.Para.33 mittunt ſed non faciūt. Ex correctione
1.Reg.25 Manaſſes factus eſt melior: Nabal ex cō-
Exo.8. monitione deterior: Pharao ex afflictione durior. Manaſſes in carcere poſitus, catenis & compedibus conſtrictus deū cognouit: quem prius liber cognoſcere noluit. Tales ſunt quidam clauſtrales: qui q̄diu ſui iuris ſunt, peruerſe viuūt. dum vero in clauſtro quaſi in carcere tenent̄ aſtricti catenis obœdientiæ ſcilicet & timoris: dum compedes etiā addūtur, quia vagari vel egredi foras nō permittuntur: fit quandoq; vt deū quē prius deſpexerant, correpti diligant: & qui fecerant de libertate ſeruitutem, faciant de neceſſitate virtutem. Quos igitur peruerſos p̄pria fecit volūtas: deuotos reddit per correptionem aliena poteſtas. Nabal vero deſignat quoſdam doctores qui ex cōmonitione ſubditorum fiūt deteriores: qui pueris Dauid cibum negant, quia pure viuere volētibus verbum dei non propinant. Tonſoribus vero ſuis conuiuium parant: q̄
N vacantes ocio, adulantiū confabulatio-
1.Reg.25 nes amant. Accuſat Nabal Dauid, & dicit. Hodie increuerūt ſerui: qui fugiūt dominos ſuos. Peruerſi q̄dē prælati dolent cum viderint numerum religioſorū multiplicari: timent cū vident Dauid id eſt bonos ſubditos vngi in regē, & Saul deiici, id eſt peruerſos prælatos honore prælationis priuari. Sed quare timent? ne & ipſi priuent̄ honoribꝰ: ne loco eorū reſtituat̄ aliq̄s melior. Et indicauit Abigail Nabal oīa verba q̄ audierat a Dauid: & emortuum eſt cor eiꝰ intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. Boni ſiquidē ſubditi peruerſos magiſtros de negligētia cōmonēt: ſed ex cōmonitione deteriores fieri quādoq; ſolēt. Et emortuū eſt cor Nabal, & factus quaſi lapis: cum aliquis morte perpetua īdurat̄ in peccatis. Poſt mortē Nabal, Abigail regina cōſtituitur: quia qui ſub peruerſo magiſtro bene vixerit, citius ad regimen animarū ſublimari p̄meretur, vt cū Dauid obtineat regnū, & cū Chriſto regnet in æternū. Miſit eñ nūcios Da- 1.Reg.25
uid ad Abigail: ipa autē ſecuta eſt eos. Nuncios Dauid Abigail ſequitur: dū q̄libet fidelis, eccleſiæ doctores vita & moribus imitatur. Sed & quinq; puellę pediſſequę ierunt cū illa. Quinq; pediſſequę eius, ſunt quinq; corporis ſenſus. qui quaſi puellę pediſſequę cū Abigail gradiuntur: dum per munditiā cōtinentię cuilibet iuſto ſeruientes obſe- O
quuntur. Pharao vero qui populū dei Exod.7.
Moyſi dimittere p̄miſit nec tamen dimiſit: illos deſignat qui vitæ melioris emendationem promittūt nec culpam dimittūt: nec tamen in columbino ſpiritu contritionem, ſed in voce coruina dilationem quęrunt. Quorum terra diuerſis plagis affligitur nec emollit̄: ſed ex conſuetudine peccandi magis ac magis induratur. Tūc enim dñs aquas in ſanguinē conuertit: cum de rerū cauſis aliquis carnaliter ſentit. Terra ranas p̄ducit: cum in aliquo garrienti dominatur vana loquacitas. Cynomyia ſiquidē & ciniphes, ſunt importuni mentis impetꝰ & canini mores. Mors pecorū, mortem deſignat cogitationū: quæ pecoribus aſſimilari ſolent, quando rationabili intellectu carent. Sic enim hō com- Pſal.48.
paratus eſt iumentis inſipientibus, & ſi

milis factus eſt eis. Sexta plaga eſt cum
tument veſicę, & corrumpuntur viſce-
ra: qđ fit dum interiora mentis tumẽt
odio & ebulliunt ira. Plaga vero grãdi
nis in fructibus, iniquitatẽ manifeſtam
deſignat in ꝑribꝰ. Plaga locuſtę eſt in
ſtabilitas animę: quę ore lędit cũ detra
hit: dat ſaltus, dum ad carnales ſe extẽ
dit affectus. Plaga ſiquidem tenebrarũ,
cęcitatem deſignat animarum: quę pal
pabiles comprobant̃, dum ꝑuerſa quę
mens cogitat, opere ꝑpetrãtur. hoc.n.
palpabile eſt, qđ manu tangi poteſt. No
ta ꝙ inter plagam grãdinis & plagam
tenebrarum, media ponitur plaga locu
ſtarũ. Ab iniquitate enim, quę deſigna-
tur ꝑ grãdinẽ, fit quaſi ſaltus locuſta
rum ad ęternę damnatiõis cæcitatem.
Nouiſſima vero plaga eſt mors primo-
genitorum. Primogenita ſiquidem mẽ
tis: ſunt moraliter voluntas & intẽtio
cuiuſlibet operationis. dum enim volũ-
tas & intentio corrumpũtur: quaſi pri
mogenita Ægyptiorũ morte ꝑcutiũ-
tur. His igit̃ plagis affligitur obſtina-
tio ſenis, qui carnalibus delectatur, lo-
quacitate gaudet, importunus & gra-
uis eſt omnibꝰ, more pecorũ pronus ad
vitia, iracundia tumẽs, ad iniurias ma
nifeſtus, ad omnia mobilis, luce verita-
tis carẽs, & ideo ſeipſum palpans.

¶ De curiali monacho. Abuſio q̃n
ta. Cap. XVI.

P Voniam de curiali monacho
pauca dicturi ſumus: notandũ
fateor vt de canonico ſeu con-
uerſo curiali eadẽ ſentiamus. Licet eñ
diuerſus ſit habitus, idẽ tamẽ debet eſ
ſe religionis affectus: vt non affectẽt ve
ſtibus placere ſed moribus. Cum ergo
dicitur curialis monachus: ex adiũcto
deſignat̃ aliqd leuitatis. Qui eñ ſecula
rium hominum conſortia diligũt, qui
ſe conſiliis principũ libẽter ingerunt, q
ſecretorum cõſcii ſunt & internuncii:
curiales poſſunt appellari. Conſilia pri
cipum ꝑuerſa: ſi ea ſcias & internun-
cius fias, timeo ne cõſentias. Ordo clau
ſtri & ordo curię diuerſus eſt valde. Ibi
Pſal. 9. ſedes in inſidiis cum diuitibꝰ in occul
tis: vt interficias innocẽtem. hic audis:
Non ſedi cum cõſilio vanitatis: & cum
impiis non ſedebo. Ibi dextera tua re- Pſal. 25.
pleta eſt muneribus: hic lauas inter in
nocẽtes manus tuas. Ibi pauperum res
violenter auferuntur: hic a pauperibꝰ
ſponte offeruntur. Ibi laudatur pecca- Pſal. 9.
tor in deſideriis animæ ſuæ. & iniquus
benedicitur: hic autem benedicitur iu
ſtus. Si vis igitur eſſe monachus curia
lis: laudas quod non debes, defendis qđ
non expedit, operaris quod nõ licet, lo
queris qđ non decet. Duæ ſunt tamen Q
curiæ principum ſecularium: quorũdã
ſcilicet qui eccleſias conſtruũt, & quo-
rũdam qui deſtruunt. Ad vtrãq; neceſ-
ſarius eſt religioſorum acceſſus: curia-
lium vero monachorum inutilis & pi-
culoſus. Hæc eſt curia Dauid: illa vero
Abſalon. In vtraq; neceſſariũ eſt conſi-
ſilium Chuſi. Lego Achitofel conſilia- 2. Reg. 15
rium Dauid quãdoq; fuiſſe, ſed tamen
receſſiſſe ab eo, & cum Abſalon ꝑmã-
ſiſſe. Locus eſt forſitan vt exquiſitiꝰ de
adducto loquamur teſtimonio. Duę ſũt
enim curiæ, Dauid ſcilicet & Abſalon.
In vtraq; pręualuit conſiliũ Chuſi, non
conſilium Achitofel. Chuſi ſilentium:
Achitofel ruina fratris ĩterpretat̃. Vir
enim linguoſus nõ dirigetur in terra: Pſal. 139.
virũ iniuſtũ mala capient in interitu.
Si autem diligis videre dies bonos: p- Pſal. 33.
hibe linguã tuã a malo, & labia tua ne
loquant̃ dolũ. Hoc eſt cõſilium Chuſi:
illud Achitofel. Lingua enim ſedet in
vdo: & facile labitur. In illa, ruina fra-
trum: in ſilentio vero pax nutrit̃, ſerua
tur Dauid ne moriat̃. Erat autem Chu
ſi vt ſcriptũ eſt amicꝰ Dauid. Sed quo- 2. Reg. 16
modo amauit eũ! Obmutui (inqt Da- Pſal. 38.
uid) & humiliatꝰ ſum: & ſilui a bonis.
Sic enim fructum ſilentii iuſtus amat:
vt etiam a quibuſdam bonis taceat. Sic
amat cõſiliũ Chuſi, vt ponat ſilẽtiũ ori
ſuo cuſtodiam: dum non loquitur niſi
ꝑ licentiam. Cantat Dauid pſalmum
pro verbis Chuſi. Verba Chuſi, verba ſi
lentii, velamen myſterii. Tria ſunt ta- R
men ſilẽtia. Silentium oris, tranquilli-
tas mentis, velamẽ myſterii. Verba pri
mi ſilẽtii, diſcreta: ſecũdi, ſecreta: tertii,
manifeſtatio myſterii. Hiſtoriam noſti:
nota myſteriũ, aſſigna moralitatẽ. Per-
ſequebatur Abſalõ Dauid, Iudas Chri



ſtum: appetitus carnis, animum. Æſtua
2. Reg. 15 bat Abſalon amore regnãdi. hæc eſt ra
dix omniũ maloꝝ cupiditas: ipſa eſt ca
put ex quo ꝑendet vitioꝝ cęſaries. Hęc
2. Re. 14. eſt cęſaries quam nutriebat Abſalon &
grauabat eũ, & nõ niſi ſemel in anno tõ
debat̃: & tunc crines ſuos ponderabat
ducentis ſiclis pondere publico. Abſa-
lon, pax patris interpretatur. Ipſe & Iu
Matt. 26 das eſt. Audi pacem patris. Qui mecũ
(inquit) intingit manũ ĩ parapſide: hic
me traditurus eſt. Audi pacẽ filii. Quẽ
cũq; oſculatus fuero: ipſe eſt, tenete eũ.
Oſculo pacẽ ꝓmittit, & affligit. Comã
Ioan. 12. nutriebat. Sed quomodo! Fur erat, & lo
culos habebat. Et ſemel in anno tonſus
eſt: q̃n ſemel triginta argenteos retulit
& in templo proiecit. Crines ducẽtis ſi
clis põderauit: qui numerus eſt immũ-
Matt. 27 dorũ: quia pœnitentia ductus ait. Pec-
caui, tradẽs ſanguinẽ iuſtũ. Si ſciret põ
deris iuſtitiã, id eſt preciũ ſãguinis: nõ
ad laqueũ curreret, ſed ad crucẽ domi-
ni humilis ꝓꝑaret. Põderauit aũt põ
dere publico: nõ pondere ſanctuarii. Po
ſuit eñ talentũ plumbi ſuꝑ qđ ſedet
diabolus: non leue põdus miſericordię
cui dñs ſupponit manum ſuam. Poſuit
pondus deſꝑationis: nõ miſericordię.
Hoc pondus apud ſe habebat: illo care
bat. & ideo forſitan q̃a miſereri noluit:
miſericordię veniã quęrere dubitauit.
Pſal. 31. Audi pondus ſanctuarii. Peccaui: deli-
ctũ meũ cognitũ tibi feci: & iniuſtitias
meas non abſcondi. Dixi cõfitebor ad-
uerſum me iniuſtitiã meam domino: &
tu remiſiſti impietatem peccati mei. Iu
ſtum pondus abundans miſericordia:
delictum ſuum cognitum facit, confite
tur iniuſtitiã: & quo plus peccatũ dete
gitur ab eo, tanto plus tegit̃ a deo. Au
di pondus publicum, pondus Cain. Ait
Geñ. 4. enim. Maior eſt iniquitas mea q̃ vt ve-
niã merear. plus ſuam malitiam, q̃ dei
miſericordiam ponderauit. Sed & appe
titus carnis cæſariem nutrit: quia cogi
tationum ſuꝑfluitatẽ producit. Quæ
cæſaries grauat mentem: dum depri-
Sap. 9. mit terrena inhabitatio ſenſum multa
cogitantem. Qui tonſus ſemel in an-
no ducentis ſiclis crines põderat: quã-
do in omi ſpatio vitę ſuæ cupiditatibꝰ
ſeculi ſemel renunciat, & hoc in fine.
Tunc.n. tãtũ ab iis quæ poſſidet ſpolia
tur: quãdo ſucciſione mortis vltimæ a
terrenis ſeparat̃. Põderat aũt plus ter-
rã q̃ cælũ: plus.n. amat eſſe in domo lu
tea q̃ in nõ manufacta quę eſt in cælis,
in tranſitoria q̃ in æterna: & hoc põde
re publico, non pondere ſanctuarii. Au
di põdus ſanctuarii: põdus Pauli. Cu- Philip. 1.
pio inqt diſſolui & eſſe cũ Chriſto. Au
di põdus publicũ. Vęh habitãtibus in Apo. 8.
terra: non illis q corpore habitãt: ſed q
corde amãt. Amet igit̃ monachus cõſi
liũ Chuſi. i. ſilẽtiũ clauſtri. Reſpuat au-
tẽ cõſiliũ Achitofel, vt nõ amet nego-
cia principum: nec ſecularium vagus
quęrat acceſſum.

¶ De Monacho cauſidico. Abuſio
ſexta. Cap. XVII.

C Ontingere q̃nq; ſolet: vt mona S
chi q curias frequentãt, cauſas
audiãt, iudicia ꝓquirãt: & ſi ali
quãdo ꝓprię cauſę neceſſitates occur-
rant, ad curiã ſecuriores recurrãt. Nec
tm̃ ſuas, ſed etiã alienas defendũt cau-
ſas: hoc amant, hoc frequentant. Amãt
decreta conciliorum, non ſecreta my-
ſteriorum. Decreta nõ pſalmos rumi-
nant: fiunt oratores in cauſis, rhetori-
cis vtunt̃ coloribus. Laudari appetũt:
q̃a pro multis loquunt̃. Sed monachus
multũ loquens, multis diſplicet. Cõiu
gia copulant illicita, licita q̃nq; diſſol-
uunt: quorũ non nouerunt patres, ata
uos nominãt, conſanguinitatis ordinẽ
narrãt, hunc ex illo deſcendiſſe confir
mant, de incertis iudicant, teſtant̃ ſępiſ
ſime quod ignorant. Si vero aliquo-
tiens illicita cõnubia cõiungũt: cõmu
nẽ vtilitatẽ ꝓ̃tendũt, eccleſiarũ quietẽ
ꝓmittunt, pacẽ populi, patrię ſalutẽ. Si
vero res ſic ad effectũ ꝑuenire nõ vale
at, monachus cauſidicus tunc parat vt
qđ alibi fieri nõ potuit, Romę fiat. Pro
pricipe igit̃ ſeculari Alpiũ frigus, Ita-
lię calorẽ libẽter patit̃: q ꝓ magiſtro ſpi
rituali multo leuiora forſitã inuitꝰ pa
teret̃. Onerat̃ chartulis, authoritatibꝰ
fultus reuertit̃: ponit diẽ cauſę: ꝑſo-
nas inducit, quę ſi velis, paratę ſunt iu
rare qđ eſt: & ſi velis, iterũ iurare quod
non eſt. Hæc ſunt principum negocia.

Audi iudiciū Ioannis Baptiſtę in conſi
Marc.6. mili cauſa. Non licet tibi habere vxorē
fratris tui. Quid igitur dicam? Nonne
magis amat monachus eſſe cauſidicus
de ſimul diſcumbētibus cum Herode:
ꝙ in vinculis & carcere teneri cū Ioan
ne? In quo conuiuio licet nō videat ca
put Ioannis in diſco: tamen videt quæ
effuſo ſanguine acquiruntur, vaccā vi
duę & porcum pauperis. In carcere prī
cipis pauper moritur: & tamen de ſub-
ſtantia pauperis comedens monachus
T principi blanditur. Sed & ego ipe cariſ
ſime quandoq; cum Herode in cōuiuio
moraliter diſcumbo: ſaltātem puellam
conſidero: caput Ioānis truncatum in
diſco conſpicio. Herodes ſiquidem pel-
Pſal.44. lis gloria interpretatur. Omnis eīm glo
ria filiarum Sion abintus: gloria vero
filiarum ſeculi deforis eſt. In conuiuio
igitur cum Herode ſedeo: cum in dele
ctatione vitiorum, vanæ gloriæ fauorē
quęro. ſaltantem conſpicio filiā Hero-
dis: dum mihi placet vanitas curioſita
tis. Hęc ſunt illa duo quę auferunt ca-
put Ioannis: vanitas ſcilicet & curioſi-
tas. Ioannes, gratia dei interpretatᷣ. Hu
ius gratiæ, de⁹ caput eſt. Caput igitur
a corpore ſeparatur: quādo aliquis nō
deo ſed ſibi aſcribit bonū qđ operatur.
Tales apud deū gratiā non inueniunt:
quia nec quęrūt. Superbi eīm apud ho-
mines: apud deū humiles gratiam quę
1.Cor.15. runt. Vnde & Paulus. Gratia dei ſum
id quod ſum: & gratia dei in me vacua
non fuit. Audit monachus cauſidicus
apoſtolū dicentem: ne repetas: audit, &
1.Cor.6. determinat. Ne repetas (inquit) cum li
tigio: non cum moleſtia proſequaris. &
tamen ſi quid ei auferatur, ſubire iudi-
cium nō recuſat: periculum periurii cū
vel aliquis ꝓ ſeipſo vel pro alio iuret,
non euitat. Inde conqueritur apoſtolus
ꝙ fraudem pati nolum⁹, ꝙ iudiciis cō-
tendamus, ꝙ ira ſuccenſi noſmetipſos
Ro.12. vindicamus, dicens. Non noſmetipſos
defendētes cariſſimi: ſed date locū iræ.
Proh dolor. Vbi vera religio? vbi perfe
ctionis integritas? vbi caritatis inueni
tur fundamentū? Forſitan in clauſtrali
bus qui ſeipos iudicātes quotidie accu
ſant: ſummi iudicis ſententiam formi-
dant dicentes. Non intres in iudicium Pſal.142.
cū ſeruo tuo: quia nō iuſtificabitur in
conſpectu tuo omnis viuens. Scrutan-
tur enim clauſtrales iudicia domini ve
ra, non ſecularia: legem domini cuſto-
diunt viuendo, meditando, amādo. Vi-
uendo puritas conſcientiæ: amando ca
ritatis perfectio ſolet adipiſci. Habet. n. V
lex clauſtraliū iudices & teſtes, atq; cō
ſiliarios ſuos. In lege etem dñi duo te-
ſtes ſunt: vita & conſcientia. duo iudi-
ces: meditatio & ſcientia. duo conſilia-
rii: amor proximi & amor dei. Bonus
teſtis, bona vita. Corā deo teſtis eſt con
ſcientia: coram hominibus vita. Cōcor
dant autem in iudicio ſcientia & medi
tatio: dum qđ fit aut quod dicitur dili
genti conſideratione ꝓuidetᷣ. Tota ve-
ro iuſtitia prędictę legis pendet ex duo
bus præcedentibus conſiliariis. Ex his Matt.22.
duobus mandatis tota lex pendet & ꝓ-
phetæ. Si quid igitur in hoc ſeculo per
fectionis eſt: in clauſtralib⁹ reperiri po-
teſt. Nec tū ſeruari poteſt īregritas: ni-
ſi diligatur paupertas. Qui enim diui-
tiis abundant, ſi cor apponant, grauan
tur curis, implicantur negociis.

¶ De habitu precioſo. Abuſio ſe-
ptima. Cap. XVIII.

IN viuēdo docet apoſtolus qua- X
lis eſſe debeat religiōis habit⁹.
Ait enim. Nō in veſte precioſa. 1.Tim.2.
Qui mollitiei mulierum precioſam ve
ſtē negat: putaſne monacho precioſio-
rem habitum concedat? Plus amat ſpō
ſus ſponſę caſtitatem ꝙ precioſam ve-
ſtē: plus ſimplicitatē ꝙ tortū crinē. Sic
immortalis ſponſus plus amat interio
rē habitū ꝙ exteriorē. Molles mollia ꝗ-
rūt: elati precioſa, delicati ſpecioſa. Ex-
terior ergo ſuperfluitas: animi nunciat
vanitatē. Iuxta regulam, qđ vilius oc-
currerit non qđ carius fuerit, emēdum
puto: vt ſit diuerſitas inter indumentū
palatii & monachi. Qui. n. mollibus ve Matt.11.
ſtiuntᷣ, in domibus regum ſunt. Loquor
qualiſcūq; canonicus de monachis. Sed Y
qd dici debeat de quibuſdā noſtri ordi
nis canonicis? & mēs & facies vehemē-
ter erubeſcūt. Lectuli eorū culcitris ful
ciuntur plumeis, lintheis & lodicibus
accurate parantur, cortinis tegūtur &



opertoriis. quod ſi forte videres: lectu-
lum ſponſæ quæ ſpōſum deſideret, for
ſitan æſtimares. Cappa canonici & cu-
culla monachi non differūt a pallio mi
litis: ſed (vt ait quidam ſapiens) miles
& monachus ex eodem panno partiun
tur cucullam & chlamydem. Non mul
tum differt habitus canonici regularis
& ſecularis: ſed ſi forte regularem vi-
deas, archidiaconum vel epiſcopum te
vidiſſe contēdas. Sed forſitan dices, de-
licatis delicata conueniunt: ex regula
teſtimonium proferens. Ait enim bea-
tus Auguſtinus. Si eis qui venerūt ex
moribus delicatis ad monaſterium ali-
quid alimentorum, veſtimentorū, operi
mentorumve datur, qđ aliis fortiorib⁹
& ideo felicioribus non datur: cogita-
re debent quibus non datur, quantum
de ſua ſeculari vita illi ad iſtam vitam
deſcenderint. Conſentimus authorita-
ti: vt detur delicato qđ ſufficiat ne de-
ficiat, non quo ſuperbiat. Audi & tu ca
riſſime beatum Auguſtinum. Non con
tingat, inquit, deteſtāda peruerſitas: vt
in monaſterio (vbi quantū poſſunt, fiūt
diuites laborioſi) fiant pauperes delica
ti. Mentior ſi nō vidi quoſdā, quorum
paupertas talis erat quādo foris erant:
ꝙ nec ipſa neceſſaria poterant inueni-
re. Et quia inuenerunt victum & tegu
mentum quale foris inuenire non po-
terant: erigentes ceruicem, voluerunt
ſociari eis ad quos foris accedere non
audebant: ſed egreſſi de paupere eccle-
ſia circuierunt ditiores vt ibidem reci
perentur: & qui ſemper veteres pannos
aut viles habere cōſueuerant, nūc ſem
per nouos aut precioſos habere cōten
dant: & qui ante conuerſionem lectulū
proprium nuſꝙ habebant, nunc ſi forte
voluntas eis fuerit eundi aliquo, orna-
Z menta lectuli ſecum portāt. Timeo au-
tem ne in huiuſmodi lectulis videātur
ſomnia vanitatis: ne ī eiſdem patiatur
animus illuſionem carnis. Sicut in ex-
teriori lectulo caro molliter volutatᷣ:
ſic & in voluptatis lectulo aīa ſpoliata
virtutibus eneruiter delectatur. In le-
ctulo igitur fluxæ mentis dum dilect⁹
Matt.9. quęritur, non inuenitur. In hoc lectu-
lo iacet paralyticus omni compage mē
brorum diſſolutus: id eſt animus ī omī
actione diſſipat⁹. In lectulo Iacob ad ca Geū.28.
put ponitur lapis, nō pluma leuitatis:
quæ vento ſuperbiæ ad aquilonem rapi
tur, cū dicitur. Ponā ſedē meā ad aqui- Eſa.14.
lonē: ſimilis ero altiſſimo. Iacob in iti-
nere ſub capite lapidē poſuit & dormi
uit: ſcalā vidit, angelos aſcendentes &
deſcendentes, & dominū innixum ſca-
læ. In itinere dormit: qui in tranſitu vi
tæ ꝑſentis oculos (quos ad concupiſcē
dum aperuerat) ab appetitu ſeculariū
claudit. Videt angelos, quanto deſide-
rio ſuper ſe deo inhęreāt: quāto carita-
tis affectu nobis infirmis condeſcēdāt.
Videt etiā dominū innixū ſcalę: vt vi- Pſal.13.
deat ſi eſt intelligens aut requirēs deū.
Nec mirū ſi hoc videat, qui caput in la
pide poſuit: id eſt mentem in Chriſto.
Audiſtis de lectulo: audite de veſtimen
to. Et induit inquit eum mater ſua ve- Geū.27.
ſtib⁹ Eſau valde bonis: quas apud ſe ha
bebat. Forſitan cum audis ꝙ induit eū
mater ſua veſtibus valde bonis: ſimili-
ter precioſis veſtiri quæris. dū legis tu
nicā Ioſeph fuiſſe talarē: conaris & tu Geū.37.
habere longiorem. An neſcis ꝙ (vt ait 1.Cor.10.
apoſtolus) omnia contingebant illis in
figura? An ignoras ꝙ in Iacob fragran
tia veſtimentorum famā deſignat vir-
tutum: in Ioſeph tunica talaris perſeue
rantiam longanimitatis? Hæ ſunt igitᷣ
veſtes quas apđ ſe habebat Rebecca, &
quibus induit Iacob cum a patre bene
diceretur: quia perſeuerans patiētia cu
ſtos eſt virtutum: vt in fine quilibet be
nedictione perfruatur. Inter illos etiā
q tunicis induuntur, voluptas pedē po
ſuit: non ꝙ camiſiis vtantur, ſed quodā
delicato panno qui vulgo ſaia dicitur.
In oſtenſione igitᷣ laneę veſtis, aſperita-
tē cōuerſatiōis oſtēdūt: ſed ī delectatio
ne delicati panni ſuauitatis mollitiē ꝗ
runt. Vidi & ego (niſi fallor) monachū
camiſiam indutū, iocantē & dicentem.
Carior eſt ſtaminia ꝙ camiſia: tunica
vero veſtiri magna eſt difficultas. Sed
forſitan dices: ꝙ infirmus fuit huiuſ-
modi, immo ſanus & petulans, & pin-
gui reſidens equo: abundans rebus, &
curias frequentans. Qui tamen ante
conuerſionis habitū, pedes ire cōſueue

rat: nec ſemper lineis induebaṫ. Et ideo
hæc abuſio non tantũ clauſtri: ſed etiã
abuſio ſeculi poteſt appellari.

¶De cibo exquiſito. Abuſio octaua.
Cap. XIX.

A N On negat religio quod requi-
rit neceſſitas naturę: prohibet
tamen qđ appetit ſuperfluitas
gulæ. Cauſari etenim ſolẽt quidã ſecu-
lares: ꝙ tã diuerſis & tã delicatis vtun
tur cibis: ꝙ tam magno labore cibꝰ cõ-
ficitur, & tam cito deglutitur. Nec mi
nus forſitan cauſari debẽt quidam reli
gioſi: qui delicatiores poſſũt appellari.
Qui enim delicatiora quęrunt: delica-
tiores dici poſſunt. Cũ enim legas deli
1. Reg. 14. quiſſe Ionathã in guſtu mellis, Eſau in
Geñ. 25. edulio lentis, Sodomitas in ſaturitate
Ezec. 16. panis: putaſne ſine periculo eſſe tot car
niũ ferculis, tot piſcium generibus, tot
frixurarũ diuerſitatibus delectari? Nõ-
ne ſic differt palatiũ a refectorio: ſicut
ægyptus a deſerto? Si igitur in deſerto
Exod. 16. ſumus: mirandum ne eſt ſi ollas carniũ
ſuſpiramꝰ? Ollas carnium ſuſpirat: quẽ
carnis deſiderium tentat. Iſti autẽ qua
re ſuſpirent: qui ollas carnium ſemper
Pſal. 77. habent? Adhuc eſcæ (inquit) eorũ erãt
in ore ipſorum: & ira dei aſcẽdit ſuper
1. Cor. 6. eos. Eſca em̃ ventri & vẽter eſcis: deus
autem & hunc & has deſtruet. Occidit
enim pingues eoꝝ & electos Iſrael im-
Philip. 3. pediuit: & quorum deus venter eſt, &
gloria in confuſione eorum. Per ſimili-
tudinem ſępe ſcriptura loquitur: vt qđ
in re aliqua diſcerni non poteſt, in con
B ſimili diſcernatur. Per ſimilitudinẽ deo
venter comparatur, cum dicitur: quo-
rum deus venter eſt, & gloria eorũ in
cõfuſione. Solent enim diis templa con
ſtrui, altaria erigi, miniſtri ad ſeruien-
dum ordinari: immolari pecudes, thu-
ra concremari. Deo ſiquidem ventri tẽ
plum eſt coquina, altare mẽſa, miniſtri
coqui, ĩmolatę pecudes, coctę carnes, fu-
mus incẽſorum, odor ſaporum. Hæc in
Hieruſalem non conſtruunṫ ſed in Ba
bylone: quia quorum deus venter eſt, &
4. Re. 15. gloria eorum in confuſione. Ipſe eſt em̃
princeps coquorũ qui muros Hieruſa-
lem deſtruxit: qui tranſtulit vaſa domi
ni in domũ regis Babylonii, & fecit va
ſa templi, vaſa palatii, & (vt verius di-
cam) vaſa menſæ diuinæ fecit vaſa co-
quinæ. Ait enim Apoſtolus. Templum 1. Cor. 3.
enim dei ſanctũ eſt: qđ eſtis vos. In hoc
templo vaſa ſunt corda, quæ tunc ſunt
vaſa templi dñi, cũ plena virtutibꝰ pla
cent diuinæ voluntati. fiunt autem va
ſa palatii: quando placere deſiderãt cui
libet humanæ poteſtati. Fiunt etiã va-
ſa coquinę: dum cor qđ prius ſobrieta-
ti ſeruierat, poſtea ſeruit gulę. Vñ Hie
remias. Qui nutriebanṫ (inquit) in cro Thre. 4.
ceis: amplexati ſunt ſtercora. Crocus in
oriente naſcitur: & colorat & ſaporat.
In croceis igitur nutriuntur: qui ĩ ini-
tio conuerſionis ſuæ interius ſapore
virtutum reficiũtur, exterius vero bo-
ni operis exemplo colorantur. Sed hi q
ſic nutriuntur in croceis, amplexantur
ſtercora: dum poſt ſobrietatis & conti-
nentiæ vitam, reuocat eos ventris cu-
ra. Et fit quandoq;, vt qui in ſua domo
ante conuerſionem ſobrie vixerat: poſt
modum in monaſterio guloſus fiat. Pla
catur deus venter diuerſorum hoſtiis
ferculorũ: inclinat aurem rumoribus,
excitatus ſaporum generibus, demulce
tur confabulatione non oratione, ocio
gratulatur, ſomnolẽtia delectatur. Per
ſimilitudinem igitur deo vẽter aſſimi-
latur: dum ei tanta deuotione ꝑ oĩa
ſeruiatur. Habet itaq; monachus cano
nicos & conuerſos, qui ei obnixius ſer-
uiant, eos videlicet qui ſub ocio in ec-
cleſia dei remiſſe viuunt: qui non quæ-
rũt ſecretas orões, ſed fabuloſas ocio-
ſorum confeſſiones. inter quos non au
diuntur ſingultus & ſuſpiria compun
ctę mentis: ſed riſus & cachinnationes,
& ructus ingurgitati ventris. Miſerabi
lior inter alias abuſiones hęc abuſio: vt
delicatius in eccleſia q̃ in domo ꝓpria
vixiſſe conuincaris, & dicatur de te, Pa Iob. 24.
uit ſterilem quę non parit: & viduæ be
ne non fecit. Sterilis quę non parit, ca-
ro eſt: quę iuxta verbũ domini, nõ pro- Ioan. 6.
deſt quicq̃. Vidua vero eſt anima: quæ
ſponſo viduata eſt cęleſti. Cui bene nõ
facit: q inutilis carnis cõcupiſcẽtiis de
ſeruit, & animę curã in excolendis vir
tutibus non attendit.

¶De rumore ĩ clauſtro. Abuſio nona. Ca. XX.



C N Orunt aliqui, ꝙ affluentiam ci
borũ comitari ſolet inundatio
verborũ. Norunt etiam multi:
ꝙ ſaturitatem ventris ſequitur leuitas
operis & vanitas mẽtis. Scriptũ eſt em̃.
Exo. 32. Sedit populus manducare & bibere, &
ſurrexerunt ludere. Ludere inquit non
legere. Sunt enim quidam qui poſt deli
cati cibi diuerſa fercula, cũ in clauſtro
ſedeãt, non lectioni & ſilẽtio, ſed rumo
ribus & curioſitati vacant, qui locũ &
tẽpus loquendi & tacendi nuſq̃ & nun
q̃ ſeruant: ſed inſtabiles & ocioſi nunc
hos, nũc illos ad colloquiũ vocãt. Pone
Pſal. 140 (inquit Pſalmiſta) cuſtodiã ori meo: &
oſtiũ circũſtantiæ labiis meis. Oſtiũ di-
xit nõ murũ. Si enim murus poneretur
loquendi licẽtia omnino negari videre
tur. Sed oſtium poniṫ: qđ tẽpore & lo-
co claudiṫ & aperiṫ. Eſt tẽpus & locus
loquendi & tacẽdi. Aperitur itaq; oſtiũ
in clauſtro hora conſtituta lectioni, in
capitulo confeſſioni, in eccleſia oratio-
ni. Claudiṫ iterũ in clauſtro confabula
tioni, in capitulo excuſationi, in eccle-
ſia vanę modulationi. Hoc oſtium clau
ditur ſępius fratribꝰ nouiter cõuerſis,
tepidis & peruerſis. Aperitur tamen eiſ
dem propter neceſſitatẽ operis, vel ad
doctrinã ordinis, ſeu ad ædificationem
mentis. Poteſt hoc oſtiũ appellari licen
tia loquendi: quę aperitur aut claudiṫ,
cũ datur aut negaṫ. Per hoc oſtiũ ſæpe
introeunt: qui oſtium mentis frangũt.
faſcinatio em̃ nugacitatis ſeducit cor.
D Cauẽdum eſt tamen ne hoc oſtium pa-
Iob. 1. teat vento venienti a regione deſerti:
ne domus quatuor angulis cõcuſſa ſub
uertatur, & filii Iob oppreſſi moriãtur.
Deſerti regio, eſt dęmonũ ſeu peruerſo
rum fratrum a deo derelicta multitu-
do. a quibus ventus venit, id eſt grauis
tentatio irruit: quæ a trãquillitate cõ-
ſcientiam ſubuertit. Domus vero men
tis, quæ quatuor angulis, id eſt pruden
tia, temperantia, fortitudine & iuſtitia
conſtituitur: quandoq; vento tentatio
nis ſeu turbine verborum quaſſata tur
batur. Sæpe etem̃ per ignauiam pruden
tia, per delectationẽ temperantia, forti-
tudo per timorem, iuſtitia per amorem
franguntur. quibus quaſſatis, virtutes
animi, ſcilicet ſapientia, intellectus, con
ſilium, fortitudo, ſcientia, pietas & ti-
mor moriuntur, quando a ſuis contra-
riis feriuntur. Obruitur enim ſapien-
tia per ſtultitiam: intellectus, per hebe-
tudinem: conſiliũ, per pręcipitationem:
fortitudo, per timorem: ſcientia, ꝑ igno
rantiã: pietas, per duritiam: timor ꝑ ſu-
perbiam. Sed ab hac ruina puer euadit,
qui beato Iob nunciet: id eſt diſcretio
mentis, quæ cum animo agit, vt qđ per
dere cœperat, pœnitudo conſeruet. Hi
ſunt rumores clauſtraliũ: ad quos non
pertinent bella principum ſecularium,
ſed pugnę tentationum. Delectare igi-
tur cariſſime his rumoribus: non exte-
rioribus. Venerat & alius nuncius ad E
beatum Iob qui diceret. Chaldæi fece- Iob. 1.
runt tres turmas & inuaſerunt came-
los, & tulerunt eos: necnõ & pueros oc
ciderunt gladio: & effugi ego ſolus vt
nunciarem tibi. Chaldæi, feroces id eſt
dæmones: cameli, bonas terrenarũ rerũ
diſpẽſationes: pueri cuſtodes, ſollicitas
circũſpectiones: nũcius qui euadit, diſ-
cretionẽ deſignat animi. Camelus par
tim mũdum animal, quia ruminat: par
tim immundum, quia vngulam non di
uidit: bonas terrenorum diſpenſatio-
nes ĩnuit. quas diabolus modo torpen-
ti, modo præcipitata actione ferit: mo-
do pigra vel immoderata locutione cõ
fundit: pene autem ſemper nimiis cogi
tationum molibus premit. Sic igitur
Chaldęi tribus turmis camelos rapiũt:
quando illicita cogitatione, ſuperflua
operatione, inordinata locutione curas
diſpenſatorum confundunt. Sæpe autẽ
quid ſibi, quid proximis debeat atten-
dit: nec per immoderationem ſollicitu
dinis aliorũ, ſe negligit: nec per ſui cu-
ram, alioꝝ poſtponit. ſed cũ hęc vtraq;
ſolerter agit: aliqua ſubito cauſa emer
git quæ omnes circũſpectiones obruit.
& ſic ſola diſcretio animo damna nun-
ciat: & quaſi dominum ad lamenta vo-
cat. Audi igitur cariſſime quid tibi nũ
ciet puer q euaſit: id eſt puritas diſcre-
tionis quid nunciet menti. Audi dãna
camelorum, & caſum puerorum. Hi ra
piuntur: illi moriuntur. Auferũtur cu
ræ diſpenſationum: dum per negligen

tiam ꝑit puritas circũſpectionũ. Gau-
dent multi clauſtralium cum de regi-
bus fabulantur: dum caſus militũ nar-
rant, dum pro illis loquũtur a quibus
non agnoſcũtur. multorum partes de-
fendunt, pro multis iraſcuntur, ꝑ mul-
tis litigant: ignorant tamen ꝗd negant
F aut affirmant. Si autem de regibus ſer-
mo eſt: docet lectio clauſtri regum cer-
tamina, caſus & euẽtus bellorum, quo-
modo moriatur Saul, quis eiꝰ mortem
2. Reg. 1. nunciauerit Dauid. Cum enim reuer-
teretur Dauid a cęde Amalech & ma-
neret ĩ Sicelech: venit homo de caſtris
Saul ad Dauid: dixitq́ ad eum Dauid.
Vnde venis? De caſtris Iſrael, inqt, fu-
gi. Quod eſt verbum, inquit, quod factũ
eſt? Qui ait. Saul & Ionathas filius eius
interierunt. Vnde ſcis inquit ꝙ mor-
tui ſunt? Et ait adoleſcẽs. Caſu veni in
montẽ Gelboe, & Saul incumbebat ſu-
per haſtam ſuam: & conuerſus poſt ter-
gum ſuum vidẽſq́ me vocauit. Cumq́
reſpondiſſem aſſum: dixit. Quiſnam es
tu? & aio ad eũ. Amalechites ego ſum.
Sta, inqt, ſuper me & interfice me: & in-
terfeci eum. Hi ſunt rumores ruminã-
di clauſtralibus. Cum enim reuerterẽt
Dauid a cęde Amelech, venit ad eũ ho-
mo de Caſtris Saul: quia dum poſt mor-
tificationem vitiorum iterũ carnis ap-
petitus non tantũ proprios lapſus nũ-
ciat, ſed etiam defectꝰ aliorum narrat:
fit vt per exempla maiorũ ad volupta-
tem carnis inclinet mẽtes aliorꝝ. Quos
enim Saul niſi ſuperbos in eccleſia prę-
latos ſignificat? qui ab humero & ſur-
ſum eminere ſibi vidẽtur ſuper vniuer-
ſum populum. Qui in mõte Gelboe ab
Amalechita percuſſus occumbit: dũ in
monte ſuperbię poſita, per diuerſa car-
nis deſideria mens fluxa decurrit. Sup
Saul vt eũ occideret Amalechites ſte-
tit: qa animus cui carnis delectatio do-
minatur, cito perit. Sed tu cariſſime p̃-
cipe vni de pueris tuis, id eſt ſpũi purę
diſcretionis: vt interficiat in te Amale-
chitam iſtum, qui auſus eſt manũ mit-
tere etiam nunc quotidie in Chriſtum
domini. Hæc enim multum nocẽt prę-
latis: amor ſcilicet propriæ excellẽtiæ,
G & voluptas carnis. Audire forſitã vel-
les cariſſime rumores pacis non belli,
concordiæ non diſcordię. Regina Saba 3. Reg. 10
nouit rumores huiuſmodi: quę audita
fama Salomonis ingreſſa Hieruſalẽ, lo-
cuta eſt ei vniuerſa quę habebat in cor-
de ſuo: & ille docuit omnia quæ propo-
ſuerat. videnſq́ ciuitatem quã ędifica-
uerat, & cibos menſę eius & habitacu-
la ſeruorum, & ordinem miniſtrantiũ,
& veſtes eorũ, & pincernas, & holocau-
ſta quæ offerebat in domo domini: Ve-
rus eſt inquit ſermo quem audiui ĩ ter-
ra mea ſuper ſermonibus tuis & ſapiẽ-
tia tua. Non credebam narrantibus mi-
hi, donec ipſa veni, & vidi oculis meis:
& probaui ꝙ dimidia pars mihi nũcia-
ta non fuerit. Maior eſt ſapiẽtia & ope-
ra tua: ꝗ rumor quem audiui. Saba, ca-
ptiua: vel (vt quidam volunt) conuer-
ſio vel incenſio interpretatur. Dum. n.
aliquis ſub lege peccati adhuc in ſecu-
lo poſitꝰ tenetur: audita fama Salomo-
nis ꝑ verbũ prædicationis ad dominũ
conuertitur: conuerſus, igne caritatis
accenditur. Et ingreſſa Hieruſalẽ cum
incipit diligere pacẽ: locuta eſt ei vni-
uerſa quę habebat in corde ſuo per con-
feſſionem: & ille docet oĩa verba quæ
propoſuerat, ſi pœniteat: habere remiſ-
ſionem. Videt regina Saba ſapientiam
veri Salomonis, quã oſtendit nobis per
humilitatem filii: videt domum eccle-
ſiæ, quam quotidie ædificat per gratiã
ſpiritus ſancti. Videt cibos mẽſę & ha-
bitacula ſeruorum: id eſt intellectus di-
uerſos ſcripturæ, & congregationes re-
ligioſorum. Videt ordinem miniſtran-
tium: id eſt ſtatuta recte viuentiũ. Cõ-
ſiderat etiam veſtes, martyrum ſcilicet
& confeſſorum carnes: has purpureas
rubore proprii ſanguinis, illas vero ni-
gras exercitio laboris, ſeu pallidas mor-
tificatione carnis. Videt pĩcernas: qui
cum cibo prædicationis propinant vi-
num compunctionis. Accendit etiã ho-
locauſta: quæ offeruntur in ara cor-
dis cõtribulati. Sed cum hæc videt ani-
mus nouiter conuerſus: dicitur de eo
quod ſequitur: & nõ habebat vltra ſpi-
ritum. Habebat, & non habebat. Habe-
bat enim ſpiritum humiliatum nõ ela-
tum, ſpiritum gratiæ non nequitię, ſpi-



ritum dei non ſpiritum mundi. Verus
eſt (inquit) ſermo quem audiui in ter-
ra mea: & non credebam narrantibꝰ mi-
hi. donec ipſa veni, & vidi oculis meis,
& probaui ꝙ media pars mihi nuncia-
ta non fuerit. Parũ itaq́ videtur capti-
uo liberato conuerſo & accenſo audire
prædicationẽ, niſi veniat per affectũ: vi-
dere per cognitionem, niſi probet per ef-
fectum. Cum eñ videt in domo cõuer-
ſionis bona contemplationis, & recogi-
tat in ſe ea quę audierat adhuc in ſecu-
lo poſitꝰ de bonis actiuę vitę, opera ſci-
licet miſericordię, benignitatis & con-
cordię, pondus laboris, afflictionem car-
nis, vilitatem cibi, quietẽ ſilentii: & ite-
rũ attendit per contemplationem, futu-
ræ vitę p̃mia, vbi erit iuſtis æterna bo-
nitas, felix æternitas, gaudium ſine do-
lore, quies ſine labore: cum ĩquã hæc vi-
det, dicit. Media pars mihi nũciata nõ
Lucę. 10. fuerat. An neſcis quia Maria meliorem
partem elegit, quæ nõ auferetur ab ea?
Quanto meliorem & longiorem, tanto
maiorem. In actiua ſiquidem vita finis
eſt in labore: in cõtemplatiua vero nec
defectus in bonis, nec terminus in dile-
ctione.

De lite ĩ capitulo. Abuſio decima.
Cap. XXI.

H INfirmitati mortalium oĩpo-
tens deus benigne prouidẽs, in
eccleſiis ĩſtituit tria; ſcilicet me-
Lucę. 10. dicos, loca, remedia. Hęc tria deſignan-
tur per ſamaritanum, per ſtabulum, per
vinum & oleum. Medici ſunt prælati:
loca, capitula: modi pœnitentiæ, reme-
dia. Attende igitur in ſamaritano prę-
latum, in ſtabulo capitulum, in infuſio-
ne vini & olei fomentum conſolatiõis
& aſperitatem correptionis. In hoc ca-
Ioan. 5. pitulo eſt etiam piſcina compũctionis:
in qua ſanatus eſt infirmus poſt cõmo-
tionem verę confeſſionis. Nec tamẽ ſa-
natur niſi vnus. Niſi enim aſſit vnitas:
deeſt ſanitas. Qui igitur amant litẽ: de-
ſtruunt vnitatem. Intolerabilis igitur
hæc abuſio: vt ibi litiges vbi teipſum
accuſare debes: vt ibi augeatur culpa
vbi deleri poteſt: vt vbi contemnis vi-
carium Chriſti contemnas Chriſtum.
Lucę. 10. Ait enim ipſe de prælatis. Qui vos ſper-
nit, me ſpernit. Sed forſitan dicet aliqs.
Religioſum pati poſſum magiſtrũ: ſed
cum negligentiam prælatorũ conſide-
ro, obœdire contemno: cum video fra-
tres meip̃o deteriores, accuſationes eo-
rum pati nolo. Cum dicis fratres teip-
ſo deteriores: deterior factus es. Quare
contemnis magiſtrum? An neſcis Chri- Mat. 27.
ſtum coram Pilato iudicatum? An ne-
ſcis regem cæli a militibus in terra fla-
gellatum? Tulit Chriſtus crucem ꝑ pec-
catis tuis, nõ pro ſuis: & tu virgam re-
nuis? Flagellari nõ erubuit corã popu-
lo: & tu dedignaris ſpoliari coram ma-
giſtro? Accuſatur Chriſtus & tacet co-
ram militibus, vt daret nobis exemplũ
patientiæ: accuſaris & tu, & litigas, vt
ſis exemplum fratribus peruerſitatis &
malitiæ. Quare ergo reſiſtis ſpiritui ſã-
cto? Spiritui ſancto reſiſtunt, qui obdu-
rata mente pœnitere nolunt, qui veri-
tati contradicunt & humilitatem con-
feſſionis ſpernunt. Si in hoc perſeueras:
in ſpũm ſanctum peccas. Sed qui peccat Lucę. 12.
in ſpiritum ſanctum: non remittetur ei
neq́ in hoc ſeculo neq́ in futuro. Qua- I
re ergo in loco remiſſionis inducis li-
tem contradictionis? Hic eſt locus dia-
bolo præ cæteris odioſus: hic amittit
quos alibi acquiſiuit: hic eſt eñ locus
ſpiritui ſancto cõſecratus. Vbiq́ pater,
vbiq́ filius, vbiq́ ſpiritꝰ ſanctus: ſed ta-
men (vt diximꝰ) iſte locus ſpiritui ſan-
cto dicitur eſſe deputatus. Poſſunt eñ
quædam de perſona filii dici: quæ non
debent dici de perſona ſpiritus ſancti.
Incarnatio ſiquidem pertinet ad filiũ:
nec incarnatum legimus ſpiritum ſan-
ctum. Sic etiam ad ſpiritum ſanctũ p-
prie pertinet remiſſio peccatorum. Di-
uerſę perſonę, idem deus, vna eſſentia:
& ideo ſecundum diuerſitatẽ perſona-
rum, diuerſa ſingulis aſſignantur offi-
cia. Conſideratur etenim in patre pie-
tas miſerationis: in filio, affectus redẽ-
ptionis: in ſpiritu ſancto benignitas re-
miſſionis. Motus ſiquidem pater pieta-
te, miſit filium vt redimeret, promiſit
etiam ſpiritum ſanctum in quo peccata
dimitteret. Videſne quomodo perti-
net ad patrem poteſtas mittentis, ad fi-
lium humilitas obœdientis, ad ſpiritũ

ſanctum remiſſio pœnitentis? Eſt igi-
tur capitulum officina ſpiritus ſancti:
in qua filii Dei congregantur vt ei re-
concilientur. Noli eſſe frater quaſi Sa-
Iob.1. than inter filios dei. Inter filios dei Sa
thã dicitur: qui fratres ſuos cõturbat,
qui fratribus detrahit,& eiſdem male-
K uolus inſidiatur. Sathã, aduerſarius in
terpretatur. Et Sathã eſt qui magiſtro
contradicit:& fratribꝰ aduerſatur. Ad
quem dicit: Vnde venis? De eo quærit
vnde veniat, qui nunq̃ eſt ſtabilis: ſed
ſemper inſtabilitatẽ amat. Vnde & ſub
ditur. Circuiui terram & perambulaui
eam. hoc enim ſolẽt peruerſi fratres fa-
cere: officinas, parẽtum domos, vicinas
eccleſias vagando circuire. Sed cum Sa
thanas a facie domini exiit, beato Iob
& ſubſtantiæ eius moleſtus fuit: qa qui
dam fratres peruerſi & cum remanent
in clauſtris & cum exeunt, bene viuen-
tibus intus & exterius moleſti fiũt. Sci
to tamen q̃ quicquid intus & exterius
delinquitur: in capitulo per cõfeſſionẽ
relaxatur. Hæc eſt domus vicina para-
diſo. De domo etenim confeſſionis fit
tranſitus ad beatudinem ęternæ pacis.
L Tres ſunt itaq; domus in quibus hoſpi
tamur egreſſi de carcere antiq hoſtis:
domus ſcilicet miſericordię, domꝰ obœ
dientiæ, domus indulgentiæ. In domo
miſericordiæ, apud patrem ſuſcipimur
per pietatem viſitati: in domo obœdiẽ-
tiæ, apud filium per paſſionem redem-
pti: in domo indulgentiæ, apud ſpiritũ
ſanctũ per gratiam a peccati iugo libe-
rati. Prima domus, renunciantibus pec
cato affinis eſt Ægypto. Secũda domꝰ,
pficientibus in bono proxima eſt deſer
to. Tertia, delectantibus in dño coniun
cta eſt paradiſo. Eſto igitur humilis: vt
ſis in paradiſo ſublimis. Noli quęſo eſ-
ſe in capitulo ſicut Sathan ĩ cælo, vel ſi
cut Adam in paradiſo. Vnus eñ deſpe-
rat: alter excuſat. Tanto autem Sathã
deterior: quanto deſperatior. An neſcis
Sathã expulſum a capitulo cæli, Adam
a capitulo paradiſi, Iudam a capitulo
Chriſti? Primum capitulum fuit in cœ
lo, Secundum in paradiſo, Tertium in
horto. In vnoquoq; tamen prçerat deꝰ.
In primo, prima culpa ſuperbiæ: In ſe-
cundo, inobœdientiæ: In tertio, auari-
tiæ & infidelitatis. De primo dicit: Po- Eſa.14.
nam ſedem meam ad aquilonem: & ero
ſimilis altiſſimo. De ſecundo dicit. De Geñ.2.
ligno boni & mali ne comedas. De ter-
tio dicitur. Et retulit triginta argen- Mat.27.
teos & proiecit in templo. Pœna culpę
primæ, caſus: ſecundæ, labor: tertiæ, la-
queus. De prima dicit. Vidi Sathanã Lucę.10.
quaſi fulgur de cælo cadentem. De ſe-
cunda. In ſudore vultꝰ tui veſceris pa- Geñ.3.
ne tuo. De tertia. Laqueo ſe ſuſpendit: Mat.27.
& crepuit medius. His tribꝰ tres clau-
ſtralium aſſignantur ordines: hi videli
cet qui ſedem prælationis quærunt, &
illi qui nec pręeſſe poſſunt nec obœdi-
re volunt: alii autẽ qui familiares ma-
giſtris loculos portãt,& in occulto de-
trahentes magiſtros cruciant. Quid?
nocet ne dignitas, poteſtas,& familia- M
ritas? Creatus in tanta dignitate ange
lus vt Lucifer vocaretur: non attendẽs
dignitatem creatoris, caſurus ſedem
quęſiuit elationis. Sic quidam clauſtra
lium dum generis nobilitate præemi-
nent, dum literarum ſcientia pollent,
dum voce modulationis placent, dum
in qualibet artium cæteros fratres prę
cellunt, elationis ſedem petunt: & qui
ex dono tanti muneris humiliores eſſe
deberent, contra debiliores & illitera-
tos ſuperbi tument. Noſtis etiam pote
ſtatem primi parentis: qui cum in ho- Pſal.48.
nore eſſet non intellexit. ſed dum ſuo
creatori obœdire contempſit: creaturę
cui præpoſitus erat, ſubditus fuit. Sic
quidam ex data ſibi poteſtate quando-
q; ſuperbiunt,& licet eis alii obœdiãt,
ipſi tamen obœdire prælatis nolũt. Vn
de igitur proceſſit deiectio in dignita-
te, vnde ſubiectio ĩ poteſtate, vnde tur
batio in familiaritate? Vnde iterũ ma-
lũ in angelo: cũ nec pręceſſiſſet nec tũc
eſſet? vnde peccatũ in primo homine:
cum melius deberet credere præcepto
creatoris, q̃ ſuggeſtionibus antiqui ho
ſtis? Quomodo contigit vt Iudas qui
intantum fuerat familiaris: in malum
conſenſerit Iudęis? Quare iterũ Chriſtꝰ
intãtum fecit eum familiarem ſibi: quẽ
nouerat inter diſcipulos deteriorem?
Quo digredior? Quo aſcendo? Altio-



ris eſt eñ hoc operis & ſubtilioris. Scio
tamen q̃ ſi veniret ſathanas ad capitu
lum confeſſionis: impetrare poſſet idul
gentiam remiſſionis. Sed ne deſperaret
homo: cum audiret angelũ tantę digni
tatis deſperaſſe, hominem tãtæ poteſta
tis peccaſſe, diſcipulũ tantę familiarita
tis apoſtataſſe: oſtendit nobis deus exẽ
pla quorũdã qui peccauerũt nec deſpe-
Mat.26. rauerunt, ſed amici dei facti ſunt. An
Ioan.20. ignoras Petri negationẽ? an neſcis Tho
Lucæ.7. mæ dubitationem? Nonne poſt culpam
dilexit Mariam? Amat Chriſtus confi-
tentium humilitatem: nõ ſuperborum
obſtinationem, qui declinant cor ſuum
Pſal.140 in verba malitię ad excuſandas excuſa
tiones in peccatis. Sed tu benigniſſime
domine inclina cor meum ad faciẽdas
iuſtificationes tuas in oñi tempore: ne
declines cor meum ĩ verba malitiæ ſed
Proũ.18. iuſtitiæ. Iuſtus enim ĩ initio accuſator
eſt ſui. Quid eſt qđ celare vis illi quem
nihil latet, cui omne cor patet, qui vi-
det in abſcondito, qui nouit cogitatio-
Geñ.3. nes hominum? Abſcõdit ſe Adam ĩ pa-
radiſo poſt culpam: ſed abſcondi nõ po
Hebr.4. tuit qui nudus fuit. Oculis enim omni
potentis dei nuda & aperta ſunt oñia.
N Solent etiam ex nimia ſimplicitate prę
latorum vel peruerſitate ſubditorum,
in capitulo lites multiplicari: quia vbi
deeſt ſeueritas diſciplinę, oriuntur iur
gia, creſcunt rixę. Loquuntur de exte-
rioribus negociis in domo confeſſiõis:
adducunt oues & boues in capitulum,
vt vbi haberi deberet ſermo de anima-
bus: habeatur cura de bobus. Commo-
uentur inter huiuſmodi verba ſimpli-
ciores fratres: turbãtur diſcreti: habẽt
iracundi locum: peruerſi tẽpus loquen
Lucæ.10. di. Conqueritur Martha: reſpõdet Ma-
ria: quia non eſt qui reſpondeat pro ea.
Vbi enim nimia ſimplicitas prælatorũ
non ſeruat pacem clauſtraliũ, vel nõ in
crepat culpas miniſtrãtiũ: ibi nec Mar-
tha compeſcitur, nec Marię ſilentiũ cu-
ſtodit. Lego queſtum Marthę, ſed nõ le
go reſponſionem Mariæ: lego tñ Chri-
ſtum pro hac ad illam reſpõdiſſe. In re
ſponſione ſiquidem Chriſti: doceri poſ
ſunt prelati. Hortatur enim Martham:
laudat Mariam. Illam, ne deſiſtat a bo-
na operatione: iſtam, vt perſeueret ĩ cõ-
templatione. Pulcher ordo recte viuen
tium: vt in capitulo turbato fratri nõ
reſpondeat, niſi qui ſcit quid debet &
quid deceat. In his tribus perſonis deſi
gnari poteſt forma perfectę religiõis. In
Martha, miniſtrantium: in Maria, clau-
ſtralium: in Chriſto prælatorum. In ca
pitulo itaq; ĩ quo diſcreti præualet au
thoritas plati: nemo niſi iuſſus loqua-
tur, niſi vel proclamet aliquem, vel de
ordine quęrat, vel culpam ſuam humi
liter confiteatur. In his ſiquidem ſeruã
dis ſummus eſt medicus & perfecta me
dicina: ſeuerus magiſter non crudelis,
& rationabilis diſciplina. Si enim aliqs
emendatoriam vindictam ferre recuſa
uerit, nec tñ fratres ſed etiã magiſtrũ
clamoſus & impudẽs cõtempſerit: etiã
ſi non abſceſſerit, de veſtra ſocietate p
iiciatur. Non enim (vt ait beatus Au-
guſtinus) hoc fit crudeliter ſed miſeri-
corditer: ne contagione peſtifera pluri
mos perdat.

¶De diſſolutione in choro. Abu-
ſio vndecima. Cap. XXII.

CVm non ſolum in cæteris offi O
cinarum locis, verum etiam in
omnibus motibꝰ nihil fiat qđ
cuiuſq̃ offendat aſpectum: congruũ mi
hi fore videtur vt maxime in eccleſia
cum ad opus dei ventum fuerit, humi
litatis honeſtas diligẽtius obſeruetur.
vt qui in eccleſiam ante conſpectũ dei
conuenimus: ne ibidem deteriores ſi-
mus. Sunt enim quidam qui mente va
gi, attoniti oculis, habitu diſſoluti, pla
na parietum proſpicientes perluſtrant:
aliud cantant,& aliud cogitãt. In cho-
ro ſunt corpore, ſed in foro mente: nũc
intus ſunt, nũc foras exeũt: nec tñ intꝰ
diſſoluti, ſed etiã cũ exierint foras cu-
rioſi. Pſalmodię verba pferũt: ſed pſal-
modię ſenſũ nõ attẽdũt. Vñ beatꝰ Gre
gorius. Vox, inqt, pſalmodię cũ p intẽ-
tionẽ cordis agit. p hãc oĩpotẽti deo ad
cor iter paraĩ: vt intẽtę mẽti, vel pphe
tię myſteria vel gfa cõpũctiõis ĩfũdat.
Idẽ in eodem. Dũ inquit per pſalmodiã
cõpunctio effundit: via nobis in corde
fit per quã ad Ieſum in fine peruenitur.
Sunt etiã alii voce diſſoluti, qui vocis

ſuę modulatione gloriant̃: nec tantum
gaudent de dono gratiæ, ſed etiã alios
ſꝑnũt tumentes elatione. aliud cãtãt
q̃ libri habeãt: & aliud forſitan iterum
dicturi, ſi ſint illud idem iterũ cantatu
ri. Tãta eſt leuitas vocis: forſitan & mẽ
tis. Cãtãt forſitan vt placeant populo
magis q̃ deo. Qui ſic cantant, non can-
Exod. 15. tant cum Maria ſorore Moyſi: ſed ĩ pa-
Marci. 6 latio cũ Herodiade, vt placeant diſcũ-
bentibus vel Herodi. Timeo autem ne
ſicut delectant̃ altitudine vocis: delectẽ
tur etiam elatione mentis. Nemo tamẽ
altius cantat eo quem dominus exau-
dire conſueuit de monte ſancto ſuo: ne
mo dulcius q̃ cui dominus inclinat au
Pſal. 3. rem ſuam. Voce mea (ĩquit Dauid) ad
dominum clamaui: & exaudiuit me de
monte ſancto ſuo. Eſto igitur in valle
humilitatis: vt in monte ſancto exaudi
ri merearis. Si ſic cantas vt ab aliis lau
dem quęras: vocẽ tuam vendis; & facis
eam non tuam ſed ementi ſuam. Caue
ne monaſteriũ vertas in theatrũ. Ha-
bes in poteſtate tua vocẽ tuam: habe-
to & animũ. frangis vocem: frãge & vo
luntatẽ. ſeruas conſonantiam vocum:
ſerua & concordiã morũ: vt ꝑ exem-
plum concordes proximo, & ꝑ volun
tatem deo, ꝑ obœdientiam magiſtro.
P hæc eſt concordia morum. Sunt etiam
tres ſꝑcies ſonorum: quæ fiunt pulſu,
flatu, & cantu. Ad citharã ꝑtinet pul
ſus: ad organũ flatus, & ad vocẽ cantꝰ.
Aſſignari poteſt hęc conſonantia ſono
rum cõcordię morũ: ſi referatur ad pul
ſum citharę, manuũ oꝑratio: ad flatũ
organi, mentis deuotio: ad cantum vo-
cis, ſermonis exhortatio. Percute igit̃
chordas citharæ manu bonæ oꝑratio-
nis: vt concordes proximo ꝑ exemplũ
mortificatę carnis. Imple organum cor
dis flatu, id eſt ſpiritu ſanctę inſpiratio
nis: vt reddas deo dulcẽ ſonũ pię deuo
tionis. Vt iterum concordes magiſtro,
canta canticum nouum, cãticum obœ-
dientię, nõ canticũ cõtradictionis & in
obœdientię. Quid prodeſt dulcedo vo-
cis ſine dulcedine cordis? Sicut ꝑ aſcẽ-
ſus muſicæ frangis & eleuas vocem: ſic
per aſcenſus & deſcenſus virtutũ, fran
gas & eleues mentem. Frangas deſcen
dens ad compaſſionem proximi: eleues
aſcendens ad contemplationẽ dei. No-
li cantare cum Lucifero in cælo, ſeu cũ
primo homine in Paradiſo: ſed cantes
in templo cum Chriſto, eiiciens vendẽ Matt. 21.
tes & ementes ex eo: eiiciens vendẽtes
datã gratiam, & emẽtes vanam gloriã.
Cantus diaboli cupiditas: cantus pri- Q
mi hominis voluptas, ſecundi caritas.
In cantu diaboli ſunt tres falſæ voces:
& in cantu primi hominis tres diſſonę
& diſcordes. In cantu etem̃ diaboli pri
ma vox eſt elationis, ſecunda ſuggeſtio
nis, tertia deſꝑationis. Similiter & in
cantu primi hominis: prima vox eſt de
lectatio, ſecunda conſenſus, tertia excu
ſatio. Ex his ſex vocibus conſtat diſcor
diæ cãtus. Muſica diaboli ab altiori vo
ce cantare cœpit. Inchoauit enim in cę
lo antiphonam elationis, dicens. Ponã
ſedem meam ad aquilonem, & ero ſimi Eſa. 14.
lis altiſſimo. Altius igitur inchoauit q̃
debuit. Si enim non excederet regulam
ſubiectionis: cantaret cum aliis angelis
canticum ꝑꝑtuę felicitatis. Deſcẽdẽs
vero de cælo inchoauit antiphonã ſug
geſtionis in paradiſo, deſꝑationis in ĩ
ferno. Differt itaq; muſica Chriſti a
muſica diaboli. Illa enim incipit a voce
ſublimiori: hęc aũt ab humiliori. Audi
igit̃ doctorẽ de muſica ſpirituali doctri
nã nobis facientẽ. Diſcite, inqt, a me qa Matt. 11.
mitis ſum & humilis corde: & inuenie
tis requiẽ aĩabus vr̃is. Videſne quomo
do ſpiritualis muſica incipit a voce hu
militatis? In muſica ſiquidẽ Chriſti ſex
ſunt voces inter ſe cõſonę & cõcordes.
Prima cõcordię vox eſt humilitas cor-
dis, ſecunda mortificatio carnis, tertia
compaſſio, quarta conſolatio, qnta ora
tio, ſexta deuotio. Nota ergo quõ in cõ
cordia morũ ſunt deſcẽſus & aſcenſus
virtutũ. Nota quõ cõcordet humilitas
mortificationi, mortificatio cõpaſſiõi,
compaſſio conſolationi, conſolatio ora
tioni, oratio deuotioni. Nota iterũ in
deſcẽſu, quomodo ꝑtineat deuotio ad
orationẽ, oratio ad cõſolationẽ, cõſola-
tio ad cõpaſſionem, compaſſio ad mor-
tificationẽ, mortificatio ad humilita-
tem. In his ſex vocibus cantatur canti
cum nouum: canticum caritatis. In his



auditur iubilum vnitatis, conſonũ me
los deuotionis, contẽplatiõis dulcedo.

De irreuerẽtia iuxta altare. Abu-
ſio duodecima. Cap. XXIII.

R VLtimam de duodecim abuſioni
bus clauſtri habens in manibꝰ:
ad eam diſcutiẽdã pauca dictu
rus accedo, qui me ſolum inter cęteros
in hac parte negligentiorẽ reꝑio. Qui
licet ablutis manibꝰ, lota facie, albis ve
ſtibus indutus accedam ad altare: ta-
men ꝑuerſus oꝑe, ore pollutus, ĩmũ
dus corde, Chriſti corpus meis non ꝑ
timeſco manibꝰ tractare. Accedo ad hu
milem elatus, iratꝰ ad mitẽ, crudelis ad
miſericordẽ: & tamẽ patit̃ humilis ela-
tum, mitis iratum, crudelẽ miſericors.
Accedo ſeruus ad dñm: non amore, ſed
timore: non deuotione ſed vſu. Accedo
ad dñm cuius ꝑcuſſi ſeruũ: ad patrem
accedo cuius occidi filiũ. Percuſſi ver-
bo, occidi exẽplo: nec tñ ꝑtimeſco do-
minum, nec reuereor patrẽ. Manens in
turba fratrũ, turbans aliquos & ab ali-
quo turbatus, qñq; accedo ad pacificũ.
Appropinquo etiã talis ad oſculũ pa-
cis: qui prius recõciliatus accedere de-
buiſſem ad oſculum turbati fratris. In
Lucæ. 2. altari illum eundem conſpicio: quẽ Si-
meon ſuſcipiens manibus gratias agẽs
bñdixit in templo. Bonum eſt ſaluato-
rẽ puerum portare in manibus: & fru-
ctum ſalutis habere in oꝑribꝰ. Qui em̃
portat puerum in manibus id eſt puri
tatẽ in operibus: cũ orat exaudit̃, vt in
pace dimittatur. Cũ offerebant̃ in tem
plo pueri: offerri ſolebant in hac puri-
ficatione agnus, turtures & columbæ.
Ego autem quid offeram: cũ nullũ iſto
S rum habere queam? Offeram ne porcũ
de his quos tandiu paui? Offerã ne me
rulam beati Benedicti: quæ totiẽs & tã
importune mihi volitans occurrit? Of
feram ſtrutionẽ: quẽ nutriui poſt con-
uerſionem. Offeram fortaſſis porcũ im
munditiæ pro agno innocentię: meru-
lã voluptatis ꝓ turture caſtitatis: ſtru
tionẽ ſimulationis pro columba ſimpli
citatis. Quid eſt enim moraliter porcꝰ
vertens ſe in volutabro luti: niſi pecca
tor reuertens ad immunditiã peccati?
Et quid eſt merula volitans: niſi volu-
ptas ꝑ ſuggeſtionẽ tentans? Vel quid
eſt ſtrutio in deſerto: niſi ſimulatio in
conuerſo? Adhuc mecũ habeo ſiliquas
cibum ſcilicet porcorum: quia adhuc ĩ
ore meo reſonant ſeculares fabulę, quę
ſunt quaſi cibus ſpirituum immundo-
rũ. Siliqua (ſicut ſcriptum reꝑi) genꝰ
eſt leguminis, follibus maximum & ſo-
noꝝ: ſed granoꝝ paucitate ſterile & pe
ne vacuum. Ideoq; ꝑ ſiliquas deſignã
tur fabulę ſeculares ſterili ſuauitate re
ſonãtes. Cũ igit̃ ſecularia narro, ſtultos
congrego: & ſicut porci ſiliquas, ſequũ-
tur immundi nugas. Heu q̃ ſęꝑ occur
rit mihi merula tẽtationis: & tam tar-
dus curro ad vepres & vrticas corre-
ptionis. Cum autem beatũ Benedictũ
(vt ait beatus Gregorius) vrgeret ten
tatio carnis: conſpiciens vrticarũ & ve
prĩũ iuxta denſa ſuccreſcere fruticeta,
nudũ ſe in illis ſpinarum aculeis & vr
ticarũ incendiis proiecit: & ꝑ vulne-
ra cutis eduxit vulnus mẽtis, qa volu-
ptatẽ traxit in dolorem. Talis ad alta-
re poteſt accedere, cui cum occurrerit
merula voluptatis, currit humilis ad
aſꝑitatem correptionis. Ego aũt quo
modo accedam? qui porto plumã ſtru-
tionis in habitu religionis: vt placeam
non moribus ſed veſtibus. Quaſi enim
ſtrutio volatum ſimulo: ſed tamen pe-
dibus terram tãgo. Volito habitu: ſed
terram tango affectu. Penna ſiquidẽ cõ
templationis a terrenis nõ eleuat: quẽ
corpulentia carneę fragilitatis ponde-
re ſuo grauat. Vnde beatus Iob. Penna Iob. 39.
inquit ſtrutionis ſimilis eſt ꝑnnis he-
rodii & accipitris. Dicitur eſſe ſimilis
penna ſtrutionis pennę herodii & acci
pitris: cum aliquis habitu ſimulat, ꝙ vi
tã alicuius antiqui patris habeat. In pẽ
nis igitur ſimiles ſunt, ſed corpore dif
ferunt: quia ſtrutio corpore maior eſt,
& ideo a terra non poteſt eleuari. Qui
enim terrena ſapiunt & terrenis inhi-
ant: carnis deſiderio ſolent aggraua-
ri. Vnde & veritas dicit. Hi ſunt qui Matt. 7.
veniunt ad vos in veſtimentis ouium:
intus autem ſunt lupi rapaces. Exte-
rius autem contegor ouis vellere: in-
tus autem ſęuio cupiditate. Coram do
mino conſiſto ad altare extẽſis manibꝰ

quaſi crucifixus:crucem ſimulans & ta
men non portans.Cuius crucem?forſi-
tan latronis: ſed vtinam illiꝰ cui dictũ
Lucę.23. eſt,Hodie mecum eris ĩ paradiſo.Tres
T ſunt ſiquidẽ cruces. prĩa latronis deſpe
rantis:ſecunda orantis & dicentis:me-
mento mei domine cum veneris in re-
gnum tuum.tertia autem Chriſti. Pri-
mus meruit crucem:ſed non profuit;ei
ad ſalutem.Secundus vero meruit: ſed
tamen ad ſalutem profuit. Tertius nõ
meruit,portauit eam tamen: ſed nobis
profuit. His tribus aſſimilari poſſunt
tres ſpecies hominum: quorum hi pri-
mi ſunt qui portant crucem,mortificã
do carnem: & tamen nõ prodeſt eis qa
non pœnitent. Sunt autem & alii qui
mortificãt carnem,& prodeſt eis ad ſa-
lutem: orant & exaudiuntur,audiunt
etiam quod dicitur: hodie mecum eris
in paradiſo. Quando autem hoc audi-
unt? Cum euangelium legentes dicũt:
Matt.5. Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorũ
eſt regnum cælorum.Sunt etiam alii li
beri a pœna peccati, nullis criminibus
implicati:ſubtrahẽtes ſe a peruerſo ope
re,ab ocioſo ſermone, ab immunda co-
gitatione:in quorum manibꝰ labor eſt
aſſiduus,oratio in lingua,puritas ĩ mẽ
te:portãtes aliena peccata quaſi ſua.hi
ſunt qui portant crucem:non pro ſuis
ſed pro peccatis alienis. Prima igitur
crux diaboli,ſecũda cuiuſlibet iuſti,ter
tia vero Chriſti.Prima malitiæ,ſecun-
da pœnitentiæ,tertia iuſtitiæ. In vna-
quaq; quatuor ſunt dimẽſiones. In cru
2.Theſ.2. ce etem̃ diaboli eſt altitudo qua extol-
litur ſuper omne quod colitur. Profun
dum eſt deſperatio:de qua dicitur,Pec
Proũ.8. cator cum in profundum venerit ma-
lorum,contemnit.Latitudo in carnali-
bus:qui latam & ſpatioſam viã ſequun
tur:Longitudo vero pertinacia.In cru-
ce vero iuſti pfundum eſt humilitas:
Longitudo,aſſiduitas laboris:altitudo,
contemplatio:latitudo,oratio:quę non
tantũ latitudine ſua complectitur ami
cum,ſed etiam inimicum. Crux autem
Chriſti habet profundum timoris,alti
tudinẽ ſpei,latitudinẽ caritatis,longi-
tudinem perſeuerantiæ. In prima cru-
ce crucior,ad ſecũdam tendo, p tertia
ſuſpiro. Primam timeo,ſecundam q̃ro,
tertiam deſidero. In prima pœna tãtũ,
in ſecunda pœna cum venia; in tertia
gloria. Ad crucem malitię pertinet pœ
na,ad crucẽ pœnitẽtię ptinet venia,ad
crucem vero iuſtitię gloria. Timeo igi V
tur pœnã,q̃ro veniam,deſidero gloriã.
Sed forſitan quęris:vtrum reperire poſ
ſis menſuras vtriuſq; crucis? Dñicę cru
cis profundum habet beatꝰ Iob,altitu-
dinem Dauid,latitudinẽ Petrus,longi
tudinẽ Naboth. De profundo timoris
dicitur:erat vir rectus & timẽs deum. Iob.1.
De altitudĩe ſpei dicit Dauid. In te do Pſal.30.
mine ſperaui non confundar inæternũ.
Petrus vero oſtendit nobis latitudinẽ
caritatis dicens. Ante omnia mutuam 1.Pet.4.
in vobis caritatem cõtinuã habentes:
quia caritas operit multitudinem pec-
catorum. Audis latitudinem cũ dicit:
operit multitudinẽ peccatorũ. Hoc eſt Proũ.10.
etiam latum mandatum:vt qui diligit
deum,diligat & fratrem ſuum. De lon
gitudine vero ſcriptum eſt. Cũ Achab 3.Reg.21
rex Iſrael vineam Naboth vertere vel-
let in hortũ:quod ille moraliter intelli
gens,mori maluit q̃ conſentiret vt la-
bor excolẽdę carnis verteretur in hor-
tum voluptatis:voluit eſſe in bono per
ſeuerantiæ menſuram lõgitudinis ter
minũ mortis. Supra pfundũ igiť timo
ris,altitudo ſpei locať:ne per timorẽ ad
deſperationem animus perducať. Poſt
ſpem caritas,poſt caritatem perſeueran
tia ponitur:vt qui ſperat,amet:q amat,
in hoc quod amat perſeueret. Primę igi
tur & ſecundæ crucis menſuras dili-
gens lector aſſignare poteſt cum volue
rit. Nos autem reuertamur ad ea quæ
cœpimus: vt ſacrificium dignum Deo
offerre valeamus. Tria ſunt autem ſa- X
crificii genera. Vnum dominici corpo
ris,alterum contriti cordis,tertiũ mor
tificatæ carnis. Oportet igitur præce-
dere ſacrificium humilitatis in men-
te,afflictionis in carne:vt habeatur de-
uotio in dominici corporis cõſecratio
ne. Cum obtuliſſet Abraham ſacrificiũ Geñ.15.
domino poſt victoriam quinq; regum:
vaccam triennem,& capram triennem,
& arietem triennem, columbam quoq;
& turturem:animalium corpora diui-



ſit,aues vero indiuiſas dimiſit. Deſcen
debant aũt volucres ſup corpora diui-
ſa:ſed Abrahã abigebat eas. Aues ſunt
ſpũales:aĩalia, corda carnalia. Aduer-
ſus ſeinuicẽ animalia diuidunť:dũ per
uerſa deſideria diſtrahunť. Porro aues
indiuiſę remanẽt: quia ſpiritales ſemp
vnitatis vinculum tenẽt. Super corpo
ra vero diuiſa volucres deſcendunt:qa
ĩ diuiſione carnaliũ dæmones deſiderii
ſui paſtũ quęrũt. Sunt & alię volucres,
importunę ſcilicet cogitatiões,quæ in
ipſo noſtrę orationis ſacrificio qñq; ſe
ingerũt:& qđ in nobis deo immolamꝰ,
hoc rapere vel cõmaculare volunt. Sed
Abraam abigente diffugiũt volucres:
quia manus ſanctę diſcretiõis intus fu
gat immundos ſpũs,& puerſas cogita-
tiones. Per vaccã(vt quidã volũt) quæ
graue eſt animal,ſenſualitas:p capram,
quę altũ petit & clarũ habet viſum,in-
tellectualitas:p arietẽ,q ceruicoſum eſt
animal,carnalis imaginatio ſignať:quę
cornibꝰ ſuperbiæ ſpiritui reluctať.hęc
trium annorũ dicunť eſſe:vt indiuiduę
trinitatis imbuanť amore. Ego aũt nõ
tm̃ grauor acceſſu volucrũ, ſed etiã in
quietor importunitate muſcarũ: quæ
venientes ex Ægypto, adhuc ſequunť
ſacrificantes in deſerto. In illis timeo
Y rapinã:in his maculã. Tres ſunt autem
muſcę Ægypti.i.vanitas, curioſitas,&
voluptas. Muſca vanitatis inquietat&
maculat ſacrificium humiliati cordis:
muſca curioſitatis, ſacrificiũ oratiõis:
muſca voluptatis ſacrificiũ mortifica-
tę carnis. Accedo igiť ad altare:vanus,
curioſus,voluptati ſubditus. Sunt etiã
multi alii in ſeculo,q nõ tm̃ vani,curio
ſi,& voluptuoſi: ſed etiã cũ ambitione
nõ cum deuotione accedũt ad menſam
Chriſti,qui non accederent niſi ſeipſos
Mat.27. aliquid accepturos ſperarent. Acceſſit
ad Ieſum Petrꝰ,acceſſit & Iudas,acceſ-
ſerunt & milites crucifigẽtes: accedũt
quotidie ad corpus Chriſti religioſi:ac
cedũt & puerſi ſacerdotes,q ea quę of-
ferunť ad mẽſam Chriſti,offerũt in mẽ
ſa diaboli. Ipſa eſt alea fati:in illa deum
inuocãt,in iſta periurãt.nõ em̃ oratio-
ni vacãt ſed luſibꝰ exultãt:legẽ dei nec
ſciunt nec diſcũt,vacãtes ocio comeſſa
tionibus & ebrietatibus ſtudent:terre
nis inhiant,terrena ſapiunt: aſſidui in
plateis,in eccleſia rari:tardi ad inueſti
gandã culpã peccatoris,parati ad inq-
rẽda veſtigia leporis:velociores ad cõ-
gregandos canes q̃ ad cõuocãdos pau-
peres: libentius porrigunt panem cani
q̃ pauperi:plures ſeruiũt eis ad mẽſam,
ad miſſam nullus. famulas aut famu-
los habere ſecum volũt:ſed clericos ha
bere non poſſunt,quia nolunt. Hi ſunt Z
quorũ thalamus ornatior eſt eccleſia,
equus carior eſt miſſali: cappa, caſula
pulchrior:camiſia delicatior alba. Ecce Thre.4.
quomodo obſcuratũ eſt aurum,muta-
tus eſt color optimus: diſperſi ſunt la-
pides ſanctuarii in capite oĩm platea-
rum. Obſcuratum eſt aurũ fuligine pec
catorum: mutatus eſt color decoris &
ſanctitatis in fœditatẽ vitiorum. Qui
ſunt iſti lapides ſanctuarii diſperſi in
capite oĩꝫ platearũ:niſi (vt qdã ſapiẽs
dicit) ſacerdotes Chriſti & miniſtri ſa
cri altaris, & canonicorũ ſancta & deo
cõſecrata ſocietas,necnõ & virginũ &
ſanctimonialiũ numeroſitas: q ſemper
apparere debent in ſecreto dei conſpe
ctibus,quos nunq̃ neceſſe eſt foris con-
ſpici, nunq̃ extraneis & ſeculi actibus
occupari. Sed qđ grauius eſt, ideo diſ-
perſi deploranť quaſi lapides ſanctua-
rii in capite oĩm platearum:q dum per
vitã & orationẽ intus eſſe in contẽpla
tione dei ſemp debuerãt, p vitã repro-
bã foris paſſim vacãt. Ecce iã pœne nul
la eſt ſecularis vitę actio quã ſacerdo-
tes Chriſti nõ adminiſtrẽt:nulla mũdi
negocia in qbus miniſtri altaris ſe non
occupent:nulla rerum improbitas qua
monachicꝰ ordo ſe nõ implicet: pœne
nulla illecebroſę vitę blandities,qua ſe
caſtitas ſanctimonialiũ nõ cõmaculet.
Sanctuarii ergo lapides diſperſi ſũt in
plateis: cũ religioſi quiq; lata mũdi iti
nera ſectanť. Et non ſolũ in plateis ſed
in capite oĩm platearum diſpergũtur:
dum per deſideriũ,huius mundi opera
peragunt: & tamen de religioſo habitu
culmẽ honoris vel laudis quærunt. In
capite ergo platearum diſperſi ſunt:qa
& iacent per miniſterium operis,& ho
norari volunt de imagine ſanctitatis.

Quid eſt igitur cū tales ad altare acce
dunt,qui nihil aliud niſi tēporalia quę
runt? & quę maior aut grauior abuſio
in clauſtro vel in ſeculo poteſt eſſe:q̄ ꝙ
ad ſacrificium dominici corporis acce
das ſine reuerentia ac ſine deuotione?
Poſſunt ea quæ diximus animū legen-
tis īſtruere:ſi caueanť quæ noxia ſunt,
ſi teneanť vtilia: vt prelati ſubditos di
ligenter cuſtodiāt,ſubditi p̄latis beni-
gne obœdiant:deuoti ſint ſenes,labo-
rioſi iuuenes:ſit honeſtas in habitu,me
diocritas in victu : in clauſtro aſſidui,
ad curiam rari:vt non ſint curiales ſed
clauſtrales,ſint intenti pſalmis nō cau
ſis:in clauſtro non ſit rumor ſed lectio,
in capitulo nō lites ſed confeſſio: ſit in
choro ſeuera ſimplicitas, circa altare
reuerentię honeſtas. Ex his igitur ob-
ſeruantiæ mandatis pendet ſumma to
tius religionis.

¶Secundi Libri Finis.

# M·HVGO
nis de Sancto Victo. in Tertium Librū
De Clauſtro animæ Prologus.

A NOſti cariſſime
ꝙ ea quę de or
dinatione clau
ſtri materialis
diximus:nō ſo
lū ſcripta, ſed
etiam pro loco
& tēpore & ꝑ
ſonis ſunt or-
dinata, & exe-
cutioni apud nos mandata.Sed forſitā
dubitas vtrum omnes conſenſerint:an
non conſentiētes receſſerint aliq.Nul-
lus receſſit,omnes conſenſerunt: exce-
ptis quibuſdam laicis qui adhuc iugū
portant & murmurant, & tales qui in
ſeculo pauꝑiores vixerant q̄ nunc vi
uant , & nunc in monaſterio quærunt
quę nec foris habere potuerunt.Sic cū
i.Reg.30 Dauid ad debellandos proficiſceretur
Amalechitas,quidam abierūt, quidam
B remanſerunt ad ſarcinas. Ad ſarcinas
veſtis & cibi remanent inertes & infir
mi: ad bellū vero expediti & fortes ire
non timent. Qui igitur veſtes cibos &
quietem carnis diligūt : ad debellādos
Amalechitas.i.ad deſtruēdas carnis de
lectationes non procedunt. Hoc enim
interpretatur Amalech,populus lam-
bēs.Sic filii Gad & filii Ruben & dimi Num.32
dia tribus Manaſſe renuūt tranſire Ior
danem,& ad bella cum fratribus proce
dere : ſed magis amant terram Geſſen
aptam nutriendis animalibus obtine-
re.Qui terrā Geſſen animalibus q̄rūt:
hi ſunt qui motus animi irrationabi-
les in deſideriis carnis paſcunt.Nullus
clericorum cariſſime modo diſcordat:
ſed vnuſquiſq; pondus religionis beni
gne portat:& q̄bus prius fuit grauior,
nunc eſt gratior.Pro hoc igitur laboro
vt cum ipſis ſemꝑ quietus viuam, &
cum ipſis ī pace moriar, cū ipſis & ſub
ipſis frater & conſeruus. Nunc autem
ad ea quę de clauſtro ſunt animæ dicē
da tranſeamus.

¶Q̄ꝫ clauſtrum animę contemplatio
dicitur. Cap.I.

ANimæ clauſtrum con- C
templatio dicit:in cu-
ius ſinū dum ſe recipit
animꝰ,ſola cæleſtia me
ditatur,ſeparať a terre
nis,a turba cogitatio-
nū carnaliū longe ponitur,dulces car-
nis refugit affectus,vagos ſenſuū mo-
tus reſtringit,in domino delectať, an-
gelica fruitur dulcedine, legit in libro
vitę,pro ſilentio pacem tenet,in choro
virtutū,ſeruat cōcordiam morum: ſū-
mi patris bonitatē, angelicæ creaturæ
beatitudinem contemplatur: attendit
bonitatem cui nihil deeſt, beatitudinē
quę nullo indiget:patris potentiam,fi-
lii ſapientiam,ſpiritus ſancti benigni-
tatem conſiderat. Dum hęc tria contē
platur:tribus modis conſolatur.Pecca
uimus enim contra patrē:peccauimus
contra filium:ꝑccauimus contra ſpiri
tum ſanctum.Ex infirmitate contra pa
trem peccauimus,quaſi contra poten-
tiam:ex ignorantia contra filium, qua
ſi contra ſapiētiam:ex malignitate cō-
tra ſpiritum ſanctum,quaſi contra be-
nignitatem. Conſolatur igitur nos po
tentia patris qua ꝑccata puniūtur: vt
fortitudinem capiamus contra fragili
tatem carnis. conſolatur ſapiētia filii,



quę reficit qd̄ p ignorantiā deficit.con
ſolatur benignitas ſpiritꝰ ſancti:ne ſub
D intret deſperatio. Huius clauſtri ambi
tus,virtutū columnis decoratur: ſuſtē
tatur patientię baſibus, ac regula iuſti
tię quadratur, virtutum coadiacētibꝰ
officinis muniť.muro boni oꝑris,clau
ſtri ſepta forinſecus ambiunť:quę clau
ſo ſilentii oſtio vagę mētis greſſum ꝓ-
hibent.Ab hoc clauſtro egreſſa eſt Di-
Gen.34. na filia Iacob : vt videret mulieres re-
gionis alienæ.Quā cū vidiſſet Sichē fi
lius Emor, adamauit & rapuit & dor-
miuit cū illa: & cōglutinata eſt anima
eius cū ea, triſtēq; blanditiis deliniuit.
Grego. Audi beatum Gregorium. Dina īquit
vt mulieres videat regiōis alienę egre
ditur: quando vnaquęq; mens ſua ſtu-
dia negligens,alienas actiones curans,
extra habitum atq; ordinē propriū va
gatur.Quā Sichem princeps terræ op-
primit:quia inuentā in curis exteriori
bus diabolus corrumpit. Et congluti-
nata eſt anima eius cū ea:quia vnitam
ſibi ꝑr iniquitatē recipit . Sed quia cū
mens a culpa reſipiſcit atq; admiſſum
flere conatur, corruptor & ſpem & ſe-
curitatem ante oculos reuocat, quati-
nus vtilitatē triſtitię ſubtrahat : recte
illic ſubditur. Triſtemq; blanditiis de
liniuit.Modo eū aliorꝫ facta grauiora,
modo nil eſſe quod perpetratū eſt, mo
do miſericordias domini loquitur:mo
do adhuc tēpus ſubſequens ad pœni-
tētiam pollicetur:vt dū p hæc decepta
mens ducitur,ab intentione pœniten-
tiæ ſuſpendatur.Sic cariſſime quādoq;
mens egreditur:& egreſſa curis ſecula
Gen.34. ribus implicata capitur. Fratres autē
Dinę ſororem ſuā in aliena domo diu
morari nō permittūt: ſed interfecto Si
chem cū reliquis maſculis, vrbe depo-
pulata ſororē ſuam tollunt: vxores ve
ro eorum captiuas ducunt.Sororē ſuā
filii Iacob,cum reliquis maſculis inter
fecto Sichem,reducunt:quando viriles
animæ motus contra vitia luctanť ex-
pulſo diabolo : & maioribus vitiis ex-
tirpatis,mentē a carnali deſiderio vio-
latam, ſecum quaſi vi ab hoſtibus ere-
ptam manere cogūt.Mulieres vero ca-
ptiuę ducūtur:dum delectationes ani-
mi extra terram carnis exulantes a de
ſideriis carnalibus priuantur. Sic igiť
congregati filii Iacob a finibus illiꝰ ex
eunt cū ſorore: quia dum mens poſt la
pſum reſipiſcit:virtutū collectis agmi
nibus,ne iterum capiatur a carnalibꝰ
deſideriis,longius recedit:nec tantum
longius recedit,ſed etiam altius aſcen
dit.Aſcendit enim in Bethel. Sed hoc Gen. 35.
fit:quando mens aſcēſiones virtutū in
ſe diſponit.Sic igitur in Bethel perue
nitur:quando cor cuiuſlibet, domꝰ dei
(qd̄ interpretatur Bethel)efficitur.In
hac domo altare domino erigitur : in
hac domo,clauſtri ſpiritualis ordo ſta
bilitur.

¶De quatuor lateribus clauſtri.
Cap.II.

SIcut ex quatuor lateribus clau E
ſtri materialis ſtructura fieri ſo
let:ſic in quatuor virtutibꝰ ani
mi quadratura clauſtri ſpūalis per ſi-
militudinem aſſignari poteſt:quę ſunt
contemptus ſui, contemptus mundi;
amor dei,& amor proximi.Ex his qua-
tuor lateribus vnum vergit ad occidē
tem,alterū ad ſeptētrionem: tertiū ad
orientem,quartū ad meridiē. Dum eñ
defectus carnis aſſiduos cernimus, dū
quotidianos occaſus animi videmus:
tunc quaſi in latere clauſtri qd̄ ad oc-
caſum reſpicit,ſedemus.Quid.n.aliud
niſi occaſum cernimus : dum in nobis
ſubtractis radiis ſuperni ſolis,diē diui
nę cognitionis deficere ſentimus? Re-
cedente ſole creſcunt tenebræ,minui-
tur claritas:ſic recedente ſole iuſtitiæ,
miſeræ mentis cæcitas aduenit.Ille ve
ro qui profundę noctis tenebras, id eſt
ſecularium difficiles culpas,& eorum
corda frigida, gelu deſperationis con-
creta cōſiderat: quaſi in latere clauſtri
ſedet quod ad ſeptentrionem ſpectat.
Poſt tenebras vero profundæ noctis.i.
poſt cupiditatis & odii cæcitatem:au-
rora iuſtitiæ ſuperni ſolis radios expā
dens,mentis illuminat ſecretum,fugat
nubes tentationum,torporem frigoris
expꝑllit,dilectionis calorem nutrit, in-
uitat ad amorem proximi. Sicut luci-
fer præcedit ſolē:ſic amor ꝓximi amo-
rem dei. Hoc igitur latus clauſtri ſpi-

ritualis,ortum reſpicit caritatis.Tunc
enim incipit diligi deꝰ: cum incipit di
ligi proximus.Et ſicut ſol oriens aſcen
dit ad auſtralẽ plagam: ſic per amorem
proximi fit aſcenſus ad caritatem dei.
In latere vero clauſtri qđ ad meridiem
reſpicit,fumus: quando ardente carita
tis ſole, diuinę maieſtatis lumẽ præ ni
mia claritate tenuiter videmus. Licet
enim radius cõtemplationis recto tra-
mite illuminet terram cordis,licet mẽs
aut minimas aut nullas habeat tenta-
tionũ vmbras: tñ cũ videre plenitudi-
nẽ deitatis volumus, impeditur ratio
ne poſſimus.Non eſt igitur quo diuer
tat animus:qui inter hęc quatuor vir-
tutũ munimina manet conſtitutꝰ. Nõ
enim ad carnis voluptatem,nõ ad mũ-
di vanitatem: non ad odium proximi,
non ad contemptum dei.

¶ De quatuor ordinibus columnarũ:
& ꝙ ex contemptu ſui duodecim colu
mnarum ordo procedit. Cap.III.

F IN his q̃tuor clauſtri lateribus
quaſi q̃tuor ordines columna-
rũ diſponuntur.Ex contemptu
etenim ſui,duodecim columnarũ ordo
procedit: ſcilicet humiliatio cordis, &
afflictio carnis,ſermo humilis, abiectio
veſtis,cibꝰ tenuis,põdus laboris, amor
ſubiectionis,contẽptus honoris, laudẽ
fugere,alterius cõſiliũ ſuo ꝓferre,ſubdi
tis obœdire,de ſe diffidere.Hę colũnæ
ſecantur,ſculpuntur & poliuntur. *Se-*
*cantur*, quando diſcretione virtutes a
vitiis ſeparantur.*Sculpuntur*, quando
ea quę mens cogitat,manus operatur.
3.Reg.6. Sic Salomon in tẽplo cælaturas promi
nentes feciſſe legiť.Prominent cęlatu-
rę: dum mentis cogitationes exterius
apparẽt in exemplo & operatione. Sed
quomodo poliunť? Quando tribulatio
nis aduerſitate feriunť.Quod politur:
ęquale efficiť. Æquale non elatũ: læue
non aſperum.Prima igitur columna.i.
humiliatio cordis politur:dum ęquali
tatem ſeruat,dum nõ exaſperatur ꝑ irã
nec inęqualitatẽ recipit ſuperbiæ:quæ
ſibi nullum exiſtimat ęqualem: ſed effi
citur cor deo ſubditum,ꝓximo amicũ,
G in ſe modeſtum. Æqualitas mentis li-
neam ſeruat religionis.Sunt enim qui

dam qui nunc afflictione carnis mace-
rantur, nunc ad carnis voluptatem re
uertuntur:ſępe vigilant aliis dormien
tibus, ſed ſępius dormiunt aliis vigilã
tibus.Nunc humilia,nũc ſublimia,nũc
blanda,nunc aſpera loquũtur: nunc de
fratribus,nunc de parentibus glorian-
tur:nunc nihil niſi ordinis ſtatuta per
ſtrepunt, nunc nihil niſi fabulas audi-
re volunt.Nunc albas,nũc nigras, nũc
medio colore coloratas delectanť habe
re cappas:nunc vilis placet habitꝰ,nũc
mediocris,nunc ſuperfluus. Nunc dãt
illis olera paſtũ,aqua potum:nunc ve-
ro exquiſitis ferculis, nunc diuerſis po
culis vtuntur.Nunc laborant, nũc la-
bor diſplicet.Amant ſubeſſe vt poſſint
pręeſſe:honores fugiunt vt honoribus
occurrãt.Hęc eſt inęqualitas columna
rum:hęc eſt aſperitas earũ. Paulus apo
ſtolus ęqualitatẽ & † læuitatem docet. †lenita-
†Lęuitatẽ:cũ dicit.Si fieri poteſt,qđ ex tem
vobis eſt: cũ omnibus hoĩbus pacẽ ha- †lenita-
bẽtes.Et in eodem.Nõ voſmetipſos de tem
fendentes,inquit,cariſſimi:ſed date lo- Ro.12.
cum iræ.Æqualitatẽ vero vbi ait.*Scio* Phili.4.
humiliari,ſcio & abundare: vbiq; inſti
tutus ſum & in omnibus,& ſatiari &
eſurire,& abundare & pœnuriam pati.
Omnia poſſum in eo qui me cõfortat.
Vnde beatus Gregorius.Qui(inquit) Grego.
acceptis rebus non extollitur, q eas ad
vſum vanę glorię non intorquet:q ſo-
lus non poſſidet qđ accepit,ſed hoc mi
ſericorditer cum indigẽtibus diuidit:
ſcit abũdare. Qui acceptis alimẽtis nõ
ad ingurgitationem vẽtris vtitur, ſed
ad reparationem virtutis,nec plus car
ni tribuit q̃ neceſſitas petit:ſcit ſatiari.
qui alimentorũ inopiã ſine murmura-
tione tolerat, nec pro neceſſitate victꝰ
aliquid agit vnde anima peccati laque
um incurrat: ſcit eſurire. Quẽ ergo in
abundantia ſuperbia non eleuat,nec in
neceſſitate cupiditas irritat:nouit abũ
dare,nouit pœnuriã pati.Cum autem
diceret omnia poſſum:ne per elationis
tumorem excederet æqualitatem, ſta-
tim ſubiunxit:in eo qui me confortat.
Qui enim qđ faciunt,deo aſcribunt:&
humiliter ſentientes de ſe diffidũt: ta
libus non euaneſcit fructus ſui laboris



quia nec extollitur in auras vanę glo-
rię,nec vento rapitur elationis.

¶De baſibꝰ columnarũ: Qꝫ tres in ſcri
pturis baſium ſpecies inueniuntur.
Cap.IIII.

I SIcut baſes ſuppoſitę colũnis ma
terialibꝰ portãt ędificii ſui põ-
dus: ſic patiẽtię virtus,ædificii
ſpiritualis ſuſtinet onus. Tres autẽ in
ſcripturis baſium ſpecies inueniunť:ſci
licet ęnea,argentea,& aurea. Ænea for
titudinem: argentea cum fortitudine
claritatem: aurea cum fortitudine &
claritate fulgorem tenet.Fortitudo in
opere,claritas in ſermõe, fulgor in mẽ
te.Qui in his tribus patientiã bene ſer
uat:quaſi baſis aurea virtutũ ſtructurã
Exo.36. firmiter portat.His tribꝰ vſus eſt Moy
ſes in conſtitutione tabernaculi: ænea
ſcilicet,argentea, & aurea. Ædificauit
Moyſes tabernaculũ:qđ moraliter deſi
K gnat clauſtrum animę. Tria poſſumus
aſſignare tabernacula: ſcilicet materia
le, myſticũ, & morale.i. tabernaculum
Moyſi,tabernaculum Chriſti,taberna-
culũ cuiuſlibet iuſti.Tabernaculũ Moy
ſi fuit ex diuerſis ornamentorũ generi
bus conueniens ſtructura.Tabernacu-
lum Chriſti eſt eccleſia.Tabernaculum
iuſti:quęlibet fidelis anima. Vnum fit
ex lignis *Sethim* imputribilibus:alte-
rum ex ſanctis infatigabilibꝰ: tertiũ ex
virtutibus. Moyſes ſuum in eremo ere
xit,Chriſtus in mũdo,iuſtus in anima:
omnes tamẽ in deſerto ędificauerunt.
Eremus deſertũ vocatur:quia ab homi
nibus non habitať.Mundus vero diciť
deſertum,quia deſeruerat Chriſtum.ſi
militer & animus deſertũ nuncupať,
quando ſpũs ſancti gratia nõ fœcunda
tur.Poſuit Moyſes in tabernaculo ſuo
arcam: Chriſtus in ſuo carnem ꝓpriã:
iuſtus vero conſciẽtiã. Arca Moyſi de
coratur auro mundiſſimo intus & ex-
terius. Caro Chriſti deaurať intus di-
uinitate:foris miraculoꝝ claritate.Cõ
ſcientia iuſti interius fulget ſplendore
puritatis:exterius vero operibus cari-
Exo.35. tatis.Poſuit Moyſes tabulas per circui
tum tabernaculi ſtãtes:& binę incaſtra
turę erant per ſingulas tabulas, vt al-
tera alteri iungereť.Duę baſes ſub vna

tabula ponebantur ex vtraq; parte an-
gulorum:vbi incaſtraturę laterũ in an
gulis terminantur. Tabulæ quæ diſpo
nuntur per circuitum:deſignãt mora-
liter ordinem virtutum.Binę vero in-
caſtraturæ quę erant in ſingulis tabu-
lis:ſunt affectꝰ mentis & exhibitio ope
ris. Dum enim mens operi concordat:
ne tabula tabulam excedat,incaſtratu-
rę firmitas ſeruat. Duæ vero baſes ſub
ſingulis:ſunt perſeuerantia & longani L
mitas in proſperis & aduerſis. Sunt &
alię baſium ſpecies quę nunc in noſtris
ædificijs reperiuntur.ſ.lignea,lapidea
& picta. ſed hę fragiliores ſunt præce-
dẽtibus:citius.n.deſtrui poſſunt. Igne
enim lignea comburitur: lapidea gelu
frangitur:picta nihil portat,ſed ab alio
ſuſtentatur.Hęc aũt in ędificio noſtræ
mentis, oculo intelligibili quãdoq; diſ
cerni poſſunt.Dum enim facibꝰ iracũ-
dię ſeu luxuriæ flammis accendimur:
quid aliud in nobis q̃ patiẽtię baſis vel
abſtinentię fortitudo deſtruitur? Dum
caritas in nobis frigeſcit,& mẽs ad di-
uerſa deſideria partiť:nõne lapidea ba
ſis frigore tentationis in partes diuidi
tur? Baſis vero picta eſt patientia ficta:
quę ſimilitudinẽ tenet nõ veritatẽ,co-
lorem non fortitudinem.Simulationis
etenim patientia in oſtẽtatione eſt, nõ
in operatione.Erigamus igitur in ædi
ficio noſtræ mentis baſes perſeueran-
tis patiẽtię: erigamus baſes quę neque
ant gelu frangi aut igne comburi,quę
portent tabulas virtutum, quę ſuſtine
ant pondus columnarum, id eſt obœ-
dientiam prælatorum.

¶De hoſpitũ domo:Qꝫ mens ſapientis
hoſpitalis eſſe debet. Cap.V.

INter coadiacẽtes ſpiritualis æ M
dificii officinas, hoſpitũ domꝰ
prima occurrit:quę peregrinã-
tibus in regionem longinquam, cũ ad
clauſtrum animæ redierint,apertis mi
ſericordię ianuis patet. Hoſpitum ſiq-
dem domus,mens compatiens appella
ri poteſt. Vnde Ambroſius.Mens inqt Ambro.
ſapientis hoſpitalis eſſe debet. Mens
enim hoſpitalitatis officio fungitur:
cum delinquentium fratrum culpis be
nigne compatitur. Habet hæc domus

miniſtros ſuos:qui hoſpitibus ſeruiãt.
Pulſanti etenim peregrino ianuã cari⸗
tas aperit,intrantẽ hilaritas recipit,re
ceptũ affabilitas detinet,eſurientẽ col
latio paſcit,feſſo humilitas ſeruit.Hęc
hoſpiti debentur:hęc reuertẽti filio(q
Lucę.15. luxurioſe viuendo partẽ ſubſtantię diſ
ſipauerat) paterfamilias exoluit.A lõ⸗
ge enim venientẽ cũ videret, occurrit,
amplectit̃:occidit vitulũ ſaginatũ,ordi
nat chorũ,Symphoniã tãgit. Sic & ſpi
ritualiũ patrũ pietas, quę quaſi pater⸗
no affectu pręſidet ſubiectis:delinquen
tem diſcipulũ(cũ per pœnitentiam re
dierit)longe venientẽ videt compatiẽ
do,occurrit indulgendo, amplectit̃ fa⸗
miliarem ſe illi faciendo:occidit vitu⸗
lum,carnis mortificationem prędican
do:chorum ordinat,ſymphoniã tãgit,
morũ concordiã & vnitatẽ docẽdo. In
uitat igitur pietas deſꝑãtem, trahit
caritas inuitũ,iratum miſericordia pa
cificat,hilaritas ſecurũ reddit, affabili
tas familiarẽ,familiaritas ſecretũ ape⸗
rit,apertio ſecretoꝝ amicitiam ſeruat,
prędicatio inſtruit, morũ concordia fa
N cit amicũ proximo,humilitas deo.Sed
Lucę.15. dum hęc fiunt:timeo ne frater ille qui
foris erat,ſupueniat & dicat.Pater ec⸗
ce tot annis ſeruio tibi, & nunq̃ man⸗
datũ tuũ pręteriui: & nunq̃ dediſti mi
hi hœdũ, vt cũ amicis meis epularer.
Sed poſtq̃ hic filius tuus q deuorauit
ſubſtantiã ſuã cũ meretricibus,venit:
occidiſti ei vitulũ ſaginatũ.Reuera il⸗
le dicit̃ eſſe extra domũ cõpaſſionis: q
neſcit beneficiũ conſolationis: q tantũ
nouit increpare nõ obſecrare.Sic tamẽ
tẽꝑanda eſt miſericordia regentis:ne
impunita remaneat culpa delinquen⸗
tis. Sic quãdoqꝫ ſpiritales patres quoſ
dam delinquẽtes recipiunt, quos fra⸗
tres deſpiciunt: qui domũ cõpaſſionis
intrare dedignant̃,& ſic extra morant̃:
& q fratribꝰ cõpati debuerunt, crude⸗
liores pręlatis fiunt.Ouẽ ꝑditã Chri
ſtus ad caulas violẽta manu non redu
xit:ſed humeris propriis impoſitam re
portauit.Sed & angeli ſuꝑ vno ꝑcca
Lucę.15. tore pœnitentiã agente gaudẽt. Quid
igitur cariſſimi?Concordat angelus &
creator cũ conuertit̃ ꝑccator:& frater
fratri dedignat̃ cõpati, dũ pater ſpiri⸗
tualis miſericorditer ignoſcit filio de⸗
linquenti. Deſcendit Samuel de excel⸗ 1.Reg.9.
ſo in oppidũ: vt in regẽ Saulem vnge⸗
ret.Deſcenſus Samuelis,exemplũ deſi⸗
gnat condeſcenſionis: ꝑ vnctionẽ ve⸗
ro demonſtrat̃,vt qui deſcẽdit miſerea
tur,vt qui ꝓbet effectũ cõpaſſionis,vn
gat blandiens oleo cõſolationis. Deſcẽ
dit ſuperior ad inferiorẽ, vt ſublimet
ad honorẽ,vt qui ſequebatur aſinas,re
gat animas.i.qui carnis affectus quęre
bat irrationabiles, eligatur vt eoſdem
regat & obtineat ſpiritales. Qui iacet O
non erigitur:niſi qui iacentẽ erigit in⸗
clinet̃.Vnde beatus Gregorius.Iacen⸗ Grego.
tẽ inquit,non erigit: niſi qui ſtatũ ſuæ
rectitudinis per compaſſionem flectit.
Tales quandoqꝫ erigunt̃ ꝑ amorẽ:quã⸗
doqꝫ vero ꝑ timorẽ. Sed qui ꝑ timorẽ
diſciplinę erigit̃,quaſi ꝑ ſe ſurgere co⸗
gitur:q vero ꝑ amoris dulcedinem tra
hit̃, quaſi ꝑ cõpaſſionẽ blandiẽtis adiu
uatur.Amor erigit, trahit, & ſuſtẽtat:
timor cogit,erigit,ſed cruciat. Ad hoc
ꝑtinet qđ ꝑ beatum Auguſtinũ ad ꝓla Auguſt.
tos de ſubiectis dicit̃.Plus inquit a vo
bis amari appetãt,q̃ timeri.Nec tamen
nimiũ parcat amor, nec nimiũ terreat
timor: ſed ſic amorẽ timor comitet̃,vt
nec timor odiũ pariat, nec amor negli
gẽtiã patiat̃.Hinc ꝑ beatũ Iob dicitur. Iob.29.
Cũ ſederẽ quaſi rex circũaſtante exerci
tu:erã tamen mœrentiũ cõſolator.Ec⸗
ce timor ex authoritate regiminis: a⸗
mor aũt ex dulcedine cõſolationis.Sic
& vulneribus illius q incidit in latro⸗ Lucę.10.
nes, ſamaritanus vinũ & oleũ infudit:
in vino ſcilicet deſignans ſeueritatem
diſtrictionis,in oleo vero mollitiẽ pie⸗
tatis.Vnde ꝑ beatũ Gregoriũ dicit̃.Fa Grego.
ciendũ eſt quoddã ex vtroqꝫ tẽperamẽ
tũ:vt neqꝫ multa aſperitate exulcerent̃
ſubditi:neqꝫ nimia benignitate ſoluan
tur.Sed & in arca tabernaculi virga ſi Hebr.9.
mul & mãna erãt.i.virga diſtrictiõis&
mãna dulcedinis.Hinc Pſal.Virga tua Pſal.22.
& baculus tuꝰ ipa me cõſolata ſũt.Vir
ga.n.percutimur:baculo ſuſtentamur.
Hęc eſt virga directiõis ꝑ correptionẽ:
hic ẽ baculꝰ ſuſtẽtatiõis ꝑ cõſolationẽ.
Sed(vt ſupiꝰ dictũ eſt)plus amari a ſub



iectis pręlati appetant q̃ timeri:ne ſeue
ritatis nimię vultus eliminet, quos cõ
paſſionis benignitas per conſolationẽ
fouere debet.

¶De capitulo animę. Sicut fratres in
capitulũ conueniunt vt errata corri⸗
gant:ſic ratio cogitationes conuocat.
Cap.VI.

P SIcut fratrũ multitudo vt erra
ta corrigat,ſtatutis horis ad ca
pitulũ confluit: ſic mẽtis ratio
cogitationes diuerſas ad ſecretum cor
dis qñqꝫ conuocat:vt incorrigibiles eii
ciat, corripiat inquietas, negligentes
emendet,erudiat ſimpliciores, mitiget
iracundas,voluptuoſas reſtringat, pi⸗
gras excitet,cõſoletur puſillanimes,do
ceat indiſcretas. In hoc ſpirituali capi
tulo,abbatis locũ ratio poſſidet: cõſciẽ
tia culpas accuſat,peruerſitas excuſat:
ſuꝑbia reatũ defendit,innocentia cõ⸗
fitetur:humilitas ſeipſam iudicat, ar⸗
rogantia vero alienos.More peruerſo⸗
rum fratrum vitia pręceptis contradi
cũt:more vero ſimpliciũ virtutes obœ
diunt: ſeipſas tamẽ quandoqꝫ virtutes
inuicẽ accuſant. Accuſat enim miſeri⸗
cordia iuſtitiam,iuſtitia miſericordiã:
honeſtas humilitatẽ, humilitas hone⸗
ſtatem.Accuſat miſericordia iuſtitiam
ꝙ manꝰ vſqꝫ ad crudelitatẽ extẽderit,
ꝙ iracundię verba protulerit,ꝙ mãſue
tudinis vultũ mutauerit.Iuſtitia vero
miſericordiã accuſat:ꝙ ſeueritatis vul
tũ non induerit,ꝙ ꝑccatũ impunitum
dimiſerit,ꝙ delinquentẽ ſaltem verbis
non increpauerit. Accuſat humilitas
honeſtatẽ:ꝙ excedat mediocritatem,ꝙ
ſequatur ſuperfluitatem: ꝙ non tantũ
vtat̃ honeſtis ſed etiã voluptuoſis.ho⸗
neſtas vero accuſat humilitatem: ꝙ ni
miam diligat pauꝑtatem, ꝙ non im⸗
pendat corpori neceſſitatem,ſed amet
nuditatem,pãnoſitatem, & egeſtatem.
Agit eñ quandoqꝫ miſericordia remiſ
ſius,iuſtitia crudelius: humilitas par⸗
cius,honeſtas abũdãtius.nec tamẽ deſi
nũt eſſe virtutes: licet imꝑfectę ſint.
Dũ.n.accuſant̃:qũ ad ſuſcipiẽdã diſci⸗
plinã denudant̃.Sed quomodo denudã
tur?Qñ ꝑ cõfeſſionẽ vitioꝝ occulta de
Q clarant̃. Duę ſiqdẽ ſunt ſpecies diſcipli
nę:interior.ſ.& exterior. Interior diſci
plina eſt ꝑ diſtrictionem cordis corre⸗
ctio morũ:exterior vero ꝑ afflictionem
carnis,correctio actionũ.Exterior quã
doqꝫ generat interiorẽ:quia dũ mẽs nõ
ſpargitur ad exteriora, reuertitur ad
quietis amorem. Ad hoc ꝑtinet ꝙ La⸗ Geñ.5.
mech Noe genuit.i. diſciplina requiẽ.
Interpretatur enim Lamech ꝑcutiẽs:
quod propriũ eſt diſciplinę. Noe vero
requies interpretat̃:q tũc naſcitur, qñ
mens ab exterioribꝰ ꝑ diſciplinã repri
mitur.Hic eſt Noe qui cõſtruit arcam, Geñ.6.
id eſt ędificat animã:quæ irratiõabilia
aĩalia in inferioribus ordinat, hoĩes &
volatilia in ſuperiori parte locat:id eſt
motus carnales ſubiicit,ſpiritales ſup⸗
ponit.Si aũt inundauerit diluuiũ car⸗
nis,tunc intrat arcã mẽtis:& licet cir⸗
cũfluãt torrẽtes iracũdię, fluenta luxu
rię,voragines gulę:licet ebulliant fon⸗
tes delectationũ,abyſſus cupiditatum,
maria cõturbationũ: intrat tamẽ Noe
ſecurus arcã,id eſt quietus animꝰ clau
ſo foris ſilentii oſtio poſſidet animam.
Sed & Lamech interfeciſſe Cain legit̃. Geñ.4.
Cain aũt poſſeſſio interpretat̃. Cuius?
diaboli nõ dei,ſui non magiſtri, ꝓprii
nõ cõmunis. Inter folia iacẽs Cain oc⸗
cidit̃: qa ꝑuerſus in leuitate cordis &
multiplicitate verboꝝ volutat̃.Sic igi
tur ꝑ Lamech Cain occidit̃,& ex alio
Lamech Noe generat̃:qa quãdoqꝫ ꝑuer
ſus ꝑ diſciplinã eiicit̃,& ꝑ diſciplinam
nutritus,quietę mẽtis efficit̃.Accuſat̃
Cain de morte fratris.Qui enim nulli Geñ.4.
obœdiunt,qui ſeipſos poſſident,q exẽ⸗
plũ prauæ oꝑationis fratribus oſten⸗
dunt: qd aliud q̃ fratris animã ꝓpriis
manibus.i.ꝓpriis actibꝰ occidũt? Quid
igitur vtilius diſciplina:quę quietẽ ge
nerat,ꝑuerſos necat?

¶De opere ſpirituali. Poſt capitula ex
eunt fratres ad laborẽ:ſic & animꝰ egre
ditur a contemplatione cęleſtiũ ad me
ditationẽ ſcripturarũ. Cap.VII.

POſt capitulũ ad laborẽ manuũ R
ꝑ fratres egredi ſolẽt:ſic poſt ge
ſtẽ cõtẽplatiõis egredit̃ animꝰ
ad ꝓuidẽdũ laborẽ corꝑeę neceſſitatis.
Egredit̃ a cõtẽplatiõe,q cæleſti fruebat̃
delectatiõe. Egredit̃ & deſcẽdit,quo &

quomodo? Egreditur a cõtemplatione
cęleſtium ad meditationẽ ſcripturarũ:
& ibidẽ morã faciens audit vitę p̄ſen-
tis miſeriã, futurę vero beatitudinẽ: cõ
ſiderat p̄mia iuſtorũ, attẽdit & pœnam
damnatorũ. Deinde p̄miorũ amore tra
ctus & pœnarũ timore tactus: deſcen-
dit ad ſuorũ memoriã delictorũ. Qui
dũ culpã ꝓpriã cognoſcit, alienę citius
ignoſcit: & ideo poſt memoriã delicto-
rũ deſcendit ad cõpaſſionẽ proximoꝝ.
inde vero ꝓgredit̃ ad agendã curã eo-
rũ. Poteſt & hoc ꝑ ſimilitudinẽ demon
ſtrari: cum aliquis egredit̃ de thalamo
in domũ, a domo in porticũ, a porticu
in vicũ, a vico in agrum. Egreditur ſiq
dem a contemplatione cęleſtiũ ad me-
ditationẽ ſcripturarũ, quaſi a thalamo
in domũ: a meditatione ſcripturarum
ad memoriã delictorum, quaſi a domo
in porticũ: a memoria delictorũ ad cõ-
paſſionẽ ꝓximoꝝ, quaſi a porticu in vi
cũ: a cõpaſſione ꝓximoꝝ ad agenda cu
rã eoꝝ, quaſi a vico in agrũ. In cõtẽpla
tione igitur quies eſt: in cæteris labor.
In meditatione ſcripturarũ laboramꝰ,
timentes ne p̄mia iuſtorũ amittamus:
in memoria delictorũ laborantes gemi
mus, ne cũ damnatis ſimus. In cõpaſſio
ne vero proximorũ labor eſt cordis: in
agenda cura eorũ, labor eſt operatiõis.
In primo monemur, in ſecundo doce-
mur, in tertio mouemur, in quarto me
remur. Monet ſcriptura quid agere de
beamus: docet memoria delicti, vt pœ-
niteamus: mouemur cõpaſſione, vt di-
ligamus: opus vero bonum meret̃, vt
nobis qui aliis ſuccurrimus ſuccurrat̃.
S Exit & animus in hortũ: vt videat hor
tulanũ videlicet Chriſtũ, q plantat gra
mina virtutũ. Exit & olera rigare. i. fra
gilitatem carnis deplorare lachrymis.
Sed ſicut ſol poſt pluuiã clarior fulget
ſic Chriſtus poſt irrigationẽ lachryma
rum benignior apparet, extendens ra-
dios ſuę cognitionis & illuminãs cor-
Ioan. xx. da verbo conſolationis. Exierat Maria
Magdalene ad ſepulchrũ quaſi in hor-
tum, vt plantaret & irrigaret: inuenit
eũ qui dat incremẽtũ, & audit. Mulier
quid ploras? Quẽ quęris? Ecce poſt plu
uiam cõpũctionis, irradiat claritas cõ-
ſolationis. At illa audito quid quære-
ret: exiſtimans q̃a hortulanus eſſet, ait.
Domine ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mi-
hi vbi poſuiſti eum: & ego tollam eũ.
Deſperabat Maria de fructu laboris: q̃a
dubitabat de veritate reſurrectionis.
Vnde dicit̃ ꝙ conuerſa eſt retrorſum.
Conuertit̃ retrorſum: quę in dñi faciẽ
ꝑ dubitationẽ miſerat dorſum. Planta
uerat Maria ꝑ amorẽ, ſed de fructu re-
ſurrectionis dubitabat ꝓpter reſurre-
ctionis dilationẽ. Cũ autem cognoſcit
Chriſtum: colligit fructũ. Quid eñ ꝓ-
deſſet ſemẽ conceptionis, quid flos na-
tiuitatis, q̃d maturitas paſſionis: niſi ſe
queret̃ fructus ſperatę reſurrectionis?
Egredit̃ iterũ animus vt circũfodiat fi T
culneã: vt quę ſterilis erat, fructum fe- Lucę. 13.
rat: vt cophinum ſtercoris mittat. i. vt
memoriã ꝑccati fœtẽtẽ reddat. Intrat
& in vineam vt circũfodiat eã: vt ſuc-
cidat ſarmenta. i. ſuperfluitatis incre-
menta: vt q̃d luxuriat in palmitibꝰ, re
dundet in fructibus. Vnde in canticis Cant. 7.
canticorum. Veni dilecte mi, egredia-
mur in agrũ, cõmoremur in villis: ma-
ne ſurgamus ad vineas, videamus etiã
ſi floruerit vinea, ſi flores fructus par-
turiunt. Egrediamur inquit in agrum.
Egredit̃ animus a cõtẽplatione ad ſui
circũſpectionẽ: egreditur a cura ſui ad
agendã curam ꝓximi: vt cõſoletur pu
ſillanimes, corripiat inquietos, vt fiat
ager virtutum qui priꝰ fuerat vepriũ
& ſpinarũ. Cõmoremur inquit in vil-
lis, id eſt in illis qui ſunt villani, id eſt
rudes & tardi ad percipienda documẽ
ta curię Chriſti. Sũt eñ quidã clauſtra
les quaſi curiales: quidam vero villani,
id eſt inordinati, qui nõ quęrunt ædifi
cationem mentis, ſed repletionem ven
tris: terrenis inhiant, terrena ſapiũt. In
his neceſſe eſt vt faciamus moram per
doctrinam, per diſciplinam. Mane ſur-
gamus ad vineas. Qui. n. volunt alios
vt ſurgant ad opera cogere, qui volũt
ſuccidere ſarmenta vinearum, id eſt ſu
ꝑfluitates animarum, oportet vt ſur
gant mane, id eſt non pigre, ſed præce-
dant exemplo & operatione. Videamꝰ
an floruerit vinea, an flores fructꝰ par-
turierint: id eſt videre faciamus an bo



nis cogitationibus animus floreat, an
V boni oꝑris fructus gignat. Quid? Nõ-
ne inter oꝑra quieſcendum? Dicat igi
Cant. 2. tur animꝰ. Sicut malus inter ligna ſyl-
uarũ: ſic dilectus meus inter filios. Sub
vmbra illius quẽ deſideraui ſedi. Tria
ſunt in malo conſideranda: videlicet
vmbra grata, fructus bonus, odor ſua-
uis. Dat enim Chriſtus vmbram præce
ptorum quæ defendit ab ęſtu vitiorũ:
Pſal. 120. vt te per diẽ non vrat ſol, neq; luna per
noctem. Habet fructum inter folia. i. bo
num opus inter verba. Scriptum eſt. n.
Actuũ. 1. de eo: fecit quod docuit. Odor vero fru
ctus illius eſt ſuauis, id eſt fama bonæ
operationis. Sub vmbra igitur quã de
ſiderat ſedet animꝰ: qui vult eſſe quie-
tus. Sed quandoq; ſedet ſuꝑ fœnũ, q̃nq;
ſuꝑ ſcabellũ, quandoq; ſuꝑ ſcamnũ, quã
doq; ſuꝑ cathedrã. Suꝑ fœnũ ſedet,
cũ carnẽ ſubiicit: ſuꝑ ſcabellũ, cũ ſubii-
Hiero. cit mũdum. Vnde beatus Hieronymꝰ.
Magna inquit exultatio eſt animę: mũ
dũ habere ſub ꝑdibus. Cũ vero ſedet
ſuꝑ ſcamnũ, nouiſſimũ eligat locũ: vt
audiat, amice aſcende ſuperius. ne cum
rubore deſcendat & audiat, da huic lo
cũ. Qui humilitatem ſequitur: ad ſupe
riora vocatur: qui vero ſuꝑrba eligit,
ad inferiora deſcendit. Super cathedrã
ſedẽt nõ iuſtitię ſed ꝑſtilentię: de qui-
Matt. 23. bus dicitur. Quę dicunt facite: quæ au
X tem faciũt facere nolite. Poſt pauſatio-
nis quietem iterum ſurgit animus ad
laborẽ: vt colligat botros de vineis En
gaddi non de vinea Sodomorũ, de vi-
nea Soreth nõ de ſuburbanis gomorrę:
Cant. 1. vt inter vbera ſua comportet myrrhæ
Ruth. 2. faſciculos, vt in agro Boos recipiat ſpi
cas quę meſſorũ manꝰ effugerant. De
vineis Engaddi & de vinea Soreth ani
mus botros colligit: cũ fructus pœnitẽ
tium vel electorum p̄mia requirit. En-
gaddi, fons hœdi: Soreth electa interp̄-
tatur. In hũc fontẽ qui deſcendũt hœ-
di: aſcẽdũt agni nouelli. In fonte eteñ
compunctionis abluuntur ſordes car-
nis: abluitur fœtor hœdi, id eſt volu-
ptas peccati: hœdi ꝑtulãtia, id eſt car-
nis luxuria. Ex vineis Engaddi vinum
bonum, ex vineis Soreth vinũ optimũ:
illo inebriãtur cari, iſto cariſſimi. Illud
aquã mixtũ: iſtud eſt purum. Illud ad-
huc turbatur fæce naturali, id eſt volu
ptate carnali: iſtud vero non turbatur
etiã qualibet tribulatione tẽporali. Il-
lud veterũ vaſorum retinet ſaporem,
id eſt memoriam peccati: iſtud redolet
munditiam, id eſt dulcedinẽ cordis pu
rificati. Vinũ igitur de vineis Engad-
di & de vinea Soreth conditur pigmẽ
tis & melle: vinum de vinea Sodomo-
rũ, & de ſuburbanis Gomorræ, venenis
& felle. Fel enim draconũ vinũ eorum: Deut. 32
& venenum aſpidũ inſanabile. Gomor
ra, ſiccitas: Sodoma, ſterilitas interpre-
tatur. Qui eñ remoti ſunt a fonte cõ-
punctionis, qui non humectantur plu-
uia prędicationis, qui non ſuffundun-
tur cęleſtis aſperſione roris, id eſt ſubti
litate contẽplationis: quid mirũ ſi ſunt
ſicci aut ſteriles? Humor enim generat
fœcunditatem: ſiccitas ſterilitatẽ. Myr Y
rhę vero faſciculos ĩter vbera ſua por-
tat: qui corde compatiens & manuum
laborem impendens, proximorũ neceſ-
ſitates ſuſtẽtat. Myrrhę faſciculos por
tat, qui carnis voluptatem per afflictio
nem, videlicet ieiunando, vigilando, la
borando, domat. Myrrhę faſciculos in-
ter vbera ſua portat: qui lapidationem
Stephani, ignẽ Laurentii, crucẽ Petri,
mortẽ Chriſti in corde (q̃d eſt ĩter vbe
ra) compatiendo locat. Vnde in canti- Cant. 1.
cis. Quaſi faſciculus myrrhæ dilectus
meꝰ mihi: inter vbera mea cõmorabit̃.
Inter vbera ſpõſę quaſi faſciculus myr
rhę dilectꝰ cõmoratur: dũ in corde cu-
iuſlibet, Chriſti paſſio cũ amaritudine
ꝑr memoriã renouatur. In agro vero
Boos quæ meſſorũ manus euaſerãt ſpi Ruth. 2.
cas colligit: qui ſentẽtias a magnis do- Z
ctoribus intactas diligenter inquirit.
Sic ruth moabitis, anima ſcilicet ꝑcca
trix, ſecuta nurũ ſuam venit in Iudæã
confeſſionis terram. Ibi in agro Boos ſe
quens poſt terga metentiũ, ne a doctri
na aberret, eorum ſpicas. i. ſentẽtias col
ligit: quas lex in cibum viduę, pupilli
& aduenę remanere p̄cepit. Deĩde meſ
ſem ſuam virga. i. ſubtili diſcretiõe diſ
cutiẽs: inuenit tres modios, q ſunt tri-
plices intellectus ſecundũ mẽſurã do-
nationis Chriſti. Ex his igit̃ ſuſtenta-

mur tẽpore famis: vt viuat aĩa noſtra.
¶De refectorio animę.Qz in refectorio
ſpirituali ponunt̃ tres mẽſę in quibus
Chriſtus miniſtrat. Cap.VIII.
A Sicut homo exterior in refecto-
rio materiali ad horã cibo po-
tuq; reficit̃:ſic homo iterior in
refectorio ſanctę meditationis potatur
vino compũctionis,& diuerſis exemplo
rum ſaginatur ferculis.In hoc refecto-
rio tres ponunt̃ menſę.i.triplices intel
lectus diuinę ſcripturę: videlicet hiſto
rialis,myſticus & moralis. Prima mẽſa
ſimplicibus, ſecunda doctioribus, ter-
tia cõmunis eſt vtriſq;. In prima cibus
groſſior,in ſecunda ſubtilior, in tertia
dulcior.Prima ſaporem continet exem
plorũ, ſecunda vim myſteriorũ, tertia
dulcedinẽ morũ. In vna Chriſtus vinũ
miniſtrat,in ſecunda frangit panem,in
tertia docet.Prima paſcit miraculis,ſe
cunda figuris,tertia verbis. Res mira-
culorũ corroborat fidẽ: impletio figu-
rarũ ſpem,doctrina morũ caritatẽ. Dũ
Ioan.2. enim aqua in vinũ mutat̃,dum lazarus
ſuſcitat̃,leproſus mũdat̃,cęcus illumi-
natur:tunc ſimplicior turba mirat̃,ſed
fides inde creſcit,quia deus hoc feciſſe
Matt.26 credit̃.Dũ vero diſcipulis panis frangi
tur & corpus Chriſti eſſe perhibet̃, dũ
templũ deſtrui, & poſt triduũ ſub figu
ra reſurrectionis rędificari promitti-
tur: cum hoc eueniſſe cernitur, nonne
de gloria vẽturę reſurrectionis ſpes in
Ioan.2. flãmatur? dicebat eñ de templo corpo
Lucę.8. ris ſui.Dum Chriſtus in parabolis loq
tur,dũ ſemẽ ſeminãtis quibus terris cõ
gruat aſſignatur : qd aliud in mentibꝰ
hominũ niſi verbi dei amor ordinatur?
B Ponuntur itaq; mẽſę: ponuntur & pa-
nes.Affert Moyſes conſperſum,apoſto
3.Reg.19 li ordeaceũ,Helias ſubcineritium.Hor
deũ tenaciſſima palea tegit̃.in quo ve-
tus teſtamentũ figurat̃: qđ legalibꝰ ob
ſeruantiis obumbrat̃. Per conſperſum
deſignatur panis lachrymarũ: q popu-
Exo.12. lo dei in cibo conceditur dũ de Ægy-
pto egredit̃. Per panem vero ſubcineri
tium notat̃ vita pccatorũ : qui tãdiu
ſupra ſe cinerem portant, q̃diu carna-
lium voluptatũ deſiderio flagrãt. Vn-
Oſeę.7. de ſcriptũ eſt. Effraim factus eſt ſubci-
neritius qui non reuerſatur.Panis ſub
cinere partem ſubtus habet mundio-
rem:illam quę ſupra eſt ſordidiorẽ.Sic
mens terrena cogitans: ſuper ſe cinerẽ
portat. Si autem panis reuerſetur, ex-
cuſſo cinere:totus extat mundus.Hoc 3.Reg.19
pane ſubcineritio nondũ bene a cinere
excuſſo paſtus eſt Helias: dũ fugiens a
facie mulieris fornicarię,venit in Ber-
ſabee iuda.vbi puerum ſuum dimittẽs
perrexit in deſertũ viam vnius diei: ſe
denſq; ſubter vnam iuniperũ, proiecit
ſe & obdormiuit:& ecce ad caput eius
ſubcineritius panis & vas aquę. Fugit
igitur qui mundo renunciat:fugit mu
lierẽ fornicariã,qui fugit luxuriã. Ve-
nit in Berſabee iuda terrã cõfeſſionis:
& puerũ ſuum ibi dimiſit,qui pueriles
actus deſerens,ad viriles aſcendit.per-
git in deſertũ viã vnius diei,qui ſerua
ta vnitate cõmunis vitę mundanis re-
nũcians,ſpiritualia quęrit.Subter vnã
iuniperũ ſedet:qui nolens aculeos pcc-
cati ſuſtinet.Vnde Apoſtolus.Conde- Ro.7.
lector legi dei ſecundũ interiorẽ homi
nẽ.Video aũt aliã legẽ in mẽbris meis
repugnantẽ legi mẽtis meę. Proiecitq;
ſe & obdormiuit: cũ ab amore ſuperni
luminis deficiẽs,in fomite peccati qua
ſi ſub vmbra iuniperi requieſcit.Ab an
gelo excitat̃:quãdo a ſermone dei(qui
media nocte a regalibus ſedibꝰ venit) Sap.18.
ſuſcitat̃.Et ecce ad caput eius ſubcine-
ritius panis.Caput mẽtis,ratio eſt. Ibi
ſubcineritius panis inuenitur:quia nõ
dũ mẽs a memoria pccati ex toto mũ
datur. Surrexit & comedit & rurſum
obdormiuit: non in vmbra iuniperi vt
prius,ſed in amore myſterii: non iam
comedẽs panem ſubcineritium,ſed for
tem ac ſolidũ cibũ.liquet quia fortem:
ambulauit enim in fortitudine cibi il-
lius quadraginta diebus & quadragin
ta noctibus,vſq; ad mõtẽ dei Oreb.For
tis cibus eſt caritas. Caritas enim oĩa 1.Cor.13.
ſuffert,omnia ſuſtinet:& vſq; ad altitu
dinẽ diuinę cõtẽplationis animũ pue-
hit & ſuſtollit. Surgentes aũt miniſtri
diuerſa gña apponũt vini : Stephanus
ſcilicet vinum paſſum, Eſaias aqua mi
xtum.Inebriantur autem duo: Noe vi
delicet & Loth.Noe requies:Loth vero



declinatio interpretatur.Eſt aũt reqes
mentis:& eſt requies carnis. Qui q̃rũt
requiẽ carnis,inebriant̃ vino aqua mi-
xto:qui vero requiẽ mẽtis, vino paſſo.
Ro.14. Apponit Paulus olera:tres pueri legu
Danie.1. mina miniſtrãt.Paulus infirmis p ole-
ra,tres pueri vero pr legumina delica
C tis dãt exemplũ ſeruãdę ſobrietatis.Se
quunt̃ aũt tria generalia fercula:ſcili-
cet caro agnina,arietina,& vaccina. A
bel agnũ,Abrahã arietẽ, Ioſue vaccam
apponit.Agnus obmuteſcẽs coram tõ-
dente:eſt Chriſtus humilis in paſſione,
nos patientes in tribulatione.Aries ad
hęrens inter vepres cornibus: Chriſtꝰ
in cruce manibus:nos obœdiẽtię operi
bus.Aries pręcedens gregem:Chriſtus
vita plębem, prẽlati exẽplo cõgregatio
Num.19 nẽ.Vacca occiſa extra caſtra:Chriſtum
extra Hieruſalẽ, nos extra mundi vani
tatẽ mortificari deſignat. In agno ſim-
plicitas cordis, in ariete fortitudo ope
ris,in vacca lac prędicationis . Non ſit
autem in nobis ſimplicitas ſine diſcre-
tione,nec diſcretio ſine lacte doctrinæ:
ſed ſimus ſicut illi qui vt nubes vo-
lant, prudentes ſicut ſerpentes,& ſim-
plices ſicut columbæ : ne ſit nubes ſine
pluuia, ſerpens ſine prudẽtia, columba
ſine ſimplicitate: ſed careat colũba fel-
le,ſerpẽs veneno,nubes ſiccitate: vt ſit
ſimplicitas iuſti ſine amaritudine, pru
dẽtia ſine malignitate,doctrina ſine va
D nitate.Poſt carnium fercula tres piſci-
um diuerſitates apponunt̃: ſcilicet pi-
ſces de mari,de flumine, de ſtagno. Pi-
ſces de mari,ſeculares:piſces de flumi-
ne,doctores : de ſtagno,clauſtrales.Ta-
les tamẽ apponant̃ q ſquamas & pinnu
las habeant.i.aſperitatẽ rectę cõuerſa-
tionis & alas cõtemplationis.Piſcis de
mari,Cornelius:de flumine,Paulus:de
Actu.10. ſtagno,Maurus. Apponit igit̃ Petrꝰ ad
Actu.9. mẽſam Corneliũ:Ananias Paulũ:Bene
dictus Maurũ.Cũ eñ legunt̃ opa Cor-
nelii,conuerſio Pauli,vita Mauri: quid
aliud agit̃,q̃ q ex eorum exemplis ani-
mus ſaginatur?Huiuſmodi ergo piſces
ſunt comedẽdi,id eſt vita & moribꝰimi
tãdi.Imitãdus eſt eñ Cornelius fide &
opere ſecularibꝰ: Paulus vita & doctri
na doctoribus: Maurus humilitate &
obœdientia clauſtralibus. Qz eñ aqua
Mauro ſe calcabilẽ prębuit:virtꝰ obœ-
dientię & magiſtri meritũ fuit. Qz vir
tutem miraculi magiſtro aſcripſit:hu-
militatis officiũ docuit.Afferũt & alii E
alios piſces.Afferunt eñ piſces de ma-
ri Iacobus & Andreas: de flumine To-
bias:de mõte Honoratus.Iacobus ſup-
plantator:Andreas virilis interpretat̃.
Qui eñ vitia ſupplantant,id eſt qui vi
riliter agunt:exemplo bonę opratiõis
piſces de mari,id eſt ſeculares ad littus
conuerſionis trahunt.Tobias vero qui Tobi.6.
deſcendit ad flumẽ:Chriſtus eſt deſcẽ-
dens ad mundũ, iuſtus ad lachrymas:
Tobias vt lauaret pedes : Chriſtus vt
ablueret pccata,iuſtꝰ vt carnales mũ-
daret affectus. Inuenit Tobias piſcem,
Chriſtus diabolũ:iuſtus quodlibet dia
boli membrũ. Piſcem Tobias extrahit:
diabolum Chriſtus eiecit,iuſtus impiũ
cõuertit.Exenterat Tobias piſcem,in-
teriora proiiciendo:Chriſtus diabolũ,
malignitatem eius aperiendo: iuſtus p
confeſſionẽ occulta pectoris eiiciendo.
Non carent iſti ſale, quo piſces ſuos aſ
pergant:habet eñ Tobias materialem,
Chriſtus myſticũ,iuſtus moralẽ.Tobi-
as igitur non caret ſale materiali quo
piſcis condiatur: Chriſtus ſale ſapien-
tiæ,quo diabolus caueatur: iuſtus ſale
doctrinę,quo nouiter conuerſus docea
tur.Affert & Honoratus piſcẽ de mon
te:exemplum ſcilicet ſobrietatis & abſ
tinentię. Affert & Moyſes diuerſas fer F
culorum ſpecies: mel ſcilicet de pctra, Deut.32.
oleumq; de ſaxo duriſſimo, butyrũ de
armento,& lac de ouibus cum adipe a-
gnorũ & arietũ filiorum Baſan:& hir-
cos cum medulla tritici,& ſanguinem
vuę meraciſſimũ. Audis petram & ſa-
xum duriſſimũ.petra erat Chriſtus an
te paſſionem,ſaxum duriſſimũ poſt re-
ſurrectionem. Petra prius propter pa-
tientię firmitatem:ſaxum vero duriſſi
mũ poſtea propter immortalitatis ęter
nitatem.Petra.n.erat,frãgi poterat,qa
adhuc mortalis fuerat:nũc aũt ſaxũ du
riſſimũ eſt: qa factus immortalis, iterũ
mori non põt.Per mel igit̃ de petra,de
ſignat̃ melliflua doctrina pdicationis:p
oleũ vero de ſaxo duriſſimo, ab eodem

procedēs ſpūs conſolationis.Hęc eſt.n.
effuſio olei:remiſſio peccatorū per gra
tiam ſpiritus ſancti.Si habes igit̄ cariſ
ſime apud te vas mūdū: immo quia ha
Matt. 11. bes:accipe mel de petra.Ait em̄. Diſci-
te a me quia mitis ſum & humilis cor
de: & inuenietis requiem animabus ve
ſtris.Ecce mel humilitatis cum dulce-
dine manſuetudinis.Sicut mel concor
dat in confectionibꝰ medicinę cū omi-
bus diuerſitatibus ſpecierum:ſic & hu
militatis dulcedine condiuntur omia
genera virtutū.Per butyrū vero de ar
mento:ſignat̄ in patriarchis & prophe
tis doctrinę ſpiritualis pinguedo.quia
ſicut pinguedo lactis in vaſis ſuperemi
nere cognoſcit̄: ſic & in verbis prophe
ticis ſenſus de diuinitate & humani-
tate ſpiritualiter ſuperabundans repe
ritur. Sed hęc pinguedo, butyri ſpeciē
non recipit: niſi quando prius agitata
tunſionibus indureſcit. Sic & deus in
homine non cognoſceret̄:niſi prius deꝰ
homo flagellis cęſus,cruci affixus, per
poteſtatē diuinitatis a mortuis ſuſci-
taretur.Hoc igit̄ butyro paſcimur: dū
in verbis propheticis cōtēplatione di-
G uinitatis delectamur. Per lac vero de
ouibus:deſignatur innocētia cordis in
Pſal. 77. ſimplicibꝰ. Vnde & ꝓpheta. Pauit eos
in innocētia cordis: & in intellectibus
manuū ſuarū deduxit eos.Ad cor ꝑ-
tinet innocētia,ad corpus operū mūdi
tia: vt innocens habeat̄ intētio cordis,
& mūda ſint opera carnis.Hęc ſunt lac
& lana:hoc lacte debemus paſci, hac la
na veſtiri.Hęc igit̄ ad ſimplicitatē clau
ſtralium ꝑtinēt: qui mūditia carnis ve
ſtiuntur & nulli nocent. In adipe vero
agnorū & arietū:deſignat̄ in ꝑlatis di-
lectio fratrū. Hi em̄ dicunt̄ filii baſan,
id eſt pinguedinis: in quo demonſtrat̄
dulcedo caritatis.Per hircos ſiquidē fi
gurat̄ vita pœnitentiū: q̄ ſunt imitato
res Chriſti paſſionū. hoc eſt em̄ qđ di-
citur,hircos cū medulla tritici: pœni-
tētes videlicet mortificādo carnē ſuā,
& imitatores paſſionū Chriſti. Sāguis
vero vuę meraciſſimꝰ:ſanguis eſt Chri
ſti,nulla ꝑccatorū fęce turbatus. Qui
igitur vſq; ad effuſionem ſanguinis ꝑ-
uerſis reſiſtūt,quē ꝓ nobis ſaluator bi-
bit,ꝓ calice calicē bibētes reddūt.Vn-
de & propheta.Quid retribuā dn̄o pro Pſal. 115.
omnibus quę retribuit mihi? Calicē ſa
lutaris accipiā & nomē domini inuoca
bo.Sunt & alii cibi Ægyptii ſummope H
re vitandi:quia ſępiſſime generāt infir
mitatem & quandoq; mortē.Si quęras
qui ſunt,vt vitari poſſint: hi ſunt cibi Num. 11.
noxii:allia videlicet,cępæ & porri. hæc
filii Iſrael in deſerto cū ollis carnium Exo. 16.
ſuſpirabāt:quę tamē comeſta grauiter
inflant,& ventoſitatem generant,cere-
brum turbant,oculos grauant, lachry
mas prouocant. Ægyptiæ carnes ſunt
mūdanę delectationes,in quibus infir-
mitates animę latēt:quę poſtea per ef-
fectus & operationes,exterius apparēt.
Inflat enim elatio, ventoſitatem gene-
rat verborū inundatio,turbat cerebrū
iracūdia,cordis oculos grauat inertia.
Hęc igitur ꝓuocant pœnitētię lachry
mas: ſi ante mētis oculos in manu diſ-
cretionis ponas.Vt tu igitur ſanus iu
ſto moderamine viuas: Noxia deuitās
alimenta,ſalubria ſumas.

¶De dormitorio animę. Cap.IX.

POteſt mentis tranquillitas,ani I
mę dormitoriū ꝑ ſimilitudinē
nūcupari:in qua ponitur lectꝰ
conſcientię,ſubſternit̄ fœnū carnis,car
pitur pacis ſomnus. In his ſiquidē dor
mit aīa:dormit & quieſcit.Cuſtodi igi
tur cariſſime ne dormitorii tectū diſco
operiat̄ turbine tentationū:cōpone le
ctū cōſciētię,ne mēs incōpoſita ceſſet a
quiete.Subſterne fœnū carnis, vt aīali
tas ſubiaceat ratiōi mētis: cōpeſce tur
bā vitiorū ne impediāt quieſcentis ſo
mnū. Ordo ſiquidem dormitorii talis
eſſe debet:vt clauſtraliū nullus aliquid
proprium circa lectum repoſitum ſer-
uet. Sic & conſcientię lectus talis ſit ſi
requiratur:vt nihil in ea proprię volū
tatis inueniatur. Oportet etiā ne ſub
fœno carnis abſconditū lateat, qđ ocu
los abbatis omnia videntis offendat.
Vt autem in pace & in idipſum dormi Pſal. 4.
as & requieſcas:inquire pacē & ꝑſeque Pſal. 33.
re eā. Ipſa em̄ ſicut ſomnus ab oculis:
ita euaneſcit ab intuitu mētis. Quatu K
or igitur ſunt attēdenda quę ſolēt in-
quietare pacis ſomnū:videlicet hoſtis,



ſeruus,vxor & vicinus. Hoſtis eſt dia-
bolus,ſeruus mūdus,vxor caro, vicinꝰ
quilibet proximus. Cū ergo diabolus
eiicitur,mūdus ſubiicitur,caro affligi-
tur,proximus diligit̄: quid aliud agit̄
niſi ꝙ pax ex omni parte ſtabilitur?In-
ter hęc igitur non habet animꝰ quo ſe
diuertat: nō em̄ ad odiū fratris, nō ad
amorē carnis,nō ad ſuperbiā mūdi, nō
3. Reg. 4. ad malitiā diaboli.Ecce quomodo Salo
mon habet pacem ex omni parte ꝑ cir
cuitum.In circuitu pacem habet: q̄ nō
turbat̄ memoria prętęritorū delictoꝝ,
nec inquietat̄ deſiderio futurorū, non
frangit̄ aduerſis, nec eleuatur ꝓſperis.
Hęc eſt vera pax.Eſt em̄ vera pax & fal
Hier. 6. ſa pax.de falſa pace dicit̄:Pax pax,& nō
erat pax. De vera pace dicit̄ ab Abiſai
1. Para. 12 ad Dauid:Pax pax Dauid & pax adiu-
L toribus tuis. Falſę vero pacis tres ſpe-
cies ſunt.Eſt em̄ pax opinata, pax ſimu
lata,pax imperata.Dū enim inter ſecu
lares pacē quęrimꝰ, dū diſcordes ad cō
cordiā reuocamus: opinātur ſeculares
ꝙ pacem inter nos habeamus.dū in ve
Matt. 7. ſtimentis ouium foris incedimus,& in
tus quaſi lupi rapaces gregē ſimpliciū
fratrū lacerando diſpergimus:pacem ſi
mulamus,ſed non habemꝰ.Dū vero ꝑ-
lati pacē ſubditis imperāt,& eos diſci-
plinę legibus non coarctant:ſolūmodo
pacē docent,ſed non tenēt.Non em̄ ſuf
Grego. ficit(vt ait beatus Gregorius)vt pacē
tantū doceas verbis: niſi adhibeas etiā
manū correctionis.Videſne quomō cū
nō ſit in nobis,opinent̄ pacē ſeculares,
ſimulēt ꝑuerſi clauſtrales,imꝑerēt & nō
teneāt tepidi doctores?Sic igitur exiſti
mat̄ a neſciētibꝰ,ſimulat̄ a nō habētibꝰ,
M imperat̄ a nō tenētibꝰ.Verę ſiquidē pa
cis tres ſꝑecies eſſe ꝓhibent̄.Eſt em̄ pax
ꝓbata,pax cōfirmata, pax certa.Pax.n.
dei hoībꝰ qn̄q; dat̄:data ꝓbat̄,ꝓbata cō
firmat̄,confirmata certificat̄.Probatur
tētatione,cōfirmat̄ tribulatione,certi-
ficat̄ cohabitatione. Cohabitatione ſiq
dem pax vera cognoſcit̄:quā lingua &
habitus exterius ſimulatorie loquunt̄.
Dicunt em̄ qn̄q; lingua & habitus,pax
pax:ſi aūt reqrat̄ animus, reſpondet ꝙ
nō ſit pax.An vera enim ſit pax animi,
aſſiduę cohabitationis ſpatium demō-
ſtrat: vt ſit pax in ope nō ī ore. Lingua
quādoq; pacē ꝑ̄dicat:ſed ſępius turbat.
Cum aūt habitus,cor & lingua cōcor-
dant: pacem ſeruant. Vbi vero lingua
diſſoluta diſcurrit:pacē ſoluit. Ad hoc N
ꝑtinere moraliter videt̄:ꝙ cum tribꝰ
Dan poſſeſſionē ſibi q̄reret vt in ea ha Iudi. 18.
bitaret(vſq; ad illū em̄ diem inter cęte
ras tribus ſortē nō acceperat) venerūt
de filiis Dan ad domū Michę,& inuene
runt ibi ephot & ſculptile atq; confla-
tile.Dan interpretat̄ iudiciū.Iuſtus em̄ Prou. 18.
ī initio accuſator eſt ſui. Filii Dan q̄rē
tes ſibi ſortē hęreditatis:deſignāt quoſ
dam de ſeculo ꝓuidētes ſibi ad habitā
dū domū cōuerſionis.Inueniūt igit̄ ibi
qn̄q; ephot.i.habitū religionis:& cū eo
ſculptile ꝑuerſi operis, & cōflatile cōfa
bulationis. Noſtis fratres ꝙ cū fieri de
beat cōflatile, metalli ſpecies circūpoſi
tis follibus ponit̄ in igne:fit tumultus
folliū attracto & emiſſo aere, cōmouen
tur cineres,creſcit flāma,volāt ſcintil-
lę. Sic in q̄buſdam eccleſiis euenire ſo-
let:dū ſimul in aliquē locum conueni-
unt ocioſi fratres. Ponunt igit̄ in me-
dio metallū.i.materiam rumorū.Aerē
folles attrahunt & emittunt: cū rumo
res audiunt fratres & dicunt.Auditur
ibi tumultꝰ folliū, id eſt diſſenſio impa
tientiū:cōmouentur cineres, quia cito
turbant̄ leuiores: creſcit flāma dū ſuc-
cendit̄ ira:volant ſcintillę, id eſt verba
diſcordię.Sic Aaron vt faciat vitulum Exo. 32.
conflatilē,a filiis Iſrael petiit inaures.
Inaures ſunt rumores: quia ſicut inau
ris imponit̄ auri,ſic rumor auditui.Ex
his igitur procedit vitulus ꝑtulātiæ:
qui ſi præcedat,aufert a nobis rectitu-
dinē viæ.Non em̄ grauiter incedit:ſed
ludēdo diſcurrit.Cū igit̄ aliq̄ de ſecu-
lo ad domū religionis veniūt,& hęc in
ueniunt: domū Michę ſe reperiſſe cre-
dūt. Michas em̄ interpretat̄,q̄s eſt hic?
dum autem inueniūt ephot, id eſt ha-
bitum religionis,& cōflatile, id eſt ver
ba detractionis: exeunt quandoq; & re
cedunt: & admirantes huiuſmodi con
uerſionem:quis eſt hic dicunt.Multi ſi
quidē iſtorū ſocietate ꝑeiores fiūt:mul
ti vero ab eis diſcedentes ad meliora
tranſcendunt. Hęc ſunt cariſſime quæ

pacē ſpiritualis dormitorii ſollicitāt: quia tranquillitatē quietę mentis turbant.Incipiētē etenim dormire rumor exagitat,curioſitas excitat:&ſic de vno latere in alterū latus dormiens vertit̄, dum curioſitatibus diſtrahit̄ atq; conturbatur.

O Dū autē renunciat curioſitatibus mūdi:quietus dormit.De his igitur Ezechiel propheta dicit cap.quarto.Et tu dormies ſup latus tuum ſiniſtrum. Cū hoc propheta dicit:pſonam cuiuſlibet nouiter conuerſi moraliter inducit.Sup lat⁹ enim ſiniſtrū dormit: q quęlibet ſibi aduerſantia ſub ſe ęquanimiter pmit.Sed cū iniquitates dom⁹ Iſrael ſuper ſe portat,& meritis ſuis aſcribens pccata quę fecerat,elationem quę de contēptu vitiorū naſcitur premit:dū annos iniquitatis ſub certo numero dierū portat,licet diu pctō ſeruierit,tamē poſt laborē pœnitētię veniam ſperat.Audi igit̄ qđ ſequit̄:& cū cōpleueris hęc,dormies ſup latus tuum dextrū .Cum enim vitia ſuccūbūt,dū virtutes obœdiunt:tunc de ſiniſtro latere in dextrū ſe vertit:& cui vitia pri⁹ reſiſtebāt,amanti qetē virtutes obſequia pręſtant.Felix aīa cui vitia ſeruiūt,virtutes obœdiūt:quę in dormitorio trāquillitatis ordinauit lectulū mētis: vt ſomno frueret̄ pacis: quę non egredit̄ ſub obſcuritate noctis.i.non recedit tēpore tētationis:quę nō diſcurrit p plateas ciuitatis,nec intrat lupanar luxurioſę voluptatis: quę capta non trahit̄ ad obſcuritatē carceris.i. ad obliuionē mētis: nec iacet in grabato diſſolutionis,ī voluptate videlicet diſſolutę carnis.Homo ſiquidē interior indutus veſtibus egredit̄: quando p plateas ciuitatū ſecularium meditādo delectatur.

P Ad hoc forſitā ptinet qđ ſcriptura ſacra quoſdā dormire dicit in puluere, quoſdā in gremio mulieris, quoſdā in grabato,quoſdā in carcere. Iob.7. Iob in puluere:Iud.16. Sanſon in gremio mulieris: Actu.12. Petr⁹ in pfundo carceris: Matt.9. Paralyticus in grabato iacuiſſe referuntur. Ait enim beatus Iob. Ecce nunc in puluere dormio. Dormit in puluere:q gaudet leuitate. De Sanſone vero dicitur φ in gremio dormiens mulieris amiſerit effectū virtutis.Nihil enim mentem citius eneruat:q̄ cum aliquis ad luxuriā affectum cordis inclinat.Petrus vero dormit in carcere,id eſt in obliuione ſui & ignorantię cæcitate.Inter duos aūt milites dormit, videlicet inter vitia carnis & vitia mentis:quę aduerſus animā militant, quia contra virtutes ſemp vitia pugnant.Paralyticus iacet in grabato diſſolutus omni mēbrorum compage, id eſt diſſipatus in omni actu ſuo & cogitatiōe. Videſne frater cariſſime quomodo ad noſtrā doctrinam ſcripta ſunt hęc omnia? Videſne φ per puluerē deſignatur leuitas: pr gremium mulieris voluptas: pr profundum carceris ignorantię cęcitas: per grabatū paralytici conturbatio fratris diſſoluti?Excutere igitur cariſſime de puluere:cōſurge de gremio mulieris:ſolue vincla colli tui: tolle grabatū tuū & ambula.

Q Gen.27. Si autem quęras quo pergere debeas: vtere conſilio Rebeccę:diſcede ab Eſau: vade cū Iacob,diuerte ad domū Labā: vt ibidē Lye & Rachelis vtaris coniugio: vt liberis & ouiū gregibus ditatus reuertaris ad patriā.Si vero reuertēti tibi occurrerit Eſau,ſi amplexabit̄ ſtringens collū tuū & oſculat⁹ fleuerit: caue ne decipiaris. Gen.33. Si dixerit tibi,gradiamur ſimul:ne conſentias. ipſe enim cū impetu gradit̄: paruulos autem tuos & ouium greges ſuauiter oportet incedere.Rebecca, multa patientia interptatur.Conſilium ſiquidem Rebeccę eſt exhortatio patientiæ:vt ab his in quibus animæ periculum times,cedēs declines.Duo enim Rebecca præcepit Iacob: videlicet vt recederet ab Eſau & ſeruiret Laban.Hoc idem præcepit Dauid. Pſal.33. Diuerte inquit a malo: & fac bonum.Per Eſau vero deſignatur carnalis affectus. Ab Eſau igitur diſcedit: q carnalibus deſideriis non cōſentit. Cū Iacob vero graditur: qui contra vitia luctando,ambulās in via immaculata, in lege dñi meditat̄ die ac nocte.Laban ſiqdem ſeruiūt: q deo obœdiūt.Hęc.n. tria fecit Iacob (vt ait beat⁹ Ambro.) Ambro. obœdiuit mrī,ceſſit fratri,ſeruiuit auūculo.Qđ dulce ē cōmorari ī domo Labā etiā laborāti? Nihil eſt amāti difficile,



nihil eſt graue deſideranti venire in amplex⁹ Rachelis: Gen.29. vident̄.n.pauci dies laboris prę amoris magnitudine.Recepit ergo Iacob Rachel & Lyam.i.actiuā vitā & contēplatiuā. Ditat̄ aūt liberis & gregibus ouiū: dū bonis opib⁹ abūdat & multitudine ſimpliciū cogitationū.

R Sed huic reuertēti ad patriā,quē prius fugerat frater occurrit.Mira res,etiam perfectis quandoq; blandit̄ affectus carnis. Gen.33. Ecce quomodo Iacob ambulat cum Eſau,amplexat̄ & ſtringit,oſculatur & plorat? Ambulatio ſpūalis Iacob & carnalis Eſau,eſt animi volūtas:amplexus voluptas,ſtrictio cupiditas,oſculū adulatio:fletus,carnalis affectio. Ambulat itaq; pedib⁹,amplectit̄ brachiis, manibus ſtringit, labiis oſculat̄, oculis plorat. Duo pedes qbus Eſau ambulat.i. carnalis affectus cū animo ſpirituali: ſunt leuitas & vanitas volūtatis.Duo brachia:deliciæ & diuitiæ voluptatis. Duę manus quibus ſtringit: ſunt rapacitas & tenacitas cupiditatis. Duo labia ſunt captatio beneuolētię & oſtenſio carnalis amicitię:quæ pertinent ad adulationē.Duo oculi ſunt ſocietas & cōſanguinitas:quę reſpiciunt carnis affectionem.Hęc ſunt quę blandiunt̄ nobis ambulantibus in via dñi. Igitur cariſſime ſi occurrerit tibi Eſau: roga vt diſcedat.fuge puerſum fratrem:vt habeas pacē.vade cū Iacob:cū eo em̄ paruuli ambulant. Qui em̄ vitia ſupplantant:humilitatis ſocietatē ſemp amāt.

S Quere ergo lectū Iacob:ipſe em̄ in ſpirituali dormitorio lectū ſuū poſuit.Ibi dormit Samuel:ibi dormit Ioſeph. Ioſeph dormit in domo, Samuel in templo,Iacob ī itinere. Matt.2. Videt Ioſeph āgelū ſibi in ſomnis apparentē: 1.Reg.3. audit Samuel dominū ſibi colloquētē: Gen.28. Iacob vero nō tantū videt angelos aſcendentes & deſcendentes, ſed etiā videt & audit dominū reſpicientē & loquentē ad ſe.Audit Ioſeph angelū monentē,Samuel dominū corripientem , Iacob dominum promittentē.Audit Ioſeph:Accipe puerū & fuge in Ægyptum:& eſto ibi vſq; dū dicā tibi: futurū eſt enim vt Herodes quęrat puerum ad perdendum eū. Audit Samuel:Prædixi Heli φ iudicaturus eſſem domū eius in ęternum ppter iniquitatē, eo φ indigne agere filios ſuos nouerat,& non corripuit eos.

T Audit Iacob:Terrā in qua dormis tibi dabo. Poſſunt p hos tres hoīes,tres hominū ſpecies deſignari moraliter.In Ioſeph incipientiū,in Samuele proficientiū,in Iacob perfectorū. Monetur incipiens vt fugiat, docetur proficiens vt corripiat,inuitat̄ pfectus vt recipiat. Ioſeph dicitur accreſcens.i. incipiens. Tunc enim incipiens creſcit:cū in initio cōuerſionis nouiter conuerſus de virtute in virtutē pficit.Accipit puerū:dū nouę vitę tenet inſtitutū.In puero enim habet̄ ſpes creſcendi: & ī nup conuerſo ſpes proficiendi.Nec tātū iubetur accipere puerū,ſed & matrē.i.bonam voluntatē.Mater etem̄ boni pppoſiti:bona voluntas poteſt appellari.Fuge inquit in Ægyptū, id eſt attēde mūdū,conſidera teipſum,reduc ad mētem tenebras veterū delictorum: vt ſi vanę glorię ſtimulis inciteris,qualis in mūdo fuiſti hūiliter mediteris. & eſto ibi vſq; dum dicam tibi.i.nō auertas oculos mentis ab intuitu mundani caſus, & defectu pprię fragilitatis: donec de Ægypto ad Hieruſalē reuoceris.i.a cōſideratione veterū delictorū ad contēplandā beatitudinē ſupernæ pacis.

V Futurū eſt em̄ vt Herodes quærat puerū ad pdēdū eū. Mētes ſiquidē nup cōuerſorū vana glīa(quę p Herodē deſignatur)quandoq; vexat:vt bona initia perdat.Hoc em̄ interpretat̄ Herodes:pellis gloria. Oīs.n.gloria filiarū dei ab intus: Pſal.44. omnis gloria filiarū ſeculi extrinſecus apparet.Sicut enim caro animalium exterius pelle tegitur: ſic animalis ſpiritus appetitu vanę glorię ad exteriora ſe ſpargens,forinſecus delectatur.Hic eſt Herodes q clam magos vocat, vt ab eis tempus ſtellæ diligenter inquirat. Matt.2. Clam vocat: quia in occulto vana gloria mentem vexat.Vana ſiquidem gloria mentes quęrentium dominum tentat: vt ab eis modum & intentionem conuerſionis ſubtilius diſcat: quā ſcilicet intentionē mēs habuerit, quando illi ſpes appetendæ religionis apparuit:vtrū ſapiens aliquis conuer

ſus confidat in ꝓprio ſenſu: an glorie-
tur diues in oblato cenſu:vtrũ fortior
de labore,an nobilior ꝑ gñe glorietur:
vtrũ tẽporalia an ſpiritualia ſpiritus
attendat: vtrũ reſpiciat intuitu appe-
tendę religionis,cõmodũ beneficii tem
poralis.In his igit̃ ab Herode quotidie
nobis,id eſt a vana gloria conſiliũ dat̃:
vt per eum tranſeant ſinguli & per eũ
reuertant̃.Defuncto Herode monet̃ Io
ſeph:vt reducat puerũ cũ matre. Puer
cũ matre,puritas eſt in volũtate. Quæ
reuertit̃ cũ Herodes morit̃. Dũ.n.mũ-
dus deſpicitur, dum caro affligitur, &
in nullo iſtorum animus gloria laudis
inflatur:ſcito ꝙ tũc inanis gloria pror
ſus annihilatur. Vt igitur ſeruet̃ hu-
militas incipientium:fugiamꝰ in Ægy
X ptum.❡Si aũt ſequi volumus altitudi
nem proficientium:aſcendamus in ex-
celſum,aſcẽdamus in Sylo:ibi eñ mo-
ratur Samuel in tẽplo. Quatuor autẽ
modis proficiũt homines: videlicet in
ſe,iuxta ſe,ſuper ſe,ſub ſe.In te eſt ani-
mus,iuxta te ꝓximus:ſuper te pręlatꝰ,
ſub te diſcipulus.In te igitur proficis
ꝑ bonã vitã, in ꝓximo ꝑ doctrinam:
in magiſtro ꝑ admonitionẽ,in ſubditis
1. Reg.3. ꝑ correctionẽ. Ecce quomodo Samu-
el habitat in tẽplo:ecce quomodo loq-
tur ad Heli verba domini, quomõ poſt
ęum pręponitur multitudini filiorũ Iſ
rael.Habitas in tẽplo:dum cor tuũ ſan
ctis meditationibꝰ exerces. Aꝑis oſtia
tẽpli:dũ ꝓximũ doces. Loqueris ad He
li verba dñi:dum de emendatione fra-
trum magiſtrum mones.Regis multi-
tudinẽ filioꝝ Iſrael:dum ſubditos tibi
diſciplinę lege coerces.Hęc eſt vita ꝓ-
Y ficientium.In Iacob aũt vt diximus fi-
guratur vita ꝑfectorũ.Nota vitã bea
ti Iacob. filius fuit Iſaac & Rebeccæ.i.
riſus & patientię: gaudii videliet ſpiri
tualis & patientię tẽporalis:vt ſit gau
Ro.12. dium in cõtẽplatione,& patientię vir-
tus in tribulatiõe. Vnde dicit̃. Spe gau
dentes,in tribulatione patientes.Hæc
eſt hoſtia cũ cauda. Cauda ſiquidẽ ho-
ſtię:eſt in bonis actibus cõſummatio ꝑ
ſeuerãtiæ.Hęc eſt ænea baſis,hęc eſt tu
nica talaris,hęc eſt longitudo domini-
cę crucis:in quã Chriſtus aſcendẽs ter

minauit ſpatiũ vitę temporalis.In hac
nobis poſſeſſio animę promittit̃ cũ di-
citur: In patientia veſtra poſſidebitis Lucę. 21.
animas veſtras.Extende igitur cariſſi- Z
me membra tua in longitudine crucis
id eſt in perſeuerantia bonæ actionis:
vt cũ Chriſto in pace dormiens moria
ris. In imo, id eſt in humilitate, ſpiri-
tualis ædificii locus quæritur: funda-
mentum in latitudine,id eſt in carita-
te diſponitur:in altũ vero bonorũ ope
rum paries erigitur: ſub ſpe diuinę ꝓ-
tectionis tectũ deſuper locatur,ſed ne-
ceſſe eſt vt in lõgitudine patiẽtiæ per-
ficiatur. Qui igitur in pace ꝑſeuerat:
in dormitorio ſpirituali, id eſt in tran
quillitate mentis lectum ſuum locat.
Dulce id animo ſpirituali,immo nihil
dulcius eſſet ei q̃ in dormitorio trãql
lę mentis cõmorari, in lectulo mundæ
conſcientię velut in albis linteis dele-
ctari:niſi ſurgẽdũ nobis eſſet & orãdũ.

❡De oratorio animæ.

Cap.X.

COngruum nobis cariſſime vi- A
detur, vt de dormitorio tran-
quillæ mentis tranſeamus ad
oratorium pię deuotionis.Surgam igi
tur & egrediar: ingrediar & ꝓſternar.
Surgam de lectulo mundæ conſcien-
tiæ,vt proſternar in oratione:egrediar
de domo Salomonis,vt ingrediar tem
plum Saluatoris. Qui enim habitat in
domo pacis: tranſire merebitur ad bea
titudinem ęternę ſalutis.Attendamus
igitur humanam fragilitatem:attẽda-
mus & diuinam pietatem. His duobꝰ
pedibus itur ad templum: his duobus
pedibus calcatur caput & cauda ſerpẽ
tis antiqui. Caput ſerpẽtis antiqui eſt
elatio:cauda deſperatio. Per recorda-
tionem igitur proprię fragilitatis cal-
camus caput elationis: per ſpem vero
diuinæ miſerationis calcamus caudam
deſperationis. His pedibus ambulamꝰ
ſuper mare.Eſt autem mare:cor tumi-
dum,cor carnale. In hoc autẽ mari ſur
gũt vndę:impetus videlicet irę,incur-
ſus luxurię,vorago gulę, ventus turbi
nis,id eſt turbatio cõmotę mẽtis. Pro-
funditas huius maris eſt voluntas cu-
iuſlibet peccãtis. Cuius profunditatis



finis vix reꝑiri poteſt:quia ſemꝑ ꝑc
caret homo ſi liceret. Suꝑ mare igit̃
ambulamus, dum carnem ſubiicimus.
B Qui autem orat:in ſpe oret. Cum igit̃
oramus aſſiſtentes coram ſummi iudi-
cis maieſtate,tria ſunt attendenda: vi-
delicet inſinuatio,captatio,poſtulatio:
vt inſinuemus miſeriam,captemus be-
neuolentiam,poſtulemus veniam. Hic
eſt ordo ſupplicantium,vt reſpiciat mi
ſeriam miſericordia,beneuolentiam di
ligentia,veniam gratia.Sunt autẽ quæ
dam in oratione ad memoriam reducẽ
da:id eſt oppreſſio,liberatio & iuſtifica
tio. Ad inſinuationem miſeriæ ſiquidẽ
ꝑtinet memoria oppreſſionis: ad capta
tionem beneuolentiæ ꝑtinet memo-
ria liberationis: ad poſtulationẽ veniæ
memoria iuſtificatiõis. Inſinuemus igi
tur humiliter miſericordi iudici diuer
ſas oppreſſiones quibus grauamur.Ipſe
Pſal.101. enim reſpexit in orationem humilium:
C & non ſpreuit precem eorum.Tria ſũt
autẽ quibus opprimimur:videlicet car
cer,captiuitas & infirmitas. Grauatur
infirmus debilitate & dolore: incarce-
ratus catenis & compedibus: captiuus
ſeruitute & labore.Hæc iterũ inſinuã-
Ibidem. da ſunt pio iudici: quia ipſe de cælo in
terram aſpexit:vt audiret gemitus cõ-
peditorum, vt ſolueret filios interem-
D ptorum.Quatuor autem ſunt in capti
uitate,quatuor in carcere, & quatuor
in ĩfirmitate notanda. In captiuitate ſi
quidem ſunt locus & tempus, pondus
laboris & crudelitas exactoris. Locus:
dũ in Ægypto ſumꝰ.tẽpus:quãdiu ma-
le viximus.pondus laboris: quantitas
operis.crudelitas exactoris: pertinacia
Pharaonis.Sic igitur ſub Pharaone, id
eſt ſub diabolo in conficiendis lateribꝰ
dum ſub ꝑccato ſumus, tenemur ĩ mũ
do.De iis vero quæ ad carcerem perti-
Pſal.106. nent dicit propheta. Sedentes in tene-
bris & vmbra mortis:vinctos in mendi
citate & ferro.Sedent in tenebris:q mo
rantur in ignorantia propriæ fragilita
tis.Vmbra mortis:ipſa eſt imago futu-
ræ damnationis.Vmbra corpus ſequi-
tur:& imaginẽ vitæ vitioſæ mors ęter
na comitatur.Mendici vero vocari poſ
ſunt,qui ꝑ alienas domos diſcurren-

tes:oſtiatim victui neceſſaria quęrunt.
Sic & nos mendici ſumus, quia ꝓximo
rum res quas habere non poſſumus,de
ſiderio & affectu animi mendicãtes cõ
cupiſcimus.In hac autem mendicitate
ferro ligamur: quia duris & opprimen
tibus culpis aggrauamur.Ferrea etem̃
& indiſſolubilia vincula:ſunt grauia &
inſeparabilia peccata. Ad infirmitatem
vero ꝑtinent quatuor: de quibus pro
Pſal.106. pheta dicit.Eſurientes & ſitientes:ani-
Ibidem. ma eoꝝ in ipſis defecit.Et iterũ.Omnẽ
eſcam abominata eſt anima eorum.Au
dis ꝙ eſuriunt & ſitiunt,abominantur
& faſtidiunt. Eſuriunt & ſitiunt infir-
mitati contraria:abominantur & faſti-
diunt ſanitati conuenientia. Eſuriunt
enim curioſitatem: ſitiũt voluptatem.
Abominantur & faſtidiunt verbũ dei:
quod eſt robur animę & alimonia ſpiri
tualis. In fame igit̃ & ſiti gñat̃ deſide-
rii tormentum:in faſtidio nouimus eſ-
ſe defectum. In ſe ergo ꝑ ſe deficiunt:
quia ipſi ꝑ ſe ſibi non ſufficiũt.Ne igi-
tur omnino in ſeipſis remanentes defi-
ciant:in deum proficiant.De talibꝰ eñ
Pſal.106. propheta dicit. Clamauerunt ad domi
num cum tribularẽtur:& de neceſſita-
E tibus eorum eripuit eos. Inſinuauimꝰ
igitur cariſſime ea quæ pertinẽt ad mi
ſeriam: captemus amodo beneuolẽtiã.
Pſal.106. Ipſe eſt eñ de quo dicitur. Eduxit eos
dominus de tenebris & vmbra mortis:
& vincula eorum dirupit. Satiauit ani
mam inanem,& animam eſurientem ſa
tiauit bonis. Miſit verbum ſuum & ſa-
nauit eos.miſit verbum vt ſanaret ĩfir
Matt.8. mum, id eſt iuſſionẽ de qua dicit̃: Dic
verbo,& ſanabitur puer meus. Laudan
da eſt igitur potentia,annunciãda ſunt
beneficia liberationis:vt captetur bene
uolẽtia liberãtis.Ipſe enim eduxit nos,
reduxit,deduxit & induxit: de carcere
ad patriam,ꝑ viam rectam, in ciuita-
tem habitatiõis. Eductos de carcere re
demit precio ſui ſanguinis: vt irent in
viam rectã.præceſſit exemplo boni oꝑe
ris: comitatus eſt euntes, factus parti-
ceps tribulationũ: manentes in domo
propria ſanauit medicamine virtutũ.
Pſal.56. Clamabo igitur ad deum altiſſimũ:de-
Pſal.17. um qui benefecit mihi. Ipſe eñ eripuit

me de ĩimicis meis fortiſſimis: & ab iis
qui oderunt me. Sunt autem fortes ini
mici, ſunt fortiores, ſunt fortiſſimi. For
tes inimici ſunt vitia carnis, fortiores
vitia mentis, fortiſſimi ſunt diaboli. Hi
autem qui me oderũt, ſunt falſi fratres
ſeu quilibet ꝓximi qui mihi detrahũt.
F Sed forſitan dicet aliquis. Non te eri-
puit dominus ab his? Eripuit quidẽ do
minus voluntate: licet aliquando ſub-
iaceam ex pręcedenti vſu ꝑccãdi & aſ-
ſiduitate, licet aliquando detinear ani-
mi vanitate, licet aliquando ſuccumbã
ꝑ carnis infirmitatem, licet aliquãdo
decipiar ꝑ diaboli calliditatẽ. Sed ite
rum dicet. Nõ te eripuit ab his qui te
oderunt: quoniam confortati ſunt ſu-
ꝑ te? Eripuit equidẽ ꝑ patiẽtiã: vin-
cendo malitiam. Cum eñ ꝑ patientiã
ꝑuerſos porto: licet grauiter afflictꝰ,
tamen exuꝑans vinco. Scriptũ eſt eñ
Lucę. 21. de ea. In patientia vr̃a poſſidebitis ani-
mas veſtras. Poſſidet igiẽ qui ſuſtinet.
Audiſti cariſſime igiẽ quanta fecit deꝰ
Pſal. 65. animæ meæ. Non enim amouit oratio
nem meam & miſericordiã ſuam a me:
ſed factus eſt dominus protector meus.
Inſinuata itaq; miſeria noſtra ꝑ enu-
meratiõẽ tribulationum, captata be-
neuolentia ꝑ recordatiõẽ beneficio-
rum: poſtulãda eſt venia de ꝑpetratio
G ne ꝑccatorum. Veſtigiis igitur ꝑdum
Iob. 14. pii iudicis obuolutus, clamabo & dicã:
Operi manuum tuarum porrige dexte
Pſal. 117. ram. Dextera eñ domini exaltabit me:
non moriar, ſed viuam & narrabo oꝑe-
ra domini. Oſculabor igiẽ ꝑdes domi-
ni ne moriar ꝑ culpam: erigam me ad
oſculũ manuum, vt bonis oꝑibus vi-
uam: innixus ꝑdũ ſummitatibus & ma
nibus reptans, extendam me vt oſculũ
oris ſumam. Oſculum oris eſt reconci-
liatio generis humani facta ꝑ incarna
tionem mediatoris. Ad ꝑdes igitur co
gnoſcitur miſeria, ad manum datur ve
nia, ad os gratia. In vno itaq; inuenitur
pius, in alio largus, in tertio gratꝰ. Ha-
bes nunc vbi ſeruus ſe deiiciat pro cul
pa, vbi pauꝑ recipiat munus a diuite,
vbi amicus ab amico honoretur. Circa
ꝑdes puluis: accede ad manum, ipſa te
excutiet, ipſa te ſuſtentabit, ipſa te tra-
het ad oſculum oris. In primo ſuſpiriũ
doloris, in ſecundo exercitium laboris,
in tertio indicium amoris. Hoc eſt Ma-
riæ ſuſpirium: iſte eſt labor Marthę: ille
Ioãnis amor. hic plorat Maria: ibi Mar
tha conqueriẽ: illic Ioanes quieſcit. In H
his tribus poſſunt denotari tres animi
affectus: videlicet affectus confitẽtium
propriam miſeriam, affectus agentium
pœnitentiam, affectus quærentiũ gra-
tiam. Affectus cognoſces ꝑ effectus.
Maria lauat ꝑdes domini lachrymis Lucæ. 7.
ſuis: capillis tergit, labiis oſculatur. Vi
deſne in affectu confeſſionis effectũ cõ
pũctiõis? Videſne quomodo crines ſpar
git ad tergendum: quos prius ordina-
re conſueuerat ad placendum? Non ef-
fundit aquam de vaſculo ſed de oculo:
non panno tergit ſed crine. in quibus
mundo placuit: in his deo ſeruit. Tria I
poſſumꝰ ſimiliter aſſignare in Martha:
ſollicitudinem, turbationem & queſtũ.
Sollicita eſt, ne q̄d agit fiat pigre: tur- Lucæ. 10.
batur, ne fiat tepide: conqueritur vt ad
iuuetur, ne fiat tarde. Tales eñ debent
eſſe affectus pœnitentiam agentiũ: vt ſi
quid eis præcipiatur, ſollicite ꝑficia-
tur. Turbantur etiã ſi eis aliqua occur
rerint: in quibus aliquando caſu vel in
firmitate ꝑccantes offenderit. Cõque-
runtur vt adiuuentur: quia religioſoꝶ
preces & ſuffragia ſibi propitiari obni
xius deprecantur. Nota iterum in Ioã- K
ne affectum quęrentium gratiam: attẽ-
de iterum effectũ, vt cognoſcas affectũ.
Carnales (vt aiũt) nuptias deſeruit, ſu Ioan. 13.
pra ꝑctus domini in cœna recubuit, pẽ Ioan. 19.
denti in cruce cum Maria matre eiꝰ p̃-
ſens affuit. Quęrit igitur donũ gratiæ
ꝑ effectum munditiæ, ꝑ exhibitiõẽ
pręſentię, ꝑ aſſiduitatẽ frequẽtiæ. Mũ
ditia ſiquidẽ videt deũ, præſentia tan-
git, frequentia cognoſcit. Conſequitur
itaq; viſio beatitudinẽ, tactus ſanitatẽ,
cognitio conſolationem. De primo di-
citur. Beati mundo corde qm̃ ipſi deũ Matt. 5.
videbunt. De ſecundo. Tetigit fimbriã Matt. 9.
& ceſſauit ſanguinis fluxus. De tertio.
Frequentabat Maria ſepulchrũ: & co- Ioan. 20.
gnouit dñm cõſolãtẽ & dicẽtẽ ſibi. Mu
lier quid ploras? quẽ quæris? Præſentat
igiẽ Ioãnes mũditiã, frequẽtat præſen-



tiam vt recipiat gratiam. Cõfidant in
his qui voluptates euaſerũt carnis, qui
in ꝑctore eccleſię requieſcunt, qui do-
minicæ paſſioni quotidie deuoti aſſi-
ſtunt. Cõfidat etiã in his ſed ante alios
mũda iuuenũ ſocietas: qui cũ Ioãne blã
ditiis miſerę carnis renunciauerunt: q
Geñ. 19. cum iuſto Loth declinantes ab impiis,
ſulphureas & ideo fœtẽtes Gomorreo
rum euaſerunt flãmas: qui in ꝑctore Ie
ſu dormiunt, qui in miniſterio ſcriptu
ræ ſacrę meditando mentẽ ponunt: qui
& in animo tenent memoriam domini
cæ paſſionis, & in carne portãt crucem
mortificationis, qui ꝑ omnia placent
mũdo, & tñ mũdum fugientes ſeruiũt
deo. In hac ſiquidem ætate flaueſcunt
crines, caro niteſcit eburnea, oculoꝶ gẽ
mis facies roſea decoraẽ, valitudo cor-
pori vires ſubminiſtrat, iuuenilis ætas
longioris vitæ ſpatiũ repromittit. Tũc
eñ viget ratio: vigẽt etiã corporis ſen
ſus. Tunc etiam viſus acutior, auditus
prõptior, inceſſus rectior, vultus iocũ-
dior. Qui igiẽ in hac ætate ſe domãt &
deo ſe ſociant: p̃mium Ioãnis expꝑctãt.
Huiuſmodi diſcipulis affectũ ſuæ dul-
cedinis dominus præbet: ſic affectis ſe-
ipſum familiarẽ præ cęteris exhibet. &
ſicut Ioanni virgini virginẽ commẽda
uit: ita iſtorũ mundo cordi ſociat mun
dã carnẽ. Tales offerunt hoſtiam viuẽ-
tem, deo placentẽ, immaculatã: non au-
re, non oculo, non ꝑde, non cauda carẽ
L tem. Audiat hoc ſenũ ſera conuerſio: q
bus ex defectu ſenectutis aures obturã
tur, turbanẽ oculi, & vt cũcta breuiter
ꝑſtringã, ipſi in ſe ꝑ ſe deficiunt. Hi
non offerũt agnũ ĩmaculatũ: ſed vt ita
dicam porcum curtatum. Sicut eñ por
cus in immunditiis: ſic & ſenex iacuit ĩ
vitiis. & ſicut porcus ſiliquis paſciẽ: ſic
& ſenex fabulis & rumoribus delectaẽ.
Simul aũt quãdoq; & conuertiẽ & mo-
ritur: & ideo hoc ſacrificiũ, caudę caret
officio in hoc vitæ ſpatio: niſi forte di-
cas ꝙ habuerit caudam in capite, id eſt
principiũ cõuerſionis in fine. Amãt hu
iuſmodi ſenes, hęredes quos reliquerũt
quandoq; carnaliter: amant inſipiẽter,
amant eneruiter. Nimis eñ carnaliter
diligũt, quos adhuc secũ ſpũaliter con
uerti nolunt. Amant inſipienter: quan
do hoc q̄d ꝑuerſe acquiſierũt, ꝑuer-
ſis reliquũt. Eneruiter iterũ alios amãt
quorũ damna & tribulationes nõ ęqua
nimiter portant. Amauit Ioannes dul-
citer: ſed non inſipiẽter. Amauit Ioan-
nes dulciter: qm̃ ſicut clauus clauo ex-
pellitur, ita dulcedine dulcedinẽ, ſpiri-
tuali carnalẽ expulit. Amauit ſapiẽter.
Nemo enim prudentius diligit, q̃ q cõ
ſilio ſapientię & veritatis ſeipſum com
mittit. Nec tantũ dilexit ſapienter, ſed
etiã fortiter amauit: quia pendente in Ioan. 19.
cruce domino, dilectus cum dilecto cõ-
morari non dubitauit. Habet itaq; mũ
ditia dulcedinis affectiõẽ: pręſẽtia, ſa-
pientię diſcretiõẽ: frequẽtia, patientię
cõpaſſiõẽ. Caue igitur ne conſentias M
carni blandienti, ne credas mundo de-
cipienti, ne credas diabolo ꝑſequenti.
ſed oppone vitã Chriſti, voluptatibus:
quia Chriſtũ induiſti. prætende vitam
Chriſti falſis mundi promiſſionibus: qa
teipſum mundo non crediſti. præpo-
pone virtutem Chriſti ꝑſecutionibꝰ:
quia crucem Chriſti non erubuiſti. De
lectare itaq; in pulchritudine mundi-
tiæ, in rectitudine iuſtitiæ, in fortitudi
ne patientiæ. Hic eſt lectulus contẽplã
tiũ: hic requieſces, hic dormies: hic q̃-
res gratiam, & inuenies. hic in cãdidis
munditiæ lintheaminibus, & quaſi in
molli patiẽtię culcitra & in lectulo cõ-
ſcientiæ: verę pacis capies ſomnũ. Tria N
ſunt autẽ quę huius quietis pacem cõ
turbant: videlicet pannoꝶ immũditia,
ſomnia, lecti duritia. Pannorum immũ
ditia eſt carnis ſpurcitia: ſomnia, mun-
dana gaudia: lecti duritia, impatientia.
In his ſiquidem pannis ſunt ꝓpriæ car
nis vermes: videlicet immundæ carnis
affectus, & mentis corruptę cogitatio-
nes. Pungit culicis more ſtimulus luxu
rię: mordet appꝑtitus gulę, ſollicitat or
natus ſupbię. Somniis vero deludiẽ dũ
fauoribus gaudet, dũ honoribus extol-
liẽ, dũ ꝑſonarũ ſublimiũ familiarita-
te gloriaẽ. Trãſeũt hęc oĩa quaſi ſõnia,
velut aura ptranſiẽs: velut hoſpes vniꝰ
noctis, ſummo mane recedẽs. In duro ſi
quidẽ lecto iaces: dũ tribulationis aſꝑ
ritatẽ patiẽter ſuſtinere non vales. Ad

abluendos igitur huius lectuli pãnos,
Maria Magdalene præbuit aquã: eoſdẽ
extorſit Martha manibus vt ſiccarenť:
accendit Ioãnes ignẽ. Illa ſcilicet aquã
mœroris,iſta extorſionem laboris,Ioan
O nes ignem amoris. Conueniunt igitur
hęc tria ad munditiam faciendam:vide
licet aqua,manꝰ,ignis:id eſt mœror,la-
bor & amor.Aqua ſiqdẽ abluit ſordes,
manus exprimit,ignis exiccat. Mœror
abluit fœtorem,labor extrahit humo-
rem,calor ꝑbet candorem. Prima aqua
ſordida,ſecũda turbida,tertia liquida.
Sordida pro peccati perpetratione,tur-
bida pro recordatione, liquida pro de-
poſitione.Habet eñi ſordes culpa, tur-
bationem pœna,hilaritatem venia. Pri
ma lauat pedes,ſecunda manꝰ, tertia fa
P ciem.Pedes ſunt animi affectus,manus
opera pœnitentię, facies intentio pura.
Lauantur ſiquidem pedes: id eſt affectꝰ
coinquinati ſorde peccati. Lauanť ma-
nus,id eſt opera pœnitẽtię: q̃ qñqꝫ ſunt
aſpſa puluere,id eſt vanitate.Facies ve
ro q̃uis munda lauať:dũ intentio pura
deſiderio veniẽdi ad deũ inflammata la
chrymať.Iſti ſunt pedes cuiuſlibet fide
lis aĩę:hę manꝰ,hæ facies.hi ſunt pedes
Geñ.31. Iacob quibus egreſſus eſt de Meſopota
mia Syrię,id eſt de altitudine ſuperbię.
Geñ.32. His manibus luctabať:hac facie intẽde
bat in faciẽ dñi. His pedibus renuit ire
Geñ.33. Iacob cum Eſau:id eſt cum carnali affe
ctu. Hę ſunt manus quibꝰ tenebat vir-
gam & baculũ. virgam directionis per
correctionem:& baculum ſuſtẽtationis
per conſolationem. Hãc faciem auertit
a facie Eſau.Faciem Iacob ab Eſau auer
tit:cũ iuſtus quilibet carnalibꝰ deſide-
riis non cõſentit.De his etiam pedibus
Pſal.72. ꝓpheta dicit.Mei autẽ pœne moti ſunt
pedes:pœne effuſi ſũt greſſus mei. Sed
tu domine tenuiſti manũ dexterã meã:
& in voluntate tua deduxiſti me,& cũ
gloria ſuſcepiſti me.Quę autem maior
gloria poteſt eẽ homini,q̃ ipſum homi-
nem cum verbo vniri? Quę maior glo-
ria ſeruo,q̃ vt veſtiatur ſeruus & filiꝰ
ex eodem panno?Ecce videmꝰ filiũ ſedẽ
tem ad dextram patris, coopertum pal
lio noſtrę carnis:Ecce ſup angelicã na-
turã videmꝰ exaltari noſtram. Hæc eſt
glorіatio mea:hæc eſt exaltatio capitis
mei. Quid ergo mihi eſt in cęlo,& a te
quid volui ſuper terrã?Nihil aliud niſi
adhęrere deo:& ponere in domino deo Pſal.72.
ſpem meã.Huic aſſiſte cariſſime quoti-
die præſens,in oratorio purę deuotio-
nis,flexo genu obœdientię, eleuatis bo
norum operum manibꝰ, humiliato ver
tice mentis : non differas ſed accelera,
diſcurre p altaria tẽpli: ingredere ſan-
cta ſanctorum.Ibi eſt enim altare ęneũ,
ibi eſt altare aureũ,ibi ſancta ſanctorũ.
In altari ęneo immolantur carnes, ĩ au
reo thymiamata,in Sãctaſanctoꝝ ſunt
tabulæ legis. Immola igitur carnes ſi
apud te adhuc aliquas habeas:accende
thymiamata,intende legi dei.In immo
latione carnis,intelligitur carnaliũ de
ſideriorum mortificatio:In odore thy
miamatis,oratio:In tabulis legis, diui
nę ſapientiæ cõtemplatio. Hic quidem
habes,quem & vbi & ꝓ quibus ores: id
eſt pro delictis miſerę carnis,in ara cor
dis,miſericordiã diuinę maieſtatis.Sed
quoniam de templo mẽtionem fecimꝰ,
& noſipſi(vt ait Apoſtolus) templum
dei ſumus:placeret forſitan tibi cariſſi
me vt de ipſo templo materiali exponẽ
do aliquid diceremus:vt hęc quæ facta
ſunt in templo materiali,aſſignare poſ
ſemus in myſtico vel morali.

De templo Salomonis.Cap.XI.

NOtandum eſt igitur a quo,qui Q
bus auxiliis,vbi & quãdo,quã-
tum & quale factũ fuerit hoc
templum:vt breuiter ediſſeramus.Fũ-
datum eſt enim a Salomone, Hyram re 3.Reg.6.
ge Tyri auxiliante:in monte Moria,in
area Ornam Iebuſei, quadringẽteſimo
& octogeſimo anno egreſſionis filiorũ
Iſrael de terra Ægypti: ſpecioſum val-
de,marmoreũ,cedrinis tabulis & auro
puriſſimo decoratum. Poteſt itaqꝫ hoc
templum referri ad ipſum Chriſtũ me
diatorem dei & hominũ,qui ait.Solui- Ioan.2.
te templum hoc & in tribus diebus ex
citabo illud:dicebat enim de tẽplo cor
poris ſui.Pertinet etiã ad ipſam eccle-
ſiam,vel moraliter ad quãlibet fidelem
aĩam. Vñ dicit apoſtolus. Neſcitis q̃a 3.Cor.3.
tẽplũ dei eſtis:& ſpũs ſanctus habitat ĩ
vobis?Ecce quomodo per aſſumptã car



nem factus eſt nobis templũ:ecce quo-
modo nos illi per inhabitantem ſpiri-
tum. Eſt ergo vnuſquiſqꝫ noſtrum ſpi-
rituale templum.Hoc autem templum
Salomon ædificauit qui interpretatur
pacificus : animus videlicet vacãs ſibi,
liber a forenſi cura, ſeipſum poſſidens,
tranquillus & quietus. Refert hiſtoria
3.Reg.5. ꝙ Salomon ædificaturus templum do
mino:quæſierit auxilium ab Hyram re
ge Tyri,qui erat amicus Dauid om̃i tẽ
pore: miſeritqꝫ Hyram ipſi artifices,li-
gna & aurum.Hyram ĩterpretatur ex-
celſe viuens.Excelſe viuunt:qui remo-
R ti a plano voluptatum,per arctam & ar
duam viã quæ ducit ad vitam,ad emi-
nentiam virtutũ conſcendunt.Hi ſunt
qui habitant in montibus Iſrael: vnde
Pſal.120. veniet auxilium nobis. Qui igitur ſic
viuunt : ligna de libano cedrina verbo
prædicationis ſucciſa tranſmittunt.Li
gna de libano ſunt hi qui ſublimes &
glorioſi fuerunt in mundo. Cum enim
videmus eos qui fuerãt in ſeculo diui-
tes,in monaſterio fieri pauperes, nobi-
les ſeruire & eſſe humiles,potẽtes ſub-
ditos,ſapientes vultu & habitu deſpe-
ctos:nonne iſti per exemplum bonę ope
rationis ponuntur in ædificio tẽpli ſpi
ritualis?Transferuntur itaqꝫ de monte
ſuperbiæ ad montem iuſtitiæ: de ſylua
tortuoſæ ſecularitatis ad rectitudinem
vitæ & ad habitaculũ ſanctitatis.

De artificibus templi. Cap.XII.

S MIſit etiam Hyram artifices: quia
de clauſtris excelſe viuẽtium ad
alia clauſtra mittuntur quandoqꝫ reli-
gioſi fratres:qui arte regendi & diſci-
plina diſcretionis ædificantes domum
domini,ſuperinducant ibidem formam
veræ religionis.qui lapides de mõte cę
ſos,ſed adhuc inæquales & aſperos, ar-
tificio veræ ſapientiæ reddant ęquales
& politos: id eſt iracundos & incorrigi
biles fratres,arte diſciplinę faciunt mã
ſuetos & mites.Cedrinas tabulas ſuper
ponunt marmori,ſub linea iungentes
æqualitatis:dũ coarctant fratres ſub ę-
qualitate fraternæ ſocietatis.Sculpunt
eas diſciplina: pingunt doctrina. Miſit
& aurum:vt per fulgorẽ metalli & pu-
ritatem,illam quæ ſupereminet cæte-
ras virtutes doceamur habere carita-
tem.Pro quibus Salomon Hyram pluri 3.Reg.5.
mos tritici & olei coros in cibum do-
mui ſuę ſingulis annis præbebat. Acci
piunt igitur vnde viuant , & vnde vi-
deant.Recipiunt enim triticum, partẽ
videlicet fructuũ bonę opationis, quos
in illis ſeminauerant per exercitium di
ſciplinæ & per verbum prædicationis.
Recipiũt & oleum.qui enim aliis præ-
eſſe cupiunt: ex hoc ꝓuidẽtiæ & diſcre
tionis lumen acquirunt.Nec prætereũ T
dum eſt quod ad Hyram Salomon di- 3.Reg.5.
cit. Præcipe inquit vt præcidant mihi
cedros de libano: & ſerui mei ſint cum
ſeruis tuis.Serui Hyram vt ligna præ-
cidant: ſerui Salomonis vt menſuram
ponant.Ligna cædere:eſt vitia in homi
nibus reſecare.Mẽſuras ponere:in cor-
rigendo modum tenere. Hoc etiam eſt
quod ſuperius diximus:vt qui ſibi vo-
lunt ſpirituale templum conſtruere,ex
illis qui excelſe viuunt aliquos ſecum
ſaltem per exemplũ velint habere.Non
eſt inquit in populo meo qui nouerit 3.Reg.5.
cedros cędere ſicut Sidonii. Sidonii in
terpretãtur venatores. Hi ſunt qui per
ſequuntur non tantum in ſe ſed etiam
in aliis,motus animales:qui beſtiarum
veſtigia indagare norunt,id eſt actiões
occultas hominum per cõiecturas & ſi
gna conſcientiæ prudenter diſcunt. In
uentas vero beſtias percutiũt ſagittis:
quia facta carnalium , antiquorum pa-
trum damnant authoritatibꝰ & dictis.
Tales dico quotidie occidunt & eoſdẽ
in cibum ſumunt:quia carnales quoſqꝫ
mundo mortuos, in corpus eccleſiæ ꝑ-
dicando conuertunt.Vnde & Petro di
ctum eſt:macta & manduca. Actu.10.

De operariis templi. Ca.XIII.

ELegitqꝫ Salomõ oparios de o- V
mni Iſrael, & erat indictio tri- 3.Reg.5.
ginta milia virorum:mittebat
qꝫ eos in Libanum decem milia per ſin-
gulos menſes,ita vt duobus menſibus
eſſent in domibus ſuis. Numerus trigĩ
ta continet in ſe ternarium atqꝫ dena-
riũ.Triginta eñ,ter decem ſunt. Tria
ſiqdẽ denũciant ſanctę trinitatis in cõ-
feſſiõe verę fidei cognitionẽ. Decẽ:euã

gelici denarii remuneratioẽ. Triũ ve
ro menſiũ quæ ſingulis lignorũ cęſioni
bus erat attributa diſtinctio: ſunt my-
ſtice tres virtutes euangelicę, videlicet
eleemoſyna, ieiunium, & oratio. Vnus
autem menſis in quo ad cędenda ligna
templi egredimur: eſt eleemoſyna, ĩ qua
ꝑ opera miſericordię in cura proximi
laboramus. Duo vero reliqui mẽſes q-
bus in domibus ſuis morãtur operarii:
ſunt ieiunium & oratio, in quibus qui
libet ſpirituales caſtigando carnem in-
tus conuerſi ad dñm vacãt ſibi. Poſſũt
etiã moraliter iſti tres menſes, tres vir
tutes deſignare: id eſt lectionem, medi-
tatioẽ & p̄dicatioẽ. Menſis vnus quo
ligna cędimus eſt p̄dicatio: ſecundus &
tertiꝰ eſt meditatio & lectio. In vno ita
ꝙ foris laboramus: in duobus reliquis
domi ſumus, quieſcimus, reficimur, fer
ramenta paramus. Sup mẽſam eñ ſcri
pturę reficimur in lectione: ferramenta
acuimus in meditatione, ſecurim tene
mus laborãtes in prædicatione. Hic cæ
dimus ligna, id eſt vitia: Ibi ferramen-
ta acuimus, id eſt ingenia: Illic cibũ ca-
pimus, exemplo guſtando moralia. Hi
ſunt menſes morales, hi proprie ptinẽt
ad clauſtrales: hi ſunt operarii tẽpli de
3. Reg. 5. quibus dicit. Adonirã erat ſup huiuſce
modi indictione. Per Adonirã (qui dñs
meus excelſus interpretat) ille dñs ex-
celſus q humilia reſpicit, veraciter deſi
gnatur. Ipſe itaqꝫ huiuſmodi operariis
præponit: dũ per eũ quibus horis lectio
ni vacent, quibus meditationi & prędi
cationi inſiſtere debeant, ordinat. Ex ſo
lo enim gratię ſuę dono datur nobis af
fectus, & conſequitur effectus.

¶ De iis qui portant onera.
X Cap. XIIII.

3. Reg. 5. FVerunt etiã Salomoni ſeptua-
ginta milia eorũ qui portarent
onera, & octo milia latomorũ
in monte: abſqꝫ præpoſitis qui pręerant
ſingulis operibus numero trium miliũ
trecentorum, præcipiẽtium populo &
iis qui faciebant opus. Habuiſti ſuperiꝰ
cæſores lignorum: habes & nunc cæſo-
res lapidum. Latomi etenim cæſores la
pidum ſolent appellari. Sunt & alii qui
onera portant: quia alios ſuſtẽtant. Por
tat enim humilitas ligna, patientia la-
pides, ſtabilitas ſabulũ ſeu arenas, mã-
ſuetudo calcẽ, continentia aquam. Por
tant enim de monte ſuperbiæ ad ędifi-
cium ſpirituale humiles elatos, patien
tes duros, ſtabiles leuitati deditos, mã
ſueti igne iracundiæ diſſolutos, conti-
nentes in lapſu poſitos. Audis proceri
tatẽ lignorum, duritiam lapidum, leui
tatem ſabuli, ardorem calcis, effluentiã
aquæ. Cum autem aqua cũ calce & ſa-
bulo miſcetur: iam aliud q̃ prius eſſet
efficitur. Fit enim cæmentum: vnde la
pides in ædificio colliguntur. Quæ eñ
prius leuia & diſſoluta fuerant: iã ſunt
in ipſa coniunctione aliquantulum ſo-
lidata. Dum autem cęmentum inter la
pides ponitur: magis ac magis indura-
tur. & ſic quandoqꝫ fit vt lapides velo-
cius frangi poſſint, q̃ ipſum cęmentum
conteri. Hoc idem in eccleſia quotidie
ſolet fieri: vt in ſeculo qui fuerant ĩſta-
biles & diſſoluti, in congregatione etiã
inter perfectos fratres ſtabiles inueniã-
tur & firmi. Poteſt etiam cęmentũ mo-
raliter intelligi concordia morum. Hi
autem qui opus faciunt: lapides in cæ-
mentum ponunt. Et ſicut lapis ſine cę-
mento non poteſt in altum erigi: ſic &
paries virtutum ſine cęmento concor-
diæ non poteſt eleuari.

¶ De præpoſitis operum. Cap. XV.

PRæpoſiti vero operum ſunt do- Y
ctores ſcripturarum: qui docent
qualiter debeamus onera porta
re ꝓpria ſeu aliena, qualiter inſcios do
cere, contemptores corrigere. De qui-
bus Apoſtolus dicit. Corripite inquie- 1. Theſ. 5
tos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite
infirmos, patientes eſtote ad omnes.
Pręcepitqꝫ rex vt tollerent lapides grã 3. Reg. 5.
des precioſos in fundamentum tem-
pli: & quadrarent eos. In ædificãda do-
mo domini in primis fundamentũ po-
nitur: quod nõ niſi euerſa & eiecta ter-
ra firmum reperitur, ne ædificemus ſu
per terram ſed ſupra petram. Petra au
tem erat Chriſtus. In quo fundamento 1. Cor. 10.
lapides precioſi & grãdes tolluntur: id
eſt vita grandes & fama, ſuo conditori
adhęrentes diſponuntur. Prius tamen
debent lapides quadrari: & ſic in fun-



damento poni. Quadraturæ lapidũ po-
teſt aſſimilari ſtabilitas electorum. Ele-
cti ſiquidem quadrantur: dũ inter qua
tuor virtutes, prudentiam ſcilicet & tẽ
perantiam, fortitudinẽ & iuſtitiã cõſti
tuuntur. Tunc enim quocũqꝫ vertatur
electus, firmꝰ manet: ne ad ignauiã pru
dentia, ad delectatioẽ tẽperantia, for-
titudo ad timorem, iuſtitia ad amorẽ
ſe inclinet. Habent etiam quadrati lapi
des ſex ſuperficies: inferius videlicet &
ſuperius, ante & retro, dextrum & ſini-
ſtrum: id eſt prælatioẽ & ſubiectioẽ,
occulta & aperta, ꝓſpera & aduerſa. Si
igitur quadratus lapis fueris: in quocũ
Z ꝙ latere iaceas, firmiter ſtabis. Quos do
lauerunt cæmentarii Hyrã & cæmen-
tarii Salomonis. A cœmẽtariis Salomo
nis & a cæmentariis Hyram lapides p̄-
cioſi dolantur. Nõ enim ab aliis niſi ab
iis qui pacem tenent & mortificãt car-
nem: electorum vita quadratur. Si eñ
diſtricte viuas & pacem non teneas, vel
ſi pacem teneas & diſſolute viuas: non
bene lapidem dolas. Sic cãta in tympa-
Pſal. 150. no: vt cantes choro. In tympano cãtãt:
qui carnem mortificant. In choro can-
tant: qui concordiam morũ ſeruãt. Por
ro Biblii p̄parauerũt ligna & lapides.
Biblos ciuitas eſt Phœnicię: pro qua in
hebręo gobel ſiue gebal continetur, qđ
definiens ſiue determinans interpreta
tur. Qui enim mentes hominum fide-
lium ad ſpirituale ædificium volũt in-
ſtruere: tales debent eſſe, vt quid facien
dum ſit, quid reiiciendum, ſciant diffi-
nire, terrenis adhęrẽtes a mũdo abſtra-
here, abſtractos inſtruere. Qui eñ opus
templi ſpiritualis præparãt: neceſſe eſt
vt prouideant, quas virtutes in funda
mento humilitatis prius ponant.

¶ Quando factum ſit templum.
A Cap. XVI.

3. Reg. 6. FActum eſt igit quadringente-
ſimo & octogeſimo anno egreſ
ſionis filiorum Iſrael de terra
Ægypti in anno quarto menſe zio (ip̄e
eſt menſis ſecũdus regis Salomonis ſu-
per Iſrael) ædificare cœpit domũ dño.
Audis ꝙ longe poſt egreſſionem filioꝝ
Iſrael de terra Ægypti, poſuit Salomõ
fundamẽtũ tẽpli. Nõ eñ q̃ cito mundo
renuncias, ędificii ſpiritualis tẽpli fun
damẽta locas. Adhuc eñ ſupeſt trãſitꝰ
maris rubri: habẽs in ſe colorẽ ſangui-
nis & cõmotionem turbationis. Adhuc
eñ turbaris: adhuc & gloriaris. In pa-
ce autẽ debes eſſe & in humilitate. In
deſerto autẽ priꝰ reperis aquã: ſed ama Exo. 15.
riſſimã. Dũ eñ peccata deſeris, adhuc
gemis: fit autẽ aqua potabilis impoſi-
to ligno crucis. Cũ eñ ad memoriã paſ
ſio Chriſti reducit: dulceſcit animꝰ, dũ
eidem morte dñi ſaluatoris peccati re-
miſſio ꝓmittitur. Adhuc bella ſuſtines Exo. 17.
& contradictiones, ne tranſeas: adhuc Exo. 16.
ollas carniũ ſuſpiras. Cũ vero appropi Ioan. 9.
quas ad terram promiſſiõis: bibis aquã
fluminis, aquã Iordanis, aquã dulcem:
non tamen cum ſilentio currẽtem. Dũ
autẽ ex aquis Syloe quę cũ ſilẽtio cur-
runt, oculos lauas vt videas: tũc appro
pinquas ad montem viſionis, in quo ę-
dificii tui fundamenta ponas. Non igi
tur hoc facis ſub Moyſe: ſed ſub Salo-
mone. Non etiam primo regni ſui an-
no ſed in q̄rto. Anni menſes dies & no- B
ctes: hũanę vitę ſunt diſtinctiones. Ha-
bet enim quęlibet fidelis anima morali
ter annos, menſes, dies & noctes: quibꝰ
deſignat ſuas actiones. Primus igit an-
nus regis Salomonis ſuper Iſrael, eſt ab
iectio ſui: Secũdus ſubiectio mũdi: Ter
tius, eiectio diaboli: Quartꝰ, dilectio ꝓ-
ximi. In primo humiliatur: dum eligit
& exoptat abiectus eſſe in domo domi- Pſal. 83.
ni magis q̃ habitare ĩ tabernaculis pec
catorum. In ſecũdo ſubiicit ſibi regnũ:
id eſt hunc mundũ. In tertio eiicit ho-
ſtẽ. i. diabolũ. In quarto acquirit pacẽ:
dũ diligit ꝓximũ. In tribus primis ma-
teriã p̄parat: ĩ quarto ędificat. Nec etiã
in primo menſe anni, ſed in ſecũdo. Pri
mus menſis in menſibus anni apud He
bræos erat aprilis: ſecũdus vero Maius.
In aprili ſiquidem innouat terra. in eo
dem fiebat paſcha, id eſt phaſe qđ iter-
pretatur tranſitus. Dũ eñ de vitiis ad
virtutes recenter tranſeas, dum adhuc
nouellus ſis in dilectione: nondum po-
tes fundamenta templi ponere. Cũ au-
tẽ diligis inimicum: tunc quaſi in ſecũ
do menſe ponis fundamentum. Primꝰ
enim menſis in dilectionis anno eſt dili

Matt.5. gere amicum.hoc etiam ethnici faciũt.
Secũdus vero diligere inimicum.Ter-
tius diligere deum.Dum ergo inimicũ
diligis:fundamentum templi in latum
diſponis.Dum diligis deũ:ædificii ſpi-
ritualis parietes erigis in altum.In his
vero menſib⁹ & in his annis dies & no
ctes poſſunt aſſignari.Habet enim ani-
ma diem,cõtemplationis lucem:noctẽ,
tentationum caliginem. Iſtum illumi-
nat ſol indeficiẽs:illam luna decreſcẽs.
Hic vides deum:ibi offendis proximũ.
In die rides:in nocte ploras. Vnde Hie
Threñ.1 remias.Plorans plorauit in nocte. Mẽs
enim quę tentationum turbine quãdo
ꝙ concuſſa dolet:exhilarata radio con
templationis poſtmodum gaudet.Ha-
bes nunc cariſſime fundationis temp⁹:
reſtat etiam vt eiuſdem templi deter-
minetur locus: de quo in Paralipome-
non manifeſte dicitur.

## ¶Vbi fundatum ſit templum. Cap.XVII.

C
2.Para.3. COepit Salomon ædificare tem
plum in Hieruſalem in monte
Moria: qui demonſtratus fue-
rat Dauid patri eius,in loco quem prę
parauerat Dauid in area Ornam Iebu
zei. Ædificanda eſt itaq; domus dñi in
Hieruſalem,in monte:id eſt in pacifica
mente,in eminentiori videlicet homi-
nis parte. Qui mons Moria vel viſiõis
nuncupatur:quia in mente pacifica do
minus habitat:& in eadem oculo con-
templationis videri deſiderat.Qui de-
monſtratus fuerat Dauid: & quem prę
parauerat. Demonſtratur enim manu
forti,id eſt bene operanti ꝑ ſpiritum:
præparatur ab eodem ꝑ deſiderium.
In area ornã Iebuzei:quæ mũdanda eſt
vẽtilabro diſcretionis a palea vanæ co
gitationis.Ornã illuminatus,Iebuzeus
conculcatus interpretatur. Habet eñ
mens quãdoq; lumen diſcretionis & lu
cem ſcientiæ:ſed tamen adhuc concul-
catur a ſpiritibus immundis, & impli-
catur ſecularibus curis.Cũ vero Iebu-
zeus locum areę ſuæ Dauid regi vẽde-
ret,in qua templum domini Salomon
ædificaret:non iam Iebus ſed Hieruſa-
lem nuncupatur.Mens enim quę renũ-
ciat omnibus quæ poſſidet: cõculcato-
re diabolo ſuꝑato,deum quem deſide
rauerat ĩ pace videt.Recipit ergo ꝓ lo
co areę,regnũ felicitatis æternæ. Quia D
vero ſecundum ſitum loci mẽſurari ſo
let quantitas ædificii: ideo congruum
videtur ſubiungi de tribus dimenſioni
bus tẽpli. Habebat enim ſexaginta cu-
bitos in longitudine:viginti in latitu- 2.Para.3.
dine:centum autem & viginti cubitos
habuit in altitudine.Longitudo dom⁹
eſt longanimitas boni operis in exilio
huius peregrinationis. Latitudo eſt
caritas,quæ non tantũ de proſperitate
gaudet amici,ſed etiam damno compa
titur inimici.Celſitudo altitudinis eſt
ſpes de præmio æternæ retributionis.
Sic fit vt moraliter ſis in bona opatio-
ne longus,in miſericordia latus,in deſi
derio altus:ita ſcilicet vt ꝑſeuerãtia
duret vſq; ad vltimum vitæ finem,mi-
ſericordia dilatet manus vſq; ad paupe
rem,altitudo vero deſiderii guſtet ęter
nitatis dulcedinem.In hac igitur lon-
gitudine,latitudine, altitudine parie-
tum diſponuntur diuerſi ordines lapi
dum. In myſtico ſiquidem diſponũtur
homines: in morali virtutes. Tria eñ
aſſignauimus tẽpla:videlicet materia-
le,myſticum & morale. Primum in mõ
te,ſecundum in mente, tertium in con
gregatione. Vnum de lignis & lapidi-
bus,alterum de virtutibus,tertium de
iuſtis hominibus.Habes nunc vtriuſq;
templi locum & materiam, artificẽ &
menſuram.Sed quoniam de morali tẽ-
plo & ſpirituali loqui ſuſcepim⁹:idcir-
co ad ædificationẽ clauſtralium inter-
ponentes aliquid de myſtico,quę reſtãt
aliquantulum latius exponendo mora
liter tranſcurram⁹.Ædificemus igitur
ſpirituale templum id eſt cor noſtrum
ad deum conuerſum. Habemus enim E
(vt ſuperius diximus)montem in Hie
ruſalem,locum videlicet ædificii,paci-
ficam mentem.Habemus materiam li-
gna & lapides:id eſt diuerſas virtutes.
Habemus & artificem: intellectum ra-
tionabiliter ſingula diſcernẽtẽ. Habe-
mus etiam mẽſuras longitudinis,lati-
tudinis,& altitudinis:id eſt ꝑſeuerã-
tiam boni operis in peregrinationę hu-
ius exilii,largitatem vel latitudinẽ be-



neficii,ſpem deſiderii. Ordo ſiquidẽ la-
pidũ eſt proceſſus virtutũ. qui in altũ
dirigitur:dum mens de virtute in vir-
tutẽ ad perfectiõis culmen ſubleuatur.
Ex his eriguntur templi parietes:rectę
videlicet operationes.In ædificio myſti
ci templi primus lapis Abel in ordine
ponitur:a quo vſq; ad vltimum iuſtum
linea iuſtitię protendit.Abel interpre-
tatur luctus ſiue vanitas:vel vapor.ſeu
miſerabilis. Attendamus igitur inter-
pretationẽ nominis ad quid reſpiciat:
vt ipſius moralitatis diuerſitas ad be-
ne operandum mentem cogat.Vanitas
enim reſpicit ad mũdum,luctus ad pec
catũ: vapor ad teipſum,miſerabilis ad
deum.Fuge igitur,luge,attende & de-
precare.Fuge mundũ,quia vanitas eſt:
luge peccatum,quia iniquitas eſt. At-
tende carnem tuam,quia fragilis eſt,&
Iaco.4. quaſi vapor ad modicum parẽs eſt.De-
precare deum quia miſerabilis es tu:&
ipſe miſericors & clęmẽs eſt. Hic lapis
primus ponitur in porticu templi:pri-
mus enim extitit inter patres veteris
teſtamenti.Ponitur etiã lapis iſte ĩ por
ticu morali: porticus enim templi deſi
gnat moraliter renunciationem mũdi.
Si hanc igitur porticum ędificas: con-
gruum eſt vt ad ſignificationem nomi
nis ſupradicti accedas: & ſic in primis
tibi placeat vanitatẽ mũdi fugere, ini-
quitatem peccati deflere,fragilitatẽ mi
ſerę carnis attendere:& quia ſic miſera
bilis es,ad ipſum miſericordẽ deũ que-
ſtum dirigere. Hęc igitur ponẽda ſunt
ſuper fundamentum humilitatis, diſpo
ſita in latitudinem caritatis, vt omnia
F in caritate fiant. Habes nũc moraliter
porticum quæ eſt ante templum,renũ-
ciationem mundi:myſticã vero, patres
veteris teſtamenti. Cor autẽ ad deũ cõ
uerſum:eſt morale templũ.eccleſia:my
ſticum.In hoc templo quaſi prim⁹ bea-
tus Stephan⁹ ponitur:vt ab ipſo regu
la iuſtitiæ dirigatur.Stephanus autem
interpretatur norma noſtra.ſed norma
noſtra eſt regula iuſtitiæ: in qua dirigi
tur æqualitas lapidum,id eſt ordo vir-
tutum.Secundum rectitudinem huius
regulæ in ædificio cordis tui virtutes
diſpone.hoc autem facis, dum tribula-
tiones libenter pateris,dum inimicum
diligis, dum pro ꝑſequẽtibus fundis
preces.Vnde cum Stephano oculo cõ-
templationis,iam proximus oraculo,fi
lium patris ad dexteram ſtãtem vides.
Vides enim ſtantem non quaſi ſeden- Actu.8.
tem:ſed velut ędificanti auxilium prę-
bere volẽtem.Si enim oraculum intra-
ueris:quietum videbis. Oraculum mo
raliter eſt contemplationis ſecretũ:my
ſtice vero ſignificat cæleſte regnum. In
quo ſeraphin ponitur quaſi lapis pri-
mus:quia in fundamento diuinę maie-
ſtatis per amorẽ hęret propinquus.Se-
raphin incendentia ſiue incenſa dicun
tur: incẽſa ab illo igne de quo dicitur:
Qui approximant mihi: approximant Leui.10.
igni. Hic ignis accendit in aqua,ardet
in turbine,lucet in occulto. Hic ignis
eſt ardor dilectionis, accẽditur in aqua
compũctionis,ardet inter turbines tri-
bulationis,lucet in occulto contempla
tionis. Videſne quomodo lapis iſte in
ordine ſuo concordet ſecũdo lapidi &
primo? Abel enim deſignat moraliter
pœnitentiæ luctum,Stephanus patien
tiam tribulationũ,ſeraphin amoris in-
cendium.Hic eſt incipientium dolor,ꝓ
ficientium labor,perfectorum amor.Fe
cit enim Salomon oſtium ĩ porticu,in 2.Para.3.
templo,in oraculo.Oſtiũ porticus my-
ſtice(vt ait Beda) ſermo eſt propheti-
cus.Oſtium templi, Chriſtus.oſtiũ ora
culi,patrię cæleſtis introitus.In porti-
cu vero renunciationis moraliter eſt
oſtium cognitio mundi:in templo con
uerſionis,cognitio ſui: in oraculo vero
contemplationis,cognitio dei.Dum.n.
in te caſum mundi attendis: videlicet
ꝙ ſis poſitus in incerto diuitiarum, in
lapſu voluptatum,in periculo dignita
tum:tunc ad oſtium porticus accedis.
Dum vero proprię carnis attendis de-
fectum:ortum pueritiæ,iuuẽtutis mo-
mẽtũ,veſperã ſenectutis:dũ hęc cõſide-
ras,ꝑ oſtiũ tẽpli trãſire feſtinas. Cũ aũt
bonitatẽ dei attẽdis,bonitatẽ cui nihil
deeſt,beatitudinẽ q̃ nullo indiget:& ac
cedis ad vidẽdũ in bonitate electorum
ſuorum, ad lætandum in lętitia gentis
ſuæ:dum hęc facis,per oſtiũ intrare pa
ras oraculi ſpiritualis.

De ęquinoctio,ſub quo arcã teſtamẽti ſol ĩ tẽplo ter irradiabat.Ca.XVIII.

G NOta quoq; (vt legimus) ſol æquinoctialis directis radiorũ ſuorum lineis per illa tria oſtia videlicet porticus,templi,& oraculi:arcam teſtamẽti illuminare ſolebat. A ſole enim intelligentię directus radi⁹ cõſiderationis, nubes cogitationum penetrans,quæ diſcurrunt per aerem meditatiõis,per ſupradicta tria oſtia illuminat arcam,id eſt conſcientiam. Hoc autem fit quotiens æquinoctium euenire cõtingit. Fit autem æquinoctium:cum dies noctibus & noctes diebus æquales ſiunt. Habet animus noctes & dies morales:proſpera ſcilicet & aduerſa,dãna & lucra,triſtia & lęta, mentis puritatẽ & perturbationem,lucem contẽplationis, & caliginem tentationis.Dum hęc animus deliberat:quaſi ſub ęquali menſura dies & noctes librat. Duo ſunt autem æquinoctia : vernale ſcilicet & autumnale.Sunt etiam anni quatuor tẽpora:ver,ęſtas,autumnus & hyems. In vere intelligitur temperãtia mentis,in æſtate feruor caritatis:in autumno tepor,in hyeme torpor:Tepor in mente: torpor in opere. Ab autumnali æquinoctio incipiunt creſcere noctes:a vernali dies.In hyeme enim torporis creſcũt caligines tẽtationis:in æſtate vero feruoris multiplicanť illuminationes cõtemplationis.In quorundam autẽ mente fit æquinoctium autumnale. Sũt nãq; multi q̃uis tepidi qui attendunt miſeriam mundi,defectum carnis,beatitudinẽ æternitatis:& ſic ſol iuſtitiæ & intelligentiæ directis per ſupradicta oſtia radiis cõſiderationis, illuminat arcam conſcientiæ.Ab hoc ęquinoctio minuũtur dies,& noctes creſcunt:quia tepidi licet hęc omnia conſiderẽt,tamen tempore tentationis recedunt. Comitatur etiam longas noctes frigus hyemis : id eſt deſidia mentis & corporis. Creſcũt noctes : dum multiplicantur tentationes.Has noctes percurrit luna negligẽtiæ:cooperta obliuionis nube, obtenebrata nubilo ignorantiæ. Sunt autem alii frigore hyemis egreſſi quaſi in æqnoctio vernali conſtituti:in quibus ver oritur,in quibus æſtas ſequitur,de quibus etiam dicitur : Æſtatem & ver tu plaſmaſti ea. Pſal.73. In vere enim omnia renouantur:in æſtate vero maturantur. In vere ornatur terra floribus:& in nouiter conuerſo vita moribus.Ab æquinoctio itaq; vernali creſcunt dies vſq; ad perfectum diẽ æternæ beatitudinis:Ab autumnali vero creſcũt noctes vſq; ad continuã noctem ęternę damnationis. Hãc diem nulla nox interpollat: illam noctẽ nullius lucis ſplendor illuminat.

¶De feneſtris templi. Cap.XIX. H

FEcit etiã Salomon obliquas feneſtras in templo. 3.Reg.5. Obliquæ feneſtræ ſunt doctores eccleſiæ: qui dum fideles in eccleſia verbo prædicationis docent, quaſi ſuſcepto ſolis lumine,templi penetralia claritate replent.Hi ſiquidem obliquæ feneſtrę dicuntur eſſe:quia ſinum mentis dilatãt in dilectionem:dilatant ad compatiendum proximo,extendunt in contẽplãdo deo. Sunt etiam in templo cuiuſlibet fidelis animæ ſeptem aliæ feneſtrę: ſeptem videlicet dona ſpiritusſancti,q̃ ſunt ſpiritus ſapiẽtiæ & intellectus,ſpiritus conſilii & fortitudinis,ſpũs ſcientiæ & pietatis, ſpiritus timoris domini.Per feneſtram ſiquidem timoris intrat lumen confeſſionis. Per feneſtram pietatis:lumen condeſcenſionis. Per feneſtram ſcientiæ:lumen circũſpectiõis. Per feneſtram fortitudinis: exemplum bonæ operationis. Per feneſtram conſilii:radius deliberationis. Per feneſtram intellectus:lumen diſcretionis. Per feneſtram ſapientiæ,lux ædificatiõis.*Sapientia* enim ædificat:illuminat.per ipſam ſiquidem oritur in mente ſol iuſtitiæ,Chriſt⁹ deus noſter.doctrina enim & exemplo conuerſationis Chriſtus replet luce ſapientiæ ſecretum cordis noſtri.Audi feneſtrarum obliquitatẽ: audi diffuſam luminis claritatem. Nihil enim latet occultum in abſconſo mentis,quod non appareat in luce verę cõfeſſionis.

¶De parietibus templi. Cap.XX. I

ÆDificauit Salomon parietes templi intrinſecus tabulatis cedrinis, 3.Reg.6. a pauimento domus vſq; ad ſummitatem parietũ: & ſuper tabulas cedrinas induxit aurum. Myſtici templi parietes ſunt populi fideles:qui ad ſimilitudinem parietum per ſucceſſionem temporis ſeſe inuicem ſubſequentes, quaſi ordines lapidum diriguntur in altum. Fiunt autem ex marmore, decorantur tabulis cedrinis,auro ſuperueſtiunť. In fortitudine ſiquidem marmoris, fides: in altitudine cedri,ſpes: in precioſitate auri,quę virtutes ſupereminet cęteras, intelligi poteſt caritas.Subſterniť itaq; firmitas fidei,vt veſtiatur ſublimitate ſpei,vt decoretur auri pcioſitate,id eſt caritate. Teguntť autem parietes templi cedro,a pauimento vſq; ad ſummitatem parietũ:quia ſpei pſeuerãtia nullũ debet habere finem in hac vita,ſed a primo iuſto vſq; ad vltimũ iuſtum, ſub tutela ſpei iſudare debet eccleſia bonis operib⁹ & ſtudio virtutum. Moraliter autem in ſpirituali tẽplo ſtructura parietũ eſt pceſſus virtutum. Fit igiť de marmore pario:veſtitur cedro,decoratur auro.Marmor parium candidũ eſſe dinoſcitur,cedrus odore ſuo ſerpentes fugat,aurum puritate ſua metallorum oẽs exuperat ſpecies.In marmore itaq; pario candorẽ,in cedro reperimus odorem,in auro ſplendorem:Cãdorẽ videlicet munditię,odorem bonę famę, ſplẽdorem bonæ conſcientiæ. Candor igiť in marmore:eſt quaſi munditia in mente.odor in cedro: ſuauitas famę procedens ex bonę operationis exemplo.ſplẽdor vero in auro:eſt quaſi puritas conſcientiæ in animo.



¶De cęlaturis variis & torno. Cap.XXI.

K SEd & oẽs parietes templi p circuitum ſculpſit cęlaturis variis & torno. 3.Reg.6. Myſtice parietes templi variis cęlaturis ſculpunť: dũ diuerſis fidelibus p ſpiritum diuerſæ donationes attribuũtur: 1.Cor.12. ita vt deť alii ſermo ſapientię,alii ſermo ſciẽtiæ,alii gratia curationum, alii interpretatio ſermonum.Sculpunť etiã parietes cũ torno:cum omnibus q̃ diuina ſcriptura p̃cipit nullus fidelium cõtradicit:ſed ex animo clamat cum Pſalmiſta. Pſal.118. Parat⁹ ſũ & non ſum turbatus:vt cuſtodiam mãdata tua.& alius ꝓpheta.Ecce ego:mitte me. Eſa.6. In torno ſunt q mãdatis diuinis obœdiunt.Moraliter vero variis cælaturis ſculpuntur templi parietes:dum per diuerſa loca diuerſarũ rerum imprimuntur imagines, vt habeant ſingulæ virtutes iuxta moralitatis intuitũ formas ſibi conuenientes. Attende igiť in quolibet loco intelligibilis templi, bouis imaginem:id eſt manſuetudinẽ.Imprime & alibi figuram leonis:rigorẽ videlicet ſeuerę diſtrictionis.Imprime columbam: ſimplicitatis formam. Adde & turturẽ:id eſt caſtitatẽ. Adfige arietem,ouiũ ſcilicet ducẽ: id eſt magiſtrũ verbo & exemplo præcedentẽ turbã diſcipulorũ.Interpone munditiã lilii:ſeu L roſam martyrii.Habes igiť in tẽplo ſpirituali diuerſas cęlaturas:dũ intrinſecus in animo virtutum diuerſitates locas. Sculpũtur etiam morali torno,dũ in volubilitate obœdiẽtiæ virtutes animi diſponuntur ſub prædicationis ferro.Doctrina enim verborum, poteſt appellari tornatoris ferrũ. Tornator eſt ĩ mente diſcretiõis vigor:qui ante ſe dicitur habere tornum,id eſt rationabilẽ intellectũ.In torno aũt quinq; cõſiderãtur,ferrũ,virga,corrigia,lignũ ſub pede per qđ inſtrumentum moueť.In ferro igitur doctrina, in virga diſciplina, in corrigia animalis mortui,mortificatio carnis intelligitur,in qua anim⁹ ſpiritualis inuolutus detineť.Per lignum vero qđ moueť ſub pede:deſignari poteſt velocitas obœdientiæ.Cita eñi debet eſſe obœdientia & quaſi ſub pedib⁹ poſita:vt fiat cũ humilitate & ſine tarditate. Vnde & in canticis cãticoꝝ. Canti.5. Manus eius tornatiles:aureę,plenę hyacitis. Fiunt manus tornatiles:dum affectus animi facile diuertuntur ad quaſlibet operationes.Sunt aureę:dum affectiones animi ab omni appetitu carnalis deſiderii reddunť purę. Plenę ſunt hyacintis:dum ęſtuãt amore & deſiderio cęleſtis patriæ. Duo vero acumina ferri in quibus poniť quicquid in torno voluitur:ſunt timor & amor.timor pœnę:& amor beatitudinis ęternę. Inter hæc igiť animũ habem⁹ fixũ:nõ ita tamẽ quin teneat volubilitatis ſuę cur

ſum. Nota quoqꝫ ꝙ doctrinę verbo ve-
lut tornatoris ferro, ſupflua docẽdo re-
ſecantur. Virga vero deſuꝑ inclinãs
ſe & eleuans: ꝑcutiẽtis more diſcipli-
nam minatur. Corrigia aũt ligaẽ in ſũ-
mitate virgę: & ligno qđ teneẽ ſub pe-
de. Hęc.n. carnẽ mortificant & mẽtem
domant: labor videlicet obœdientiæ, &
correctio diſciplinę. Lignũ ſub ꝑde pre
mitur: virga deſuꝑ minatur: quia ad
obœdiẽtiã cogimur, dũ diſciplinę legi-
bus coartamur. A duobus acuminibus
ferri animus pungiẽ, inter q̃ duo poni-
tur: vnum ne ad ſeculum redeas, aliud
vt ad regnũ tranſeas. Timor eñ cõpel-
lit: amor vero trahit. Inter hęc itaqꝫ vol
uitur: qui in torno ſpirituali poniẽ, &
Pſal.107. dicit. Paratum cor meũ deus: paratum
cor meũ. bis dicit paratum, id eſt inte-
rius in mente, & exterius in operatiõe:
intus ad cogitandum recta, foris ad fa-
ciendum vtilia.

M ❡De cherubin & palmis & variis
3.Reg.6 picturis in parietib⁹ tẽpli. XXII.

ETfecit in eis cherubin & pal-
mas, &. picturas varias quaſi ꝓ
minentes de pariete & progre-
dientes. Facit Salomon cherubin in pa
rietibus tẽpli myſtici: dũ quoſlibet fide
les ſcripturæ præcepta, in qua eſt ſcien
tiæ multitudo, docet imitari. Cheru-
bin facit, dum fieri docet in terris qđ
angeli tenent in cælis: dũ docet huma-
nam creaturam, angelicam poſſidere vi
tam: dum etiã cęteros in mundo multi
tudine ſcientię pręcellunt, qui deum p̃
cæteris diligunt. Nonne & nunc vides
aliquos a ſeculo longe remotos, tanta
ſciẽtia ꝑditos, vt ſcientia ſecularis ſub
datur eis? vt non tñ vocentur ad conſi
lia principũ, ſed etiam interſint nego-
ciis regum: vt qui cœꝑrunt dominari
ꝓpriis moribus, dominenẽ etiã alienis,
& honorenẽ a ꝑſonis ſublimiorib⁹? Hi
ſunt qui loquunẽ inter philoſophos ſa
pientiã: quoꝶ rhetores miranẽ eloquẽ-
tiam. Quos enim nullis ſeu paucis arti
bus imbutos in ſeculo viderũt: nũc de
ſingulis loquentes audiunt. & ad tantã
ſcientiæ multitudinẽ eos ꝑueniſſe co
gnoſcunt: vt ſapientibus huius mundi
diuinæ ſcripturæ ꝓfunditatẽ & ſecre-
ta cæleſtia verbis pandãt. Palmas facit:
dũ ſpem & memoriã retributionis ęter
næ poſt agonẽ legitime certãtibus ſine
dubitatione habituros repromittit. fa
cit picturas prominentes de pariete &
egredientes: cum ad hoc electi ex bona
cõſuetudine pueniũt, vt quid dicendũ
vel quid faciendũ, nõ ab aliis ſed a ſeip
ſis proferentes quęrunt. Moraliter ve- N
ro cherubin facit in pariete: dum ꝑ ſpi
ritum ſcientię, qui nouit omnia prudẽ
ter diſponere, virtutes ordinat in men
te: dum duab⁹ alis a terrenis ſe alleuat,
& duabus alis, ne oculo vanæ glorię vi
deatur, corpus velat. Zelum quoqꝫ ſecũ
dum ſcientiam habeat & modũ teneat:
vt ſciat pati pœnuriam & abundare, ſa Phili.4.
tiari & eſurire: vt ſit in eo multiplex ſu
pradicti angeli ſciẽtia, intus videlicet
in ordinãdis ac diſponendis virtutib⁹,
exterius in multiplicandis bonis operi
bus. Palmas facit: dum in conflictu vi-
tiorũ de diabolo triũphans victor exi-
ſtit. In palma ſiquidẽ notatur victoria:
palma eñ poſt victorię finem ornamus
manum victricẽ. Quotidie etenim pu-
gnamus & quotidie vĩcimus: quia quo
tidie nobis lucta eſt cũ diabolo, & quo-
tidie diabolũ ſuperamus. Tenemus ita
qꝫ quotidie palmam in manu: id eſt vi-
ctoriam de conflictu. Habemus etiã dif
ficilẽ pugnam aduerſus carnem & ſan-
guinem: vt quæ nolumus aliquãdo ea
faciamus. Sed cum deo annuente vinci
mus, palmam in manu tenemus: & ꝑ
tingimus ad victoriam ꝑ patiẽtiam.
Scriptum eſt enim: In patientia veſtra Lucę.21.
poſſidebitis animas veſtras. Fecit quo-
qꝫ picturas varias prominentes de pa-
riete & egredientes. Prominent picturę
variæ de pariete & egrediuntur: dum
ea quæ cogitantur in animo, vt luceat Matt.5.
lux veſtram coram hominibus, opere
perficiuntur. Hoc autem fit, cum appa
ret miſericordia in effectu, benignitas
in vultu, humilitas in habitu, mode-
ſtia in cohabitatione, patientia in tri-
bulatione. Si autem velis cognoſcere
effectum miſericordiæ: ipſa eſt quæ cõ-
patitur miſeris, ſuccurrit egenis. ex
dulcedine vero benignitatis efficitur
manſueta facies & mitis. Si autem



fuerit animus humilis: ſit & habitus ex
terior eidẽ animo ſimilis, pannoſus ſci-
licet abiectus & vilis. Geſtus ſiquidem
modeſtiæ demonſtratur ex habitu con
ſcientiæ: vt talis appareat foris, qualis
eſt & intus. Effectus aũt verę patiẽtiæ
ꝓminet & egreditur: dum ꝓſpera & ad
uerſa toleras cum hilaritate.

O ❡De pauimento templi. Cap. XXIII.
3.Reg.6. SEd & pauimẽtũ domus texit
auro interius & exterius ĩ ora
culo & in tẽplo: id eſt in contẽ
platione corã deo, & in actio-
ne coram ꝓximo. Eſt aũt myſticũ paui-
mentum, humilis concordia fratrũ, qui
in ſpirituali fraternitate ſub magiſterii
regula humiliter ſeipſos ꝓſternũt cal-
cãdos etiã ꝑſequẽtibus, cõcordi ſocie
tate: ne in diſpoſitione pauimenti ſciẽ-
tia quæ inflat, inter fratres inęqualita-
tis offendiculũ ponat: ne in aliquo no-
bilitas generis, ſcrupulũ faciat elatiõis:
ne is qui de ſeculo ad monaſterium ali
quid de proprio attulit, remiſſior in la
bore, paratior in habitu, delicatior ĩ vi
ctu, honoratior præ cęteris eẽ velit. ſed
ordinatis fratribus in pauimento bene
uolæ ſubiectionis, detur vnicuiqꝫ ſicut
opus vnicuiqꝫ fuerit: iuxta cõſtitutum
2.Para.3. apoſtolicę diſpoſitionis. Texit itaqꝫ pa-
uimentum auro: prius tamen marmo-
reos lapides ſup terram ſternẽs: deinde
vero marmori tabulas ſuperponẽs abie
gnas: In marmore videlicet fortitudi-
nem fidei, in abiete altitudinem ſpei, in
auro preciũ caritatis deſignans. In his
igitur eſt ambulandum deſideranti ꝑ-
uenire ad regnũ cæleſte. Sed & morali-
ter pauimentum domus intrinſecus &
extrĩſecus auro tegitur: ita ſcilicet vt
prius marmor, ac deĩde tabulę abiegnæ
ſuperponanẽ. Intelligitur itaqꝫ in mar-
more, ꝓpoſiti firmitas: in abiete, deſide-
rii proceritas: in auro, intentionis puri
tas. Habes nũc abietẽ in medio cũ mar
more & auro: vt ſi qđ deſideres, in puri
tate vitæ firmiter conſerues. Eſt igitur
morale pauimentum: humilis concor-
dia morum. Intrinſecus & extrinſecus
veſtitum auro: interius ſcilicet intẽtio
nis puritate, exterius bonorum exẽplo
rũ ſplendidiſſima claritate. Hoc eñ au
rum fulget in pauimento templi cõtẽ-
plationis, & in oraculo pię cõuerſatio
nis. Super hoc pauimentum calcas: dũ
in propoſito & in puritate ſuperni deſi
derii firmiter ambulas. Iſtud eſt cariſſi P
me oratorium animæ. In hoc oratorio
ſi pronus ores: aurum non terrã vides.
Vbi eſt enim puritas mentis: non appa
ret puluis terrenæ cupiditatis. Nihil
eñ erat in interioribus templi: qđ non
tegereẽ (vt ait ſcriptura) puritate au-
ri. Si eñ reſpicias ſurſum, vides aurũ:
quia dũ cõtẽplaris cęleſtia pure diligis
deũ. Dum reſpicis parietes, aurum vi-
des: quia dum diligis proximum, vt pu
re diligas ipſum, diligis propter deum.
Nihil erat in tẽplo qđ nõ tegeretur au 3.Reg.6.
ro: quia in pfectoꝶ mẽte nihil eſt quod
non veſtiatur ſupereminentis dilectio-
nis puritate. Sed quia nemo cito fit ſũ-
mus, & iuſtus initio accuſator eſt ſui: Prou.18.
& iterũ ad ædificiũ qđ eſt ĩ mõte opor-
tet ꝑ gradus aſcendere: idcirco ſi ad
pulchritudinẽ tantę ſublimitatis aſcẽ-
dere feſtinas: neceſſe eſt vt ꝑ gradus vir
tutum ꝑdetentim aſcendas. Attende
igitur diſpoſitionem ædificii materia-
lis: vt in te diſponere poſſis materiã &
ordinem ſpiritualis. Erat enim in ma- 2.Par.4.
teriali ædificio templi atrium exteri⁹:
quod in lib. Paralipomenon vocaẽ baſi
lica grandis, in quã cõueniebat vulg⁹.
In eam ſiquidem adducebanẽ pecudes:
vt de manu populi ſuſciperẽt eas ſacer
dotes. Erat autem & aliud atrium qđ 2.Par.4.
vocabatur ſacerdotum, in quo erat ma
re æneum poſitum ad abluendas man⁹
& pedes ſacerdotũ. Ibidẽ erant luteres
ad abluendas hoſtias: ibi altare æneum
ad immolandũ eas. Sequitur. Et porti- 3.Reg.7.
cus tẽpli in qua Salomõ duas colũnas
æreas fixit: inde & templũ in quo men
ſæ aureæ & candelabra aurea, in quo &
altare aureũ ante oſtium oraculi poſi-
tum. Erat etiam in interiori domo ora
culum: in quo erat arca fœderis, in qua
erant tabulæ legis. Immoremur itaqꝫ ĩ
his quæ prælibauimus: vt ex ipſis ali-
quid ad ædificationem clauſtraliũ ex-
torquere valeamus.

❡De atrio exteriori.
Cap. XXIIII.

Q F Ecit Salomon baſilicam grādē,
2.Para.4. id eſt exterius atrium : in quo
deſignantur corda carnalium.
Qui per hoc ꝙ in communi & ſimplici
fide manent: ad ędificiū templi ptinēt.
Nec tamen tales ſunt vt per ſe hoſtias
immolēt: ſed in manu ſacerdotū eas of-
ferūt, vt ꝓ eis orent. Hoſtias etiam offe-
runt: dū ex abundātia rerum quas poſ-
ſident, egentes quoſq; ſiue miniſtros ec-
cleſiæ offerendo paſcūt. De infimis ad
dominum clamāt: dum de ꝓfundo ter-
renæ habitationis erui toto deſiderio
mentis exoptant. Longe a tēplo remo-
ti ſunt: & tamē in templum intuitum
dirigunt. Auri fulgorem & pulchritu-
dinem operis admirantur: dum virorū
ſublimium vitam quam attingere ne-
queunt effectu, pię deuotionis veneran-
tur affectu. Sed exterius atrium, mora-
liter deſignat recordationem peccato-
rum. Adducuntur eodem vt ſacerdoti-
bus offerantur pecudes: dum ad memo-
riam recordationis reducuntur motꝰ
animales. Hoc autem fit, cum animꝰ ad
memoriam reducit vitulum petulātię,
hœdum laſciuię, taurum ſuperbiæ. Sæ-
piſſime enim gaudet animus vanitate,
carnis deſiderio delectatur: inflat̃ ſcien-
tia, honoribus ſublimari deſiderat. Of-
fert autem hæc omnia animus ſummo
ſacerdoti in manu miſericordiæ: vt in
holocauſtum ponantur ſuper cōtritio-
nis altare. Intuetur etiam oculo diſcre-
tionis licet longe poſitus (dum aperit̃
templum) ipſiꝰ templi pulchritudinē:
dum in conuerſis quibuſlibet per exem-
plum boni operis foris apparentem at-
tendit morum venuſtatem. Ad domi-
num clamat: dū pro iis in quibus iacet,
ad dominum ſuſpirans anhelat.

R ¶De atrio interiori. Cap. XXV.

3.Reg.6. Æ Dificauit quoq; Salomō atrium
intrinſecus tribus ordinibus la-
pidū politorū : & vno lignorum cedri.
Interius atrium vitam deſignat illorū
qui nō tātū hoſtias offerūt: ſed etiā im-
molant & occidunt. Affligunt eñ car-
nē ſuā in laboribus & ieiuniis: & incen-
dūt igne tribulationis. Tres aūt ordi-
nes politorū lapidū ſunt tres diuerſita-
tes hominū: videlicet credentiū, ſperan-
tiū, amātiū. Vnus vero ordo lignorum
cedri: bene operantibus per ſimilitudi-
nē poteſt aſſignari. Fides eñ ſine operi- Iaco.2.
bus mortua eſt. Et recte politorū dicit:
vt quomodo credere, qd ſperare vel di-
ligere debeat vnuſquiſq;, dinoſcere poſ-
ſit: ne inueniat̃ in fide ſcrupulus erro-
ris, in ſpe defectꝰ terroris, in caritate of-
fendiculū rancoris: Sed poliatur fides
boni opis exercitio: ſpes, ęternitatis de-
ſiderio: caritas, exhibitiōis obſequio. Iū-
ge igitur lignū lapidi, cedrū marmori,
fidem operi: ne ſit fides ficta, ſpes caſſa,
caritas infructuoſa. Dum hæc igitur at-
tendis: lapidē polis, cedrū marmori cō-
iungis. Ædificauit etiā Salomon mora- S
liter atriū interius tribus ordinibus la-
pidū politorū: & vno ordine lignoꝝ ce-
dri. Interius atriū: eſt moraliter confeſ-
ſio delictorum. Vnus ordo cedri: eſt in
pœnitentia longanimitas pſeuerandi.
Tūc.n.cedrus cōiungit̃ marmori: dum
pœnitētię pſeuerātia cōtinuat̃ verę cō-
feſſioni. Tres vero ordines lapidū poli-
torū in atrio cōfeſſionis, ſunt tres qua-
litates in ędificio mētis, id eſt timor, do-
lor, pudor. Hi igit̃ lapides inęqualitate
ſui ſępius exaſperant̃: & ideo neceſſe eſt
vt diligēter & artificioſe poliantur. Ex-
aſperat̃ eñ timor ꝓpter peccati magni-
tudinē, dolor ꝓpter multitudinem, pu-
dor ꝓpter turpitudinē. Dū eñ animus
attendit turpia q̃ geſſit, dū etiā eorun-
dē in ſecreto cōſciētię nullo vidēte per-
horret recordari: non eſt mirū ſi alteri
hæc eadē pudor ſit cōfiteri. Cū aūt cōſi-
derat ꝙ q̃uis turpia tñ ꝑpetrauit mul-
ta: nō eſt mirū ſi mltū doleat aĩus, mul-
tis vitioꝝ irretitꝰ nexibꝰ. Cū iterū nō
tātū recogitat multitudinē turpiū de-
lictorū quæ geſſit, ſed etiā magnitudi-
nē eorū ante oculos mentis ponit, ſi ti-
meat & obhorreat nō eſt mirādum: ſed
ſummopere ne deſperet eſt euitādū. Po-
liendi ſunt igitur lapides: ne exaſperen-
tur ꝑ deſperationē fideliū mētes. Poliē-
dus eſt ſiquidem timor benignitate mi-
ſericordiæ, dolor aſſiduitate pœniten-
tiæ, pudor puritate conſcientiæ. In po-
liendis eñ lapidibus tria ſunt aſſignā-
da, ſcilicet oleum lapis & manus. Infun-
ditur enim deſuper oleū : lapis durior



in ſupficie voluitur, manus vero lapi-
dem premit & ꝑmendo trahit. Benigni-
tas itaq; miſericordię quaſi oleum, aſpe-
ritatē lapidū lenit. aſſiduitas pœniten-
tię velut lapis: peccatorū ſcrupulos te-
rit. puritas vero cōſcientię quaſi manꝰ,
ad vltimum peccati ſordes tergit. Iſtud
eſt oleū ſpiritꝰ, hic eſt lapis angularis,
hæc eſt dextra dei patris. Primū lenit,
ſecundū ꝑmit, tertium trahit. Rogo er-
go benigniſſime pater vt dolorem meū
lenias, animi mei timorem ꝑmas, operi
Iob.14. manuum tuarum dexteram porrigas,
iacentem erigas, erectum trahas. Dum
enim ſancti ſpiritus oleū infundis: cor-
dis duriciē molliendo diſſoluis. Dū ve-
ro humilitatem & patientiam filii præ-
tendis: in nobis tumorem ſuperbiæ ip-
ſius exemplo premis. Et ſic ad dexterā
quā diu ꝑ expectationē porrexiſti acce-
dimus: vt cum electis ad dexterā patris
ſimus. Hæc igitur cōſideranda ſunt in
atrio confeſſionis: ordinata ſub regula
iuſtitię, & ſub funiculo ꝑdicationis. Di-
citur etiam hoc atrium interius: voca-
tur & atriū ſacerdotū. Et recte dicitur
interius; quia quicquid per confeſſionē
manifeſtatur, occultum debet eſſe ſicut
erat prius. Sed & atrium ſacerdotū di-
citur eſſe: quia ſpecialiter in atrio con-
feſſionis ſacerdotibꝰ licet miniſtrare.

T ¶De mari fuſili in tēplo. Cap. XXVI.

3.Reg.7. F Ecit quoq; mare fuſile decē cu-
bitorum a labio vſq; ad labiū:
rotundū in circuitu. Sicut ſu-
perius per atrium ſacerdotum morali-
ter deſignat̃ cōfeſſio: ita per mare æneū
deſignari poteſt cordis compunctio. Si-
cut enim in mari æneo lauari ſolebant
ſacerdotes: ita in amaritudine compun-
ctionis lauantur quotidie fidelium mē-
tes. Hoc autem vas, maris nomine me-
ruit appellari: quia propter amaritudi-
nem delictorum comparatur mari. Ap-
pellatur etiam æneum. Æs enim ſuper
cæteras ſpecies metalli eſt valde ſono-
rum. Æs ſiquidem quando ab aliquo tā-
gitur, ſtridet: ac velut plangentis more
conqueritur. Dum enim vas compun-
ctionis tangitur manu propriæ repre-
henſionis: reddit tinnitum, dum emit-
tit queſtum. Erat autem vas illud fuſi-
le: quod fit dum materia metalli poni-
tur in ignem, defluens per ductum ca-
nalis ad perfectionem formæ. Ignis eſt
ardor tribulationis : metalli materies,
eſt peccati ſpecies. Quod per recordatio-
nis tractum, quaſi per canalis ductū in
formam vaſis traiicitur: cū mens emol-
lita per ardorem ſancti ſpiritus, ad effi-
ciendum vas compūctionis eliquatur.
Erat etiam decem cubitorū a labio vſ-
q; ad labium. In denario ſiquidem nu-
mero ſpes retributionis ītelligitur: quę
laborantibus promiſſa dat̃. A labio igi-
tur, id eſt ab initio primę conuerſionis
vſq; ad labium perfectę per mortē ſepa-
rationis veniam ſperat: quicūq; vas cō-
punctionis intra mentis ſuæ ambitum
format. Lauat eñ lachryma ſordes cri-
minis: ita dico ſi ponatur intra atrium
veræ confeſſionis. Et erat rotūdum in
circuitu: quia non tantum pręterita &
futura, ſed & proſpera & aduerſa debēt
irrigari fletu. Rotunditas ſiquidem ma-
ris deſignat ambitum diſcretæ compū-
ctionis: quæ cum ea quę ante & retro a
dextris & a ſiniſtris ſunt reſpicit, & ni-
hil abſq; compunctionis amaritudine
tranſire permittit: quid aliud agit̃ niſi
ꝙ mari ęneo rotūditas circūſpectionis
imponit̃? Et altitudo eius erat qnq; cu-
bitorū. Ipſa eſt ſublimitas qnq; ſenſuū
corporeoꝝ. Sed qa varietas ſenſuū ꝑ di-
uerſa mūdi oblectamēta defluit: conue-
niēter authoritas ſubiūgit. Et reſticula 3.Reg.3.
triginta cubitorū cingebat illud ꝑ cir-
cuitum. Reſticula eſt præceptoꝝ diſci-
plina: qua fluxa reſtringimus, quotiens
a noſtris voluptatibꝰ opera & cogita-
tiones religamus. Quę nimirū reſticu-
la, triginta dicit̃ eſſe cubitoꝝ: qa cū ad
triginta annoꝝ terminū ꝑueneris, tu q
ante in annis iuuenilibus remiſſior fue-
ras, ſaltem cum ad perfectam ætatē per-
ueneris fluxa voluptatis reſtringas.

¶De decē luteribꝰ tēpli. Cap. XXVII. V

F Ecit quoq; Salomon in interiori 3.Reg.7.
atrio decem luteres ad abluendas
hoſtiarū carnes. Sicut.n. ſacerdotes la-
uabantur in mari æneo : ſic in luteribꝰ
hoſtiarū caro: vt q̃ offerebāt̃ & q offere-
bāt mūdi eſſēt. In mari ęneo manꝰ & pe-
des ſacerdotū mūdabāt̃ a puluere: ī lute-

ribus vero, hoſtiarũ carnes exprimebã
tur a ſãguine,a puluere vanitatis, a ſã
guine voluptatis. In mari igitur æneo
& in luteribꝰ duas cõpũctionis ſpecies
intelligere debemus: timoris videlicet
& amoris. In vno ſiquidẽ lauant opera-
tiones manuũ:in altero vero carnis de
lectationes. Sic hoſtię lotę in lutere cõ
pũctionis & expreſſę manu rectæ opera
tionis: deferuntur a ſacerdote vt accẽ-
dantur ſuper contritionis altare.

¶De altari æneo in tẽplo. Ca. XXVIII.

X ET pulchre altare æneũ contri-
tioni cordis ſimile eſſe dicitᷣ: ꝙ
in cõtritione cordis deſideria
carnis flãma tribulationis accendũtur.
Hoc aũt altare ęneũ: magnitudine ſui,
ſpecie metalli,poſitione loci aliquid de
ſignat. Erat enim amplum:quia plures
ſunt qui carnis cõcupiſcentias deflent,
ꝙ̃ q puritate cęleſtis deſiderii gaudent.
Erat etiã ęneũ:quia multi ſunt qui di-
Roma.7 cũt: Mẽte ſeruimus legi dei,carne autẽ
legi peccati. Erat ante fores tẽpli porti
cus:quia pauci ſunt qui renuncient o-
mnibus ꝙ̃ poſſidẽt,vt ad oſtiũ porticus
appropinquẽt. Porticus ſiquidẽ templi
eſt(vt ſuperius diximꝰ) renũciatio mũ
di. In hac porticu duę erigũtur colũnę:
vna caſtitatis,altera ſobrietatis: vt qui
mundo renunciant, ſobrie & caſte deo
viuant.

¶De altari aureo & menſa aurea
& candelabris templi. Ca. XXIX.

Y POſt porticũ renũciationis ſeq-
tur tẽplũ rectę cõuerſationis.
In hoc tẽplo eſt altare aureũ:
eſt mẽſa ꝓpoſitionis aurea: ſunt & can
delabra de auro puriſſimo facta. In alta
ri accẽdebanť thymiamata,in mẽſa pa-
nes ponebanť,in cãdelabris lucernę. Al
tare aureũ ſunt corda electoꝝ. thymia
mata: bona opera. odor thymiamatum:
boni operis exẽplũ. Fumus q aſcẽdit ſu
perius,eſt ĩtẽtio orationis: q̃ ex affectu
cordis ad deſiderãda cęleſtia tẽdit. Mẽ-
ſa vero aurea eſt diuĩa ſcriptura: panes
ſunt apl'i ſiue eoꝝ ſucceſſores, ex quoꝝ
actibus tanq̃ ex panibꝰ reficiunť fideliũ
mẽtes. Qui panes ꝓpoſitionis cõueniẽ-
ter poſſũt appellari:qa ad imitãdũ ꝓpo
nunť vniuerſo orbi. Decem cãdelabra,
ſunt decẽ legis præcepta:lucernę,lumẽ
doctrinę. Poſſunt & hæc aliter dici. Sit
igiť altare dilectio,mẽſa lectio, cãdela-
bra meditatio. Puritas auri in altari:eſt
aĩus pfectus in dilectione. Puritas auri
in mẽſa:ſanus intellectus in lectione. In
cãdelabris: purus affectus ĩ meditatio-
ne. vt nihil carnale q̃rat dilectio, nihil
hęreticũ doceat lectio, nihil terrenum
optet meditatio. In altari accẽdũť thy
miamata,in mẽſa ponunť panes,in can
delabris lucernę: Thymiamata orõnis,
panes refectionis, lucernę cognitionis.
Per orationẽ eñ q̃riť deꝰ, ꝑ refectionem
guſtať, videť in lumine cognitiõis. Quę
rẽdo deſiderať, guſtatꝰ dulceſcit, cogni
tus amať. Habẽt thymiamata odorem,
panes ſaporẽ, cognitio amorẽ. Oratio ſi
quidẽ redolet deũ, panes ſapiũt, cogni-
tio diligit. Infundit aũt deus odori ſua
uitatẽ, ſapori dulcedinẽ, amori dilectio
nem: Vt ſit odor ſuauis, guſtus dulcis,
amor delectabilis. Hęc oĩa debẽt eſſe in Z
cõuerſione. Hęc miniſtranť a ſacerdoti
bus & leuitis in tẽplo cõuerſiõis. Si au
tẽ oraculũ ĩtrare deſideras, ĩtra in ſan-
ctuariũ dei: vt ĩtelligas ĩ nouiſſimis eo Pſal.72.
rũ. Eoꝝ videlicet q perierũt ꝓpter iniq
tatẽ ſuã: & eoꝝ quoꝝ mors pcioſa eſt ĩ Pſal.115.
cõſpectu dñi. Ibi. n. intelliges & pręmia
iuſtoꝝ & pœnas dãnatoꝝ. In hoc ora-
culo poſuit Salomõ arcã fœderis: & in
ea tabulas legis. Eſt aũt oraculũ, diuinę
reuelationis ſecretũ. Ibi Salomõ arcam
poſuit: & ibidẽ q pacẽ deſiderat, mẽtem
ponit. In ea ſunt tabulę legis: ſciẽtia vi
delicet diuinę diſtrictiõis. Huc ſolꝰ põ-
tifex ĩtrat. Sũt. n. pauci: q̃bus reuelatur
cõſilii diuini ſecretũ. Hic ſolus ores: ſi
ſolitariꝰ eſſe deſideras, ſi ſuauitatẽ quie
tis amas. Attẽde ergo vt orõ tua ſit diſ
creta & ſecreta: dulcis & humilis. Diſ-
creta ꝓpter idiotas: ſecreta ꝓpter hy-
pocritas. Dulcis affectu, humilis apperi
tu: vt qđ apperit diligat, nihil altum ſa
piens humilia concupiſcat. Sit pura &
tranqlla, nec qcq̃ cõmodi tẽporalis orõ
poſtulet, nec trãquillitatẽ orõnis curio
ſitas cõturbet. Si igiť talis eſſe deſide-
ras: ad illud clauſtrũ nõ manufactũ qđ
eſt in cęlis, peruenire feſtinas.

¶Tertii Libri Finis.



# M. HVGO
nis de Sancto Victore, in Quartum Li
brum de Clauſtro Animę Prologus.

A ROgas cariſſime
rogas & obni-
xius depreca-
ris: vt ſolito fe
ſtinantius exe-
quar qđ promi
ſi. Libelli ſiqui-
dẽ quẽ clauſtrũ
aĩę vocas, vlti-
mã. i. quartã re
quiris partem: vt quaſi integrũ de ma-
nu noſtra recipias panẽ. Mirũ tamẽ eſt
ꝙ de manu pauperis panẽ requiris: ni-
ſi forte ꝙ panis groſſior quibuſdam ſo
let eſſe ſalubrior. Non enim habeo pa-
nem alium niſi per oſtia mẽdicatum. i.
per ora docentium nobis aliquando ꝑ-
dicatũ: vel de ſpicis in alieno agro col
lectis, de ſententiis videlicet in campo
diuinę ſcripturę congregatis. Sic enim
Eſa.38. viuitur: & in talibus vita ſpiritus mei.
Pſal.41. Hęc recordatus ſum & effudi animam
meam. Non eſt mihi panis de ſimila, in
genii ſubtilitate diſcuſſus: ſed ſimplici
tate eloquentię per cribrum groſſioris
ſenſus exagitatus. Non eñ gręcas aut
barbaras vel inuſitatas, quę turbẽt ſim
plices, interpoſui dictiones: ſed etiã ea
quæ ab aliis obſcure dicta repperi, ſim-
pliciori ſtylo & verbis planioribus di-
lucidare curaui. Simplicibus itaq; pla-
cere deſidero: & ideo quibꝰ eis placere
valeam verbis, quęro. Sic Chriſtꝰ inter
Lucę.2. duo animalia poſitus: vilibus eſt pãnis
inuolutus. Poniť dei ſapientia inter bo
uem & aſinum, vt erudiret rudẽ, mone
ret tardum: rudem ſenſu, tardum intel
lectu: erudiret ſimplicitatem per humi
litatem. Qui igitur inuolui ſe permiſit
in vilibus pannis: permittet forſitan vt
de eo loquar ſimplicibus verbis. Simi-
Matt.2. liter qui Magis per ſtellam oſtenditur,
per angelũ Paſtoribus nũciať: vt qui ſa
pientibus loquebatur per ſignũ, ſimpli
cioribus innoteſceret per ſimplex ver-
bum. Nunc autem de iis quę ad clau-
ſtrum non manufactũ(qđ eſt in cælis)
pertinent, pro modulo imbecillitatis
meę aliquid dicere vltra nõ differã: vt
ex ipſo ordine & dilectione illius ſum-
mi abbatis & ipſorum ſpirituũ ſupno-
rum, doceri & inſtrui poſſit ꝓlatorum
diligentia & humilitas ſubditorum. Se
quar igitur poſt terga metentiũ: ne ab
errare videar a doctrina priorum.

¶De ciuitate magna Hieruſalem.
Cap. I.

CIuitatis magnę Hieru B
ſalẽ quædam pars ad-
huc in terris peregri-
na ducitur: quędã ve-
ro pars in cęlis firmi-
ter locata ſtabilitur.
Hæc autẽ Hieruſalẽ ad illam cęleſtem
quandoq; tranſiet, in qua nemo morie-
tur, ſed in ęterna felicitate ſine fine vi-
uet. Nemo eñ ad illam felicitatis ęter
nitatem tranſire merebitur: niſi qui ſe
ciuibus illius patriæ bene viuendo in
ſeculo hoc moribus conformabit. Sed
qui in hoc ſeculo pſenti cęlibẽ vitã du
cere cupiũt: in futura vita ſupernis ci-
uibus conformes erunt. Quatuor ſiqui
dem ciuitates in diuina ſcriptura fuiſ
ſe perhibenť, quarũ vnaquęq; Hieruſa
lem nũcupatur: id eſt materialis & my
ſtica, moralis & anagogica. Materialis
Hieruſalem eſt quędam ciuitas in Iu-
dęa poſita: myſtica vero eſt eccleſia: mo
ralis quęlibet fidelis anima, anagogica
cęleſtis patria. Prima conſtat ex lapidi
bus & lignis, ſecunda ex iuſtis & iuſti-
ficãdis, tertia ex virtutibus, quarta ex
angelis & hominibꝰ. Materialis aliquã
do deſtruetur, myſtica trãſferetur, mo-
ralis ędificabitur, anagogica vero inæ
ternum non cõmouebiť. Prima cõtinet
res geſtas, ſecunda myſteriorũ figuras,
tertia exẽpla morũ, quarta diuerſitates
cæleſtium mãſionum. Reſtat igiť vt de
iis quæ præmiſimus: ad ædificationem
clauſtralium aliquid differamus.

¶Qꝫ Hieruſalem ſit in Iudęa hi-
ſtorice. Cap. II.

SIcut diuina ſcriptura teſtať: in C
regione Iudęę Hieruſalem fun 3.Par.3
data fuiſſe memoratur. Ferunt
autem hanc ciuitatem habuiſſe muros
& portas, vectes & feras, vicos & plate

as. Iudęa, confeſſio: Hieruſalẽ, pacis vi-
ſio interpretatur. In Iudęa ergo Hieru
ſalẽ ponitur: quia in confeſſione verę fi
dei pax eccleſię ſolidat̃. Qui em̃ Chri-
ſtum confitetur eſſe deũ, pacẽ eccleſiæ
p̄dicat, & in ędificanda Hieruſalẽ my-
ſtice laborat. Qui vero in cõfeſſione ve
rę fidei, ęternę trinitatis gloriam agno
ſcit, & in potẽtia maieſtatis adorat vni
tatem: eiuſdem fidei firmitate ab omni
bus aduerſitatibꝰ eccleſiam munit. Pul
cher ordo, vt priꝰ agnoſcat, poſtmodũ
adoret: ad vltimũ vero ſigno crucis ſe
munire feſtinet. Licet em̃ agnoſcat tri-
nitatem & adoret vnitatem: niſi Chri-
ſtum deum & hominẽ eſſe & poſt mor
tem a mortuis reſurrexiſſe crediderit:
eccleſiam deſtruit nõ munit. Nõ agno-
ſcit Iudęus trinitatem, nec gẽtilis vni-
Geñ. 18. tatẽ: & tamẽ Abraam tres vidit & vnũ
Pſal. 74. adorauit. Confitebimur tibi deus cõfi-
tebimur: & inuocabimus nomẽ tuum.
Confitebimur perſonam patris, cõfite-
bimur perſonã ſpiritus ſancti: ſed fami
liarius inuocando confitebimur perſo
nam filii, videlicet Ieſu Chriſti. Ieſus. n.
(ſicut dicitur) ſaluator interpretatur.
Sub hoc nomine credimus Chriſtianos
eſſe ſaluandos. Si igitur aliquando ho-
mo delinquit: mirandũ non eſt ſi ad ho
minem deum homo delinquens ſecurꝰ
1. Tim. 2. recurrit. Ipſe eſt em̃ dei & hominũ me
diator: homo Chriſtꝰ Ieſus. Ad hũc igi
tur chriſtiani recurrunt: qa per ipſum
deo ſe reconciliari poſſe credunt.

¶Item de eadem moraliter. Cap. III.

D MOraliter Iudęa confeſſionẽ pecca
torum deſignat: in qua fidelis ani
mus ſeipſum iudicans humiliter accu
ſat. In hac ſiquidẽ Iudęa Hieruſalẽ fun
data eſſe dicit̃: qa in cõfeſſione ꝑccati
Pſal. 74. ꝑccator pœnitẽs deo recõciliat̃. Cõfite
bimur tibi deꝰ cõfitebimur: & inuoca-
bimus nomẽ tuũ. Per hoc ꝙ dicit cõfi-
tebimur: confeſſio neceſſaria eſſe perhi
betur. Qꝫ aũt cõfitebimur replicat: mi
ſericordiã diuinę pietatis demonſtrat:
& ne deſperes innuit: qui iterum ꝑccã
tem ſi pœniteat nõ repellit. Eamus ite-
Ioan. 11. rum, ait dominus, in Iudęam. In Iudęã
iterum dominus ire diſcipulos horta-
tur: vt ſiqs ꝑccauerit pœniteat, & ite-
rum ꝑccatum humiliter confiteatur.
In quacunqꝫ em̃ hora ꝑccatum confi- Eze. 18.
tendo peccator ingemuerit: ſcriptura
teſtante proculdubio ſaluus erit. Attẽ
de qualiter diligit: qui totiẽs & tam be
nigne ꝑccantẽ recipit. Si hęc attendis:
domini miſericordiam cognoſcis. No- Pſal. 75.
tus inquit in iudęa deus. In Iudęa deꝰ
cognoſcitur: qa ĩ cõfeſſione ꝑccati mi-
ſericordia dei manifeſte demõſtratur.
Per pietatẽ ſiquidem ꝑccantem reuo-
cat: ꝑ patientiam ſuſtinens expectat. In
Bethleem Iudæ Chriſtus naſcitur, ſed
in Nazareth nutritur: & tamẽ non Be
thleemites ſed nazaręus appellatur. In
Bethleem Iudæ Chriſtum natum ſcri
ptura fuiſſe meminit: quia per confeſ-
ſionem ſpiritualiter ad hominẽ deꝰ de
ſcendit. Nazareth, flos ſiue mũditia in
terpretatur. In Nazareth igitur nutri
tur & habitat, qui in flore mũditię de-
lectatur & eam ſemper amat.

¶Qꝫ multi ſint qui Iudęam & Hieru-
ſalem deſtruunt. Cap. IIII.

MVlta ſunt quę confeſſionem im- E
ꝑdiunt. Multi ſiquidẽ hoſtes Iu
dęam inuadunt: nec Hieruſalem quie-
tam manere ꝑmittunt. In libro ſiquidẽ
Maccabęorum ſcriptum repperi ꝙ rex 2. Ma. 14.
Demetrius Nicanorẽ præpoſitum ele-
phantorꝫ ducẽ miſit in Iudęã, datis mã
datis vt ipſum Iudã Maccabęum cape
ret, & eos qui cum eo erãt diſpergeret.
Nicanor tamẽ audiens virtutem comi
tum Iudę: ſanguine iudiciũ facere me-
tuebat. Quãobrem miſit nuncios: vt da
rent dextras & acciperent. Et cum diu
de his conſilium ageretur, & ipſe dux
ad multitudinẽ retuliſſet: omniũ vna
fuit ſententia, amicitiis annuere: & cõ
gruum conſilium fecerũt. Morabatur
autem Nicanor Hieroſolymis & nihil
inique agebat: gregeſqꝫ turbarum quæ
congregatę fuerãt dimiſit. Exaſperatꝰ
itaqꝫ Demetrius ſcripſit Nicanori di-
cens grauiter quidem ſe ferre de amici
tię conuentione: iubere tamen vt Mac
cabęum citius vinctum mitteret An-
tiochiã. Venit igitur Nicanor ad ſan-
ctiſſimũ templum: & a ſacerdotibꝰ iuſ-
ſit ſibi tradi Iudam. Et extendens ma-
num ad templum iurauit: Niſi mihi



vinctum Iudam tradideris: iſtud pha-
num in planitiem deducam & altare ef
2. Mac. 15 fodiam. Comꝑit autẽ Nicanor Iudã
eſſe in locis Samariæ: & cogitabat die
ſabbati cum omni impetu bellũ cõmit
tere: tamẽ non obtinuit conſilium vt ꝑ
ficeret. Cum ſumma autẽ ſuperbia ere
ctus: cogitauerat cõmune trophęũ ſta-
tuere de Iuda. Maccabęus autem confi
debat cum omni ſpe auxiliũ ſibi a deo
affuturum: & hortabatur ſuos ne for-
midarent. Singulos autem illorum ar-
mauit non clypei & haſtæ munitione:
ſed ſermonibus & hortationibus. Nica
nor autẽ & qui cũ eo erant cũ tubis &
canticis ſeſe admouebant. Iudas vero
& qui cum eo erant inuocato deo per
orationes congreſſi ſunt: manu quidẽ
2. Mac. 15 pugnantes, ſed corde deum orãtes. Pro
ſtrauerunt autẽ triginta quinqꝫ milia,
p̄ſentia dei magnifice delectati: & co-
gnouerũt Nicanorẽ ruiſſe cum ſuis ar
mis. Pręcepit autem Iudas caput Nica
noris & cum humero manũ abſciſſam
Hieroſolymas perferri: linguam etiam
impii Nicanoris pręciſam, iuſſit parti
culatim auibus dari. Patet moralis ſen
F ſus. Demetrius ſiquidẽ interpretat̃ ni-
miũ perſequens, Nicanor lucerna ſtãs:
Iudęa confeſſio, Iudas confitens inter-
pretat̃. Quẽ igitur per Demetrium ꝑ-
ſequentẽ nimiũ poſſumus intelligere
niſi diabolum? Et quem per Nicanorẽ
lucernam ſtãtem: niſi mentis elationẽ?
Nicanor itaqꝫ elephantorũ turmis prę
ponit̃: quotiẽs incorrigibilium menti-
bus ſuperbia dominat̃. Oſſa ſiquidem
crurũ elephantorũ iuncturis carẽt: vn
de ſuꝑbis aſſimilantur qui a ſuo pro
poſito flecti nequaq̃ valent. Mittitur
itaqꝫ Nicanor a Demetrio: id eſt ſpũs
elationis a diabolo. Mittit̃ in Iudęã vt
deſtruat cõfeſſionis terram: vt Iudam
capiat & eos qui cũ eo ſunt diſpergat:
vt eos ſcilicet qui ꝑccata ſua confiten
tur, curioſitate teneat & peruerſa con
ſuetudine liget: & eos qui confitentes
conſolantur impediat, orationẽ & co-
gitationem turbet. Audiens tamen Ni
canor virtutem comitũ Iudę & eiꝰ ma
gnitudinem: ſanguine iudicium facere
metuebat. Habet Iudas comites: diuer
ſas videlicet corporis & animæ virtu-
tes. Habet enim comitẽ, cordis gemitũ
& contritionẽ. Habet ſocium etiã labo
rem & ieiuniũ. Habet & alios comites
innumerabiles: opera. ſ. pœnitentię, &
humiliatæ mentis cogitationes. Con-
tra comites ergo Iudę Nicanor ſangui
ne iudicium facere metuit: quoniã ſu-
ꝑbię ſpiritus huiuſmodi viribꝰ nõ re
ſiſtit. Hæc enim ſunt quæ carni & ſan-
guini contradicunt. Quãobrem Nica-
nor tres nuncios miſit: qui dextras da
rent & acciperent. Tres nũcios mittit:
quotiens ꝑccator in aliquo bono cogi
tationis, locutionis & operationis con
feſſioni conſentit. Dextras dant & acci
piunt: quando inuicem bonis operibꝰ
ſe conſentire promittunt. Et cũ diu de
his conſiliũ ageret̃, & ipſe dux ad mul-
titudinẽ retuliſſet: oĩm fuit vna ſentẽ-
tia amicitiis annuere. Diu conſiliũ agi
tur: vt Iudę Nicanor recõcilietur. Hoc G
enim vix aut nunq̃ euenit: vt ſuperbꝰ
cõfeſſioni humiliter ſociari poſſit. Sed
cum res ad hoc perducitur vt amici-
tiis annuat̃: tunc diẽ conſtituerũt quo
ſecreto inter ſe agerent. Inter Iudã &
Nicanorẽ dies conſtituitur: quando cu
iuſlibet animus, confitendi ꝑccata de-
ſiderio inflammat̃: dies conſtituit̃, dum
ad lucem confeſſionis peccator inuita
tur. Et tunc ſecreto inter ſe res agitur
quando aliquis pœnitẽs ꝑccatum hu
militer confitetur. Et congruum collo
quium fecerunt Iudas & Nicanor: dũ
peccator qđ male geſſerat detegit: & il
le cui confitet̃, diuerſos pœnitẽtię mo
dos imponit. dum iſte ſe humiliter iu-
dicat: & ille ne deſperet confortat. dũ
alter malis quę geſſit renunciat: alter
vero bonis quę facere debeat pœniten
tem informat. Morabat̃ autem Nica-
nor Hieroſolymis & nihil inique age-
bat: gregeſqꝫ turbarum quæ congrega
tę fuerãt dimiſit. In Hieroſolymis Ni-
canor manet: quando poſt pœnitẽtiam
pacẽ ꝑccator tenet: & nihil inique a-
git: qa ab iis quę malefacere conſueue
rat, in pace quieſcit. Gregeſqꝫ turbarũ
quæ congregatę fuerant dimittit: quia
de pręteritis turbari nequit, ſed ea quę
prius ęgre tulerat, poſt confeſſionem

ęquanimiter portat.Habebat aũt Iudã
ſemper carum:& ex animo erat viro in
clinatus.Nicanor Iudã diligit: dũ pec-
cator ea quę recolit,de iis q̃ male geſſe
rat diligenter attendit.Et ex animo in
clinabatur viro.De iis enim quę prius
erecta ceruice ſe feciſſe recolit:humilia
to mentis vertice, in cõfeſſione ſe poſt
ea ſubſternit.Et exaſperatus rex Deme-
trius ſcripſit Nicanori dicẽs grauiter
ſe ferre de amicitię conuentione:iube-
re tamen vt Maccabęum vinctũ citius
mitteret Antiochiã.Dum Nicanor cũ
H Iuda in bonũ pacis inducitur:tũc De-
metrius rex exaſperatur.quia dũ pecca
tor ad pacem confeſſionis redit: diabo
lus grauiter inſurgit. Iubet vt Iudas
vinctus Antiochiam citius mittatur:
vt per hoc abſq; mora bonũ confeſſio-
nis impediatur.Ligari Iudam poſtulat
vt opus pœnitentiæ quod confeſſionẽ
ſequitur,debilitare queat.Solent enim
qui alios captos tenent, hoc habere cõ
ſuetudinis:vt tranſuerſis poſt tergum
manibus eos ligent.Per manus bonas
operationes intelligere ſolemus.Vnde
Pſal.48. ſcriptũ eſt:Plaudite manibꝰ, id eſt ope-
ribus.Poſt tergum igitur manus liga-
tas gerit: qui bonũ opus qđ ante ocu-
los habere conſueuerat,obliuioni tra-
dit.Hoc enim Demetrius agere nõ ceſ
ſat: quin peccatorum funibus ligatum
Iudam,id eſt aliquem peccata ſua confi
tentem,a bonis operibus ſi poſſit exper
tem reddat.Venit Nicanor ad ſanctiſ-
ſimũ templũ in Hieruſalẽ:non vt cõſer
uet ſed vt deſtruat pacẽ.& a ſacerdoti-
bus virum ſibi tradi præcipit: vt eorũ
ad quos confeſſio pertinet confeſſionis
vires eneruare poſſit.Manũ contra tẽ-
plum iratus extẽdit: qa ſupbus ea quæ
ſunt religioni cõtraria facere nõ omit
tit. Niſi inquit tradideritis mihi vin-
ctũ Iudã: iſtud dei fanũ in planitiẽ de-
ducam. Immo ſi Iudã traderent Nica-
nori: non remaneret lapis ſuper lapidẽ
1.Cori.3. in conſtructione templi.Templum in-
quit dei ſanctũ eſt qđ eſtis vos.Si enim
deſtrueret confeſſionis virtus: deſtrue
retur quilibet fidelis animus. Nec re-
maneret lapis ſuper lapidem: quia ſup
bię ſpiritus ſubuerteret cõfeſſionis hu

militatẽ.Et altare inqt effodiam,id eſt
deuotionem cordis(in qua orationum
thymiamata cremantur)omnino ſub-
uertam. Cõperit aũt Nicanor Iudã eẽ I
in locis Samarię:& cogitabat ĩ die ſab-
bati cum omni impetu cõmittere bel-
lum.Sabbatum requies:Samaria cuſto
dia interpretatur.Loca igitur Samarię
ſunt loca cuſtodię:ſabbatum cor quie-
tum. Cũ eñ aliquis in bono opere qe-
ſcit,& ſeipſum ſolerti circũſpectiõe cu
ſtodit: tunc Nicanor.i.ſpiritus ſupbiæ
non obtinet vt conſiliũ perficiat, & cũ
Iuda die ſabbati in locis Samarię præ-
lium cõmittat. Erectus autẽ Nicanor
cum ſumma ſuperbia: cõmune trophę
um cogitauerat ſtatuere de Iuda. Cõ-
mune trophęum de Iuda Nicanor ſta-
tuit: quotiens non priuatã gloriã ſed
cõmunẽ ſuperbus de ſubuerſione con-
feſſionis quęrit. Dũ enim peccator cul
pam ſuam defendit & excuſat:tunc de
Iuda Nicanor omnino triumphat. Sed
dum ſeipſum iudicat & affligit: tũc Iu
das de Nicanore triumphans humili-
ter vincit.Maccabęus autẽ confidebat
cum omni ſpe auxiliũ ſibi a deo affutu
rum.Non ſolum Iudas in præſentibus
ſpem ponit,ſed etiã de futuris deo au-
xiliante confidit:Et illum ſecurius in-
uocat, quẽ futurum ſibi propitiũ poſt
mortẽ patienter expectat.Nec tñ mu-
nitiõe clypei & haſtę ſocios armat:ſed
ſermonibus optimis & hortationibus
eorũdẽ animos informat.Nicanor au-
tem & qui cum eo erant:cũ tubis & cã
ticis ſeſe admouebãt.Tuba intꝰ eſt va-
cua,& fit ex ære,metallo videlicet val-
de ſonoro:ſignat aũt ſeculi vanitatem.
Sed vt tuba ſonũ reddere valeat:neceſ
ſe eſt vt aliquis eam ori ſuo iungat,vẽ
tum attrahat & emittat. Ori ſuo tubã
vt reſonet apponit:qui p ſecularis elo-
quẽtię dulcedinẽ aliorũ fauorẽ quęrit.
Ventũ attrahit:qui vanę glorię deſide
rio inflatus ſuperbit.Ventũ emittit vt
tuba reſonet:quotiẽs aures audientiũ
iactantię verbis ſuperbus inflat. Cũ tu
bis igit & canticis Nicanor & qui cũ
eo erant ſeſe admouẽt:dum vanæ glo-
rię ſeu iactãtię mẽtes audiẽtiũ delecta-
ctione demulcent.Iudas vero & qui cũ



eo erãt,inuocato deo per orationes cõ
greſſi ſunt:manu quidẽ pugnantes,ſed
H corde dominũ orãtes.Hęc tria ſunt cõ
feſſori neceſſaria : lingua videlicet, &
cor & manus:vt in corde contritio, in
lingua ſit oratio,in manu operatio. In
contritione aũt cordis deleat peccator
culpã:in oratiõe petat veniã:in opera-
tione agat pœnitentiã. Et cognouerũt
Nicanorẽ ruiſſe cũ armis ſuis. In hoc
bello Nicanor moritur, dum in corde
culpa cognoſcitur, dũ lingua veniã de
precat̃,dũ qđ p pœnitẽtiã iniungitur,
manus humiliter operat̃.Cũ hoc agit̃,
Nicanor moritur: quia tunc ſuperbus
ad humilitatẽ reuocatur. Pręcepit aũt
Iudas caput Nicanoris & manũ cũ hu
mero abſciſſam Hieroſolymas perfer-
ri: Linguã etiã Nicanoris pręciſam iuſ
ſit particulatim auibꝰ dari.Caput Ni-
canoris,eſt intentio peruerſę operatio
nis:manus peruerſum opus:lingua,de
tractionis verba.Caput Nicanoris am
putat:qui intẽtionem peruerſę opera-
tionis damnat.Manũ abſcindit:qui per
uerſum opus iudicat & reprehendit.
Lingua pciditur: dũ ocioſus ſermo per
ſilentium amputat̃. Lingua Nicanoris
auibus particulatim dari pręcipit̃:cũ a
pœnitẽte pro iis quę male geſſerat,ſan
ctorum ſuffragia quęrunt̃.Sed & aues
ſunt quilibet viri ſpũales.Aues eñ ſũt
quia remoti a terrenis ſublimiter vi-
uunt.Huiuſmodi auibus linguã diui-
dit: qui pro diuerſis peccatis diuerſas
oratiões fundit. Hęc autem Iudas Hie
roſolymas perferri iuſſit.Nihil.n.pde-
rit,niſi pacẽ teneat,qui peccata pcidit.

¶De iis qui defendunt Iudęam & Hie
ruſalem. Cap.V.

I LOnge frater digreſſi ſumus,vt
aliquid de confeſſione ad ędifi
cationem clauſtralium dicere
mus:ſed nec adhuc differã,quin de cõ
feſſione ſub breuitate aliquid dicã.Ipſa
eſt enim initium & finis humanę con-
uerſatiõis.nec ad Hieruſalẽ myſticam
vel moralẽ, vel etiã cęleſtẽ puenire po
terit:qui cõfeſſione fidei vel cõfeſſione
peccati dũ vixerit & in mortis articu-
lo carebit.Exeũtibꝰ aũt de ſeculo & ex-

euntibus de corpore neceſſe eſt vt ex-
eant Iuda duce.i. cõfeſſione pcedente.
Primus Iudas Maccabęus inter fratres
ducatum tenuit.Prima tribꝰ Iuda per 1.Mac.3.
turmas exercitus ſui ad orientem ta-
bernaculi fœderis tentoria fixit.Primꝰ Nũe.2.
iuxta imperiũ domini Iudas per tur-
mas ſuas caſtra mouit. Primo die Naa Num.7.
ſon filiꝰ Aminadab de tribu Iuda obla
tionem ſuã obtulit. Primus inter fra-
tres Iudas Maccabæus ducatũ tenuit:
quia inter cęteras virtutes cõfeſſio pri
matum tenet & ducit ad ſalutẽ. Exiit 1.Mac.5.
inquit Iudas & fratres eiꝰ,& expugna-
bãt filios Eſau in terra quæ ad auſtrũ
eſt.Iudas exit: dũ quod in corde latet,
confitendo p os pcedit.Et expugnat fi
lios Eſau:qñ carnales affectus extirpat
bonę operationis manu. Maxime autẽ
eos qui ſunt in terra quę eſt ad auſtrũ
deſtruxit: qa eos q carnis deſiderio fer
uẽt citius extinguit.Sed & fratres eiꝰ
cũ eo exeunt & pugnant: quotiens vir
tutes confeſſioni affines, opus confeſ-
ſionis iuuant. At Maccabęus (inquit) K
congregata multitudine intolerabilis 2.Mac.8.
gentibus efficiebatur:& ſuperueniens
caſtellis & ciuitatibus,improuiſus ſuc
cendebat eas: & opportuna loca occu-
pans,non paucas hoſtiũ ſtrages dabat.
Iudas multitudinẽ cõgregat:quia con
feſſio multas virtutes ſibi ſociat.Et fit
gẽtibus intolerabilis.i.vitiis animæ &
affectibus carnis. Supueniens caſtellis
& ciuitatibꝰ:improuiſus ſuccẽdit eas.
Caſtella ſunt corda rebellione plena:ci
uitates ſunt mundanę voluptates ple-
nę vitiis,qa abũdãt diuitiis.In has aũt
ſupueniẽs Iudas improuiſus intrat:qñ
pcedẽte ſpũs ſancti gratia,corda ſubli-
mium voluptati dedita cõfeſſio ad hu
militatẽ inclinat.Intrat & ſuccẽdit:qa
quos ſpiritus ſancti gratia replet,ardẽ
tes facit.Opportuna loca occupat : vt
ex opportunitate locorũ hoſtibus ſine
periculo ſuperior fiat.Loca opportuna
Iudas occupat:dũ loca quę religiõi cõ-
ueniũt pœnitẽtibꝰ aſſignat.Nõ paucas
hoſtium ſtrages facit : quando in con-
feſſione vitiorum multitudo ſuccum-
bit. Primus exit & vltimus a bello re-
uertitur:quia non tñ voluntarios ſed

etiam ad cõfeſſionem tardos expectat:
& eis in fine ſociat. Erat (vt refert hi-
1.Mac.5. ſtoria) Iudas congregans extremos: &
hortabatur populũ per totã viam do-
nec venirent in terram Iuda. Cum re-
uerteretur Iudas a prelio qđ cõtra Ti
motheum geſſerat: extremos congre-
gare non ceſſat. Timotheus interpreta
tur beneficus. Habet enĩ diabolus quoſ
dam miniſtros quos dicunt eſſe benefi
cos: qui ſubiectos ſibi ĩ ocio & volupta
te nutriunt, & eoſdem pueſe viuere ꝑ
mittunt: & quia hoc agit, a quibuſdam
L benefici vocant. Cũ autem Timotheus
trans torrentẽ caſtra poneret, & Iudas
ad torrentẽ aquę veniens appropiaret:
1.Mac.5. ait Timotheus principibus exercitus
ſui. Si Iudas ad nos prior tranſierit, nõ
poterimus ſuſtinere eum: ſi vero timue
rit tranſire, tranſfretemus ad eos & po
terimus aduerſus illum. Et tranſfreta
uit ad eos Iudas prior: & contritę ſunt
gentes. Torrentem aquæ Iudas prior
tranſire nõ timuit: quando aliquis pec
cata ſua confitens, ad confeſſionẽ cum
lachrymis accedit. Sed vtinam Timo-
theus aquę torrentẽ ad Iudã tranſiret:
vt qui voluptuoſe viuere cõſueuerat,
cum lachrymis pœniteret. Primus igi
tur Iudas non timet tranſire fluuium:
& cum reuertitur, extremus ſequit ex
ercitum. Diſperſos congregat: quia di-
uerſos animi motus ad vnitatem men
tis reuocat: feſſos erigit, dũ conſolatur
eos quos itineris protenſi labor frãgit.
Tardos increpat, & eorũ pigritiam ne
ab hoſtibꝰ capiant accuſat: vulneratos
ne deſperent inſtruit, ſed ad ſpem ſalu
tis reuocat & accendit: oneratos ſuble
uat, & ne ſuccumbant oneri, verbis &
& exemplis iuuat. Diſperſi ſunt q diſſo
lute viuunt: feſſi quibus eſt tędio vita
Chriſti. Tardi ſunt: qui ad bene operã-
dũ a nemine cogi poſſunt. Vulneratos
illos eſſe dicimus: quos diaboli ſpiculis
percuſſos eſſe videmus. Onerati ſunt:
M q ſub onere longę conuerſationis dolẽ
tes gemũt. Sequit: Hortabatur aũt po
pulum per totã viã: donec veniret in
terram Iuda. Per totam viam populũ
Iudas hortari non deſinit: quia ꝑcca-
tor pœnitẽs ꝑ totã viã orationũ ſuffra
giis incũbit: donec ad terrã Iuda pue-
niat. i. in firmitate boni operis per con
feſſionem ſtabilis exiſtat. In primis tri- Nume.2.
bus Iuda (ſicut ſuperius diximus) exi-
ens de Ægypto per turmas exercitus
ſui ad orientẽ tabernaculi fœderis ten
toria fixit. In primis caſtra mouit. Pri-
mo die Naaſon filius Aminadab prin- Num.7.
ceps de tribu Iuda oblationes obtulit.
Tribus Iuda in primis tentoria figit:
quia qui confitetur ꝑccata ſua, in mi-
ſericordia dei ſpem ponit. Non enĩ hic Hebr.13.
habet manentẽ ciuitatẽ: ſed futurã inq
rit. Ad orientẽ tentoria figere dicitur:
quia in initio confeſſionis radio cogni
tionis illuminatur. Cognoſcit & iudi-
cat quod male geſſerat: preuidet & diſ
cernit qd in futuro ſine culpa fieri poſ
ſit. In primis caſtra mouere feſtinat: vt
ad terram ꝓmiſſionis ꝑ gradus virtu-
tum peruenire queat. Primo die Naa-
ſon filius Aminadab princeps de tribu
Iuda oblationẽ obtulit: quia qui ſpõte
ſeipſum offerre deſiderat, ad offerendũ
citius accedit. Naaſon, ſerpentinꝰ: Ami
nadab, pater meus ſpontaneus interp-
tatur. Serpens (vt dicitur) per anguſtũ
foramẽ tranſire nititur: vt pelle veteri
ſpolietur. Sic ꝑccator per anguſtũ fo-
ramẽ confeſſionis egreditur: vt veterẽ
exuat hominẽ & induat nouũ, qui de
die in diem renouatur per confeſſionẽ.
In hoc ſiquidem foramine diſtrictę con
feſſionis remanere dicitur pellis, id eſt
gloria mundanę conuerſationis. Ibi. n.
ſerpentis pellis remanet: vbi ꝑ humili-
tatem confeſſionis ſuperbia relicta ia-
cet: & ibi pellis relinquitur, vbi pecca-
tor a ꝑuerſa cõſuetudine ꝑ diſtrictio
nẽ diſciplinę ſeparat. Vides ne quomo N
do hi qui ad Iudã ptinẽt: in omni nego
cio primatũ tenent? Audis ne qualiter
in libro Iudicũ poſt mortẽ Ioſue Iudas Iudi.1.
obtinuit principatũ? Ait. n. ſcriptura.
Poſt mortẽ Ioſue conſuluerunt filii Iſ
rael dñm dicentes: Quis aſcendet ante
nos cõtra Chananeũ: & erit dux belli?
Dixitq; dñs: Iudas aſcẽdet: & ecce tra-
didi terrã in manũ eiꝰ. Ioſue, ſaluator
interpretatur. Mors Ioſue: eſt priuatio
ſpiritualis vitę. Filii Iſrael dñm conſu
lunt: quando ii qui deũ videre deſide-



rant, ducem veniendi ad terram pro-
miſſionis quęrunt. Quis aſcendet ante
nos (inquiunt) contra Chananeum: &
erit dux belli? Aſcendit: qui de virtute
in virtutem proficit. Cõtra Chananeũ
aſcendere nititur: qui contra mundana
negocia totis viribus pręliatur. In mũ
danis ſiquidem negociis quotidie bel-
lum geritur: quia de iis quę mens cogi
tat vel manus agit, multotiẽs animus
gloriatur. Sed ad hæc expugnanda Iu-
das eligitur: vt qđ in mundanis nego-
ciis delinquitur, in virtute confeſſio-
nis deleatur. Iudas (inquit dominus)
aſcendet: quia qui peccata ſua humili-
ter confitetur, populũ virtutũ ad ter-
ram ꝓmiſſionis deducet. Et ecce in ma
nũ eius terra traditur: cum terrenis de
ſideriis virtus cõfeſſionis dominatur.
Chananeꝰ, negociator ſiue humilis in-
terpretat: quia animꝰ multotiẽs etiam
de humilitate gloriatur, & efficitur lõ
go tẽpore humilis, vt poſtea poſſit fie-
ri ſublimis, mutuata hũilitate ꝓ ſubli-
Iudi.1. mitate. Et ait Iudas Simeoni fratri
ſuo. Aſcende mecũ in ſortem meam. Iu
das confeſſio: Simeon exauditio inter-
pretat. Qui enĩ ꝑccata cõfitet: neceſſe
eſt vt a domino exaudiri mereatur: vt
contritionem verę confeſſionis, ſequa-
tur deuotio fraternæ orationis. & q ſe
in confeſſione coram deo humiliat: ſuf
fragia ſanctorum & orationes fratrum
ſine ceſſatione quęrat. Ecce qualiter Iu
das cũ Simeone, id eſt cõfeſſio cum fra
terna oratione contra Chananeum pu
gnant vt eum deleant, & terram ꝓmiſ
ſionis obtinere queant. Oppugnantes
ergo filii Iuda Hieruſalẽ, ceperũt eam:
& percuſſerunt in ore gladii, tradẽtes
cunctam incendio ciuitatem. Hieruſa
lem, viſio pacis interpretat. Eſt autẽ ve
ra pax & falſa pax. Oppugnant igit fi-
lii Iuda Hieruſalẽ: dũ ii q ꝑccata ſua
confitentur, habuiſſe cum fratribus ſe
ipſos accuſant falſam pacẽ. Oppugnãt
& capiunt: dum qui falſam pacem te-
nuerant, verę paci non contradicũt. In
ore gladii eam percutiunt: quãdo gla-
dio doctrinę verbi dei, vitia ſuccidunt.
Tradentes (inquit) incendio cunctã ci
uitatem. Incendio Hieruſalẽ a filiis Iu
da tradit: cũ poſt confeſſionem cor cu-
iuſlibet conuerſi, gratia ſpiritus ſancti
inflãmatur. Sic igitur filii Iuda Hieru
ſalem poſſident: ædificant pacificã mẽ
tem moribus, firmant bonis operibus:
& verę pacis concordiam tenẽt: & qui
fictam pacem cum fratribus habere cõ
ſueuerãt, totis animi medullis fratres
veraciter amant. Ex iis quę diximus ſa
tis aperte coniicimus: ꝙ quando filii Iſ
rael exierũt de Ægypto, facta eſt Iudęa Pſal.113.
ſanctificatio eius. In exitu ſiquidẽ Iſra-
el de ægypto: facta eſt iudęa ſanctifica-
tio eius, Iſrael poteſtas eius. Narrat ꝓ- O
pheta nobis exitum Iſraelitici populi
de Ægypto: vt per hiſtorialem intelli-
gamus myſticum & moralem. Myſticꝰ
Iſraelitici populi exitus: eſt exitus to-
tius eccleſię de poteſtate diaboli. Exitꝰ
vero moralis fit: quotiens per pœnitẽ-
tiã a peccatis exuitur quælibet anima
fidelis. Audis ꝙ Iacob & Iſrael de Ægy
pto exeunt. Sunt enim quidam qui ad
huc contra vitia luctari non deſinunt:
ſunt & alii qui ſubactis vitiis deum vi
dere contendũt. Domus (inquit) iacob
de populo barbaro. Barbarꝰ a barba &
rure dictus eſt. Vnde Caſſiodorus po-
nens huius dictionis ſignificantiã di-
cit. Barbarus a barba & rure dicitur, q
nunq̃ in vrbe vixerit, ſed ſemper vt fe
ra in agris habitaſſe noſcatur. De po-
pulo barbaro igitur domus Iacob exi-
re nititur: quando ab incultis moribꝰ,
& a feritate cordis animus ſeparatur.
Facta eſt Iudęa ſanctificatio eius. Ne ti
meat qui contra vitia luctatur: quãdo
de ægypto egreditur. quia Iudęa, id eſt
confeſſio ſanctificat illum, qui luctan-
do vitia ſupplantat. In exitu Iſrael de
Ægypto confeſſio iuſtum facit de im-
pio. Cum vero ab Ægypto diſceſſerit:
in via gradientem per deſertum ab ho
ſtium incurſione defendit. Cum autẽ
ad terram promiſſionis peruenerit: in
columen cuſtodit. Adhuc plura liben-
ter de confeſſione dicerem: niſi delica-
to lectori tędiũ inferre timuiſſem. Deo
tamen annuente, q̃diu vixero, in Iudęa
manens inſeparabilis Iudę comes ero.

¶De Hieruſalem myſtice & allegorice. Cap.VI.

P MYſtice Hieruſalem eſt eccleſia p
orbem terrarum vbiq́ diffuſa.
Ipſa enim Hieruſalem deſignat
eccleſię pacem. Sub interpretatione ſi-
quidem huius nominis intelligere ſo-
lemus viſionem pacis. Habet autem ci
uitas iſta plures inimicos: multos ſcili
cet diuerſi generis hæreticos: qui non
tm̃ eccleſię pacem ſuis incurſionibꝰ tur
bant:ſed etiam totis viribus conantur
vt eam a ſtatu ſuę rectitudinis ſubuer
tant. Sunt & huius ciuitatis ciues &
amici:quilibet viri catholici,qui nõ ſo
lum hereticis verbo cõtradicũt: ſed eti
am vſq́ ad ſanguinẽ certantes,eis reſi-
ſtere non deſiſtũt. Multis modis Arriꝰ
Hebion & Cherintus & alii hæretici
pacẽ eccleſię ſuis aſſertionibus ſubuer-
tere ſunt conati.Sed contra beatus Au
guſtinus Hieronymus & Ambroſius
& cæteri viri catholici, ſancti ſpũs gra
tia roborati, occurrerunt eis in faciem
vt defenderent eccleſiæ pacem.Vſq́ ad
ſanguinem Stephanus certaſſe legitur
qui norma noſtra interpretatur. Nor-
mã ſiquidem iuſtitiæ Stephanus nobis
propoſuit:qui primꝰ mori pro dño nõ
dubitauit. Mortem eñ quã ſaluator p
oĩbꝰ dignatus eſt pati: hanc ille primꝰ
reddidit Saluatori.Lapidatur Stepha-
nus:crucifigit̃ Petrus,& implet̃ qđ di-
Ioan.21. citur:ſequere me.Imitatur enim Petrꝰ
Chriſtum per mortem conſimilem.i. p
Q crucis paſſionem.Simon,non tantũ Pe
trus:ſed etiam Cephas appellatur. Ce-
phas(vt quidam volunt)caput inter-
pretat̃.Vnde acephali:ſine capite ſolẽt
appellari.Simon vero obœdiẽs interp̃-
tatur.Sicut.n.mẽbra ſubiacẽt capiti:ſic
& prælatis debẽt obœdire ſubiecti.Pe-
trus vero interpretat̃ agnoſcẽs. Diſſo-
lutionẽ Petri cognoſcimus: ſi eius tri-
nã negationẽ diligentius attendamus.
Si vero attendimus Petri recordatio-
nem:ſcire poterimus negationis agni-
Lucę.22. tionem. Recordatus eñ Petrus verbi
qđ dixerat dominus,Priuſq̃ gallus can
tet,ter me negabis : exiuit foras & fle-
uit amare.Ter Petrus Chriſtum negaſ
ſe dicitur:& ne deſperet, ter vtrũ dili-
gat Chriſtum, a Chriſto Petrus inter-
rogatur.Amas,amas,amas? Amo,amo,
amo.Paſce,paſce,paſce. Amas patrem,
amas filium,amas ſpiritũ ſanctũ? amo,
amo,amo: corde,ore,& opere.Paſce,pa
ſce,paſce:vita,doctrina,& exemplo.Ec-
ce quomodo diſcutit̃ Petrꝰ: vt ei grex
dominicus paſcẽdus tribuat̃. Ecce qui
ad vocem ancillę prius Chriſtum nega
uerat,nunc fratres confirmat: & q mu
lieris verba tolerare non potuit,p do-
mino crucem portare non renuit.Sunt
igitur ciues Hieruſalem:qui defendũt
eccleſię pacem. In hac ciuitate, Dauid 2.Reg.5.
rex fuiſſe legitur : quæ tunc temporis
inter cæteras vrbes ſublimior habeba-
tur.Dauid manu fortis interpretatur.
In hac igitur ciuitate ille manu fortis
primatum tenuit: qui mortem moriẽs
ſtrauit.

¶De Hieruſalem tropologice.Ca.VII.

QVęlibet fidelis anima Hieruſa R
lem dicitur:quę contemptis ſe
cularibus curis meditando cæ
leſtia contẽplatur. Hæc autem ciuitas
abundat multitudine ciuiũ:id eſt ſim-
plicium cogitationum copia, & abun-
dantia virtutum.Sunt etiam in hac ci
uitate viri robuſtiſſimi : viriles ſcili-
cet affectus animi.Principatum huius
ciuitatis obtinuiſſe dicitur Dauid ma
nu fortis.Virtutem ſiquidem boni ope
ris imitari ſolet multotiens abundan-
tia verę pacis.Inde ẽ ꝙ poſt Dauid Sa- 3.Reg.3.
lomon in Hieruſalem regnũ obtinet:
quia animus qui bonis operibus abun
dat,in pace manere ſolet.Viuente aũt
Dauid Salomon in regem vngitur: qa 3.Reg.2.
vigente boni operis affectu, animꝰ qe-
tę mentis dominatur.Vnxerũt(inqt)
Salomonẽ Sadoch ſacerdos & Nathan
propheta regem in Gyon. Sadoch, iu-
ſtus:Nathan,donans:Salomon, pacifi-
cus:Gyon,lucta ĩterpretatur. In Gyon
Salomon in regem vngitur: quia cum
magna difficultate agitur , vt animus
ſibiipſi etiã in pace dominetur, vt re-
gat in pace ſubiectum populum.i. di-
uerſos motus carnis & turbas multi-
plicium cogitationũ.Salomon non vn
gitur:niſi quando ad culmen prælatio
nis ſublimatur.Honores (inquit)mu-
tant mores.Tunc enim Salomon.i.pa-
cificus animus vnctione indiget: quia



locus prelationis aut vix aut nunq̃ ela
tionis tumore caret.Neceſſe eſt igit̃ vt
Salomon vngatur, ne pellis ſicca rũpa-
tur:id eſt ne populus a rege ſeparetur,
ſed regentis animus humilitatis oleo
molliatur.Salomon in regem vngitur:
quando pacificus animus gratia ſpiri-
tus ſancti fœcundatur.Eſt aũt locꝰ ſan
cti ſpiritus: animus humilis & quietꝰ.
S Pellis peruncta abſq́ lęſione patitur,vt
in longũ vel in altum ſępius extenda-
tur. Sic pacificus animus ad quælibet
opera miſericordię trahitur: ſi oleo ve
rę humilitatis aliquotiẽs perungatur.
Vnxerunt inquit Salomonem Sadoch
ſacerdos & Nathan propheta. Sadoch
& Nathan Salomonem in regẽ vngũt:
quando iuſtitia & miſericordia animũ
cuiuſlibet potẽtis modeſtũ reddunt:vt
extẽdi valeat per diſpenſationẽ:ne ipſe
vel p iram rũpatur,vel alios a ſeipſo ſe
paret per nimiã crudelitatis oppreſſio
3.Reg.2. nem.Et impoſuerunt eum ſuper mulã
regis.Mula ex equa & aſino naſcit̃.Vn
de hoc animal ex velocitate equi & tar
ditate aſini naturaliter temperatur: &
ideo per mulam intelligimus tẽperan-
tiam. Super mulã ſedens Salomon in
Gyon ducitur: quia neceſſe eſt vt q ad
luctam regiminis trahit̃,per tẽperãtiã
moderetur.Vtinam tales eſſent qui in
eccleſia primatũ tenent,vt in gyon lu-
ctantes contra vitia laborarent:ad cõ-
paſſionẽ vero fratrũ vncti oleo ſancti
ſpũs extẽdi poſſent:vt inter Sadoch &
Nathan medii incederent:& ſic ex vna
parte iuſtitiã,ex alia vero miſericordi
am haberent:ſederentq́ ſuper mulã re
gis,vt in omnibus tenerent modũ tem
T perantię & diſcretionis.Roboam filius
Salomonis poſt mortem patris populũ
non diuideret: ſi ſuper mulam quã Da
uid Salomoni reliquit humilis ſediſ-
ſet.Si enim teneret modum:non diui-
deret regnum.Venit aũt Roboã in Si-
3.Reg.12 chem. Illuc enim cõgregatꝰ fuerat oĩs
Iſrael ad conſtituendũ eũ regẽ. Venit
ergo omnis multitudo Iſrael,& locuti
ſunt ad Roboam dicẽtes. Pater tuꝰ du
riſſimũ iugũ impoſuit nobis: Tu itaq́
nunc imminue paululum de imperio
patris tui duriſſimo:& de iugo grauiſ
ſimo qđ impoſuit nobis releua nos: &
ſeruiemus tibi. Qui ait eis.Ite vſq́ ad
tertiũ diem & reuertimini ad me.Iniit
itaq́ conſiliũ cũ ſenioribus. Qui dixe-
rũt ei.Si obœdieris hodie populo huic
locutuſq́ fueris ad eos verba lenia:erũt
tibi ſerui cũctis diebꝰ.Qui dereliqt cõ-
ſiliũ ſenũ, & adhibuit iuuenes q cũ eo
nutriti fuerãt: & dixerunt ei iuuenes.
Sic loqueris populo huic. Pater meus
aggrauauit iugũ veſtrũ: ego aũt addã
iugo veſtro. Videns aũt populus quia
noluiſſet eos audire rex: reſpõdit ei di
cẽs.Quę nobis pars in Dauid:aut quæ
hęreditas in filio Iſai?Reuertere in ta-
bernacula tua Iſrael.Cum morit̃ Salo-
mon:Roboam filius eius ad regnũ pro
mouetur.Congregat̃ etiã omnis Iſrael
in Sichem: vt cõſtituat eum regem.Sa
lomon pacificus: Roboam latitudo po
puli vel impetus populi interpretatur.
Tũc enim Salomon.i.pax in aĩo cuiuſ-
libet hominis morit̃: dũ ĩ qualibet mẽ
te impetus iracundię vt regnare debe
at radicatur. Cõgregat̃ etiã oĩs Iſrael
in Sichem : vt inclinet humerũ ad la-
borem.Cõquerit̃ ꝙ ei grauiſſimũ iugũ
imponit̃. Sed Roboam vſq́ ad tertium
diem inducias poſtulat : vt interim de
p̃dictis conſiliũ ſumat.Sed impetus irę
qui nunq̃ maturo conſilio nouit cõſen
tire,iuuenile conſiliũ ſequit̃:quia iuue
nilis impetus leuitatẽ per oĩa comita-
tur.Tertia die populus ad Roboam re
diit:ſed populo Roboam dura reſpon-
dit. Pater meus inqt cecidit vos flagel 3.Reg.12
lis:ego cędam vos ſcorpionibꝰ. Audit
populus qđ antea metuebat:ſed ne im
petus iracũdię vſq́ ad crudelitatem p
cedat:ideo fugiẽs qđ metuit populus,
ab Roboam,id eſt ab impetu irę,viden-
tium deũ ſimplicitas recedit.Audis ꝙ
poſt mortẽ Salomonis Roboam regna
uit in Hieruſalem: quia impetus iracũ
dię illã quę diu pacẽ tenuerat inhabi-
tat mentem. In anno quinto regni Ro V
boam aſcẽdit Seſac rex Ægypti in Hie 3.Re.14.
ruſalem;& tulit theſauros domus do-
mini & theſauros regios & vniuerſa
diripuit, & ſcuta aurea quę fecerat Sa
lomon:pro quibus fecit rex Roboã ſcu
ta ęrea.Seſac interpretatur byſſus cili-

cii.Cilicium eſt veſtis pœnitentiū.Hac
enim veſte ſe induunt qui peccata plā
gere nouerunt.Biſſus vero eſt gen⁹ pā
ni ſubtilitate & mollitie delicati. Qui
Matt. 11. enim in domibus regum ſunt:mollib⁹
veſtiunť & voluptuoſa quęrunt.De ci
licio igitur biſſum faciunt:qui aſperi⸗
tatem vitę in voluptatem vertūt.Tu⸗
lit autē Seſac theſauros de domo dñi,
id eſt ſecreta diuini cōſilii.Sed & the⸗
ſauros regios abſtulit:qa diſcretas diſ⸗
penſationes voluptas diſſoluit.Theſau
ros quos Salomon,id eſt pacificus ani⸗
mus forſitā cōgregauerat: regnāte Ro
boā Seſac rex Ægypti, id eſt voluptas
ſeculi diſſipare non ceſſat. Scuta vero
aurea ſunt ſacrę ſcripturę verba.Scuta
ſunt:quia verę fidei firmitatē defēdūt.
Aurea:qa ex puritate procedunt.Quæ
ſcuta inquit Salomon fecerat:quia qe⸗
tus animus contra hæreticos in pace
verba defenſionis parat.Pro quib⁹ rex
Roboam ſcuta ærea fecit. Scuta ærea:
ſunt ſecularia verba.Scuta ſunt : quia
multotiens veritati reſiſtunt. fiunt ex
ęre,id eſt ex ſonora materia ſecularis
eloquentię.Æs eñ quando tangiť, pro
cul auditur : quia impetuoſus animus
cū manu reprehēſionis tangitur,ad li⸗
tes & iurgia prouocatur.Aurum vero
dum tangiť,non clamoſa vocis ſonori⸗
tate ſtridet:ſed etiā fortiter percuſſum
ſilet.Similiter animus pacificus etiam
conuicio tactus:conuicium patiť taci⸗
tus.Et vniuerſa(inquit)diripuit.Vni
uerſa Seſac rex Ægypti diripit: qa vo⸗
luptas carnis quicquid alii congregāt,
in vſus proprios conſumit.

X ¶De muro Hieruſalem myſtice
& moraliter. Cap.VIII.

HIeruſalē myſtica.i.eccleſia,dici
tur habere diuinæ ſcripturæ
murū:per quē repellat ſubtiles
Eſa.62. inſidias & apertos inſultus hęreticorum.
Super muros tuos Hieruſalē conſtitui
cuſtodes:non ceſſabūt die ac nocte lau
dare nomen domini.Cuſtodes murorū
ſunt doctores ſcripturarū. Qui muros
cuſtodiūt:qa diuinę legi vigilantes in⸗
tendūt. Die ac nocte nomē domini lau
dare non ceſſant:qm̄ in proſperis & in
aduerſis ad deū clamant.Hoc nomē qd̄
inuocant:dicitur Ieſus.Ieſus aūt ſalua
tor interpretatur. Qui eñ nomē ſalua
toris inuocant:hi ſunt qui deſiderant,
vt oĩes homines ſalui fiāt. Moraliter Y
autē murus animę fidelis eſt ſtructura
bonę operationis.Cuſtodes murorū: ſo
lers cuſtodia circūſpectionū.Quę in no
cte negligentię per prouidentiam vigi
lant:in die vero diſcretionis munitio⸗
nes parāt. Nomē domini laudare non
ceſſant: quia pro ſalute animę aſſiduis
deſideriis ad deū clamant.Clamant ci⸗
ues:clamant & hoſtes.Longe tamen di
uerſus eſt clamor hoſtiū a clamore ci⸗
uium.Clamant enim catholici:clamāt
& hęretici.Clamauit(inquit Hieremi⸗
as)cor eorum ad dominū ſuper muros Thre. 2.
filiæ Sion.Clamauit cor eorum. Quo⸗
rum?hęreticorū. Murus vero filiæ Siō
ſunt:qui veritatem fidei defendūt.Su⸗
per muros hęretici clamant: qui ſe di⸗
cere potiora gloriantur q̄ catholicæ fi
dei doctores dicunt. Super muros cla⸗
māt:quia ſuperiores in conflictu diſpu
tationū doctoribus eccleſiæ ſe eſſe pu⸗
tant.Clamant ad dominū non in cōtri
tione cordis: ſed crudelitate iniquita⸗
tis.Super muros hęretici ſunt:dū præ⸗
ualent & deſtruunt.Cor eorū ad domi
num clamat:quando per elationem cor
dis diuinæ potētię derogat.Moraliter
autem per hoſtes,animę carnales affe⸗
ctus poſſumus intelligere:per cor hoſti
um,delectationem carnalium:per mu⸗
rum,ordinē virtutū. Cor igitur ad do
minū clamat,quia delectatio carnis ad
hoc laborat, vt ordinē virtutum inter
rumpat.Hunc murū p̄ culpa ciuiū do⸗
minus diſſipare permittit: dū vel eccle
ſia hæreticis,vel quælibet anima fide⸗
lis vitiis nō reſiſtit. Vnde Hieremias.
Cogitauit,inqt,dominus diſſipare mu
rum filiæ Sion. Murum filię Sion do⸗ Ibidem.
minus diſſipare cogitat: q̄diu peccan⸗
tium culpas per patientiam portat.Co
gitat & deſtruit:dum eos quos patien
ter expectauerat puniendos hoſtib⁹ re⸗
linqt.Nec tm̄ muros ciuitatis deſtruit
ſed etiam muros turrium in man⁹ ini
micorum tradit.Vnde prædictus pro⸗
pheta.Tradidit(inqt) dominus in ma Ibidem.
nus inimici muros turrium ei⁹. Muri



turrium ſunt ii qui in ſublimitate vi⸗
tę alios pręcellunt.Sunt etiā muri tur
rium, quę ſupereminēt alias virtutes:
diſcretę circūſpectiones virtutū.In ma
nus ergo inimici muri turrium tradū
tur:cum vel doctores eccleſię hęreticis
vel ſummę virtutes animę vitiis ſubii
ciunť.Cum hoc ergo agitur:abſq; mu⸗
ro Hieruſalem inhabitatur. Vnde dici
Zacha.2 tur.Abſq; muro inhabitabiť Hieruſa⸗
lem. Murus autē Hieruſalē incolumis
ſtare diciť:dū diuinæ ſcripturæ verbis
eccleſia nullo contradicente munitur.
Stant etiam muri turrium : dum vita
& moribus cōmendatur doctrina prę⸗
latorum.

¶De portis Hieruſalem moraliter.
Cap.IX.

Z HAbet etiam Hieruſalē portas,
exhortationes videlicet ſancto
rū patrū diſcretas: per quas in
gredimur in eccleſiā & egredimur ad
Pſal. 23. ad ęternā vitā.Attollite inquit portas
principes veſtras:& eleuamini portę æ
ternales:& introibit rex glorię.Princi⸗
pes ſunt boni vel mali doctores. Malo⸗
rū portę ſunt peruerſę ſuggeſtiōes:bo⸗
norum vero,ſanctę exhortationes. Per
iſtas itur in cęlū: per illas deſcendiť ad
infernū.Iſtę grauanť:illę eleuanť.Iſtę æ
ternales ſunt:quia ad ęternitatē perpe
tuę felicitatis ducunt.Illæ ſunt portæ
mortis:quia perducūt ad abyſſum per⸗
petuę damnationis. Per iſtas introibit
rex glorię: per illas diabolus rex ſuper
Thre. 2. bię.Defixę ſunt in terra (inquit Hiere
mias)portę eius.Defixę in terra portę
Hieruſalē eſſe referunť:quotiēs amore
terrenarū rerum pręlati eccleſiæ dele⸗
ctantur.Et erectę ſunt:quotiēs cęleſtia
Eze.9. quærunt.Vnde p̄ Ezechielem prophe⸗
tam dicitur. Porta inquit reſpiciebat
viam aquilonis.Via aquilonis eſt vita
peccatoris.Viam aquilonis porta reſpi
cit:quando quilibet doctor ſpūalis con
ſiderat & reprehendit vitā peccatoris.
Porta enim doctor eſſe dicitur: quia p̄
ipſum ad æternā vitam recto tramite
perueniť. Sed & per portas animę deſi
gnare poſſumus diuerſos corporis ſen
ſus.Portę eñ ſunt,quia per eas intrant
& exeunt:qui ciuitatē ſubuertunt. Ex
eunt & intrant:qui ciues eiuſdem ciui
tatis quandoq; muniūt & conſeruant.
Hę ſiquidē portę tūc in terra defixę ia
cent : quando ſenſus corporis terre⸗
nis deſideriis penitus inhęrent. In ve⸗
ctibus vero erectę pendēt:quotiēs cor⸗
poris ſenſus diuinę cōtēplationi patēt.

¶ De portis Hieruſalē ex verbis
Neemiæ. Cap.X.

IN verbis Neemiæ filii Elchiæ A
de portis Hieruſalē legiſſe me
recolo:qd̄ huic operi ad ædifi⸗
cationem clauſtralium inſerere volo.
Egreſſus ſum(inquit) per portā vallis Neem.2
nocte,& ante fontē draconis & portam
ſtercoris:& conſiderabā murū diſſipa⸗
tum,& portas eius combuſtas igni. Et
tranſiui ad portā pontis,& ad aquędu
ctum regis:& nō erat locus iumēto cui
ſedebā vt tranſiret,& aſcendi p̄ torren
tem cedron:& conſiderabā murū: & re
uerſus veni ad portam vallis & redii.
Porta vallis:eſt virtus humilitatis.Per
portā vallis Hieruſalē ingrediť:cū ali⸗
quis corde humilis ad pacē rediēs, mē
te deo reconciliatur. Per portā vallis
egreditur vt deſtructionē ciuitatis vi
deat:qui ruinas eccleſię vel lapſus aīæ
humiliter reparare feſtinat. Et ante fō B
tem draconis.Fons eſt origo fluminis:
& diabolus initiū angelicę & humanæ
defluxionis.Per fontem diabolus intel
ligitur. Vnde diabolus deorſum fluēs
interpretať. Deorſum fluit : qui a deo
corde & opere recedit.Eſt autem diabo
lus fons draconis,id eſt initium elatio
nis. Ab ipſo enim diabolo culpa ſuper
bię ſumpſit exordiū. Vnde poſt elatio
nis inundationē:ruinę meruit lapſum.
Draco cęteris ſerpentib⁹ maior eſſe di
citur:qa caput ſupbię etiā cęlū tetigiſ⸗
ſe memoratur. Ante fontē igiť draco⸗
nis trāſit: q ruinā angeli & lapſum ho
minis ad memoriā reducit. Et ad por⸗
tam ſtercoris.Porta ſtercoris:virt⁹ cō⸗
feſſionis.Sicut enim per portam fimus
extra ciuitatē vehiť:ſic per cōfeſſionē,
peccati fœtor a mente neceſſe eſt vt eii
ciatur. Et conſiderabam murū Hieru⸗
ſalē diſſipatū: & portas eius igni exu⸗
ſtas.Murū Hieruſalē diſſipatū conſide
rat & circuit: q lapſus carnis & ſciſſu⸗

ras mētis diligēter attendit. Cōſiderat
portas igni exuſtas: ſēſus videlicet cor
poris, igne luxuriȩ & flāmis iracundiȩ
C conſumptos. Et tranſiui ad portā pon
tis. Pons ibi conſtruit: vbi de vno loco
ad alterū tranſitur. Pōtē facimus: cum
pœnitentiā agimus. In ponte ligna po
nimus: dū tranſeūti aīȩ carnem ſubiici
mus. Pontē tranſimus: quādo de vitiis
ad virtutes tranſmigramꝰ. Si vero por
ta fontis legitur (ſicut in in qbuſdā co
dicibus ſcriptū reperit) non eſt mirū ſi
portā ſtercoris ſequitur porta fontis:
vt fœtor criminis mundet lachrymis.
Et ad aquȩductū regis. Aquæductꝰ eſt
deſiderium cōtēplandi deū. Aqua: gra-
tia. Aquȩductꝰ dicitur eſſe regis: id eſt
rationis ſuo iudicio cuncta regētis. Et
non erat (inquit) locus iumento cui ſe
debā: vt tranſiret. Cū ad aquȩductū re-
gis perueniret: non erat iumento locus
vt tranſire poſſet. Iumentū eſt hebetu-
do mētis ſiue ſenſualitas carnis. Si igi-
tur aquȩductus regis eſt amor contem
plationis, ſi aquȩductꝰ gratia ſancti ſpi
ritus, ſi iumentum hebetudo mētis vel
ſenſualitas carnis: non eſt mirū ſi ſen-
ſualitas carnis tam cito non tranſeat
ad gratiā contemplationis. Et Aſcendi
(inquit) per torrentem cedron. Cedrō
interpretatur triſtis vel mœror. Ani-
ma de captiuitate reducta: id eſt noui-
ter ad deum conuerſa, in initio cōuer-
ſionis mœrens & triſtis: aſcendit per tor
rentem cōpunctionis. Hic eſt eñ ordo
cōueniens, vt prius defleat qđ male geſ
ſerat: & poſt ad gaudium diuinȩ contē
plationis aſcendat. Et conſiderabā mu
rū. Iterū conſiderat murū. Murū deſtru
ctū iterū cōſiderat: q lapſus corporis &
aīȩ ruinas ī mēte per recordationē ſæpiꝰ
retractat. Et reuerſus veni ad portam
vallis, & redii. Ad portā vallis per quā
exierat reuertitur. Per hoc enim innui
tur: vt quicquid agitur, humilitatis be
neficio condiatur.

¶De ſeris portarum Hieruſalem my-
ſtice & moraliter. Cap. XI.

D HAbet Hieruſalem in portis ſe-
ras: authoritates videlicet ſcri
pturæ firmas, quæ qđ dicunt,
Pſal. 147 firmiter aſſerūt. Lauda Hieruſalē dñm
lauda deum tuū Sion: Quoniam con-
fortauit ſeras portarum tuarum. Seras
portarum confortat: qui qđ docet, au-
thoritate cōfirmat. Laudet igitur Hie
ruſalem dñm, laudet deū ſuum Sion:
Qm̄ cōfortauit ſeras portarū vtriuſq;.
Quicquid eñ de Chriſto prophetia p̄-
dixerat: authoritas euangelii factū fuiſ
ſe demonſtrat. Habent autem ſerȩ por
tarum: clauem & peſſulum. Qui clauē
cuſtodiunt: ii ſunt qui eccleſiȩ curā ge
runt. Clauis eſt poteſtas regentis. Per
peſſulum accipere poſſumus obœdien
tiæ præceptū. Clauis peſſulum impel-
lit & retrahit: quia poteſtas prælatorū
quoſdam intrare prohibet excluſos, &
quoſdam intus manere cōpellit. Nēpe
ingreſſos ne exeant prohibet: excluſos
ne intrent ab ingreſſu potenter arcet.
Moraliter autem anima ī portis ſeras E
habet: quia ſenſus corporis ne pateant
hoſtibꝰ, id eſt vitiis, clauſos tenet. Ape-
rit: quotiens venienti dilecto cordis ſe
cretū pandit. Vnde in cāticis dicitur.
Peſſulum oſtii mei aperui dilecto meo. Canti. 5.
Habet oſtium hoc clauem & peſſulum
Clauem ſcilicet diſcretionem: peſſulū,
diſcretionis modum. Ratio portat cla
uem: vt quod nocet ab ingreſſu men-
tis arceat: qđ autem decet, per clauem
diſcretionis intrare permittat. Sed quā-
doq; ſerȩ inueniuntur obſeratȩ, vt ſi di
lectus aduenerit nequāq̄ ītrare poſſit,
& ſi ratio quȩ clauem gerit accedat, in
trare non valeat. Hoc autem fit: quo-
tiens animus diſcretionis modum ex-
cedit. Sed tamdiu ratio foris expectat:
donec (ſi fieri poſſit) peſſulum tētādo
retrahat. Clauē diſcretionis apponit,
monendo vertit: nec tamē animū con-
uertit. Cū aūt intrare nō valet qui cla
uē portat: neceſſe eſt vt peſſulū obſtina
tionis, diſciplinȩ ſecuris frangat: vt qđ
monitionibus fieri nō poterat, viribus
diſciplinȩ poſtmodū fiat. Cōtingit etiā
quandoq; vt qui clauē portare debuit:
clauem perdere ſȩpius cōſuerit. Opor-
tet igitur vt iis qui clauem diſcretio-
nis ſȩpius amittūt (quia curam ſui ge
rere neſciunt) aliquis diſcretus proui
deat: q de ſecretis eorum cū tempus ad
uenerit curam gerat.



¶De vectibus portarum Hieruſalem.
Cap. XII.

F SIcut ſuperius diximus: portæ
ſunt exhortatiōes ſanctorū pa
trū diſcretȩ. Vectes portarū: ſta
tuta eorū. Vectes ſunt: quia portas ve-
hunt. In vectibus portȩ pendēt: nec ſic
tamen quin moueri poſſint, vectibꝰ in
hȩrent. In vectibus portȩ mouentur: vt
clauſȩ teneantur vel vt aperiantur. Si-
militer ſtatuta patrum aliquando ſtri-
cte ſeruant: aliquando per diſpenſatio
nem temperate laxant. Nota etiā q̄ ſe
rȩ portis ſemper inhȩrent: portȩ vero
circa vectes mobilitatem tenēt. Sic au
thoritates ſanctorum patrū immobiles
eſſe debent: ſtatuta vero pro tempore
& loco & perſona interdū mutari ſolēt.
Poſſumus etiā per vectes portarū intelli
gere conſilia iudȩorū. De quibus per pro
Thre. 2. phetā dicitur. Perdidit & contriuit ve
ctes eius. Vectes eius perdidit & cōtri
uit: quādo conſilia eorū ad effectū ve-
nire non permiſit. Erat eorū cōſiliū: vt
occiderent Chriſtū. Cōſiliū eorū perdi
dit & contriuit: quia qđ facere cogita-
uerant ad nihilū redegit. Ad nihilum
redegit: qa Chriſtꝰ a morte reſurrexit.
Conſilium eorū perdidit: cū eos a ter-
ra procul eiecit. Conſiliū eorū cōtriuit
dum diuerſis gentibus ſubiectos per di
G uerſas regiones diſperſit. Moraliter. Et
cōtriuit vectes eius. Vectes ſunt quȩdā
animȩ virtutes quȩ portas ſuſtinēt: ne
ſenſus corporis a ſua ſtabilitate vacil-
lent. Vectes perdidit & contriuit: quā
do virtutes vitiis ſublato robore men
tis diuina permiſſione ſubiecit. Sed &
Pſal. 106. de vectibus alibi dicit. Quia cōtriuit
portas æreas & vectes ferreos confre-
git. Vnde Caſſiodorus ſuper pſalteriū.
Portȩ inquit ȩreȩ: ſunt hominū cōſue-
tudines vitioſæ. Vectes vero ferreos:
ſpiritus immūdos nō īprobe videmur
accipere. Hæc eñ duo metalla pro forti-
tudine delictorū vidētur adhibita. Sed
iſta viribus hominū deſperata, virtꝰ di
uina cōfregit: quando periclitantes ad
uentꝰ ſui lumine miſerata reſpexit. Ve
ctes etiā ī diuina ſcriptura poſſunt ac-
Exo. 25. cipi quibus arca per eremū a filiis Iſra
el ſolebat deportari. Facies (inquit) ve
ctes de lignis Sethim & operies auro:
induceſq; per circulos qui ſunt in late
ribus arcȩ vt portetur in eis: qui ſem-
per erunt in circulis, nec vnq̄ abſtrahē
tur ab eis. Arca eſt eccleſia: vectes, eccle
ſiæ doctores. De lignis Sethim vectes
fiunt: quod genus ligni, albe ſpinȩ ſimi
le eſſe dicunt. De lignis igitur impu-
tribilibus vectes fiunt, id eſt de viris
qui corruptioni non ſuccumbunt. Au
ro vectes operit: qui virtutē boni ope-
ris certius per exemplum proximis o-
ſtendit. Vectes per circulos inducit:
qui quatuor euangeliorum verbis mē
tem attentius apponit. Nec ab eis vnq̄
extrahit: ſed in lege domini die ac no- Pſal. 1.
cte meditatur.

¶De vicis Hieruſalem. Cap. XIII.

FErtur habere prædicta ciuitas H
vicos & plateas. Vici ſunt ī ec
cleſia continentes & coniuga-
ti. Sicut eñ in materiali vico duo ſunt
ordines domorum: ſic in vico eccleſiæ
ſunt duo ordines, videlicet continen-
tium & coniugatorum. In libro Eſdræ
ſcriptū repperi: q̄ Melchias filius He-
rem ȩdificauit in Hieruſalem mediam Neem. 3.
partem vici. In Hieruſalem mediā par
tem vici ȩdificat: qui coniugatorum le
gitime iura conſeruat. Alteram vero
partem eiuſdem vici ille ȩdificare dici
tur: a quo mundiria continentium per
omnia cuſtoditur. Inter hos ordines
domorum eſt quaſi via media: actiua
vita. Per hanc igitur ambulant: qui ad
cæleſtem Hieruſalem peruenire feſti-
nant. Sunt autem in Hieruſalem maio
res & minores vici. Maiores vici ſunt
actiui & contemplatiui. Minores vero
ad illos pertinent: qui ex illis deriuan
tur vel ipſis inhȩrent. Sūt & in anima
quidam vici morales: diuerſȩ videli- I
cet virtutū ſpecies. Sicut enim in ma-
teriali vico ſunt diuerſi ordines homi
num: ſic in vicis animæ ſunt diuerſita
tes morum. Habet autem anima vicū
timoris & vicum amoris. Vicus timo-
ris deſcendit ad portam vallis, id eſt
humilitatis. Vicꝰ amoris ducit ad por
tam pontis, id eſt ad contemplationem
futurȩ retributiōis. In vico timoris ha
bitāt ſerui & mercenarii. In vico vero

dilectionis habitant: qui patrum hæ-
reditates expectant. Serui præ timore
pœnæ ſeruiunt: Mercenarii pro labo-
re mercedem quęrunt: filii pro ſola di-
lectione laborant, non vt ſoli hæredita
tem poſſideát, ſed vt cum patre ſine fi-
K ne viuant. Sed & in Hieruſalē morali
alii vici poſſunt aſſignari: id eſt vicus
ſacerdotum, & vicus ſcuta vendentiū.
Vicus ſacerdotū eſt vicus ſanctę exhor
tationis: qui ducit ad portā ſterquili-
nii, id eſt ad portā cōfeſſionis. Sicut. n.
fim⁹ eiicitur per portā ſterquilinii, ſic
etiam per portam confeſſionis eiicitur
fœtor peccati. Eſt etiam vicus ſcuta vē
dentium. Sunt enim quidā qui ſcuta
emunt & ſcuta gerunt: quia in neceſſi
tate fratres defendūt. Sunt & alii q̄ ſcu
ta faciunt & ſcuta vēdūt: quia licet in
genium & poteſtatem iuuādi alios ha-
beant, non tamen abſq; pecunia fratres
in neceſſitate iuuant. Scuta ſunt defen
ſionis verba. Scutum manu tenet: qui
quod ore loquitur, operib⁹ implet. Scu
tum contra hoſtes eleuat: qui in defen
ſione pauperū auxiliū pro viribus præ
ſtat. Scuta martyres emerunt: quia pro
defenſione diuinę legis corpora ſua ad
ſupplicia tradiderūt. Scuta Iudas Mac
cabęus & fratres eius emerūt: quando
poſſeſſiones ſuas pro defenſione fratrū
depopulandas hoſtibus reliquerunt.
Emerunt autem Maccabęi ſcuta aurea.
In hiſtoria ſiquidē legitur Maccabæos
1.Mac.6. habuiſſe clypeos aureos. Refulſit (in-
quit) ſol in clypeos aureos: & reſplen-
duerunt montes ab eis. Sūt autem cly
pei aurei auxilia defenſionū quæ ſunt
abſq; cōmixtione tēporalis lucri. In his
igitur clypeis ſol refulget: quia in pu-
ritate cordis per exemplum bonę ope-
rationis iuſtitia clarior apparet. Et re-
ſplenduerūt mōtes ab eis. Montes ſunt
homines vita & moribus ſublimes. A
clypeis ergo aureis montes ſplendorē
recipiūt: quia cum aliquis iuſtus bene
operatur, cęteri viri ſublimes p famam
bonæ opinionis clariores fiunt. Sed &
in exercitu regis Antiochi multi fue-
rant: qui clypeos aureos ſecū habebāt.
Sunt aūt (ſicut ſuperius diximus) au-
rei clypei verba quę in defenſione pro-
ximi pferunt abſq; cōmixtione tēpora
lis lucri. Sed iſtorum clypei ideo aurei
ſunt, quia cū proximis verba defenſio-
nis proferūt, nō p precio ſed pro iuſti-
tia ſe loqui dicūt. Cum aūt ſol iuſtitiæ
in his clypeis reſplendet: tunc veritas
apparet. Et ſic montes ab eis ſplendorē
recipiunt: quia contra eorum falſitatē
mōtes, id eſt iuſti luce veritatis clario
res fiunt. Nota etiam q̄ in Hieruſalem L
domus ſcuta vendētiū eſſe dicitur: ne
alicui qđ dixim⁹ mirum videatur. Ait
enim ſcriptura. Ædificauit Melchias fi Neem.3.
lius aurificis vſq; ad domū Natineorū
& ſcuta vendentium contra portā iu-
diciale. Scuta vendunt: qui pro iuſtitia
munera libenter accipiūt. Sed domum
ſcuta vendentium contra portā iudi-
cialem eſſe, ſcriptura dicit. Illos em̄ qui
iuſtitiam vendunt, conſcientia repre-
hendit: & contra portam iudicialē do
mus eorum poſitę ſunt, quorū mens &
conſcientia veritati cōtradicunt. Hoc
autē totiens myſtice vel moraliter agi
tur: quotiēs aliqs vir eccleſiaſticus cu-
piditate vincitur, vel quotiēs animus
adulationis laude remuneratur. Nec M
mirum ſi in Hieruſalem, id eſt in eccle
ſia vel in anima, iſtud agitur: cū ecōtra
rio in Damaſco, id eſt in ſeculo vel in
ſeculari animo, vicus rectus & domus
Iudę reperiatur. Dixit enim ad Anani- Actu.9.
am in viſu dominus. Surge & vade in
vicum qui vocatur rectus: & quære in
domo Iudę Saulum nomine Tharſen-
ſem: ecce enim orat. Ananias, gratia do
mini: Iudas, confeſſio: Saulus, tentatio
reſpiciētis: Tharſenſis, exploratio gau
dii iterpretatur. Ad Saulum Ananias
mittitur: quando ad eum qui peccatū
conſiderat, gratia pœnitēdi tribuitur.
Tentationem conſiderat & reſpicit: q
tempus & locum, delectationem & con
ſenſum tentationis attendit. Talis in
domo Iudę quęritur & inuenitur: qui
in domo confeſſionis, adhuc manens in
ſeculo, demoratur. Ponitur autem hęc
domus in vico qui vocatur rect⁹. Qui
eī in domo cōfeſſionis manet: procul
dubio metam recte viuendi tenet. Sed
qui Tharſenſis eſt, vitam cæleſtem in
terris tolerat: vt poſtmodum cæleſtis



gaudii explorator fiat.

¶De plateis Hieruſalem.
Cap. XIIII.

N IN Hieruſalē platee dicunt eſſe.
Vnde per Hieremiā dicit: cum
in lamentationibus ſuis de ci-
Thre.2. uibus Hieruſalem loqueret. Cū defece
rūt (inquit) quaſi vulnerati in plateis
ciuitatis. Habet igit Hieruſalem ciues
bonos & malos: habet paleas & areas,
habet in horreis grana cū plateis. In
plateis Hieruſalē boni ſunt ſed non de
ficiunt: quia vanitatibus ſeculi dediti
nō ſuccūbunt. Mali vero in plateis ci-
uitatis ſunt & deficiunt: qa vagi & in-
ſtabiles voluptatib⁹ carnis nō reſiſtūt.
Plateę ſunt vię latę: quę p eas gradien
tes ducunt ad mortē. Cum deficerent
(inquit) quaſi vulnerati in plateis ci-
uitatis. Peccata ſunt q̄ſi vulnera. Qua-
ſi vulnerati in plateis deficiunt: q defi
cientes in bono a delectatione peccati
O non reſipiſcunt. Ad hoc etiam ptinere
videt qđ in eodē ſcriptū reperitur. Cū
Thre.2. deficerent (inquit) paruulus & lactans
in plateis oppidi. Paruulus eſt ſimplex
& rudis populus. Lactās eſt doctor car
nalia prędicās. Plateę oppidi ſunt dele
ctationes huius mundi. In plateis igit
oppidi paruulus & lactās deficiūt: quā
do prelati cum ſubiectis ceſſantes a bo
nis operibus, paſſim carnalia quęrunt.
Huiuſmodi plateæ quandoq; lutū ha-
bēt: qnq; puluere & ſiccitate ſcatēt. Vn
Pſal.17. de Pſalmiſta. Et cōminuā inquit eos vt
puluerē ante faciē venti, vt lutū platea
rū delebo eos. Puluis eſt diſſolutio hu
manę fragilitatis: ventus, ſuperbię ſpi-
ritus. Ventus ſuo impetu puluerē ſub
leuat: quotiēs aliqs vitā cuiuſlibet diſ
ſoluti verbis adulatoriis laudat. In pul
uere vero turbinē generat: dum diſſo-
lutas actiones impetus elationis tur-
bat. Vt puluerem ergo inimicos ſuos
Dauid cōminuit: quādo ille manu for
tis actiones peruerſorum diſſolutas re
manere permittit. Vt lutum platearū
delebo eos. Lutum in plateis eſt immū
ditia carnis. Habet igitur Dauid inimi
cos, id eſt luxuriātes & lubricos. Et de
lebo inquit eos. Vnde forſitan de libro
vitæ.

¶De quatuor plateis Hieruſalem mo-
raliter. Cap. XV.

QVatuor platee in ciuitate Hie- P
ruſalē dicuntur eſſe: ſcilicet pla
tea latior, & platea domus dei.
Eſt etiam platea ante portā aquarum:
& alia platea ante portam Effraim. De
platea latiori dicit. Et dimiſerūt Hie- Neem.3.
ruſalem vſq; ad murū plateæ latioris.
De platea domus dei dicitur. Sedit oīs Eſaię.x.
populus in platea domus dei tremētes
pro peccato & pluuiis. Et ſurrexit Eſ- Neem.8
dras ſacerdos & dixit ad eos, Vos trāſ
greſſi eſtis & vxores duxiſtis alienige-
nas. De platea quę eſt ante portā aqua
rum dicitur. Congregatus eſt oīs po
pulus quaſi vir vnus ad plateā quę eſt
ante portam aquarum: & dixerunt Eſ-
drę ſcribę vt afferret librū legis Moyſi
quem pręcepit dominus Iſraeli. De pla
tea ſiquidē portę Effraim dicit. Egreſ-
ſus eſt populus & attulerunt frondes
de arboribus: feceruntq; ſibi tabernacu
la vnuſquiſq; in domate ſuo & i atriis
ſuis, & in atriis domus dei, & in platea
portę aquarum, & in platea portæ Ef-
fraim. Muri Hieruſalem a filiis Iſrael
ædificari dimittuntur: quando ad mu
rum plateæ latioris appropinquatur.
Latior platea eſt ſecularis vita: murus
plateę, aduerſitas vitę. Inde eſt q̄ diſci-
puli qui erant Damaſci per murū ſub Actu.9.
mittētes in ſporta dimiſerūt Paulum.
Vnde Beda ſuper actus Apoſtolorum.
Murus inquit Damaſci (qui ſanguinē
bibens interpretatur) eſt aduerſitas ſe
culi. Rex Aretha (qui defenſio interp-
tatur) diabolus intelligit. Sporta quæ
iuncis palmiſq; ſolet cōfici: fidei ſpeiq;
coniūctionem deſignat. Iuncus eī viri
ditatem fidei, palma vitæ æternę ſpem
ſignificat. Siquis igitur ſe muro aduer
ſitatis cinctum videat: ſportam virtu-
tis qua euadat feſtinus aſcendat. Sedit Q
omnis populus in platea domus dei
mœrens pro peccato & pluuiis. Do-
mus dei eſt domus conuerſionis. Quæ
plateam habere perhibetur: quotiens
ſecularibus negociis exterius impli-
catur. Sed qui diu per plateam lęti diſ
currere conſuerunt, quandoq; in ea-
dem platea ſedentes pro peccato ge-

munt: quia qui in domo dei ſecularita
ti ſtuduerãt,poſtmodū ad ſe reuerſi qe
tę mentis eſſe deſiderant. Nec tantū ꝓ
peccato ſed etiam ꝓ pluuiis foris ſtare
nequeunt:ſed totis deſideriis animi in
terius eſſe quęrūt. Tēpus inquiūt plu-
uię eſt:& non ſuſtinemꝰ ſtare foris. Plu
uia eſt catholica doctrina. foris eñ ſta-
re nō ſuſtinet:quē doctrinę ſpūalis plu
uia perurget. Surrexit etiã Eſdras ſa-
cerdos & dixit: Vos tranſgreſſi eſtis,&
vxores duxiſtis alienigenas. Et nūc da
te cōfeſſionē domino deo patrū veſtro
rum & ſeparamini a populis terræ: &
ab vxoribus alienigenis. Ecce pluuia.i.
correptionū doctrina. Vxores vero alie
nigenę ſunt ſeculares curæ. Ex his con
feſſio datur:dū culpa cognoſcit̃. A po-
pulo terrę & ab vxoribꝰ alienigenis ſe
parat̃:q terrena negligit, & cui curę ſe
R culares odio habent̃. Sequitur de pla-
tea quæ eſt ante portã aquarū: in qua
populus congregatur quaſi vir vnꝰ di
centes Eſdrę ſcribę vt afferret librū le-
gis Moyſi. Porta aquarum eſt ammoni
tio ſcripturarum:platea, peccatorū me
moria. Ante portã igitur aquarū pla-
tea eſſe dicit̃:qa per ammonitionē ſcri-
pturarum peccatū ad memoriã reuoca
tur. In qua populus quaſi vir vnus col
ligitur: dū in vnitate perſeuerans, per
dilectionem magiſtris & fratribus vni
tur. Et ſic librū legis Moyſi afferri po-
ſcit: vt per legem corrigat quę contra
legis pręcepta geſſit. Platea quę eſt an-
te portam Effraim:vltima ponitur. Ni
hil enim prodeſt laboranti:niſi fructus
operis in fine colligantur. Effraim eñ
frugifer interpretatur. Initium igitur
boni operis:eſt porta pœnitentis. Poſ-
ſumus autem hanc plateam vocare &
appellare pœnitentiam. Platea eſt quã
do adhuc in ea plangimus qđ deliqui-
S mus: ſed in ea lutū delemꝰ, dū per pœ
nitentiam laboramus. De platea quan
doq; egredimur: & ad eã qñq; reuerti-
mur. De platea egredimur:cū a ſecula
ri vita recedimus. Ad plateam vero re
uertimur:cū ad ea quę male geſta ſunt
Neem.8 a nobis,mentē reuocamus. Egredimini
inquit in montē & afferte frondes oli-
uę & frondes myrti & ramos palmarū:
vt fiant tabernacula. In montem egre-
dimur:quando ad montem miſericor-
dię precibus ſubleuamur. Ipſe eſt forſi-
tan mons oliueti. Afferte inquit fron-
des oliuę.i.opera miſericordię. †Oleos † immo ἔλεος eleos
enim gręce, miſericordia dicitur lati-
ne. Myrtus virtutis temperatiuę dici-
tur eſſe: palma vero in altum creſcit.
Per oliuam igitur opus miſericordiæ,
per myrtū virtus temperantię, per pal
mã ſpes venię. His itaq; frōdibus & ra
mis in platea portę Effraim tabernacu
la fiunt:quando p̄dictę virtutes a prui
na torporis & calore delectationis vn
diq; defendūt. In platea igitur quæ
eſt ante portam Effraim tabernacula
ponimus: quando quod male geſſi-
mus delētes per opera miſericordię, ad
ſpem victoriæ peruenire deſideramus.

¶Item de quatuor plateis Hierufalem moralitas. Cap. XVI.

T MOraliter per plateam latiorem
poſſumus intelligere mētis va
gationem. Platee ſiquidem ciui
uitatis ſunt delectationes vagæ men-
tis. Platea grece, latitudo dicitur lati-
tine. Quæ lata eſt in opere, latior in
ſermone, latiſſima in cogitatione.
Cum enim quod male agimus verbis
defendimus: tunc plateæ latiori ap-
propinquamus. Graue eſt enim pecca-
re:ſed grauius peccatū defendere: gra
uiſſimū per delectationem peccato con
ſentire. Cum culpa ergo defendit̃:tunc
platea dilatatur. Dum autem ędifica-
tur Hieruſalem,& appropinquatur ad
plateam latiorem:ædificari ciuitas di-
mittitur. Et hoc fit dum culpa verbis
excuſatur. Nemo enim ędificare poteſt
aliquem reatus ſui culpam defenden-
tem:ſed cum culpa cognoſcitur:tūc ci
uitatis murus, id eſt bonum opus ædi
ficari permittitur. In platea latiori ſi-
cut prædiximus culpa defenditur: ſed
in platea domus dei accuſatur & corri
gitur. Domus dei: eſt mens in qua ha-
bitat gratia ſpiritꝰ ſancti. Platea domꝰ
dei:recordatio peccati. Qui autem per
hanc plateam diſcurrere conſueue-
rant: nunc in ea pro peccato tremē-
tes ſedent: & qui ineptę lætitiæ diu
ſtuduerant, peccatum lugent. In hac



platea Eſdras ſacerdos qui carnes im-
molat, id eſt animus qui deſideria car-
nis in ſe mactat,populum ĩcrepat:quia
præceptū domini tranſgreſſus fuerat.
Separamini(inquit)a populo terræ &
ab vxoribus alienigenis. Populus terrę,
ſunt terrenarum rerum concupiſcētię:
vxores alienigenæ, carnis blanditiæ.
Ab his vero mentem ſeparant, q mun-
di concupiſcentias negligunt, & blan-
dimentis miſerę carnis mente cōtradi
V cunt. Sequit̃ de platea quæ eſt ante por
tam aquarum. Porta aquarū eſt gratia
lachrymarum. Platea vero quæ eſt an-
te portam aquarum: eſt cōtritio animi
pro delectatione peccati. In hac platea
populus congregatur quaſi vir vnꝰ. po
pulus cogitationum qui ſe per diuerſa
ſparſerat:cum per cōtritionem in vnū
colligitur, ſecretum mētis intrat, librū
legis audire deſiderat vt tranſgreſſio-
nis culpam emendare valeat, & in me-
ditatione diuinæ legis attētus fiat. Ad
plateam vero quæ eſt ante portam Ef-
fraim animus ducitur:quando per fru-
ctum boni operis ad ſpem venię reuoca
tur. In platea igit̃ latiori nihil agimus:
ſed etiam Hieruſalem ędificare dimit-
timus. In platea vero domus dei: terrã
euertimus & ſeminamus. In platea quę
eſt ante portam Effraim:fructum colli-
gimus. Ibi tabernacula figimus:in qui-
bus per ſpem miſericordiæ frumēta re-
condamus. In his etiam plateis ponebã
Actu.5. tur infirmi in lectulis:vt veniēte Petro
ſaltem vmbra illius obumbraret quen
q̃ illorum, & liberarentur ab infirmita
tibus ſuis. Infirmi ſunt: qui laborant
morbo peccati. Qui in plateis ponunt̃:
quando peccatorū ſuorum delectatio-
nis recordantur:vt veniente Petro, id
agnito per recordationem peccato(Pe-
trus enim agnoſcens interpretatur)ſal
tem vmbra illius obumbraret quenq̃ il
lorum:vt interceſſio eius refrigeraret
animum cuiuſlibet ab ęſtu vitioꝝ. Hęc
enim eſt vmbra quæ infirmum refrige
rat:vt ab infirmitatibus liberum ſani-
tati reddat.

¶De iis qui templum deſtruunt, & de iis qui templum mūdant & renouant. Cap. XVII.

X IN præcedenti libro de ædifica-
tione templi diximꝰ plura: Nūc
agāt de deſtructione eiꝰ quid hi-
ſtoria dicat, breuiter audiamus. Sicut
veridica refert hiſtoria: Antiochus illu
ſtris filiꝰ Antiochi regis qui fuerat Ro 1.Macc.1.
mæ obſes: aſcēdit Hieroſolymã in mul
titudine graui:& intrauit in ſanctifica
tionem cum ſuperbia,& accepit altare
aureum & candelabrū luminis, & vni-
uerſa vaſa eius:& accepit theſauros oc
cultos quos inuenit: & ſublatis omni- Ibidem.
bus abiit in terram ſuam. Poſt duos au
tem annos miſit rex principem tributo
rum in ciuitates Iuda,& venit Hieru-
ſalem,& irruit ſuper ciuitatem repen-
te,& perdidit populū multū ex Iſrael,
& accepit ſpolia ciuitatis,& ſuccendit
eam igni, & deſtruxit domos eiꝰ & mu
ros ĩ circuitu: & captiuas duxit mulie
res & natos,& pecora poſſederūt: & æ-
dificauerunt ciuitatē Dauid muro ma
gno & firmo & turribus firmis:& facta
eſt illis in arcem. Et poſuerunt illic gē-
tem peccatorum & viros iĩquos: & po-
ſuerunt illic arma & eſcas. Aſcendit in
Hieruſalem rex Antiochus: quando in
eccleſia dominatur diabolus:vel in ani
ma,carnalis appetitus. Aſcēdit autem
in multitudine graui:id eſt in abundã
tia delictorum & in grauitate cuiuſli-
bet criminalis peccati. Intrat in ſancti-
ficationem cum ſuperbia:quãdo ſancti-
ficata per confeſſionem elationis ſpiri-
tus aperit ſibi corda. Accepit altare au
reum & candelabrū luminis,id eſt pu-
ritatem orationis & lucem diuinę con
templationis. Accepit vniuerſa ſancti-
ficationis vaſa: diuerſa videlicet virtu
tum genera. Et omnia comminuit:quã
do virtutum ſpecies diuerſas ad nihi-
lū redegit. Et accepit theſauros occul-
tos quos ĩuenit: & ſublatis oĩbus abiit
in terram ſuam. Theſaurus eſt ſapien-
tiæ intellectus:occultꝰ diabolo,ſed no-
tus deo. Quem tunc diabolus inuenit:
quando per iactantiæ vitiū cęteris ma-
nifeſtum reddit. Sublatis oĩbus ĩ ter-
ram ſuam Antiochus abit: quotiens
diabolus ſublatis virtutibus ad terre-
na deſideria mentes fidelium reducit.
Poſt duos autem annos miſit p̃icipem

tributorũ in ciuitates Iuda. Cupiditas
tributa recipit: quia & in eccleſia & in
qualibet aīa exactiones cõplures agit.
Cum magna turba venit Hieruſalẽ vt
conturbet ſimpliciũ pacem. Super ciui-
tatem irruit: & populum ſimpliciũ co-
gitationũ ex Iſrael pdit. Et accipit ſpo-
lia ciuitatis: quãdo mentẽ virtutũ ſpo
liat indumẽtis. Et eã igne ſuccẽdit: dũ
cõcupiſcẽtiæ flãmis animũ cõburit. In-
terius deſtruit domos & ĩ circuitu ei⁹
muros, id eſt intus conſcientias & ĩ cir
cuitu operationes perfectas. Et captiuas
duxerunt mulieres, imperfectas ſcilicet
mentis affectiones: & natos, id eſt actus
earũ imperfectos. Pecora eorũ poſſidẽt:
cũ diabolus vel carnis appetitus in po-
teſtate ſua irrationabiles animi motus
retinẽt. Et quę filii Iſrael cuſtodire con
ſueuerant, Antiocheni mactant & man
ducant. Ciuitatem Dauid ædificãt, dũ
mentem cuiuſlibet manu fortis, id eſt
bene operantis, in cõtrariã partem mu
tãt. Muro magno & turrib⁹ firmis mu
niunt: dũ peruerſa opera & eorũ defen-
ſiones in circuitu ponũt. Et facta eſt il-
lis in arcẽ: id eſt puerſę mẽtis elationẽ.
Et poſuerunt illic gentem peccatorum
& viros iniquos: in anima ſcilicet gen-
tem vitiorũ, in eccleſia vero hæreticos
chriſtianę fidei graues inimicos. Et po
ſuerunt illic arma & eſcas. Arma ſunt
defenſiõis verba: eſcę delectationes ter-
renę. Huiuſmodi cibis arcẽ muniunt: q
terrenis delectationibus mentẽ paſcũt.
1.Mac.3. Sed & rex Antiochus ire volens in Per
ſidẽ: reliquit hominẽ Lyſiã nobilẽ de ge
nere regali ſuper negocia regia: & man
dauit ei de omnibus quę volebat, & de
habitantibus Iudæã & Hieruſalem vt
mitteret ad eos exercitũ ad conterẽdã
virtutem Iſrael & reliquias Hieruſalẽ.
1.Mac.4. Et congregauit Lyſias electorũ virorũ
ſexaginta milia & equitũ quinq; milia:
& venerũt in Iudæã & caſtra poſuerũt
in Bethorõ. Et occurrit illis Iudas cũ
decem milibus viris, & cõmiſerunt prę
lium, & ceciderũt de exercitu Lyſiæ qn
q; milia virorum. Vidẽs autem Lyſias
fugam ſuorum & Iudæorum audaciã:
Y abiit Antiochiã. Lyſias ab Antiocho ad
deſtruẽdã Iudęã & Hieruſalẽ mittitur:
qñ ſpiritus luxuriæ ad ſubuertendã cõ
feſſionis pacẽ a diabolo deſtinat̃. Lyſias
eñ generãs interpretatur. Luxuria ſiq
dem plures filios generat: quia diuer-
ſos motus carnis ex ſe quotidie crear.
Et venerũt in Iudęã, & caſtra poſuerũt
in Bethoron. veniũt in Iudęã: dũ ingre
diuntur confeſſionis terrã. & in Betho
ron caſtra ponunt: quia per iram terrã
confeſſionis inuadũt. Bethoron enim
domus irę interpretat̃. Eſt autẽ Betho
ron ſuperior, ira plátorũ: & Bethoron
inferior, ira ſubditorũ. Quãcunq; iſtarũ
alienigenę obtineãt: terrã cõfeſſiõis tur
bãt. Et occurrit illis Iudas cũ decẽ mili
bus viris. Iudas exercitui Lyſię cũ decẽ
milibus viris occurrit: qñ cõfeſſio fulta
decẽ pceptis legis, diuerſis luxurię mo
tib⁹ viriliter reſiſtit. Et commiſerunt
prælĩũ & ceciderunt de exercitu Lyſiæ
quinq; milia virorum. Iudas cum exer
citu Lyſiæ prælium committit: cum
mens totis viribus luxuriæ contra-
dicit. Et ſic de exercitu Lyſiæ quin-
q; milia occumbũt: dum quinq; ſenſus
corporis in ore gladii cõfeſſioni ſuccũ
bunt. Videns autẽ Lyſias ſuorum fugã
& Iudęorũ audaciã: abiit Antiochiam.
Antiochiã Lyſias abiit: quia luxuria di
uitiarũ abundantiã quærit. Antiochia
enim: paupertatis ſilentium interpreta
tur. Ibi paupertas ſilere dicitur: vbi di-
uitię dominãt̃. Poſtq̃ Iudas miſſum ab
Antiocho fugauit Lyſiam, & ille victus
abiit Antiochiã: dixit Iudas ad fratres
ſuos. Ecce contriti ſunt inimici noſtri: 1.Mac.4.
aſcendamus nunc mundare & renoua-
re ſancta. Et aſcẽderunt in montẽ Sion
& viderunt ſanctificationem deſertam
& altare prophanatũ & portas exuſtas
& in atriis virgulta nata ſicut in ſaltu
vel in montibus, & paſtophoria diruta:
& ſciderunt veſtimenta ſua & planxe-
runt planctu magno. Iudas fugato Ly- Z
ſia, id eſt deſtructa luxuria: & contritis
hoſtib⁹, luxurię ſcilicet operibus, in mõ
tem Sion aſcendit: dum vera confeſſio
per gradus virtutum ſublimia quærit.
Aſcendit mundare ſancta & renouare.
Cor mundum crea (inquit) in me de⁹: Pſal.50.
& ſpiritum rectum innoua in viſcerib⁹
meis. A vitiis munda: virtutibus inno



ua. Et viderunt ſanctificationem deſer
tam. Sanctificationem deſertã cõſpicit:
qui ſanctitatem mentis a deo derelictã
2.Mac.6 eſſe cognoſcit. Templum enim (ſicut ĩ
eodẽ libro dicitur) luxuria & comeſſa-
tionibus erat plenum, & ſcortãtiũ cum
meretricibus: ſacratiſq; ædibus mulie-
res ſe vltro ingerebant. Templum luxu
ria plenum eſſe dicitur: dũ luxuriæ co-
gitationibus voluptuoſis animus dele
ctatur. Comeſſationes vero in eo fiunt:
dum vitia carnis inuicem diuerſis de-
lectationũ ferculis mentẽ paſcũt. Scor-
tãtes cum meretricibus in eo habitãt:
dum vitia carnis cogitationibus animi
concordãt. Sacratis ędibus vltro ſe mu
lieres ingerunt: dum mollities & blan-
dimenta carnis in ſecreto mẽtis ſeſe li-
center abſcondunt. Altare prophana-
tum & plenum illicitis eſſe legitur: dũ
mens ea deſiderat & exoptat quę in le-
ge diuina prohibent̃. Portæ combuſtæ
iacent: dum ſenſuum aditus ardẽti de-
ſiderio ſuccenſi, ineuntibus vitiis omĩa-
no patent. Virgulta vero in atriis na-
ta: ſunt illicita deſideria, quæ ſicut vir-
gulta nullo colente creſcunt, ſic in ani
mo ſponte ſurgere non deſinunt. Paſto
phoria diruta, ſũt mẽtis ſecreta: ab alie
nigenis, id eſt a ſpiritibus immũdis de-
ſtructa. Paſtophoria ſiquidem ſunt cel-
lulę in intimis gazophylaciorum factæ:
aut thalami in quibus habitant tẽplo-
rũ pfecti. Hęc igit̃ Iudas a prędictis im-
munditiis purgat: & quotidie renoua-
re non ceſſat.

¶Q3 Iudas ordinauit viros vt pugna
rent aduerſus eos qui erant in arce do
A nec ſancta mundarent. Cap. XVIII.

1.Mac.4. Ordinauit Iudas viros vt pu-
gnarent aduerſus eos qui erãt
in arce donec ſancta emũdarẽt.
Per arcẽ poſſumus intelligere mẽtis ra
tionẽ: quã totiens alienigenæ poſſidẽt,
quotiens vitia mẽti dominant̃ vt eam
a virtutibus alienent. Mirũ eſt tamẽ q
filii Iſrael Hieruſalem obtinent: alieni-
genę vero dominant̃ in arce: & in eadẽ
poteſtatẽ habent. & niſi apoſtolus q̃ſtio
nis nodũ ſolueret: dubitaret forſitã ali
Roma.7 quis qualiter hoc fieri poſſet. Video (i
quit apoſtolus) aliam legem in mẽbris
meis repugnantẽ legi mẽtis meę: & ca-
ptiuantem me in lege peccati. Ecce alia
eſt lex in membris: & alia eſt lex mẽtis.
Caro eñ cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ: Gala.5.
ſpiritus autem aduerſus carnẽ. Sic ali-
quãdo alienigenę dominant̃ in arce: &
multi etiã de populo qui aduerſant̃ Iu
dę, manẽt in ciuitate. Multa enim cum
ipſa cõfeſſione in mẽte ſunt quę nocẽt:
& tamẽ expelli nõ poſſunt. Multa etiã
ex mala conſuetudine pcedunt quæ ra
tioni nõ obœdiunt, ſed quadã aſſidui-
tate rationẽ vincunt. Similiter Effrem B
Chananeum qui habitat in Gazer non Ioſue.16
expulit: vſquequo Pharao rex Ægy- 3.Reg.9.
pti Gazer cœpit, & eã filiæ ſuę in dotẽ
dedit. Effrem, fructificans: Pharao diſſi
pans: Chananeus, motus: Gazer, cõſtru
ctio interpretat̃. Cum iis igitur qui fru-
ctum boni operis colligunt, motus car-
nis habitare nõ deſinũt: ſed eis ſub tri-
buto ſeruiũt, q̃diu filii Effrem ciuitati
dominant̃ & pſunt. Sed cũ Pharao rex
Ægypti Gazer, id eſt animã virtutibus
conſtructã capit & diſſipat: omnes qui
in ea habitãt, id eſt virtutes animę tru
cidare nõ ceſſat. Et dedit eã filiæ ſuę in
dotẽ. Filia Pharaonis regis Ægypti: eſt
lex peccati. Gazer igit̃ Ægypti rex ĩ do
tẽ filię ſuę tribuit: qñ lex peccati animã
carnaliter viuentẽ in dotem ſibi cõſcri
bit. & ſic Gazer filię Pharaonis in dotẽ
tribuitur: quãdo conſtructio corporis
& animæ, legi peccati ſubiugat̃. Sed & ĩ
Hieruſalem Iaſon frater Oniæ: gymna 2.Mac.4.
ſiũ & Ephebiã ædificauit ſub arce. Cũ
enim ſuſcepiſſet Antiochus regnũ, qui
nobilis appellabat̃: ambiebat Iaſon fra-
ter Onię ſummum ſacerdotium. Adito
q; rege Antiocho pmiſit ei argenti ta-
lenta trecenta ſexaginta. ſuper hoc pro
mittebat & alia centũ quinquaginta: ſi
poteſtati eius concederet̃ gymnaſiũ &
ephebiam ſibi conſtruere, & eos qui in
Hieroſolymis erant Antiochenos ſcri-
bere. Quod cũ rex annuiſſet & obtinuiſ
ſet Iaſon principatum: ſtatim ad genti
lẽ ritum cõtribules ſuos transferri prę
cepit, & auſus eſt ſub ipſa arce gymna-
ſium conſtruere & optimos epheborũ
in lupanaribus ponere. Ambiebat ingt C
Iaſon frater Oniæ ſummũ ſacerdotiũ.

Extunc ira tua domine, extunc venale
ſacerdotium: extunc & nũc. Adhuc em̃
Iaſon eſt in eccleſia cum Onia: adhuc p̃
cibus & precio quorundam celebratur
electio. Qui hoc ordine in eccleſia ma-
giſtri fiunt: gymnaſium & ephebiam in
Hieruſalem, id eſt in eccleſia, quandoq̨
conſtruunt. Gymnaſium eſt domus in
qua fieri ſolebant ludi gẽtiliũ. Gymna
ſium in Iſrael ædificant prelati, qui in-
ter fratres ſecularia narrãt: qui cũ ſuis
exhortationibus auditores ad fletũ mo
uere deberent, ad riſum mouent. Ephe
biam vero in Iſrael conſtituunt: qui ſe
cum perſonas ſuſpectas & notabiles ha
bere non erubeſcunt. Eos qui in Hiero
ſolymis ſunt Antiochenos volunt ſcri
bi: qa diuites eſſe cupiũt & videri. Qui
ante conuerſionem ſeculi cũ paucis ire
conſueuerant: nunc in multitudine ma
gna & apparatu copioſo curias frequẽ
tant: & per hoc ſimplicibus datur intel
ligi, ꝙ paupertas non conueniat præla-
D tioni. Moraliter autem Iaſon, deſiderãs
interpretatur. Gymnaſium vero eſt lo-
cus: vbi gentiſium ludi antiquitus ſo-
lebãt fieri. Ephebia ẽ lupanar vbi ephe
bi ſolebant poni. Ephebi ſunt viriles af
fectus animi, quos Iaſon aſſenſu regis
Antiochi in lupanarib⁹ ponere ſtatuit:
quia carnale deſideriũ eoſdem affectus
inſtinctu diaboli libidini quandoq̨ ſub
ſternit. Gymnaſiũ vero Hieroſolymis
ædificant: qui leues & inſtabiles animo
curioſitatis luſibus exultãt. Antioche-
ni ſcribi deſiderant: qui diuitiarum co-
piis abundant. Ecce & in arce & ſub ar
ce ſunt: qui Iudę, id eſt confeſſioni con
1. Mac. 4. tradicunt. Ordinauit Iudas (ſicut ſupe
rius diximus) viros qui pugnarent ad-
uerſum eos qui erant in arce: donec ſã-
cta emundaret. Viri ſunt viriles affe-
ctus animi: qui aduerſum eos qui ſunt
in arce pugnant, quãdo virtutes vitiis
viriliter repugnãt. Iudas igitur ad pu
gnandum viros ordinat: dum vera con
feſſio ſuis in locis virtutes ordinate lo
cat. Ponit igitur ĩ primo loco timorem
pœnę, in ſecundo dolorem culpę: in ter
tio laborem pœnitentiæ, in quarto fru
ctum eleemoſynæ. Sed ne deſperet: ad-
iungit ſpem venię timori, conſolationẽ
dolori, retributionem labori, eleemoſy
næ fructum viſitationi pauperum. Ad-
iungit etiam ieiunium compunctioni,
vigilias orationi, lectionem meditatio-
ni. Et ſic in circuitu Iudas arcem obſi-
det: donec ab immunditiis mentem cõ
feſſio purget.

¶De Iuda & fratribus eius Simone,
Ionatha, Ioanna, & Eleazaro. Ca. XIX. E
POſtq̃ Iudas miſſum ab Antio- 1. Mac. 4.
cho fugauit Lyſiam: dixit Iu-
das ad fratres ſuos. Ecce cõtri
ti ſunt inimici noſtri: Aſcẽdamus nũc
mũdare ſancta & renouare. Fratres Iu-
dæ quatuor dicuntur eſſe, id eſt Simon
& Ionathas, Ioanna & Eleazarus. Hi q̄n
ꝗ ſunt filii Mathathiæ. Mathathias in
terpretatur donum dei: Iudas, cõfitẽs:
Simon obœdiens: Ionathas, colũba dãs:
Ioanna, dei gratia: Eleazarus, dei auxi-
lium interpretatur. Hi autem filii Ma-
thathiæ ſunt: quia ex dono dei hæc o-
mnia procedunt. Iudas igitur mũdat,
Simon ædificat, Ionathas renouat, Ioã-
na ornat, Eleazarus protegit & conſer
uat. Iudas templum mundat: quia con
feſſio mentem a vitiis purgat. Simon
ædificat: quia ad hoc obœdientia labo
rat vt ædificium boni operis in altum
creſcat. Ionathas ſancta renouare non
deſinit: quia columbina ſimplicitas ędi
ficat, qđ calliditas antiqui hoſtis, id eſt
diaboli quotidie deſtruit & ĩ primo ho
mine deſtruxit. Ioanna faciem tẽpli co-
ronis aureis ornat: qa notitiam victo-
rioſæ mentis dei gratia moribus cõmẽ
dat. Sed hæc omnia nihil proficiũt: ni-
ſi per Eleazarum, id eſt auxiliãte deo &
ordinante fiant. Si enim quod agis non
deo ſed tibi aſcribis: nõ ędificas ſed ſub F
uertis. Et elegit Iudas ſacerdotes ſine 1. Mac. 4.
macula voluntatem habentes in lege
dei: & mundauerunt ſancta, & ædifica-
uerunt domum intrinſecus & ędem, &
atria ſanctificauerunt, & fecerunt vaſa
ſancta noua: & intulerunt cãdelabrum
& altare incẽſorum & menſam in tem-
plum. Et obtulerũt ſacrificium ſuper al
tare holocauſtorum nouum. Sacerdo-
tes ſine macula Iudas eligit, quãdo vir
tutes quæ in ara cordis miniſtrant im-
maculatas reddit. Qui in lege dei volũ



tatem habent: quia aliter medullatum
ſacrificium non offerrent. & mundaue
runt ſancta, id eſt deuotionem mentis,
ab omni malitię culpa. Et ædificauerũt
intrinſecus domum: ipſam videlicet cõ
ſcientiam, diuerſis qualitatibus morũ.
Et ſanctificauerunt ædem & atria: in-
tus mentem & exterius opera. Et fece-
runt vaſa noua ſancta. Vaſa noua ſan-
cta faciunt: qui in nouitate conuerſio-
nis iuxta præceptum noui hominis id
eſt Chriſti, corda ſua componunt. Et in
tulerunt candelabrum & altare incen-
ſorum & menſam in templum. Per can
delabrum poſſum⁹ intelligere dei ver-
bum, per lumen candelabri: doctrinam
verbi, per altare incenſorum: deuotio-
nem orationum, non ſuauẽ fumũ adu-
lationũ. Per menſam: diuinæ ſcripturę
memoriam. Sicut em̃ aliquis in iis quæ
ponuntur in menſa reficitur: ſic anim⁹
iis quæ ad memoriam reducit, quaſi di
uerſis ferculis ſaginatur. Et obtulerũt
ſacrificiũ ſuper altare holocauſtorũ no
uum. Super altare holocauſtorum no-
uum ſacrificant: dũ in contritione cor-
dis, carnis deſideria mactant. Hæc igi-
tur mentem renouant: & ab immundi-
tiis pollutã purgant. Qui igitur in hac
ciuitate Hieruſalem, id eſt in pace ma-
nent: qui Iudam, id eſt cõfeſſionem du-
cem præ cæteris habent: qui templum,
id eſt animum a vitiis mundant, & quę
deſtructa ſunt quotidie reſtaurant: cre
do ſi non deficiant ꝙ ex hac Hieruſalẽ
ad cæleſtem ſine mora tranſibunt.

¶De cæleſti Hieruſalem.
Cap. XX.

G
Apo. 21. ILla ſuperna ciuitas quę Hieru-
ſalẽ dicitur, inexpugnabili mu-
ro pfectę ſecuritatis vndiq̨ mu
nitur. In hac ciuitate duodecim portæ
ſunt: per quas beatorũ animæ ad illud
clauſtrum nõ manufactum quod eſt in
cęlis, feſtinãt introire. Ex ſingulis mar-
garitis ſingulæ portæ fiunt: quoniam
per vnitatem fidei & puritatem mẽtis
ad cæleſtem patriam iuſti perueniętes
intrabunt. Plateæ eius auro mundo &
lapidibus precioſis ſternuntur: quoniã
nihil in ea niſi puritas inuenitur. Per
omnes vicos eius alleluia canitur: quia
vbiq̨ per eam diuinæ laudis gloria præ
dicatur. In hac ciuitate Hieruſalẽ quæ
interpretatur viſio pacis, fundatᷣ clau-
ſtrum perfectę beatitudinis. Hoc clau-
ſtrum habere dicitur firmæ ſtabilitatis
quadraturam, æquitatis latera, perſeue
rantiæ baſes, columnas virtutum, diui
næ protectionis capitella. In hoc clau-
ſtro angelorum cõuentus reſidet: & in
eo perfectæ caritatis ordinem tenet. Ibi
diuerſis angelorum ſpiritibus diuerſa
commendantur officia: ſingulis ſingu-
la. Sunt em̃ ibi angeli, archangeli, thro
ni, & dominationes: principatus & po-
teſtates, virtutes, cherubin & ſeraphin.
Huic angelorum conuentui deus pa-
ter omnipotens abbatis more præponi
tur. Hic conuentus per ſapientiam filii
(qui minor eſt patre ſecundum huma
nitatem) more prioris regitur: & ſpiri
tus ſancti gratia moderatᷣ. Ad hoc clau
ſtrũ iuſti relictis omnibus quę poſſidẽt
peruenire properãt: vt in eo perfectę re
ligionis habitum, id eſt immortalitatis
& innocẽtiæ veſtem ſumant. Adhuc ta
men ĩ locis ad hoc deputatis expectãt:
donec ad illđ magni iudicii capitulum
peruenire queant: vt ibi recepturi veſtẽ
perfectę religionis audiãt: Venite bene Matt. 25.
dicti patris mei, percipite regnũ qđ vo
bis paratũ eſt ab origine mundi.

¶De pace quæ ĩ cæleſti Hieruſalẽ eſt.
Cap. XXI.

H
SIcut ſuperius multotiens di-
ximus: Hieruſalem viſio pa-
cis interpretatur. Pacem ta-
men multi vident: qui ad eam
peruenire non valent. Inquire pacẽ (in Pſal. 33.
quit) & perſequere eam. Amiſſam quę-
re: fugientem ſequere. Quære eam ĩ ſe-
culo: ſequere eam in futuro. Et niſi eam
in p̃ſenti q̃ſieris: in futuro ꝓculdubio
non habebis. Si quæras quomodo pa-
cem ſequi debeas: audi Ieſum q ad cæ-
los aſcendens, pacẽ diſcipulis reliq̇t (vt
euangeliſta Ioannes de eo atteſtatᷣ cap.
xiiii.) dicẽs. Pacẽ meã do vobis: pacẽ re
linquo vobis. Nõ quomõ mundus dat,

ego do vobis. Audis ſi attēdis eſſe duo
genera pacis. Vnam quā dat Chriſtus
alteram quam dat mundus. Pax mūdi
eſt: vt a deo recedas & diabolo conſen-
tias. Pax vero Chriſti ē: vt expellas dia-
bolum & diligas deum. Pax mundi eſt
vt mundus tibi & tu mūdo placeas: vt
ſic ſatiatus terrenis voluptatibus, infer
ni cruciatibus inæternum ſuccumbas.
Pax Chriſti eſt vt aduerſa mūdi vſq; ad
mortē patiēter toleres: vt ſic poſt mor-
tem futuræ vitę felicitatem ſecuri9 ex-
Pſal. 4. pectes. Hic in pace in idipſum dormies
& requieſces. In pace ī idipſum dormit
& requieſcit: qui nunq̄ a quiete mētis
I recedit. Sed quia in hoc ſeculo non po
teſt hoc fieri: ideo iis qui in cęleſti Hie
ruſalē manent poterit aſſignari. Ibi enī
eſt pax æterna: ab æterno patre. hęc eſt
Hieruſalem quæ viſio pacis interpreta
Pſal. 121. tur: ciuitas cuius participatio eius in
idipſum. Scire debemus ꝙ iſta quę nūc
agitur Hieruſalem, continet indiſcre-
tos populos: illa recipit ſine dubitatio-
ne ꝑfectos. Iſta contrarietatibus qua-
titur: illa iugi ſecuritate lætatꝰ. Iſta ple-
na eſt lachrymis pœnitentium: illa ne-
ſcia lachrymarum. Participatio eius in
idipſum eſſe dicitur: quia qui illa perfe
cta beatitudine participant, nunq̄ ſuæ
rectitudinis ſtatum mutāt: & cum deo
Pſal. 101. (qui idem ipſe eſt & anni eius non defi
cient) incōmutabili ſtabilitate ſemper
manent. Nec ſpiritus ibi in malo carni
conſentiet: nec in bono caro ſpiritui cō
tradicet. Nec erit ibi diminutio vel au
gmentū corporis: ſeu finis ætatis. Puer
ibi in iuuenem non creſcet: nec aliquis
iuuenis ſeneſcet. Non erit ibi ſenectus:
nec ſenectutis defectus. Nemini confe-
ret ibi timor pallorem, vel ira ruborē:
nec labor ſudorem, nec infirmitas dolo
rem. Mec mirum ſi ii qui cū incōmuta-
bili conditore ꝑmanent: formā incor
ruptę ꝑfectionis ſemper habent.

¶Q; Hieruſalem cæleſtis ſicut myſti
ca vel moralis, eſſe dicitur in Iudęa.
Cap. XXII.

K HÆc autem Hieruſalem cęleſtis
ſicut myſtica vel moralis, in Iu
dæa eſſe dicitur: quia Iudęa nō
tm̄ confeſſio ſed etiam laudans interp̄-
tatur. Laudans inuocabo dominum: & Pſal. 17.
ab inimicis meis ſaluus ero. Laudās do
minum inuocat: qui eū pro ſuis exceſſi
bus humiliter rogat: q in omnibus lau
dem deo tribuit: nec aliquid ſuis meri-
tis aſcribit. quia humilitas illuc volens
aſcendit: vnde ſuperbia nolens cecidit.
Laudabo igitur nomen dei cum canti- Pſal. 68.
co: & magnificabo eum in laude. Et pla
cebit deo ſuper vitulum nouellum: cor
nua producentem & vngulas. Laudabo
nomen dei cū cantico, id eſt cū dilectio
nis modulo. & magnificabo eum in lau
de. In laude deum magnificat: qui ope-
ra potentiæ & miſericordię eius men-
te diligit & ea cęteris ad laudem crea-
toris narrat. Vitulus autem nouellus
eſt quilibet nouiter conuerſus, qui deo
ſeipſum immolat, quando carnis ſuę la
ſciuiam ieiuniis & orationibus mactat.
Cornua producit: dum contra vitia, de
fenſionis vires ſumit. Producit vngu-
las: dum proceſſibus boni operis adiun
git circūſpectiones diſcretas. Vitul9 eſt
animal mundum, ruminat & vngulam
diuidit. ſic nouiter conuerſus pri9 mē-
te cogitat & retractat: & quid faciēdū
vel quid non faciendū ſit, poſtea diſcer
nit. Super ſacrificium autem vituli no
uelli cornua & vngulas ꝑducentis: pla
cet domino ſacrificium laudis. Sacrifi- Pſal. 49.
cium inquit laudis honorificabit me:
& illic iter quo oſtendam illi ſalutare
dei. Eſt autem ſacrificiū pecudis: eſt & L
ſacrificiū laudis. Sacrificium pecudis:
eſt afflictio mortificatę carnis. Sacrifi-
cium laudis: eſt affectus humiliati cor-
dis. Qui enim dominum laudat: ſeip-
ſum humiliat & deum honorat. Et il-
lic iter ad deum: quia per humilitatem
itur ad cæleſtem Hieruſalem. Quo oſtē
dam illi ſalutare dei. In Hieruſalem ſi-
quidem cæleſti: oſtendetur iter laudan
tis ſalutare dei. Per humilitatis etenim
viam reuertimur ad cęleſtem patriam.
Hoc itinere gradiebatur Iacob: cum de Genē. 32.
Meſopotamia Syriæ rediret ad terram
Chanaan, & fugiens Laban auunculum
ſuum & timens Eſau fratrem ſuum,
trāſiuit vadum Iaboch. Traductiſq; o-
mnibus quæ ad ſe pertinebant, reman-



ſit ſolus. Et ecce vir luctabatur cum eo
vſq; mane. Qui cum videret ꝙ eum ſu-
ꝑrare non poſſet: dixit ad eum. Dimit-
te me, iā enī aſcēdit aurora. Reſpondit.
Non dimittā te niſi benedixeris mihi.
Ait ergo. Quod eſt nomen tuū? Reſpon
dit: Iacob. Ait ille. Nequaq̄ īquit Iacob
appellabitꝰ nomen tuū, ſed Iſrael. Et be-
nedixit ei in eodem loco. Vocauitq; Ia
cob nomen loci illius Phanuel dicens.
Vidi dn̄m facie ad faciē: & ſalua facta
M eſt anima mea. Iacob interpretatur lucta
tor, Iſrael videns deū, Meſopotamia ele
uata vocatio, Laban candidus, Eſau ru
beus ſiue vanus, Chanaan humilians ſi
ue negociator. Iacob de Meſopotamia
Syrię redit: dū cuiuſlibet animus con-
tra vitia luctās ab elatione recedit. Ad
terrā vero Chanaan ꝑperat: dū ad ꝑer-
agendū verę humilitatis negociū feſti-
nat. Laban vero auunculū ſuū fugit: dū
dealbationi vanę gloriæ non cōſentit.
Eſau autem fratri ſuo occurrere formi
dat: ne carnalis affectus ſtatū mētis va
nis delectationibus ſubuertat. Vadum
tranſit: qn̄ labentia cuncta contemnit.
Traductiſq; oībus quę ad ſe ꝑtinent ſo
lus remanet: vt collectis ſecum viribus
mentis remotus a ſeculo, dominum ſe-
curius oret. Ad hoc pertinet quod ſeq-
tur. Et ecce vir luctabatur cum eo vſq;
mane. Iacob cum viro luctatur: dum cu
iuſlibet iuſti animus dominū obnixius
ſolito deprecatur. Et dixit ad eum. Di-
mitte me, iam enim aſcendit aurora. id
eſt ceſſa ab oratione & precibus modo:
quia lux libertatis refulget ī mēte tua.
Quādiu enim cum ſummis fletibus ad
dominum inclinabatur: nō poterat ab
illo recedere. Et benedixit ei in eodē lo
co. In eodem loco benedicitur: quia ab
identitate boni propoſiti nequaq̄ ꝑmu
tatur. Vocauitq; nomē loci illius Pha-
nuel, dicens. Vidi dominum facie ad fa
ciem: & ſalua facta eſt anima mea. Pha-
nuel, facies dei interpretatur. Tunc igi
tur Iacob benedicitur, cum domin9 ab
eo videtur: quia dei viſio eſt ſumma be
nedictio. Tunc ex Iacob fit Iſrael: quia
poſt ſudores bonę operationis perueni
tur ad lucem contemplationis. Ibi igiꝉ
Pſal. 13. exultabit Iacob: & lętabitur Iſrael. Ibi
exultabit anima mea in domino: & de- Pſal. 34.
lectabitur ſuper ſalutari ſuo. Tunc Hie
ruſalem cæleſtis in Iudæa poſita erit:
quoniam angelica & humana creatura
dominum tunc in pace laudabit.

¶Q; murus cæleſtis Hieruſalem N
ſit ex lapide iaſpide. Cap. XXIII. Apo. 21.

ERat ſtructura muri ciuitatis ſu
pradictę ex lapide iaſpide. Stru
ctura muri ciuitatis ſūt diuer
ſa opera cuiuſlibet bene operantis. Bo-
na ſiquidem opera muri ſunt: quia non
tantum diabolo ſed etiā vitiis reſiſtūt.
Fiunt de lapide iaſpide: id eſt de quoli
bet homine in bono propoſito perſeue
rante. Tunc enim lapis in muro boni
operis firmiter iacet: cum aliquis lineā
rectę conuerſationis tenet. Eſt autē ia-
ſpidis viridis color: quaſi ꝑpoſiti noſtri
rigor. Sicut enim arbor dum viret, na-
turalis vegetationis vigorem tenet: ſic
viror iaſpidis deſignat rigorem cuiuſli
bet in bono propoſito ꝑſeuerātis. Vi
ridis color aliquando in pictura eſt: ali
quādo in tinctura. Naſcitur in hærbis:
creatur in gemmis. In pictura viridi co
lore lapis vel lignum linitur: ſed ci-
to color in pictura deletur. In tinctura
colore viridi pannus imbuitur: ſed plu
uiis aut nimio calore multotiens deco
loratur. Cum hęrbis viror naſcitur, ſed
hyemis gelu marceſcit, vel ęſtatis calo-
re ſiccatur. In quibuſdam gemmis crea
tur color viridis: nec tamen mutatꝰ lon
gitudine temporis, nec fuſcatur nube
cuiuſlibet obſcuritatis. Per hos quatu- O
or diuerſos effectus colorum poſſunt
aſſignari quatuor diuerſitates homi-
nū. Sicut enim quod pingitur, leuiter
deletur: ſic multi ſunt qui quod propo
nunt citius relinquunt. Sunt autem
alii qui in tinctura viriditatis aliquā-
diu ꝑſeuerant: aliqua tamen occaſio-
ne ſuborta, quaſi amiſſo colore, famā bo
nę opiniōis mutāt. Sed & alios eſſe no-
uimus quos hęrbę viriditati per ſimili
tudinē comparamus: qui cum in pueri
tia & iuuentute religioſe viuant, cū ſe
nectuti approximant, gelu tentationis
mētē diſſipāt, & acceſi nimio calore libi
dinis in ſenio flagrāt: & ſic in articulo

mortis amiſſo virore propoſiti,moriũ-
tur cum hęrbis. Viriditatẽ vero gẽma
rum quę creatur in ipſis & in ipſis ꝑ
manet,dicitur habere iuſtus: qui ꝓpo-
ſiti ſui rigorem ſine defectu tenet. Qui
igitur in viriditate boni propoſiti re-
manent: quaſi iaſpis in ſtructura muri
prędictę ciuitatis poni debent.

¶De portis cæleſtis Hieruſalem.
Cap.XXIIII.

P HAbet prædicta ciuitas in muro
Apoc.21. duodecim portas.ſiunt autem
portæ ciuitatis de duodecim
margaritis: ita vt vnaquæꝫ porta fiat
tantũ ex vna margarita.Hoc autem ge
nus lapidis inuenitur in quibuſdam pi
ſcibus marinis. De cocleis enim mari-
nis legitur:ꝙ in earum carne quaſi cal
culus candidus naſcitur. De cæleſti ſi-
quidem rore calculus gignitur:qui cer
tis anni temporibꝰ a cocleis hauritur.
Candidas autem margaritas meliores
eſſe dicunt:q̃ eas quæ flaueſcunt. Illas
enim aut matutini roris conceptio red
dit candidas:has ſenectus ſeu veſperti
nus aer gignit obſcuras.Margarita ve-
ro myſtice ſignificat euangelicã doctri
nam:ſeu dulcedinem cęleſtis vitę. Vn-
de legitur in euãgelica parabola de ho
mine quęrente bonas margaritas,ꝙ in
uẽta vna precioſa margarita abierit &
vendiderit omnia quę habuerit & eme
rit illam.Vnde Gregorius.Qui cęleſtis
inquit,vitæ dulcedinẽ inquantũ poſſi-
bilitas admittit ꝑfecte cognouerit:ea
quæ in terris amauerat libenter cũcta
derelinquit. In comparatione eius vile
ſcunt omnia. deſerit habita:congrega-
ta diſꝑgit.Inardeſcit animus in cęle-
ſtibus:nil in terris liber.Deforme cõſpi
citur quicquid in terra placebat ſpecie:
quia ſola precioſę margaritę caritas ful
get in mente. Habes nunc ꝑ margari
tam,dulcedinem cæleſtis vitæ & euãge
licam doctrinam.Hę ſunt margaritę ex
quibꝰ fiũt duodecim portę.Ex rore(ſi-
cut ſuꝑius diximus) margaritæ fiũt,
quem certis anni tẽporibus cocleę hau
riunt:quia iuſti qui in mari huiꝰ ſecu-
li habitant,quandoꝫ dulcedinem diui
næ contemplationis q̃uis tenuiter gu-
ſtant.Vnde beatus Gregorius. Ros de
ſuꝑ & ſubtiliter cadit. Et totiens de
rore cæli accipimus: quotiens ꝑ infu
ſionem contemplationis intimę, de ſu-
ꝑnis aliquid tenuiter videmus.Ex ro
re igitur creari dicitur:qui in dulcedi
ne diuinę contẽplationis nutritur. No
ta ꝙ ſtructura prędictę ciuitatis habe-
at colorẽ ꝑpetuę viriditatis.nota etiã
ꝙ margaritę dicantur eſſe candidę.At
tende igitur candorem:attẽde & viro-
rem. Candor in portis:eſt munditia ca
ſtitatis.viror in muro: perſeuerãtia in
propoſito.

De ſeris portarum cæleſtis Hieru
ſalem. Cap.XXV.

DE ſeris portarum cęleſtis Hie- Q
ruſalem diuina ſcriptura loq-
tur:qđ ad eandem Hieruſalem
propheta dixiſſe memoratur.Conforta Pſal.147.
uit inquit ſeras portarum tuarum:be-
nedixit filiis tuis in te. Seras cõfortat:
qui eas ne amplius aperiantur firmat.
Cum ſeras confortatas eſſe dicit:clau-
ſas ianuas beatę ciuitatis oſtendit. Se-
ra in porta ponitur:vt intrandi licẽtia
denegetur.qđ illo tẽpore accidit quan
do ſponſus intrauit:ſicut in euangelio
de virginibus dicitur.Et q̃ paratę erãt Matt.25.
intrauerũt cum eo ad nuptias:& clau-
ſa eſt ianua (vt quidam ſapiens dicit)
non ad cuſtodię pœnam ſed ad beatitu
dinem ſempiternam:quia nec inde qſq̃
ſanctorum vlterius exibit, nec aliquis
poſtea alienus intrabit.Tunc enim erit
beatitudo iuſtorum ſecura,quæ tali le
ge probatur ſuſcipi:vt nũq̃ poſſit amit
ti,quoniam ciuitas illa contuibilẽ deũ
intus habebit. Et ideo nemo inde deſi-
derat egredi:quia præter ipſum ſimile
nil præualet intueri.Bñdixit filiis tuis
in te.Ad Hieruſalẽ dicit: Bñdixit filiis
tuis in te.i.in pace.Ipſe enim pacem fi-
nes eius poſuit: quia in futura Hieru-
ſalem diſcordię turbatio nuſq̃ erit. Hu
ius autem pacis non erit finis.Et adipe
frumenti ſatiat te. Audi qđ ſequit: q̃a
iuſti ex adipe frumenti in illa ciuitate
ſatiantur. Adeps frumenti eſt præſens
contemplatio vultus dei. Vnde ſic iu-
ſtorum ſenſus reficitur: vt omnem ſa-
tietatem ſuperare videatur. Si nos hic
corporis ſui participatione reficit:quẽ



ad modum ibi ſatiabit,quos toto lumi
ne deitatis repleuerit? Guſtꝰ eſt hic mi
rabilis:q procedit de ꝑfecta cognitio
ne diuinitatis.

R ¶De vicis cęleſtis Hieruſalem.
Cap.XXVI.

Ioan.14. SIcut in domo dei patris mãſio
nes multę ſunt:ſic qui diuinas
ſcripturas ſpiritualiter intelli
gunt,in cæleſti Hieruſalem anagogice
diuerſos vicos aſſignare poſſunt. Di-
uerſitatẽ ſiquidẽ vicorũ: diſtinguit di-
uerſitas meritoꝝ.Diuerſa etenim meri
ta ſequunt diuerſa retributionũ dona.
In materiali vico alii alios interficiũt:ĩ
myſtico chriſtianos hęretici ſeducunt:
in morali vitia virtutes expellũt.In cæ
leſtibus vero vicis nec alius aliũ inter-
ficit, nec chriſtianũ hæreticus ſeducit,
nec vitiũ virtutes expellit. Et cum ho-
rum nihil agit: pacis tranquillitas vn-
diꝫ cuſtodit. Hic quaſi hoſpites cẽſua
les cẽſum ſoluimꝰ & tributũ reddimꝰ:
illic libertate donamur, nec aliqua ex-
actione ab aliquo angariati grauamur.
Matt.6. Hic fures effodiũt & furant: ibi nec fu
res effodiunt nec tinea demolit.In cęle
ſtibus vicis angeli ſuꝑni ciues habi-
tãt:qui nullo indigent ſed diuitiis ĩde
ficientibus abundãt.Ad illos vicos ani
mę iuſtoꝝ tranſeũt: cũ ab hac valle la-
S chrymarũ poſt mortẽ recedũt. Ibi ſunt
nouem vicorũ diuerſitates: quia nouẽ
ſunt angelorum ordines, id eſt angeli,
archangeli,virtutes, poteſtates,princi
patus,dominationes,throni,cherubin,
& ſeraphin.Sed cur iſtos(vt ait beatus
Gregorius)angeloꝝ choros enumerã-
do ꝑſtrinximus:ſi non illoꝝ queꝫ my
ſteria ſubtiliter exprimamus? Qui igit
minima nũciant,angeli: qui vero ſum-
ma,archangeli vocantur. Cũ aũt ange
li ad nos aliquid miniſtraturi veniunt:
apud nos etiã nomina a miniſteriis tra
hunt.Michael nãꝫ,qs vt deus? Gabriel
aũt fortitudo dei,Raphael vero medi-
cina dei interpretat. Quotiẽs ergo mi-
rę virtutis aliquid agitur:Michael mit
ti ꝑhibet,vt ex ipo actu & noĩe detur
intelligi:ꝙ nullus poteſt facere qđ face
re ꝓualet deus.Vñ factũ eſt ſilẽtiũ in cę
Apo.12. lo:dũ cõmitteret bellum draco cũ Mi-
chaele archãgelo.vt qui ſe ad dei ſimi-
litudinẽ ſupbꝰ extulerat,ꝑ Michaelẽ ꝑ-
emptus diſcat,quia ad dei ſimilitudinẽ
ꝑ ſuperbiã nullus exurgat. Ad Mariã Lucæ.1.
quoꝫ Gabriel mittit:qui dei fortitudo
nominat.Illum quippe veniebat nũcia-
re:qui ad debellandas aereas poteſtates
humilis apparebat.Raphael vero vt di
ximus interpretatur medicina dei: qui
dum Tobię oculos quaſi ꝑ officiũ cu Tob.11.
rationis tetigit,cęcitatis eius tenebras
terſit.Qui ergo ad curandũ mittit: di-
gnum fuit vt dei medicina vocaretur.
Sed q̃a illa ſuꝑna ciuitas(vt ait beatꝰ
Gregorius)ex angelis & hominibꝰ con
ſtat:ideo debemus & nos aliquid ex il-
lis diſtinctionibus ſuꝑnorum ciuium
ad vſum noſtræ cõuerſationis trahere:
noſꝫ ipſos ad incremẽta virtutum bo-
nis ſtudiis ĩflammare. Quia enim illuc T
tanta aſcenſura credit multitudo ho-
minum,quanta multitudo remãſit an-
gelorum: ſupereſt vt ipſi homines q ad
cęleſtẽ patriam redeunt,ex his agmini-
bus aliquid illuc reuertentes imitent.
Nam ſunt pleriꝫ qui parua capiũt:ſed
tamen hæc eadem parua pie annuncia
re fratribus non deſiſtunt.Iſti itaꝫ ĩ an
gelorum numerum currunt. Et ſũt nõ
nulli qui diuinæ largitatis munere re-
ferti:ſecretorũ cæleſtium ſumma & ca-
ꝑere præualent & nunciare. Quo ergo
iſti niſi inter archãgelorum numerum
deputant? Et ſunt alii qui mira faciũt:
ſigna valenter oꝑãtur. Quo ergo iſti
niſi ad ſuꝑnarũ virtutũ ſortem & nu
merum conguunt? Et ſunt nõnulli qui
etiam de obſeſſis corporibus malignos
ſpiritꝰ fugãt:eoſꝫ virtute orõnis & vi
acceptę poteſtatis eiiciũt.Quo itaꝫ iſti
meritũ ſuum,niſi inter poteſtatũ cæle-
ſtiũ numerũ ſortiunt? Et ſunt nõnulli
qui acceptis virtutibus etiã electorum
hoĩm merita trãſcendũt: cũꝫ & bonis
meliores ſint,electis quoꝫ fratribꝰ pri-
cipant.Quo ergo iſti ſortẽ ſuã niſi ĩter
principatuũ numeros acceꝑũt? Et ſũt
nonnulli qui ſic in ſemetipſis cũctis vi
tiis & deſideriis dñant:vt ipo iure mũ
ditię,dii inter hoĩes vocent. Quo ergo
iſti niſi in numerum dominantiũ cur-
rũt? Et ſũt nõnulli q ſibimetipſis domi

nanť.Dũq; ſe ſollicita intentione diſcu
tiunt diuino timori ſemper inhærẽtes:
hoc in munere virtutis accipiũt, vt iu
dicare recte & alios poſſint.Quorum ꝑ
fecto mẽtibus dũ diuina cõtẽplatio pꝛ
ſto eſt,in iis velut in throno ſuo dñs ꝑ
ſidẽs,aliorũ facta examinat, & cũcta mi
rabiliter de ſua ſede diſpẽſat.Quid igiť
iſti niſi throni ſui conditoris ſunt:vel
quo niſi ad ſupnarũ ſediũ nũeros aſcri
buntur?Per quos dñ ſancta eccleſia re=
giť:plerũq; de qbuſdã ſuis iſirmis acti=
bus etiã electi iudicanť.Et ſunt nõnul=
li qui tanta dei & ꝓximi dilectione ple
ni ſunt:vt cherubin iure nominentur.
Quia enim (vt pꝛfati ſumus) cherubin
plenitudo ſciẽtię diciť,& Paulo dicẽte
Ro.13. didicim⁹,quia plenitudo legis eſt cari=
tas: omnes qui dei & proximi caritate
cęteris amplius pleni ſunt: meritorum
ſuorũ ſortem inter cherubin numeros
perceperunt. Et ſunt nonnulli q ſupnæ
contemplationis facibus accẽſi: in ſolo
cõditoris ſui deſiderio anhelant,nil iã
in hoc mundo cupiũt: ſolo æternitatis
amore paſcunť: terrena quęq; abiiciũt:
cuncta tẽporalia mẽte trãſcẽdũt.Amãt
& ardent:atq; in ipſo ardore ſuo reqe=
ſcunt. Amando ardẽt:loquẽdo & alios
accẽdũt.Et quos loquẽdo tãgũt:ardere
protinus in dei amore faciũt.Quid er=
go iſtos niſi ſeraphin dixerim?quorum
cor in ignẽ conuerſum lucet & vrit:qa
& mẽtiũ oculos ad ſuperna illuminãt:
& cõpungendo in fletibus,vitiorũ rubi
ginẽ purgãt. Qui ergo ita ad amorem
ſui cõditoris inflãmati ſunt:quo iſti ni
ſi inter ſeraphin numerũ ſortẽ ſuæ vo=
catiõis acceperũt? Ad hos igitur vicos
vt in eis ſine fine pmaneãt peruenient:
q modũ(quem prædiximus)in hoc ſe=
culo ꝑ poſſe ſuo tenent.

❡De plateis cęleſtis Hieruſalem.
Cap.XXVII.

V
Apo.21. Platee Hieruſalem ſternenť au=
ro mundo & lapidibus precio
ſis. Platea ſupernæ ciuitatis:eſt
latitudo pfectę caritatis. Lapides pcio=
ſi ſunt iuſti empti precioſo ſanguine
Chriſti. Auro ciuitas illa ſterniť:qa pu
ritate dilectionis vndiq; veſtiť. Nec au
to tantũ(vt ait beatus Ioannes in Apo
calypſi)ſed auro mũdo ſimili vitro mũ
do.vñ beatus Gregorius in moralibus.
Appellatione inqt auri in ſacro elogo:
aliqñ ſplẽdor ſupernę ciuitatis accipiť.
Aurũ nãq; ex quo ciuitas illa cõſtat,ſi=
mile vitro diciť,vt per aurũ clara,ꝑ vi=
trũ perſpicua deſigneť.Aurũ qppe noui
mus potiori metallis omnibus clarita=
te fulgere. Vitri vero natura eſt,vt ex=
trinſecus viſu pura,intrinſecus perſpi
cuitate luceat. In alio metallo, quicqd
intrinſecus continetur:abſcõditur. In
vitro vero,quilibet liquor qualis con=
tinetur interius:talis exterius demon
ſtratur.Quid ergo aliud in auro vel vi
tro(vt ait beat⁹ Gregorius) accipim⁹:
niſi illam ſupernam patriam, illam bea
torum ciuium ſocietatem?quorum cor
da ſibiinuicẽ & claritate fulgent, & pu
ritate tranſlucent.Quia eñ omnes ſan
cti in æterna beatitudine ſumma clari
tate fulgebunt:inſtructa auro dicitur.
Cum vero ipſa eorũ claritas ſibiinuicẽ
in alterius cordibus patet:& cũ vniuſ=
cuiuſq; vultus attenditur,ſimul & cõ=
ſcientia penetratur:hocipſum aurũ ſi=
mile vitro mundo eſſe memoratur. Ibi
quippe vniuſcuiuſq; mẽtẽ alterius ocu
lis membrorum corpulentia nõ abſcõ=
det:ſed patebit animus,patebit corpo=
ralib⁹ oculis ipſa etiam harmonia cor=
poris. Sic vnuſquiſq; tunc erit conſpi=
cabilis alteri:ſicut nunc poteſt eſſe con
ſpicabilis ſibi.Nam corda noſtra q̄diu i
hac vita ſumus, quia ab altero in alte=
rum videri non poſſunt: non intra vi=
trea ſed intra lutea vaſcula concludun
tur. Ciuitas igiť illa in qua omnes ſan
cti tanta claritate fulgent, tanta perſpi
cuitate trãſlucent,quę ſua ſingulis cor
da manifeſtat:ex auro dicitur ſimili vi
tro mũdo,vt deſignetur auro clara,vi=
tro pſpicua.Reſtat vt i illa cæleſti Hie=
ruſalẽ alterius alteri cõſcientia pateat:
nec i occulto aliquid occultum fiat. In
plateis igitur cæleſtis Hieruſalem non
erit lutum terrenę voluptatis, nec pul
uis mundanę vanitatis: ſed ſternentur
auro perfectę claritatis,ſimili vitro im
perturbatę puritatis.

❡De longitudine & latitudine
cæleſtis Hieruſalẽ.Cap.XXVIII.



X Longitudinẽ latitudinẽ & alti=
tudinẽ ſupradictę ciuitatis no
uimus eſſe (ſicut ſcriptura re=
fert) eiuſdem ęqualitatis. Vnde Ioan=
Apo.21. nes in Apocalypſi.Longitudo latitudo
& altitudo ciuitatis ęqualia ſunt. Vn=
de beatus Gregorius ſup Ezechielem.
Quia ciuitas ſancta Hieruſalẽ quã in=
habitat deus,ex angelica ſimul & hũa=
na natura pficiť:p hoc q; angelica crea
tura ſurſum eſt & hũana deorſum, po=
teſt p altitudinẽ & latitudinẽ ciuitatis
hęc vtraq; creatura ſignari: qm̃ adhuc
iſta in imis degit,illa vero in ſublimib⁹
pmanet.Sed latitudo & altitudo ęqua=
lia ſunt:qm̃ humilitas hominũ qñq; ad
ęqualitatẽ perduceť angelorꝝ. Vñ ſcri=
Matt.22 ptũ eſt.Nõ nubẽt neq; nubenť:ſed erũt
ſicut angeli dei in cęlo.Vñ etiã p Ioan=
Apo.21. nem dicitur,Menſura hoĩs q̃ eſt angeli:
quia vſq; ad altitudinẽ glorię homo p=
ducitur,in qua ſe ſolidatos angeli lætã
tur. Latitudo ergo ciuitatis tanta eſt,
quãta & altitudo:qm̃ electi quiq; q mo
do laborant in imis,qñq; non erũt inę=
quales illis ſpiritibus ſummis.

❡De clauſtro cęleſtis Hieruſalem.
Cap.XXIX.

Y IN cęleſti Hieruſalẽ clauſtrũ p=
fectæ beatitudinis ponitur: qđ
quatuor generalibus officinis
vndiq; muniť.In vno ſiquidẽ latere po
nitur oratorium,in alio cellariũ,in ter
tio refectoriũ,in quarto dormitorium:
Vt ores,vt abundes,vt reficiaris,vt qe
ſcere poſſis. Pax æterna per ſimilitudi=
nẽ quaſi oratoriũ dicitur, quia qui vin
cula ſeu carcerẽ huius mũdi euaſerũt:
ad illud confugiunt vt ſaluentur.Huic
oratorio perfectæ pacis iungitur cella=
rium abũdantię diuinæ ſuauitatis. Cel
larium vero abũdantię diuinę ſuauita
tis ſequitur refectorium ſatietatis ęter
nę.Sed licet in pace ſis,licet abũdes di=
uitiis,licet fruaris ad libitum poſſeſſis:
nihil tñ pderit niſi quieſcas in dormi=
Z torio tranquillę mentis.Nota q; huiuſ
modi officinę non diſcooperiuntur vẽ
torũ turbine,nõ annihilantur vetuſta=
te:ſed incolumes & integrę permanent
abſq; fine.vt ſit pax ſine perturbatione,
abundantia ſine diminutione, ſatietas
ſine faſtidio,quies ſine tędio. Vides ne
qualiter pax ptineat ad oratoriũ, abun
dantia ad cellarium,ſatietas ad refecto
riũ,quies ad dormitoriũ? Attẽde etiam
q; oratorio,id eſt ęternę paci,adiacet ſe
curitas quaſi latus clauſtri.Cellario ve
ro abundãtiæ:quaſi latus clauſtri adia
cet virtus ſufficientię. Satietatis refe=
ctorio adiacet delectatio. Dormitorio
quietis:virtus gratitudinis. Vt ſit pax
ſecura,abũdantia ſufficiens,ſatietas de
lectabilis,quies grata.Excludit igiť qes
laborẽ,ſatietas famẽ, abũdãtia paupta=
tẽ,pax rapacitatẽ.Qui igiť ad illđ clau
ſtrũ pfectę beatitudinis puenire deſide=
rat: neceſſe eſt vt adhuc in domo ꝓba=
tionis manẽs,ordinẽ pdicti clauſtri di=
ligenter addiſcat. Domus ſiquidẽ ꝓba
tionis eſt vita regularis. In hac domo
diſcimus:quid in futura facere debea=
mus.Hic probamur: vt ibi reficiamur.
In hac domo habemus Chriſtum magi
ſtrũ nouitiorũ.Ipſe enim docet nos or=
dinẽ cęleſtis Hieruſalẽ.Qui igiť pacem
diligit,cui quod habet ſufficit,q ſatiari
cęleſti deſiderio nitiť, & in eo totis me
dullis cordis delectatur,qui cũ gratia=
rũ actione etiã aduerſa ſuſtinet:talis di
co adhuc in domo probationis poſitus,
ordinẽ pfectę beatitudinis ex parte te=
net.Sed cum ad illud clauſtrũ peruene
rit:non ex parte ſed ex ĩtegro regulam
perfectionis obtinebit.

❡De columnis clauſtri cæleſtis Hie=
ruſalem. Cap.XXX.

IN clauſtro perfectæ beatitudinis ſũt A
quatuor ordines columnarũ diſtin=
cti quatuor diuerſis proprietatibus co
lorũ.Eſt enim primus ordo croceus, ſe
cũdus ruber,tertius niueus,quart⁹ cæ
ruleus.Primus ſimilis eſt croco,ſecun=
dus roſę,tertius lilio,quart⁹ violę. Hæ
quatuor diuerſitates colorũ deſignant
quatuor ordines electorum. Habet eñ
crocus ſimilitudinẽ maturi fructus.Si=
militer antiqui patres mature viuẽtes,
cum de hoc ſeculo ad cæleſtem Hieru=
ſalem tranſeunt:quaſi de viuis lapidi=
bus in clauſtro pfectę beatitudinis cro=
cęę columnę fiunt. Et qui diu eccleſiæ
fabricã portare conſueuerant:clauſtrũ
perfectæ beatitudinis ſuo decore quaſi

croceę colũnę decẽter ornãt. Secundus
ordo columnarũ roſeo colore pingitur
per quem cruor martyrum non incon-
uenienter deſignat. Harũ colũnarũ an
geli miranť colorẽ: miranť & fortitudi
nẽ. Miranť rubrũ colorẽ Stephani, mi-
ranť flãmeũ colorẽ Laurẽtii: miranť for
titudinẽ q̃ lapidibus frangi nõ potuit,
miranť fortitudinẽ q̃ in medio ignis in
columis remãſit. Tertius ordo colũna-
rũ eſt niuei coloris: & deſignat mundi
tiã cõfeſſiõis. Cõfeſſorũ ſiquidẽ vita, ie
iuniis & vigiliis & aſſiduis orationib⁹
eſt vndiq; polita: & qui munditiam
mentis & corporis tenere conſueue-
rant, in clauſtro futurę beatitudinis cã
dorẽ munditię ſine fine ſeruant. Quar-
tus ordo colũnarũ colorẽ cęli cum ſere
nũ eſt habere diciť: q̃a color violę, aeris
ſimilitudinẽ cũ floret imitať. Nec mirũ
ſi integritas virginũ in cælo cæli ſimili
tudinẽ tenet: q̃ in terris ĩtegra & abſq;
carneę fragilitatis corruptione manet.
In feruentis olei doliũ Ioannes miſſus,
illinc exiuit illęſus: & qui virginitatis
integritatẽ ſecũ ſociã habuit, a corru-
ptione carnis immunis fuit. Nec calor
in tormento carni nocuit: quem calor
luxurię aliquotiens non accẽdit. In pri
mo igitur ordine ſunt antiqui patres,
in ſecundo martyres, in tertio confeſſo
res, in quarto virgines.

¶De quadratura clauſtri.
Cap. XXXI.

B Clauſtrũ perfectę beatitudinis ĩ
quadro poniť: vt ex omni par-
te firmitas ęqualitatis in eo te
neatur: ne eleueť pſperis, ne frangať ad
uerſis: ne de pteritis doleat, ne de futu
ris aliquid ſiniſtrum poſſe cõtingere p
timeſcat. Mẽſura quadri non recte ſtat:
ſi vnũ latus minus & aliud maius ſiat.
Oportet igiť vt menſura vniuſcuiuſq;
lateris ſubiaceat lineę perfectę pſperita
tis. Habeat autem hæc linea longitudi
nẽ, pfectę felicitatis ęternitatẽ. Erit igiť
in hac lõgitudine mẽſura lõgitudinis
Ezec. 40 ſine fine. In Ezechielis libro ſcriptũ le-
gitur de ędificio q̃d in monte a pphe-
ta viſum fuiſſe perhibetur: q; illud ędifi
ciũ habebat atriũ, quod æquis laterib⁹
vndiq; diſponebať. Diſpoſitioni ſiqui-
dẽ atrii aſſimilať quadratura ſupradi-
cti clauſtri. Eſt autem (vt ait beat⁹ Gre
gorius) hoc atrium, amplitudo populo
rum fidelium: q dũ prudentiã, fortitu-
dinẽ, iuſtitiã atq; tẽperantiã tenẽt: men
ſurã ſpiritualis ædificii p quadrũ hñt.
Lõgitudo & ęqualitas quatuor laterũ:
eſt ĩ quolibet iuſto perſeuerãtia vſq; ad
mortẽ quatuor pcedentiũ virtutũ. Sed
forſitan aliquis dubitat: an ĩ populo fi-
delium aliquis perfectus exiſtat: cũ bea
tus Gregorius in libro ſuper Ezechielẽ
q̃rit: vtrũ eſſent aliqui qui inueniren̄ť
in mãdatis dei viuere perfecti. Reſpon-
dit. Sunt oĩno. vnde in Ezechiele diciť.
Et menſus eſt atriũ lõgitudine cẽtum Eze. 40.
cubitorũ per quadrũ. Numerus cẽtena
rii per quadrũ qui aſſignatur atrio: eſt
menſura perfectionis in quolibet iuſto.
Perfecti igiť ſunt, q in quadratura hu-
ius atrii permanent: quia recedentes ab
hoc ſeculo, ad illud clauſtrum perfectæ
beatitudinis perueniẽt: in quo ſine ali-
quo defectu perdurẽt. Ibi enim nec pru
dẽtia poterit decipi, nec fortitudo frã-
gi: nec iuſtitia ſubuerti, nec temperan-
tia minui vel augeri: & erit in hac per-
fectione finis ſine fine.

¶De ordine clauſtri cæleſtis.
Cap. XXXII.

IN clauſtro perfectæ beatitudi- C
nis angeli reſident: vt in eodẽ
æternę felicitatis ordinem cõ-
ſeruent. Nullo indigẽt: & ideo non eſt
eis neceſſarium vt laborent. Non eſu-
riunt neq; ſitiunt, quia cæleſti pane ſa-
tiant̄, & de torrente voluptatis bibũt:
faciem patris ſemper vident: quia præ
cæteris rationabilibus creaturis, perfe
ctam de eo cognitionem habent. Amãt
deum & deſiderant: nec tamẽ deſiderio
cruciantur nec faſtidio laborant. Simi-
liter in materiali clauſtro multi ſunt
qui futuræ felicitatis ordinem diligũt.
Paucis indigent quoniam in proprios
vſus præter victum & veſtitũ nihil ha
bent. Ea etiã quæ carnis neceſſitati cõ-
ceſſa ſunt: carni ſubſtrahunt. Naturam
vincunt: quoniam cęleſtem vitam ĩ ter
ris ducunt, contemplationi vacãt, deũ
videre deſiderant. Et quæcunq; iterim
contingant: aduentum tamen iudicis



patienter expectant. In hac vita quæli-
bet aduerſa tolerant: vt æquales ange-
lis poſt reſurrectionẽ fiant. Vnde beat⁹
Gregorius: Is inq̃t qui propter nos mi
nor angelis extitit: ęquales nos angelis
virtute ſuę minoratiõis fecit. Vnde &
moriendo docuit mortem non metui:
reſurgendo, de vita confidi: aſcendẽdo,
de cæleſtis patriæ hæreditate gloriari:
vt quo caput præiſſe conſpicitur, illuc
ſubſequi & membra gratulenť. Oẽs au
tẽ nos qui in eius fide nati ſumus: eius
pculdubio corpus exiſtimus. Non ergo
fragilitas humana de ſe deſperet: vnige
niti ſanguinẽ cõſideret, & in precio ſuo
videat q̃ magna eſt quę tanti valet. Per
pẽdat ſollicite quo caput pceſſit: & quę
ad viuendũ pceptis aſtringiť, ad ſperan
dum exẽplo roboreť. Confidat cælos &
ſperet ſupernã patriã: angelorum ſe ſociã
ſciat, atq; in ſuo capite plãtã ſe angelis
gaudeat. Qui ergo in hoc ſeculo clau-
ſtri tędium ſeu labores ad tempus ſuſti
nent: in clauſtro non manufacto (quod
eſt in cælis) cum angelis quiete ſine fi-
ne viuent.

¶De libro vitæ. Cap. XXXIII.

D QVi in clauſtro perfectæ beatitu
dinis reſidẽt, pculdubio diuinę
ſapientiæ lectioni ſtudent. Nec
retrahit eos aliqua neceſſitas corporis:
nec aliquod impedimentũ laboris. Qui
enim in clauſtro perfectę beatitudinis ma
nent: nullo indigent, ſed poſtpoſitis o-
mnibus curis attente legũt in libro vi
tæ. Quatuor ſunt libri vitę: Prim⁹ ſcri-
ptus fuit in paradiſo, ſecũdus in deſer-
to, tertius in templo, quartus ſcriptus
ab ęterno & adhuc habeť in cęleſti clau
ſtro. Primus ſcriptus eſt a deo in corde
hominis, ſecũdus a Moyſe in tabulis la
pideis, tertius a Chriſto in terra, quar-
tus in præſcientia diuina. Primus eſt li
ber generationis, ſecundus correctiõis,
tertius gratiæ, quartus diuinæ ſapien-
tiæ. Liber q in paradiſo eſt ſcriptus: ibi
dem eſt corruptus nec emendatus. Li-
ber a Moyſe in deſerto ſcriptus: multo
tiens corruptus eſt & multotiens emẽ-
datus. Liber in templo ſcriptus: eſt a Iu
dæis accuſatus, non eſt tamen a deo re
probatus. Liber vero diuinæ ſapientiæ
qui eſt ab æterno ſcriptus a deo: nunq̃
eſt corrupt⁹, ſemper idem permanet, nec
mendacii maculam in ſe habet. Cũ ali- E
quis cogitat q̃d agere debeat, & hoc ra
tionabiliter diſponit: quaſi in libro ra-
tionis legit. Cum vero peccat & corre-
ptus pœnitet: quaſi in libro correctio-
nis legendo ſtudet. Si aũt accuſatus ab
aliquo audit a magiſtro: Vbi ſũt qui te
accuſabãt? vade & noli ampli⁹ peccare: Ioan. 8.
legit in libro gratię. Ieſus autem incli-
nans ſe deorſum: digito ſcribebat ĩ ter
ram. Habes nunc ſcriptorem libri & ti-
tulum, habes pennam & calamum, ha-
bes etiam pergamenũ. Inclinatio eſt mi
ſerentis dei condeſcẽſio. Scriptor eſt Ie
ſus: id eſt ſaluator. Concurrunt hæc o-
mnia vt qui ſe inclinat ſaluet: quatin⁹
qui condeſcendit ſalutẽ pſtet. Titulus
in hoc opere ĩcipit Liber gratiæ. Nõ. n.
pceſſerant merita vt dimitterẽtur pec-
cata: ſed dimittũtur præcedẽte gratia.
Penna vel calamus eſt dei digit⁹, id eſt
benignitas ſpiritus ſancti. Hoc calamo
ſcribuntur tabulæ Moyſi. De eodem di
xerunt in Ægypto magi. Hic eſt digit⁹ Exo. 8.
dei. Pergamenum eſt terra, id eſt corda
terrenis deſideriis plena: deſiccata a ſã-
guine & pilis, id eſt a ſupfluitate & car
nalibus deſideriis. Libri materia eſt pœ
nitentia: ſentẽtia, de miſericordia. Intẽ
tio circa cauſam verſatur. ad hoc enim
intendit: vt peccatori miſereatur. Si au
tem cui parti philoſophiæ ſupponatur
quęritur: ethicę ſupponitur. Ethica eſt
moralis ſcientia. In hoc enim libro agiť: F
vt deſtruantur praui mores & boni ſu
peredificentur. Reddit lectorem beni-
uolum, docilem & attentũ. Beniuolum
reddit: dum peccatum dimittit. Red-
dit attentũ: dũ pmittit futurę retribu
tionis pmium. Reddit docilẽ, dum cęle
ſtibus doctrinis inſtruit legentis mẽtẽ.
Vbi ſunt inquit qui te accuſabant? va- Ioan. 8.
de & noli amplius peccare. forſitan qui
te accuſabant, ſicut tu peccaſti ſimili-
ter & ipſi peccant. Omnes enim pecca- Roma. 3
uerunt & egẽt gloria dei. Et exiuit vn⁹
poſt alium: vt ſequerentur præceden-
tem diabolum. De eo enim diciť. Egreſ
ſus eſt Sathan a facie domini. Egreſſus
eſt autem: non vt beatum Iob ſanaret

ſed affligeret. Similiter iſti non ob hoc
venerant vt mulierem in adulterio de
prehenſam liberarent:ſed vt lapidarẽt.
Non eſt autem iuſtitia legis, vt aliquẽ
iudicet,quem proprii delicti conſcien-
Ioan.8. tia remordet. Vade(inquit)& amplius
noli peccare. Vade poſt Chriſtũ nõ poſt
diabolũ:vade in via mandatorũ dei:va
de per ſemitã iuſtitiæ. Noli peccare. Et
ſi quandoq; compellat animum carnis
fragilitas:repugnet voluntas. Hi tres
libri,id eſt liber rationis, correctiõis &
gratiæ:ſcribunt in vno codice. Hic co-
dex eſt diuina ſcriptura:de quo per Ioã
Apo.10. nem in Apocalypſi dicit. Et vidi ange-
lum deſcendentem de cælo: & habebat
in manu ſua librum apertum. Et accepi
librũ de manu angeli & deuoraui illũ:
& erat in ore meo dulcis tanq̃ mel. Et
cũ deuoraſſem librũ:amaricatus eſt vẽ-
ter meus. Vnde beatus Gregorius. Li-
brum deuoramus:cum verba vitę cum
auiditate ſumimus. In quo deuoratio-
nis verbo quid aliud q̃ torpor pigritię
noſtræ reprehẽditur:quia verba domi-
ni atq; myſteria ꝑ noſmetipſos non re-
quirimus,& inuiti dicta ab aliis audi-
G mus. Librũ ergo deuoramus & comedi
mus:dum verba dei legimus. Multi eñ
legunt: & ab ipſa lectione ieiuni ſunt.
Multi vocem prędicationis audiũt:ſed
poſt vocẽ vacui & ieiuni recedũt. Quia
etſi mente intellectũ ſacri eloquii perci
piunt: obliuiſcendo & nõ ſeruãdo quæ
audierint,hæc in cordis viſceribus nõ
reponunt. Legunt aũt & ieiuni a lectio
ne nõ ſunt:qui intelligũt & ſeruãt ea ĩ
quibus laborant. Hi ſanctũ librũ deuo-
rant & comedunt & ieiuni nõ ſunt: qa
p̃cepta vitę q̃ ſenſus capere potuit me-
moria non amiſit. Et ſit qñq; vt tales q
ꝙ ex dono gratiæ cæleſtis etiã verbum
doctrinę ꝑcipiant, atq; de veritatis pa-
bulo qđ ipſi dulciter intrinſecus rumi
nant,& ꝓximos ſuos ſuauiter paſcant.
Et deuoraui illũ:& erat ĩ ore meo dul-
cis tanq̃ mel. Liber q deuorat & come-
ditur:dulcis in ore ſicut mel efficit. In
eius ore ſacra ſcriptura dulcis eſſe dici
tur:cuius vitæ viſcera mandatis illius
replentur.quoniã ei ſuauis eſt ad loq̃n
dũ:cum interius expreſſa fuerit ad ĩue

niendum. Nam ſermonem dei non ha-
bet:quẽ vita reproba & conſcientia re
mordet. Et cũ deuoraſſem librum: ama
ricatus eſt venter meus. Vnde beatus
Gregorius ſuper Ezechielẽ. In ſacro in
quit eloquio nonnunq̃ venter ꝓ mente
poni cõſueuit. Vnde Hieremias dicit.
Ventrem meum doleo. Ventrẽ quippe Hiere.4.
doluit:qui mẽtis afflictionẽ ſenſit. Sed
ſciẽdũ eſt quia cũ ſermo dei in ore cor-
dis dulcis eſſe cœperit: huius ꝓculdu-
bio cõtra ſemetipſm aĩus amareſcit. Sũt H
& alii libri: de quibus Ioannes dicit in
Apocalypſi. Et libri,inquit,aperti ſunt, Apo.20.
& alius liber apertus eſt qui eſt vitę. Et
iudicati ſunt mortui ex iis quę ſcripta
erant in libris ſecũdum opera illorum.
Libri aperti referunt:in quibus manda
ta cęleſtia opere ſuo expſſa cernunt. Et
iudicati ſunt mortui ex iis quę ſcripta
erãt in libris:qm̃ in oſtenſa vita iuſtoꝝ
quaſi expanſione librorum,legunt iniu
ſti bonũ qđ noluerunt facere:atq; dãnã
tur ex eorum cõparatione qui fecerũt.
Et alius liber apertus eſt: qui eſt vitæ.
Vnde beatus Gregorius. Liber vitę eſt
ipſa viſio iudicis aduenientis: in quo q̃
ſi ſcriptum eſt omne mandatum:qa qſ-
quis eum viderit, mox teſte conſciẽtia
quicquid non fecit intelligit. Liber eſſe
dicitur:quia iuſtus ĩ libro diuinę ſapiẽ
tiæ ſtudẽs a vitiis liberat. Dicitur etiã
liber vitę:quia iuſtũ liberat ab æterna
morte, & in futuro remunerat ꝑpetua
libertate. Et quos in præſenti liberat a
culpa:in futuro reddet immunes a pœ I
na. Vnde beatus Iacobꝰ. Sapientia q̃ de Iaco.3.
ſurſum eſt:primũ quidẽ pudica eſt: dei
de pacifica. Pudica,ſicut in paſtorali le
git:qa caſte intelligit. Pacifica vero:qa
ꝑ elationẽ minime ſe a ꝓximi ſui ſocie-
tate diſiungit. Qui igit ſapiẽtiã quę de
ſurſum venit diligit:quaſi in libro vitę
legit. Cũ aũt ad clauſtrũ pfectę beatitu
dinis ꝑuenerit,ĩ eo aſſidue legẽs,in ſciẽ
tia diuinę legis perfectꝰ erit. De hoc li-
bro quidam ſapiens dixit: ꝙ eius origo
ſit æterna,incorruptibilis eſſentia, co-
gnitio vita, ſcriptura indelebilis, in-
ſpectus deſiderabilis, doctrina facilis,
ſcientia dulcis, profunditas inſtructi-
bilis, verba innumerabilia: & tamen



vnũ verbũ oĩa. Huius libri literę ĩ clau
ſtro hũanitatis Chriſti ſunt ſcriptę:ſed
auro diuinitatis illuminatæ. Qui igit
ad inſpectionem illiꝰ libri ꝑueniet:eru-
ditus ſcientia diuinæ legis inæternum
viuet.

¶De pratello quod eſt in medio clauſtri cæleſtis. Cap.XXXIIII.

K VIriditas pratelli quod eſt ĩ me-
dio materialis clauſtri: oculos
clauſtralium reficit,& eos ala-
criores ad legendum reddit. Eſt eñ na-
tura coloris viridis: vt oculos foueat
obtentu ſuæ viſionis. Similiter viridi-
tas pratelli quod eſt in medio cæleſtis
clauſtri:oculos ſupernorum ciuium re
creat, & eos ſemper ſua nouitate cõfor
tat. Amœnitas ſiquidẽ futurę vitę qua
ſi viriditas pratelli: mẽtes ſupernoꝝ ci
uium reficit ſua nouitate. Nihil eñ ibi
vetuſtũ vel tranſitoriũ erit:ſed ſemp in
nouitate ſuę viriditatis abſq; dubio ꝑ-
manebit. Nec in vere creſcet, nec in au
tumno deficiet:nec calore ſiccabit ęſta-
tis,nec marceſcet frigoribꝰ hyemis. Ibi
eñ non erit varietas tẽporis, vbi ſemp
eſt idẽtitas ęternitatis. Vnde beatꝰ Ioã
Apo.10. nes in Apocalypſi dicit:quia tempus iã
nõ erit. Mirũ eſt tñ qđ diximus:qa poſt
reſurrectionẽ nõ erit tẽpus: & niſi hoc
authoritas diceret,animos ſimplicium
forſitan impediret. Et leuauit(inqt Ioã
nes)angelus manũ in cęlũ: & iurauit ꝑ
viuẽtem in ſecula:qa tẽpus iã nõ erit.
Vñ beatus Gregorius moraliũ lib.iiii.
Tempus noſtrę mortalitatis(ĩquit)qñ
ꝙ tranſiturũ eſt vt penitus nõ ſit:ange
lo hoc in ſacro eloquio atteſtante, qui
ait ꝑ viuentem in ſecula: quia tẽpus iã
Pſal.80. nõ erit. Nã etſi ꝓpheta dicit,Erit tem
pus eorũ inętternũ:quia ꝑ momenta tẽ-
pus deficit,noĩe tẽporis,eorũ defectum
vocauit, oſtendens ꝙ ſine fine omni-
modo defectu deficiunt ii qui a viſiõis
intimę cõſolatione ſeparantur. Intelli-
gitur igitur per tempus: mutabilitatis
humanę varius defectus. Nõ infundet
p̃dicta viriditas abũdantia pluuiæ, ſed
infuſione roris, quia non eget prædica
tione,ſed rore diuinæ contemplatiõis.
Vbi eñ vnuſqſq; oĩa ſcientem ſciet:ibi
nemo doctrina prędicationis egebit.

¶De ligno vitę quod eſt in medio cę
I pratelli. Cap.XXXV.
IN medio cęleſtis pratelli(qđ fu L
turę comparauimꝰ amœnitati)
ponitur lignũ vitę: vt vita ſit ĩ
amœnitate. Nõ eſt eñ felix amœnitas:
cũ vita arctat intra mortis metas. Sed
cũ vita ſine morte fuerit,tunc amœni-
tas vitę cũ vita felix erit: ita vt audiat
hõ qđ per ꝓphetã dicit a dño. Lõgitudi Pſal.90.
ne dierũ replebo eũ: & oſtendã illi ſalu
tare meũ. lõgitudo tẽporis eſt ſpatium
æternitatis:Oſtenſio ſalutaris, eſt viſio
ſaluatoris. Hoc autẽ ſalutare eſt lignũ
vitæ. Diuerſa ſunt ligna vitæ, Eſt enim
lignum vitę,arbor quędam materialis:
quæ a principio fuit in medio paradiſi.
Eſt & lignum vitę quaſi arbor quędam
iuſtitia: in medio moralis clauſtri. Eſt
etiam arbor vitæ Chriſtus in medio ec
cleſiæ. Sed in medio clauſtri futurę bea
titudinis:eſt quaſi lignum vitę ſapien-
tia dei patris. Ne primi ligni fructũ tã
geret homo poſt peccatũ,anteq̃ eiectus
eſſet a paradiſo,audiuit a domino:vide Geñ.3.
te ne forte ſumat de ligno vitæ. Arbor
vero iuſtitię quæ eſt lignũ vitæ,ĩ clau-
ſtroanimæ ponitur: vt animi virtutes
in eo delectent. Eſt autem animæ clau-
ſtrũ:cõtẽplationis ſecretũ. Plantat aũt
arbor iuſtitię ĩ terra bonę volũtatis, ra
dicat in ꝓfundo humilitatis, creſcit ꝑ
deſideriũ,expandit ramos per exẽplum,
dat fructũ boni operis,cibat eſuriẽtem
dulcedine cõtẽplationis. De hoc ligno M
per beatum Iob dicit:lignũ habet ſpem. Iob.14.
Si p̃ciſum fuerit rurſum vireſcit: & ra
mi eius pullulãt. Vñ beatus Gregoriꝰ
in moralibus. Ligni nomine aliqñ crux,
aliquãdo vir iuſtus:aliqñ vero incarna
ta dei ſapiẽtia figurat. In ligno ſiquidẽ
crucis habemus ſpem ſalutis. Qđ vero
hic de ligno dicit:iuſtitię cuiuſlibet ho
minis aſſignat. Lignũ.n.habet ſpem: qa
futurę beatitudinis iuſtꝰ expectat retri
butionẽ. Si p̃ciſũ fuerit:rurſũ vireſcit.
Vñ beatꝰ Gregorius. Cũ in morte paſ
ſionis ꝓ veritate iuſtus afficit: in ęter-
nę vitę viriditate recupat. Et q hic vi-
rebat per fidẽ:illic vireſcit per ſpem. Et
rami eius pullulãt:qa plerũq; ex paſſio
ne iuſti,fideles qq; ad amorẽ cęleſtis pa

triæ multiplicantur: & viriditatem vi
tæ ſpiritualis accipiunt , dum hũc pro
deo fortiter egiſſe gratulantur.Ex fru⸗
ctu igitur ligni iuſtitiæ,quod in medio
moralis clauſtri ponitur:anima cũ ſuis
virtutibus ſatiatur.Eſt & lignum vitæ
ſecundum formam humanitatis Chri⸗
ſti in medio eccleſiæ.Hoc autem lignũ
habet ſpem. Sicut enim ſuperius dicit:
incarnata dei ſapientia per illud figura
tur.Hoc igitur lignum habet ſpem: qa
ſi pręciſum fuerit, rurſum vireſcit.quo
niam etſi Chriſtus per paſſionem occi⸗
di potuit:per reſurrectionis gloriã rur
ſus ad vitę viriditatem venit. Huiꝰ ra
mi pullulant:vt ex reſurrectione illius
multiplicati,lõge lateqꝫ fideles creſcãt.
Fructus huius arboris eſt caro Chriſti
& ſanguis.Qui ex hoc fructu ſeipſos ci
bant:æternæ vitę ſalutem abſqꝫ ſcrupu
lo dubitationis expectant. Lignum ve⸗
ro vitæ quod eſt in medio clauſtri futu
ræ beatitudinis,id eſt ſapientia dei pa⸗
tris:fuit ab initio creaturæ cibus ange
lorum.incarnata vero dei ſapientia fa⸗
cta eſt redemptio peccatorũ, & ſalus iu
ſtorum.Sub ramis huius arboris, id eſt
ſub tutela diuinæ protectionis iuſti re
ſident,aſpectu eius delectantur & amœ
nitate gaudent: ſatiãtur fructus dulce
dine,id eſt cõtemplatione. fructus eius
ſalutem conſeruat & vitam pſtat. Hoc
eſt igitur lignum vitæ: quia vitã cuſto
dit incolumem ſine fine.

## ¶De ſilentio cæleſtis clauſtri. Cap.XXXVI.

N A Quibuſdam quæritur:vtrum ĩ cę
leſti clauſtro ſilentium ad horam
vel continuum teneatur.Sed nihil nos
prohibet aliquid de ſilentio præmitte⸗
re : quod neſciẽtes authoritas docet &
elucidat.Ait enim Ioannes in Apocaly
Apo.8. pſi.Factum eſt ſilentiũ in cęlo quaſi me
dia hora. Vnde beatus Gregorius.Ni⸗
hil prodeſt ſolitudo corporis: ſi ſolitu⸗
do defuerit cordis . Qui enim corpore
remotus viuit, ſed tumultibus conuer
ſationis humanæ & terrenorum deſide
riorũ ſe inſeruerit ſeu implicuerit:non
eſt in ſolitudine. Si vero aliquis corpo
raliter popularibus turmis pmatur, &
tamen nullos curarũ ſeculariũ tumul⸗
tus in corde patiatur : non eſt in vrbe.
De hoc ſecreto cordis dictũ eſt:Factum
eſt ſilentium in cælo quaſi media hora.
Cęlum quippe eſt anima iuſti. Anima ſi
quidẽ iuſti dum ad æterna & ſublimia
per ſubleuationem contemplationis in
tendit,ſurgentes ab infimis cogitatio⸗
num tumultus premit : & intra ſe deo
quoddam ſilentium facit.Sed quia hoc
ſilentium cõtemplationis & hęc quies
mentis in hac vita non poteſt eſſe per⸗
fecta:nequaq̃ hora integra factũ in cæ⸗
lo dicitur ſilentium,ſed quaſi media,vt
nec media plene ſentiatur, cum pręmit
titur quaſi.quia mox vt ſe animus ſub
leuare cœperit & quietis intimę lumi⸗
ne perfundi:redeunte motu cogitatio⸗
num ſtupidus de ſemetipſo confundit,
& confuſus cęcatur.Bene ergo factum
hoc ſilentium non integra ſed dimidia
hora deſcribitur:quoniam hęc contem
platio nequaq̃ perficitur q̃uis ardenter
inchoetur.Poteſt & hæc authoritas ali O
ter exponi: vt angelis in cælo ſilẽtium
obœdientiæ factum ante ruinã diaboli
poſſit aſſignari.Multitudo ſiquidẽ an⸗
gelorum ante caſum ſiluit:q̃diu volun
tati ſui creatoris humiliter obœdiuit.
Sed diabolus ſilentium rupit,locutꝰ eſt
ſuperbiã:& in hæc verba prorupit.Po⸗ Eſa.14.
nam ſedem meam ad aquilonem,& ero
ſimilis altiſſimo. Hoc autem ſilentium
in cælo quaſi media hora permanſiſſe di
citur:quia nõ diu poſt creationem ſuã
illud diabolus tenuiſſe perhibetur. Si⸗
militer ſicut Lucifer in cælo: ſic quidã
fratres ſe habent in materiali clauſtro.
Obœdientię ſiquidem ſilentium tenẽt:
ſed ſicut Lucifer , nobilitate generis &
ſcientiæ claritate lucent:& qui cęteros
fratres humilitate pcedere debuiſſent,
ſimplicioribus fratribus exemplum per
uerſitatis præbẽt.Magiſtris æquales vi
deri volũt: ſimpliciores fratres ſibi ver
bis ſeductoriis alliciunt. Et ſicut Luci⸗
fer q̃ſi fulgur de cęlo cecidit,ſic a ſubli
mitate ſui ordinis vnuſquiſqꝫ ſuperbe
cadit.Ira ſuccenſi,tonantes verbis, cho
ruſcationum pmittentes minas:a clau
ſtro quaſi a cælo recedunt,& alios ſecũ
trahunt.Cum ſecularibus habitant,ſe⸗
ipſos excuſant.ad hoc etiam laborant



vt ſicut diabolus homines ſeducit : ſic
& eos cũ quibus morantur ſua perſua
ſione peruerſos reddant.Obœdientiam
quã diabolus primo homini pcepit ſer
uant:a laude dei & pręceptis eius ino⸗
bœdientes vacant. Sub ſilentio igitur
inobœdientiæ quiete degunt:quia ne⸗
minẽ reprehendũt,& ipſi a nemine re⸗
prehendi volunt.De hoc quieto ſilẽtio
Sap.18. in libro ſapientię dicitur.Cum ſilentiũ
quietũ tenerẽt oĩa,& nox in ſuo cur⸗
ſu mediũ iter haberet: omnipotẽs ſer⸗
mo tuus exiliens de cęlo a regalibus ſe
dibus,durus debellator in mediã exter
P minii terrã proſiliuit.Tria ſunt ſilẽtia.
Primũ ſilentiũ fuit angelis in cęlis:an⸗
te diaboli caſum . Secundũ fuit in ter⸗
ra hoĩbus:poſt primi parentis lapſum.
Tertium erit in cælo poſt reſurrectio⸗
nẽ:qđ nunq̃ habebit finem.Primũ fuit
ſolis angelis: Secundũ ſolis hominibꝰ:
Tertiũ erit angelis & hominibus.Secũ
dũ ſilentiũ fuit ab Adam vſqꝫ ad Chri
ſtũ.Interim tamẽ lex ſubintrauit, quæ
dam pmiſit: ſed in pmiſſione tandẽ de
fecit.Ideo homo conſiderans p legẽ ne⸗
minẽ iuſtificari poſſe:ſiluit.Cũ ergo qe
tum ſilentiũ tenerent omnia.vere oĩa:
quia & ea quę ante legẽ fuerãt, & quæ
ſub lege erant.Illa.n.in petitione deſpe
rabant:iſta in pmiſſione defecerãt.Mi⸗
rũ eſt tamen ꝙ hoc ſilentiũ quietũ fuiſ
ſe dicitur:cum ſub dominio diaboli te
neretur: niſi forſitan aliquis dicat ꝙ il
le rem aliquam quiete poſſidet:q abſqꝫ
cõtradictione eam tenet. Quietũ ſiqui
dem ſilentium eſſe dicitur: qđ nullo p
hibente poſſidetur.Et nox in ſuo cur⸗
ſu medium iter haberet.Nox,id eſt pec
catum a diabolo cœpit : & deſcendens
ad primũ hominem,per ſingulos actua
liter cucurrit. Mediũ(inquit)iter ha⸗
beret.Eſt eñ iter ſurſum:& eſt iter de⸗
orſum.Surſum ad cęlos:deorſum ad in
feros.Iter vero medium: eſt præſentis
vitę ſpatium.Tũc vero nox in ſuo cur
ſu mediũ iter tenebat:qa ſuum erat, &
nemo ad cælos aſcendere poterat : ſed
oẽs tã iuſtos q̃ iniuſtos mors ſecũ tra⸗
hebat ad infernũ. Cũ ergo mors oẽs
ſecũ ad inferos raperet,& peccatũ omĩ
ſpe remota ad ſummũ perueniret:tunc
omnipotens ſermõ exiliẽs de cælo a re
galibus ſedibus venit,ſilentium rupit:
oſtendit reuertendi viã p quã ipſe ve⸗
nerat,ſcilicet patris obœdientiã. Vt q
per inobœdiẽtiã a via veritatis exorbi
tauerat:per viã obœdientię Chriſtũ ſe
quens ſalutẽ quęrat.fecit qđ docuit:qa
durus debellator in mediã exterminii
terrã pſiliuit. Durus inquã : qa pꝑter
verba labiorũ tuorũ ego cuſtodiui vi⸗ Pſal.16.
as duras.Per afflictionẽ ſiquidẽ carnis,
p effuſionẽ ſanguinis debellauit diabo
lum: eripuit genus humanũ. & hoc in
mediã exterminii terrã.Terra extermi
nii dicitur:qa p paſſionẽ Chriſti diabo
lus eiectus a fideliũ cordibus extermi
nať.Rex.n.noſter operatus eſt ſalutẽ in Pſal. 73.
medio terrę.Rex erat & a regalibus ſe
dibus venerat: & cum ad cælos rediit,
quos a ſeruitute diaboli liberauerat,
ad cõregnandũ ſecũ in cæleſtibus ſede
re fecit. Cũ ergo homo ad illud beatũ
ſilentium futurę beatitudinis peruene
rit:qđ petat vlterius non habebit.Tũc
eñ ſilebit iniquitas,abundabit caritas:
nec quicq̃ ibi deficiet, vbi vnuſquiſqꝫ
omnia habentẽ in ſe habebit.Tunc eñ 1.Cor.15.
erit deus omnia in omnibus.

## ¶Qꝫ angeli & animę ſanctorũ loquantur ad deum. Cap.XXXVII.

VTrum in clauſtro futurę beati Q
tudinis alicui loq liceat: place
ret forſitan tibi frater audire
quid authoritas inde dicat. Vnde bea
tus Gregorius in moraliũ libro ſecun
do. Sciẽdũ eſt quoniam incorporea na
tura cũ loqui dicit:eius locutio nequa
q̃ vna eadẽqꝫ qualitate formatur. Ali⸗
ter eñ loquit deꝰ ad angelos, aliter an
geli ad deũ:aliter deus ad ſanctorũ ani
mas,aliter ſanctorũ animę ad deũ. Nã
qa naturę ſpirituali ex corporea oppo
ſitione nil obſtat:loquit deus ad ange⸗
los ſanctos eo ipſo quo cordibus eorũ
occulta ſua & inuiſibilia oſtẽdit:vt qc
qd agere debeãt,in ipſa cõtemplatione
veritatis legãt:& velut quędam præce
pta ſint vocis,ipſa gaudia cõtemplatio
nis. Quaſi eñ audientibus dicitur,qđ
videntibus inſpirať. vnde cum eorum
cordibus contra humanam ſuperbiam
animaduerſionem vltionis deus infun

Geñ.II. deret:dixit. Venite deſcendamus & cõ
fundamꝰ linguas eorũ. Dicitur eis qui
adhęrent, venite. qa nimirũ hoc ipſum
nunq̃ a diuina contẽplatione decreſce
re, in diuina cõtẽplatiõe ſemper accre-
ſcere eſt: & nũq̃ corde recedere, eſt qua
ſi quodã ſtabili motu ſemp venire. Qui
bus etiam dicit: Deſcẽdamus & cõfun
damus linguas eorum. Aſcendũt ange
li in eo ꝙ creatorem conſpiciunt: deſcẽ
dunt angeli in eo ꝙ creaturam ſeſe in
illicitis erigentẽ examine diſtrictionis
premũt. Dicere igitur dei, deſcendamꝰ
& confundamus linguas eorũ, eſt in ſe
ipſo eis hoc qđ recte agiť oſtendere: &
ꝑ vim internę viſionis eorũ mentibus
exhibenda iudicia motibus occultis in
ſpirare. Sed & angeli ad deum loquun
tur: ſicut ꝑ Ioannẽ in Apocalypſi diciť.
Apo.5. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt acci-
pere virtutem & diuinitatem. Vox. n.
angelorum in laude conditoris: eſt ipſa
admiratio intimę contemplationis. Mi
racula diuinę virtutis obſtupuiſſe, di-
xiſſe eſt: quoniã excitatus cũ reueren-
tia motus cordis, magnus eſt ad aures
incircunſcripti ſpiritus clamor vocis.
Quę vox ſe quaſi ꝑ diſtincta verba ex-
plicat: dũ ſe per innumeros modos ad-
miratiõis format. Deus igiť angelis lo
quiť: dũ eis volũtas eius intima viden
do manifeſtať. Angeli vero loquunť do
mino, cum ꝑ hoc ꝙ ſuper ſemetipſos
reſpiciũt, in motũ admiratiõis ſurgũt.
¶Qꝫ deus ad ſanctorum animas loqua
tur. Cap. XXXVIII.
R DEus ad ſanctorũ aĩas loquiť: &
ſanctorũ aĩæ ad deũ loquunť.
Apo.6. Vñ in Apocalypſi Ioãnis diciť.
Vidi ſub altare dei aĩas interfectorum
ꝓpter verbũ dei: & clamabant voce ma
gna dicẽtes. Vſquequo dñe nõ iudicas
& vindicas ſanguinẽ noſtrũ de iis qui
Grego. habitant in terra? Vñ beatꝰ Gregoriꝰ.
Quid eſt aĩas vindictę petitionẽ dice-
re: niſi diem extremi iudicii & reſurre
ctionem extinctorũ corporũ deſidera-
re? Magnꝰ quippe clamor earũ magnũ
eſt deſideriũ. Tanto enim quiſq; minus
clamat: quãto minus deſiderat. Et tan
to maiorẽ vocẽ in aures incircũſcripti
ſpũs exprimit: quãto ſe in eius deſide-
rium plenius fundit. Aĩarũ igiť verba:
ipſa ſunt deſideria. Nã ſi deſideriũ ſer-
mo non eſſet: ꝓpheta non diceret. Deſi Pſal.9.
derium cordis eorũ audiuit auris tua.
Sed quomõ dicunť petere: quas & volũ
tatẽ dei certũ eſt & ea quę futura ſunt
non ignorare? De ipſo ergo bibunt: qđ
ab ipſo ſitiunt. Diſcordarent igiť a vo
luntate cõditoris: ſi quę eũ vident vel
le, nõ peterẽt: eiq; minꝰ inhęrerẽt, ſi vo
lentẽ dare, deſiderio pigriori pulſarẽt.
Sed & deus ad ſanctorũ animas loqui-
tur: ſicut eis reſurrectionẽ corporꝫ ſuo
rũ deſiderantibus, ꝑ reſpõſum diuinũ
diciť. Requieſcite tẽpus adhuc modi- Apo. 6.
cũ: donec cõpleať numerus conſeruorꝫ
& fratrũ veſtrorũ. Deſiderantibus ani-
mabus, requieſcite adhuc modicum, di
cere: eſt inter ardorem deſiderii ex ipſa
pręſcientia ſolatiũ cõſolationis aſpira
re: vt & animarũ vox ſit hoc ꝙ aman-
tes deſiderant: & reſpondentis dei ſer-
mo ſit hoc, ꝙ eas retributionis certi-
tudine inter deſideria cõfirmat. Reſpõ
dere ergo eius, vt collectionẽ fratrum
expectare debeant: eſt eorum mentibus
libenter expectãdi moras infundere: vt
cum carnis reſurrectionẽ appetunt, ex
colligendorum fratrum augmẽto gra
tulentur.
¶Qꝫ poſt reſurrectionem hominibꝰ lo
quatur deus. Cap. XXXIX.
AVthoritate perhibente comperi: S
qualiter ad angelos & ad animas
ſanctorũ deus conſueuit loqui. Adhuc
vero ſcire deſidero, quomodo poſt re-
ſurrectionem hominibꝰ loqui debeat:
vt quod propoſui ſcribere, authorita-
ti nõ cõtradicat. vnde beatꝰ Gregoriꝰ. Grego.
Cum nobis poſt reſurrectionẽ oſtende
tur dñs ꝑ ſpeciẽ: tunc ſemetipſum quo
modo omnibus creaturis p̃ſit nobis in
ſinuabit: tunc deterſa noſtrę mẽtis ca-
ligine, clara ſe viſione manifeſtabit: &
tũc implebiť qđ in euãgelio veritas di
cit. Venit hora cũ iã nõ in ꝓuerbiis lo Ioan.16.
quar vobis: ſed palã de patre annũcia-
bo vobis. Filiꝰ. n. de patre palã annũci-
at: qa ꝑ hoc ꝙ verbũ eſt ex natura diui
nitatis nos illuſtrat. Palam itaq; de pa
tre annũciare ſe aſſerit: qa ꝑ patefactã
tũc maieſtatis ſuę ſpeciẽ, & quõ ipſe gi



gnẽti nõ ĩpar oriať, & quõ vtrorũq; ſpi
ritus vtriq; coęternꝰ ꝓcedat, oſtendit.
Aperte nãq; tũc videbimꝰ quõ hoc qđ
oriendo ab alio eſt: ei de quo oriť, ſubſe
quẽs non eſt: quõ is q ꝓceſſione ꝓduci
tur, a ꝓferẽtibus nõ præiť. Aperte tũc
videbimꝰ: quõ & vnũ diuiſibiliter tria
ſunt, & ĩdiuiſibiliter tria vnũ. Apparẽ-
te igiť in iudicio retributore operũ, iã
verba ceſſabũt exhortationũ. & nos an
guſtias vitę præſentis euadẽtes: in illa
quoq; ſuſcepti cõtẽplatione gaudiorũ,
iã nullatenus indigebimus audire ver
ba doctorum.
¶Qualia futura ſint humana corpora
poſt reſurrectionem. Cap. XL.
T CVm de q̃litate corporũ q̃lia ꝑ
reſurrectionẽ ſint q̃riť: nõ ego
ſed beatꝰ Gregoriꝰ audiať. Re
dẽptor noſter inq̃t reſurrectionẽ quã
in ſe oſtẽdit, nobis ꝓmiſit: & qa mẽbra
ſui ſequunť gloriã capitis, eam in fine
mũdi facturus eſt in nobis. Sed ecce re
ſurrectionẽ audio: effectũ tñ eiuſdẽ re-
ſurrectionis exq̃ro. Credo nãq; qa reſur
recturus ſum: ſed volo vt ſciam qualis.
Sciendũ mihi quippe eſt vtrũ in quodã
alio ſubtili forſitan vel aereo: an in eo
quo moriar corpore reſurgã. Sed ſi in
aereo corpore reſurrexero: iã ego non
ero qui reſurgo. Nã quomodo vera eſt
reſurrectio: ſi vera nõ potuiť eſſe caro?
Aperta igiť ratio ſuggerit, ꝙ ſi vera ca
ro nõ fuerit, proculdubio reſurrectio
vera nõ erit. Hæc eñ recte reſurrectio
nõ poteſt dici: vbi non reſurgit qđ ceci
dit. Credendũ eſt igiť: qa nequaq̃ cor-
pus noſtrũ in illa reſurrectionis gloria
erit impalpabile, vẽtis ſubtiliꝰ vel aere.
Erit. n. ſubtile qdẽ ꝑ effectũ ſpũalis po-
tentię: ſed palpabile ꝑ veritatẽ naturę.
In illa ergo cęleſtis regni gloria caro ſe
cũdũ naturã erit, & ſecũdũ paſſionis de
ſideria non erit: qa deuicto mortis acu
leo, in ęterna ĩcorruptiõe regnabit. Cre
dimꝰ igiť & fatemur carnẽ noſtrã poſt
reſurrectionẽ futurã & eãdẽ & diuer-
ſam: eãdẽ ꝑ naturã, diuerſam ꝑ gloriã:
eãdẽ ꝑ veritatẽ, diuerſã ꝑ potẽtiã. Erit
itaq; ſubtilis, quia incorruptibilis: erit
palpabilis, quia non amittet eſſentiam
naturæ veracis.
¶In quibus locis ſint aĩæ iuſtorũ ante
reſurrectionem. Cap. XLI.
QVoniã qdẽ ſimpliciores fratres V
de aĩabus ante reſurrectionẽ q-
bus ĩ locis ſint dubitãt: ideo vo
lumus vt de eis diuinę ſcripturæ ver-
bis certiores fiãt. Ait. n. beatus Grego
rius moraliũ libro octauo. Cum ſanctꝰ
ſeu malignꝰ ſpũs aliquo moriẽte egre
dientẽ animã a clauſtro carnis accepe-
rit: in ęternũ ſecũ ſine vlla mutatiõe re
tinebit: vt nec exaltata ad ſuppliciũ ꝓ
ruat: nec ęternis merſa ſuppliciis, vltra
ad remediũ ereptiõis aſcẽdat. Nequaq̃
eñ miſericordia redẽptoris poſt mor-
tẽ liberat: quẽ ante mortẽ gr̃a ad veniã
nõ reformat. Itẽ moraliũ libro quarto.
Electi dei & ꝑfecti viri poſtq̃ de corpo-
ribus trãſeũt: nequaq̃ ꝑ morarũ ſpatia
(ſicut antiq patres) a patrię cęleſtis ꝑ-
ceptione differunť. Mox qppe vt a col-
ligatione carnis exeunt: in cæleſti ſede
requieſcũt. Hoc aũt qđ in quarto dia-
logi libro diciť, ꝙ ante reſtitutionẽ cor
porũ in cęlo recipiantur aĩę iuſtorum:
hoc neq; de oĩbꝰ iuſtis fateri poſſumꝰ,
neq; de oĩbꝰ negare. Nã ſunt quorũdã
aĩæ iuſtorũ: quę q̃buſdã adhuc mãſio-
nibus a cęleſti regno differunť. In quo
dilationis damno qd aliud innuiť: niſi
ꝙ de ꝑfecta iuſtitia aliquid minus ha
buerunt? Et tamen luce clarius cõſtat:
ꝙ perfectorum iuſtorum animæ mox
vt huius clauſtra carnis exeunt, cæle-
ſtibus ſedibus recipiuntur. Hoc autem
ipſis iuſtis pro retributione ſuæ iuſti-
tiæ creſcet in die iudicii: ꝙ nunc ani-
marum ſola, poſtmodum vero etiam
corporum beatitudine perfruentur. vt
in ipſa quoq; carne gaudeãt: in qua do
lores cruciatuſq; pro domino ꝑtule-
runt. Præterea ſciendum eſt quoniam
etſi baptiſatos omnes infantes atq; in
eadem infantia morientes ingredi re-
gnum cæleſte credendum eſt: omnes ta
men paruulos (qui ſcilicet iam loqui
poſſunt) regna cæleſtia ingredi, creden
dum non eſt: quia nonnullis paruulis
eiuſdem regni cæleſtis aditus a paren
tibus clauditur, ſi male nutriantur.
¶De ſummo abbate, id eſt deo omni-
potente. Cap. XLII.

X Ro.8. Reator oĩm deꝰ pater oĩpotẽs, in quo clamamus abba pater: q oĩa operat̃ q̃etus, nec tñ anguſtat̃ interꝰ: ſic exteriora circũdat vt interiora impleat, ſic interiora implet vt exteriora circũdet: Sic ſumma regit vt ima nõ deſerat: ſic imis p̄ſens eſt vt a ſuperioribus nõ recedat. Sic latet in ſua ſpecie vt tñ cognoſcat̃ in opatione: ſic in ſuo cognoſcit̃ opere, vt tñ cõprehendi nõ valeat cognoſcẽtis eſtimatione. ſic adeſt vt videri nequeat: ſic videri nõ valet, vt tñ eiꝰ p̄ſentiã ipſa ſua iudicia teſtent̃. Sic ſe intelligendum præbet, vt tñ ipſum nobis radiũ ſui intellectus obnubilet: & rurſum nos caligine ignorãtię ſic reprimit, vt tñ noſtrę mẽti radios ſuę claritatis ĩtermiſceat: quatinus & ſubleuata quippiã videat, & reuerberata cõtremiſcat: & qa eũ ſicuti eſt videre nõ poteſt, aliq̃n vidẽdo cognoſcat. Sũt aũt in eccleſiis quidã planti: q licet diuerſis operibꝰ ſint intẽti, tñ operant̃ quieti. Interiora domꝰ ſuę implent doctrina: exteriora vero circũdãt prouidẽtia: nec tñ ſic doctrinę ſtudent, vt a prouidentia ceſſent: nec ſic curis exterioribus inhiant, vt a ſp̃uali doctrina refrigeſcant. Sũma regũt: & tamen ima nõ deſerũt. Illa cũ poteſtate, iſta cũ humilitate. Nõ eñ a ſapiẽtibꝰ recedũt: ſed tñ ſimplicioribꝰ fratribus cõdeſcẽdunt. Sic latent fratribus in ſua voluntate: vt tñ aliquãdo cognoſcant̃ in operatione. Sic cognoſcunt̃ in ſuo ope: vt vix reprehẽdi poſſint cognoſcẽtis eſtimatione. Sic aſſunt q̃nq; vt videri nequeant: qa q̃uis remoti ſint corpore, aſſunt tñ ſollicita circũſpectiõe. Sic ſe intelligẽdos p̄bẽt cęteris: vt vix intelligi valeãt etiã a diſcretis. Nec tñ ſic ſecretũ mẽtis obnubilant: quin p tẽpore & loco quibus cõgruũ viderint illud dicãt. Et qa ſummo abbati toto affectu mẽtis inhærẽt: adhuc in terris poſiti, formã ſummi abbatis tenẽt. A ꝓpoſito ſuo flecti nequeũt, & eos q ſub ipſis ſũt ꝓpoſita ſua tenere cogũt: alios rep̄hendũt, & ab iis rep̄hẽdi volũt. Nihil. n. in ſe habere deſiderãt: qd oculis hoĩm & oculis diuinę maieſtatis nõ oſtẽdãt. Et
Matt. 5. qa ſcriptũ reperiũt, Beati mũdo corde q̃m ipſi deũ videbũt: ideo vt deũ in futuro videãt, oculum cordis a puluere terrenę vanitatis mũdãt. In futura ſiq̃dẽ vita deꝰ videbit̃ ab iis quorũ oculi mẽtis a vitiis purgant̃. Vñ beatꝰ Gregoriꝰ. Videbimꝰ inq̃t deũ ipſum, q erit nr̃i laboris p̄miũ, vt poſt huiꝰ tenebras mortalitatis gaudeamꝰ luce diuinę cõtẽplationis. Quę nimirũ viſio fide nũc inchoat̃, ſed tũc in ſpecie pficiet̃: q̃n coęternã dei ſapiẽtiã, quã mõ p ora p̄dicãtiũ q̃ſi p decurrẽtia flumina ſumimꝰ, in ipſo ſuo fonte bibemꝰ. In libro etiã dialogi ſcriptũ reperi: ꝙ ſicut mali malos in ſupplicio, ſic boni bonos cognoſcẽt in regno. In qua videlicet cognitione vtriuſq; partis cumulus excreſcit retributiõis: vt & boni ampliꝰ gaudeãt, q ſecũ eos lętari cõſpiciũt quos amauerãt: & mali dũ cũ eis torquent̃ quos in hoc ſeculo dilexerũt deſpecto deo, eos nõ ſolũ ſua, ſed etiã illorũ cõſumat pœna. Fit aũt quiddã mirabilius in electis qa nõ ſolũ eos quos ĩ hoc cognouerũt mũdo agnoſcũt: ſed velut viſos ac cognitos recognoſcũt bonos, quos nunq̃ viderunt. Quia. n. illic oẽs cõmuni claritate deũ cõſpiciũt: nõ eſt qd ibi neſciant vbi ſcientẽ oĩa ſciũt. Tũc. n. in clauſtro p̄fectę beatitudinis angelis & hoĩbus deꝰ pręerit, q̃bus nihil deeſſe poterit, q̃m abbatis more, dei ſapiẽtia om̃ia oĩbꝰ ꝓuidebit. Ibi nullus in ſuo ordine deficiet: qa ĩ libro diuinę ſapiẽtię ĩ quo ſcriptꝰ eſt ordo naturę, vnuſq̃ſq; leget.

¶De priore qui p̄ceſſit nos ad labores & deducit ad requiem. Cap. XLIII.

Y Icut ſapiens verbis innoteſcit paucis, & iterũ ſicut ſapiẽti ſat dictũ eſt, q̃n aliq̃s ei pauca de mẽtis refert: ſic q̃n aliq̃s ſimplicibꝰ loq̃t̃, oportet vt eis diffuſiꝰ & verbis planioribꝰ loq̃t̃. Iõ tractatũ lõgius extẽdi: q̃m ſimplicioribꝰ fratribꝰ intẽdebã loq. Priuſq̃ tñ huic operi finẽ ĩponã: de inuẽtore nr̃i ordinis ſimplicioribꝰ fratribꝰ aliquid in tranſitu dicã. Inuẽtor ſiq̃dẽ noſtri ordinis miſſus fuit a clauſtro ſummi abbatis: a ſinu videlicet dei patris. Venit in hũc mũdũ: induit humilitatis habitũ. Induit veſtẽ carnis: vocauit peccatores ad clauſtrũ p̄fectę religiõis.



Prę̃miſit gratiã, ꝓpoſuit miſericordiã, p̄miſit veniã. Collegit cõuentũ, cõſtituit numerũ: duodecim. ſ. ap̃los, & diſcipulos cõplures quaſi cõuerſos. Cõſtruxit eccleſiã p totũ orbẽ terrarum diffuſam: ꝓpoſuit cõmunẽ vitã ſecundũ regulã ſub ſanctis apoſtolis cõſtitutã. Sicut prior ad laborẽ cęteros pręcedit, & eos poſt laborẽ ad quietẽ clauſtri reducit: ſic Chriſtus poſt huius mundi laborem, ſuos deducet ad requiẽ: poſt laborẽ. ſ. mũdanę tribulationis ad requiem diuinę contẽplationis. Duodecim autẽ apoſtoli, quos recẽſebo vt eos poſſimꝰ
Matt. x. ſaltẽ in aliquo ſequi, hi ſunt: Petrꝰ, Andreas, Iacobus, Ioannes, Thomas, Iacobus, Philippus, Bartholomeus, Matthęus, Simon, Iudas, & Iudas ſcariothes. Petrus agnoſcẽs, Andreas virilis, Iacobus luctator, Ioãnes gratia, Thomas geminus, Iacobus ſupplãtator, Philippus os lãpadis, Bartholomeus filiꝰ ſuſpẽdẽtis aquas, Mattheus donatꝰ, Simõ obœdiens, Iudas laudans vel cõfitẽs interpretat̃.
Z Qui igit̃ bonitatẽ dei ſicut Petrus agnoſcũt, ſicut Andreas viriliter agũt, ſicut Iacobus luctantur cõtra vitia: adiuuante Ioãnis gratia, ſicut Thomas etſi aliq̃n dubitãt, poſtea tñ cõuertunt̃ vt credãt: ſicut Iacobus vitia ſupplantant, ſicut Philippus apto ore deũ p̄dicãt, ſicut Bartholomeus aquas ſuſpendũt, qa populos in lapſu mũdi poſitos a terrenis ſuſtollunt: ſicut Matthęꝰ oĩbꝰ quę poſſidẽt renũciãt & ſeipſos donãt, ſicut Simon deo obœdiũt, & ſicut Iudas cõfitent̃ pctã ſua, & diuinis laudibus incũbũt. ii a deo nõ recedũt: nec ſicut Iudas ſcariothes loculos portant & locũ mutãt, oſculo magiſtros tradũt dũ illis inſidiãtes detrahũt. Qui tales ſunt: a deo recedũt. Qui aũt in tribulationibus cũ Chriſto p̄manſerint: in futuro, cęleſtis g̃lię participes erũt. Et q ſecuti ſunt eũ ad laborẽ: ſequent̃ ad requiẽ. Cũ ipſo erũt ĩ clauſtro p̄fectę beatitudinis: & fruent̃ dulcedine diuinæ cõtẽplationis. In libro vitę legẽt: floribus amœnitatis ꝑpetuæ delectati. Sub vmbra ligni vitę, quaſi ſub vmbra diuinę ꝓtectionis q̃ſcent. Hęc requies mea
Pſal. 131. in ſeculũ ſeculi: hic habitabo q̃m elegi eã. Ibi video deũ Saluatorẽ meũ. Scio Iob. 19.
enim ꝙ redemptor meꝰ viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturꝰ ſum: & rurſum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo deum ſaluatorẽ meum. Non dixit creatorẽ ſed redẽptorẽ. Qui eñ oĩa creauit: de captiuitate nr̃a, ſua nos paſſione redemit. Et q inter impiorũ manꝰ occubuit: in cęlo viuit. In nouiſſimo igitur die reſurgã: vt in carne mea verus hõ verũ hoĩem deũ videã. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Vnde beatus Gregorius. Nihil certius nos habere credimꝰ: q̃ qd in ſinu tenemus. In ſinu ergo ſpem repoſitam tenuit: q vera certitudine de ſpe reſurrectionis p̄ſumpſit. Laudabo igit̃ deũ in Pſal. 145.
vita mea: vt poſſim eũ laudare in futura vita. Laudabo deum in ope humanę creationis, & poſt lapſum humani generis laudabo eũ de miſericordia reparationis: laudabo etiam pro bono futurę reſurrectionis. Sed adhuc adiiciã ſu Pſal. 70.
per oẽm laudẽ iſtã. Poſt primã eñ creationẽ & peccare & mori homo potuit: poſt reparationẽ peccare & mori non deſiit, ſed poſt reſurrectionẽ & mori & peccare ceſſabit. Et hæc laus eſt ſuper oẽm laudẽ: qa nõ impediet̃ aliquo caſu nec habebit̃ finẽ. Mirabilis ergo deꝰ in Pſal. 67.
ſanctis ſuis: deus Iſrael ipſe dabit virtutẽ & fortitudinẽ plebi ſuę, benedictꝰ deꝰ. In p̄ſenti mirabilis in ſanctis ſuis in miraculis faciẽdis: ĩ futuro admirabilis in bonis remunerãdis. Ipſe dat in p̄ſenti plebi ſuę adhuc ĩ fide firmã virtutẽ, patiẽtię fortitudinẽ: ĩ futuro aũt dabit virtutẽ incorruptionis, fortitudinẽ ĩmortalitatis: quam nobis largiat̃ b̄ndictꝰ p omnia ſecula deus. Amen.

¶Hęc ſunt q̃ de clauſtro aĩæ, ſub noĩe M. Hugonis a ſancto Victore ĩpreſſa cõperimꝰ: qa tñ a phraſi eiꝰ & a ꝓfeſſione nõnihil diſſidẽt, potiꝰ accedã illis, qui Hugonis a Folicto eſſe cẽſent. is. n. a regula canonica diui Auguſtini ad arctiorẽ diui B̄ndicti trãſcripſit: vñ vtriuſq; inſtitutiõis paſſim meminit. in vetuſto aũt exẽplari Hugoni priori canonicorũ S. Laurẽtii in pago Ambianẽſi aſcripta legi: quocirca mihi quidẽ adhuc ſub iudice lis eſt.

# M·HVGO

nis de San. Victore de Anima & eiꝰ ad
ſui & ad dei cognitionem, & ad veram
pietatẽ inſtitutiõe, Libri quatuor. Quo
rum primus & tertiꝰ ob ſummũ in eis
rutilantẽ pię deuotionis affectum, ſub
meditationum & de interiori domo ti
tulis, deuoto doctori beato Bernardo
Claręuallenſi adſcripti ſunt. Secũdũ ve
ro tũ ꝓpter differendi ſubtilitatẽ, tũ ꝓ
pter dicendi grauitatẽ, beati Auguſti-
ni opera ſibi perperã vindicarunt. nam
& Hugo noſter ſępe nõ minus profun-
de loquitur, & ad Auguſtini patris ſui
ſtylũ q̃ proxime accedit: & qđ maioris
eſt argumenti: in eo citat̃ Boetius præ
ter Auguſtini morẽ, & cõtra tempora.
Quartũ ſoli Hugoni cõperi adſcriptũ:
immo omnes quatuor ſub nomine Hu
gonis noſtri in vetuſto codice conſcri
ptos. quocirca tametſi ĩ ſtylo varii ſũt,
& ab Hugonis phraſi diſcrepantes, ſub
eiuſdem curauimus nomine emitten-
dos: citra tamen aſſertionis pertinaciã.
Eorũ aũt primi hęc ſunt Capita.


In quibus animæ potentiis imago dei reſplendeat. Cap. I.
De miſeria hominis, & conſideratione extremi iudicii. Cap. II.
De dignitate animæ & vilitate corporis. Cap. III.
De pręmio cęleſtis patriæ. Cap. IIII.
Quãtũ valeat abiectio proprię & volũtatis & ęſtimationis. Cap. V.
De quotidiana ſui examinatiõe & mutua cõprecatione faciẽda. Cap. VI.
De attentione, orationis tempore habenda. Cap. VII.
De conſideratione mortis. Cap. VIII.
De inattẽtionis graui periculo. Ca. IX.
De inſtabilitate cordis humani. Ca. X.
De capitulari proclamatione patiẽter toleranda. Cap. XI.
De graui periculo omittẽtis correctionẽ fraternã, & odiẽtis correctionem ſui: & de variis animę infirmitatibꝰ, quas ad eruditionem aliorum confitetur. Cap. XII.
De negligẽti ſuiipſius examinatione. Cap. XIII.
Qꝫ opera & cõſcientia hominis hominẽ ſemper & quocũq; ierit ſequuntur. Cap. XIIII.
De tribus inimicis hominis. Ca. XV.
De ſuggeſtionibus trium dictorum inimicorum. Cap. XVI.
Deprecatio contra dictos tres hoſtes, & exhortatio ad virtutẽ capeſſendã: & de magnitudine beatitudinis æternę. Cap. XVII.
De breuitate vitæ humanæ, & veteris hoĩs noſtri rebellione. Cap. XVIII.


¶ Sequit̃ Eiuſdẽ in Primũ de ani
ma Librum, Prologus.

MVLti multa ſci A
unt & ſeipſos
neſciunt. Alios
inſpiciunt & ſe
ipſos deſerunt.
Deum quærũt
per iſta exterio
ra, deſerentes
ſua interiora: q
bus interior eſt
deus. Idcirco ab exterioribꝰ ad interio
ra redeã, & ab interioribus ad ſuperio
ra aſcendam, vt poſſim cognoſcere vn
de venio aut quo vado, quid ſum vel
vnde ſum: & ita per cognitionẽ mei va
leã peruenire ad cognitionẽ dei. Quã-
tũ nãq; in cognitione mei ꝓficio, tãtũ
ad cognitionem dei accedo. Finis.

¶ In q̄bus aĩę potẽtiis imago dei reſplẽ
deat Libri. I. Cap. I.

SEcundũ interiorẽ ho- B
minẽ tria in mẽte mea
inuenio per quę deum
recolo, conſpicio & cõ
cupiſco. Sunt aũt hæc
tria: Memoria, intelli-
gentia, voluntas ſiue amor. Per memo
riam reminiſcor: per intelligentiã in-
tueor: per voluntatẽ amplector. Cũ dei
reminiſcor, in memoria mea eum inue
nio: & in ea de eo & in eo delector ſecũ
dũ ꝙ mihi donare dignat̃. Intelligen-
tia intueor quid ſit deꝰ in ſeipſo, quid
in angelis, quid in ſanctis & beatis ho
minibꝰ, quid in creaturis, & p̃cipue in
hominibus adhuc viatoribus. In ſeipſo
eſt incõprehenſibilis, quia principium
& finis: Principiũ ſine principio, finis



ſine fine. Ex me intelligo q̃ incõprehen
ſibilis ſit deus: quoniam meipſum ĩtel-
ligere nõ poſſum quẽ ipſe fecit. In An-
1. Pet. 1. gelis eſt deſiderabilis, quia in eum deſi
derant proſpicere. In Sanctis & beatis
hoĩbus eſt delectabilis: quia in eo aſſi-
due felices lętantur. In reliquis creatu
ris eſt admirabilis, quia omnia potẽter
creat, ſapienter gubernat, benigne diſ-
penſat. In hominibus aut viatoribꝰ eſt
amabilis: quia eorum deꝰ eſt, & ipſi ſũt
populus eius. Ipſe in eis habitat tanq̃
in templo ſuo: & ipſi ſunt templũ eiꝰ.
Non dedignatur ſingulos neq; vniuer
ſos. Quiſquis ẽĩ eius meminit eũq; in-
telligit ac diligit, cũ illo ẽ. Diligere eũ
1. Ioan. 4 debemꝰ quoniã ipſe prior dilexit nos:
et ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuã fe-
cit nos: quod nulli alii creaturę voluit
C dare. Ad imaginem dei facti ſumꝰ hoc
ẽ ad intellectũ & notitiã Filii, per quẽ
intelligimus & cognoſcimus patrẽ et
acceſſum habemꝰ ad eũ. Tanta cogna-
tio eſt inter nos & dei filiũ, ꝙ ip̃e ima-
go dei eſt, & nos ad imaginem eiꝰ facti
ſumus: hoc eſt ad quã cognationẽ etiã
ipſa ſimilitudo teſtatur quoniã non ſo
lum ad imaginem ſed etiam ad ſimili-
tudinem eius facti ſumus. Oportet ita
q; id quod ad imaginem ẽ cũ imagine
cõuenire, & non in vacuũ nomen ima-
ginis participare. Rep̃ſentemus ergo ĩ
nobis imaginem eiꝰ in appetitu pacis,
in ĩtuitu veritatis & ĩ amore charita-
tis. Teneamus eum in memoria, porte
mus in cõſcientia: et vbiq; præſentem
veneremur. Mens ſiquidẽ noſtra eo ip
ſo eiꝰ imago eſt, quo eiꝰ capax ẽ eiuſq;
particeps eſſe poteſt. Non ꝓpterea eiꝰ
imago eſt quia ſui meminit mens, ſeq;
intelligit ac diligit: ſed q̄a poteſt memi
niſſe, intelligere ac diligere eũ a quo fa
cta eſt. Qđ cũ facit, ſapiens ipſa fit. Ni-
hil enim tã ſimile eſt illi ſummę ſapien
tię q̃ mens rationalis quę ꝑ memoriam
intelligentiã & voluntatẽ in illa trini
tate ineffabili conſiſtit. Conſiſtere autẽ
in illa non poteſt niſi eius meminerit,
eũq; intelligat ac diligat. Meminerit
itaq; dei ſui ad cuius imaginẽ facta eſt:
eumq; intelligat, diligat atq; colat, cũ
quo & in quo poteſt ſemper eſſe beata.

Beata anima apud quẽ deus requiem D
inuenit: & in cuius tabernaculo requie Eccli. 24.
ſcit. Beata quę dicere poteſt: Et q̄ crea-
uit me requieuit in tabernaculo meo.
Negare ſiquidẽ requiẽ cęli ei non pote
rit. Cur ergo nos deſerimꝰ, & in his ex
terioribus deũ q̃rimus, q̄ in nobis eſt: ſi
nos velimus eſſe apud eum. Reuera no
biſcum eſt, & in nobis: ſed adhuc ꝑ fidẽ
donec videre mereamur per ſpeciẽ. No
uimꝰ, inq̄t apoſtolus, habitare Chriſtũ Ephe. 3.
per fidẽ in cordibꝰ noſtris. Quia Chri-
ſtus in fide, fides in mente, mẽs in cor-
de, cor in pectore. Per fidem ergo reco-
lo deũ creatorem, adoro redemptorem
expecto ſaluatorẽ: credo videre in oĩbꝰ
creaturis, habere ĩ meipſo: & qđ his oĩ-
bus ineffabiliter iocundius atq; beatiꝰ
eſt, cognoſcere in ſeipſo. Patrẽ nãq; &
filiũ cũ ſancto ſpiritu cognoſcere eſt vi
ta ęterna, beatitudo ꝑfecta, ſumma vo-
luptas. Oculus non vidit nec auris au
diuit, nec in cor hominis aſcẽdit, quan
ta claritas, quãta ſuauitas, & quãta io
cunditas maneat nos in illa viſione, q̄ñ
deũ facie ad faciẽ videbimꝰ: qui eſt lux
illuminatorũ, requies exercitatorũ, pa
tria redeũtiũ vita viuẽtiũ, corona, vin
centium. Ita in mente mea quãdã ima
ginem illius ſummę trinitatis inuenio
ad quã ſummã trinitatẽ recolẽdam in
ſpiciendam & diligendam, vt eius re-
corder, ea delecter & eam complectar
& cõtempler, totũ id qđ viuo debeo re
ferre. Mens imago dei eſt in qua ſunt E
hęc tria, memoria, intelligentia, & volũ Mens.
tas. Memorię attribuimus omne qđ ſci
mus etiã ſi nõ inde cogitemus. Intelli-
gentię tribuimus omne qđ verũ cogi-
tando inuenimus: qđ etiam memoriæ
cõmendamus. Voluntati, omne qđ co-
gnitũ & intellectum bonum & verum
eſſe, expetimus. Per memoriam patri ſi
miles ſumus: per intelligentiam filio:
per voluntatem ſpiritui ſancto. Nihil
in nobis tam ſimile ſpiritui ſancto eſt
q̃ voluntas vel amor ſiue dilectio, quæ
cæteris excellentior eſt voluntas. Dile
ctio nãq; donũ dei eſt, ita ꝙ nullũ hoc
dono dei eſt excellentius. Dilectio nãq;
quæ ex deo eſt & deus eſt, proprie ſpiri
tus ſanctus dicitur: per quem caritas

dei diffuſa eſt in cordibus noſtris: per
quã tota trinitas in nobis habitat.

¶De miſeria hominis & examinatione
extremi iudicii. Cap.II.

F SEcũdum exteriorẽ ho
minẽ de parẽtibus illis
venio q me ante fece-
runt damnatũ q̃ natũ.
Peccatores peccatorẽ
in peccato ſuo genue-
runt, & de peccato nutriuerunt. Miſeri
miſerũ in hãc lucis miſeriã induxerũt.
nihil ex eis habeo, niſi miſeriã & pctm̃,
& corruptibile hoc corpꝰ qđ geſto. Ad
illos vero feſtino q per mortẽ corporis
hinc exierũt. Quorũ cũ ſepulcra inſpi-
cio, nõ inuenio in eis niſi cinerẽ & ver
mẽ, fœtorem & horrorẽ. Qđ ego ſum
ipſi fuerũt: & qđ ipſi ſũt ego ero. Quid
ſum ego? homo de humore liqdo. Fui
enim in momento conceptionis de hu
mano ſemine cõceptus: deinde ſpuma
illa coagulata modicũ creſcendo caro
facta eſt. Poſtea plorans & eiulans tra-
ditus ſum huius mũdi exilio: & ecce iã
morior plenꝰ iniquitatibꝰ & abomina-
G tionibus. Iãiam p̃ſentabor ante diſtri-
ctũ iudicẽ, de operibꝰ meis rationẽ red
diturus. Væh mihi miſero, cũ venerit
dies illa iudicii: & aperti fuerunt libri,
in quibus omnia acta mea & oẽs cogi-
tationes meę domino præſente recita-
buntur. Tunc demiſſo capite prę cõfu-
ſione malę conſcientię, in iudicio corã
domino ſtabo trepidus & anxiꝰ: Vtpo
te cõmemorãs ſcelerũ cõmiſſa meorũ.
Et cũ dicetur de me: ecce homo & ope
ra eius: reducã ante oculos omnia deli
cta & peccata mea. Quadã nãq; diuina
vi fiet vt cuiq; ſua opera bona vel ma-
la in memoriã reuocentur: & mẽtis in-
tuitu mira celeritate cernant̃: vt accu-
ſet vel excuſet ſcientia conſcientiam:
atq; ita ſimul & ſinguli & oẽs iudicẽt̃.
Iudiciũ faciet geſtorũ quiſq; ſuorum:
Cunctaq; cunctorũ cunctis arcana pate
bunt. Qđ em̃ nunc confiteri erubeſci-
mus, tunc omnibus manifeſtabit̃: & qc
quid hic diſſimulando tegitur, totũ il-
lic vindex flamma cõburet. Ignis vbiq;
ferox ruptis regnabit habenis. Quan-
toq; diutius deus nos expectat vt emẽ
demus: tanto diſtrictius iudicabit ſi ne
glexerimus. Cur ergo tãtopere vitam
iſtam deſideramꝰ in qua quãto ampliꝰ
viuimus tanto plus peccamus? Quãto
eſt vita longior, tanto culpa numero-
ſior. Quotidie namq; creſcunt mala &
ſubſtrahunt̃ bona. Aſſidue variat̃ ho-
mo per proſpera & aduerſa: & ignorat
quando moriat̃. Sicut em̃ in cælo ſtella H
coruſcans velociter currit, & repente
deficit: & ſicut ſcintilla ignis ſubito ex
tinguit̃ & in cinerẽ vertitur: Sic cito
finitam datur iſtã cernere vitã. Dũ em̃
libenter ac iocũde morat̃ homo in mũ
do, diuq; ſe victurũ arbitrat̃, ac multa
in longũ diſponit tẽpus agenda: ſubito
rapit̃ ĩ mortem, & ex improuiſo aĩa au
fertur a corpore: tuncq; cũ magno me-
tu magniſq; doloribꝰ aĩa ſeparat̃ a cor
pore. Veniũt em̃ angeli aſſumere illam
vt perducant eã ante tribunal iudicis
metuendi. & tunc illa memorãs opera
ſua mala & peſſima quę die noctuq; geſ
ſit, cõtremiſcit & q̃rit illa fugere, indu
ciaſq; petere dicens: date mihi vel vniꝰ
horę ſpatiũ. Tunc quaſi loquẽtia ſimul
opera dicent. Tu nos egiſti: opera tua
ſumus: non te deſeremus, ſed tecũ ſem I
per erimꝰ: tecũ pergemꝰ ad iudiciũ. Vi
tia quoq; multis & multiplicibus cri-
minibus eã accuſabũt: multaq; falſa te
ſtimonia aduerſus illã inueniẽt, q̃q̃ ve
ra ad damnationẽ eius poſſent ſuffice-
re. Dæmones vero terribili vultu &
horribili aſpectu eã terrebũt: Ingẽti fu
rore eã perſequent̃ & cõprehẽdẽt tam
terribiliter q̃ horribiliter, volentes eã
retinere & poſſidere niſi ſit q eripiat.
Tunc anima inueniens oculos clauſos
& os alioſq; corporis ſenſus ꝑ quos ſo-
lebat egredi & delectari in his exterio
ribus, reuertetur ad ſe: & videns ſe ſo-
lam & nudam, ingenti horrore cõcuſ-
ſa, deſperatione deficiet in ſe & cadet
ſub ſe. Quia.n. pro amore mũdi & car
nis voluptate dei amorem dereliquer-
rat, derelinquetur a deo miſera in ho-
ra tantę neceſſitatis, atq; dęmonibꝰ tra
detur in inferno crucianda. Sic anima K
peccatoris in die qua ignorat & hora
qua neſcit rapitur a morte & ſegrega-
tur a corpore: pergitq; miſeriis plena,



tremens & dolẽs: & cũ nullã excuſatio
nẽ habeat quã ꝓ pctis ſuis poſſit obten
dere: contabeſcit & ꝑtimeſcit ante deũ
apparere. Ingenti horrore concutit̃ &
multiplicibus cogitationũ ęſtibus agi-
tat̃: cũ vrgente ſolutione carnis & ſub
ductis e medio oĩbꝰ ſe & illũ terminũ
cõſiderat cui appropinquat: & poſt pau
lulũ hoc inuenit qđ in perpetuũ muta
ri nõ poterit. Cõſiderat plane q̃ diſtri-
ctus veniat ęternus iudex, & ante ſeue
ritatẽ tantę iuſtitię quas rationes vitę
ſuę ponat. Si em̃ cuncta opera quæ in-
telligere potuit deuitauit: ventura tñ
coram diſtricto iudice, illa magis quæ
in ſemetipſa non intelligit, ꝑtimeſcit.
Creſcit pauor cũ cogitat ꝙ viam vitæ
huiꝰ nequaq̃ ſine culpa trãſire potuit.
Nec hoc quidẽ ꝙ laudabiliter vixit ſi-
ne aliquo reatu ẽ: ſi remota pietate iu-
L dicetur. Quis.n. cõſiderare valeat quã
ta mala ꝑ momẽta tẽporũ ꝑpetramus:
& quãta bona facere negligimꝰ. Sicut
em̃ peccatũ eſt perpetratio mali: ſic deli-
ctũ eſt deſertio boni. Grauis ſiquidẽ ia
ctura eſt cũ nec bona facimus, nec bona
cogitamus, ſed cor noſtrũ ꝑ vana & in
utilia ſinimus vagari. Nimis tñ diffici
le eſt cor tenere, & ab illicita cogitatio
ne ſeruare. Nimis etiã difficile eſt ter-
renas occupationes abſq; peccatis mi-
niſtrare. Quapropter nullus ſemetipm̃
diiudicare & cõprehendere ꝑfecte põt,
ſed multis cogitationibus occupatꝰ ſi
bimetipſi aliquo mõ manet incognitꝰ,
vt oĩno qđ tolerat neſciat. Propterea
vrgẽte exitu ſubtiliori terret̃ metu: qa
etſi illa quę ſciuit nunq̃ ſe p̃termiſiſſe
meminit, formidat tñ ea quę neſcit.

¶De dignitate animæ & vilitate cor-
poris. Cap.III.

M ANĩa dei inſignita ima-
gine, decorata ſimilitu
dine, deſponſata fide,
dotata ſpiritu, redem-
pta ſanguine, deputa-
ta cũ angelis, capax be
atitudinis, hęres bonitatis, ratiõis par
ticeps: qd tibi cũ carne vnde iſta pate-
ris? Propter carnẽ aliena pctã tibi ĩpu-
Eſa. 64. tant̃: & tuę iuſtitię quaſi pannꝰ mẽſtru
atę reputant̃: atq; tu ipſa ad nihilũ es
redacta, & quaſi nihilũ & inane reputa
ta. Nihil em̃ aliud eſt caro, cũ qua tãta
eſt tibi ſocietas, niſi Spuma caro facta,
fragili veſtita decore. ſed erit qñ erit
cadauer miſerũ & putridũ & cibꝰ ver-
miũ: Nã quãtũcũq; excolat̃ ſemꝑ caro
eſt. Si diligẽter cõſideres qd ꝑ os & na-
res cęteroſq; corporis meatꝰ egrediat̃,
vilius ſterquiliniũ nunq̃ vidiſti. Si ſin
gulas carnis miſerias enumerare velis
q̃ ſit onerata pctis, irretita vitiis, pru-
riens cõcupiſcẽtiis, occupata paſſioni-
bus, polluta illuſionibꝰ, prona ſemꝑ in
malũ, & in om̃e vitiũ ꝓcliuis: plenã oĩ
cõfuſione & ignominia inuenies. Pro-
pter carnẽ hõ vanitati ſimilis factꝰ eſt:
qa ex illa vitiũ cõcupiſcẽtię traxit: quo
captiuus tenet̃ & incuruat̃ vt diligat
vanitatẽ, & iniqtatẽ operet̃. Attẽde hõ N
qd fuiſti ãte ortũ: & qd es ab ortu vſq;
ad occaſum: atq; qd eris poſt hãc vitã.
Profecto fuit ꝙ nihil eras, poſtea de vi-
li materia factus, & viliſſimo panno in
uolutus, menſtruali ſanguine in vtero
materno fuiſti nutritus: & tunica tua
fuit pellis ſecundina.

Sic ĩdutꝰ & ornatꝰ ꝓgreſſus es ad nos:
Nec memor es q̃ ſit vilis origo tui.
Fora, fauor ppl̃i, feruor iuuenilis opeſq;
Subripuere tibi noſcere qd ſit homo.

Nihil aliud eſt hõ q̃ ſperma fœtidum,
ſaccus ſtercorum, cibus vermium.
Poſt hoĩem vermis, poſt vermẽ fœtor
& horror: Sic in nõ hoĩem vertit̃ oĩs
hõ. Cur ergo ſupbis hõ? attende ꝙ fui- O
ſti vile ſemen, & ſanguis coagulatus in
vtero: deinde miſeriis huius vitę expo
ſitus & pctõ: poſtea vermis, & cibꝰ ver-
miũ futurus in tumulo. Quid ſupbis
puluis & cinis: cuius cõceptꝰ culpa: na
ſci, miſeria: viuere pœna: mori ãguſtia?
Vnde ſupbit hõ: cuius cõceptio culpa,
Naſci pœna, labor vita, neceſſe mori?
Cur carnem tuã p̃cioſis rebus impin-
guas & adornas? quã poſt paucos dies
vermes deuoraturi ſunt in ſepulchro:
animã vero tuã nõ adornas bonis ope-
ribus, quę deo & angelis eius p̃ſentan-
da eſt in cęlis? Quare aĩam tuã vilipen
dis: & ei carnẽ p̃ponis? dominã ancilla-
ri, & ancillã dominari, magna eſt abu-
ſio. Totus quidem iſte mũdus ad vniꝰ P

animæ precium æſtimari non poteſt.
Non enim pro toto mundo deus ani-
mã ſuam dare voluit, quã pro anima
humana dedit. Sublimiꝰ eſt ergo animę
p̃ciũ, quæ nõ niſi ſanguine Chriſti re-
dimi potuit. Quã ergo cõmutationẽ
dabis pro aĩa tua, q pro nihilo das il-
lã? Nõne dei filiꝰ cũ eſſet in ſinu patris
a regalibus ſedibus ꝓ ea deſcendit: vt
eã liberaret a poteſtate diaboli? Quam
cũ vidiſſet pccatorũ funibꝰ irretitam,
iamiamꝫ dęmonibꝰ tradendã vt mor-
te ꝑpetua damnaret̃: fleuit ſup illã quę
flere ſe neſciebat. Nec ſolum fleuit, ſed
etiã occidi ſe pmiſit: vt p̃cioſo ſangui-
nis ſui p̃cio eam redimeret.
Aſpice mortalis, ꝑquo dat̃ hoſtia talis.
Agnoſce hõ q̃ nobilis eſt aĩa tua & q̃
grauia fuerint eius vulnera, ꝓ quibus
neceſſe fuit Chriſtũ dñm vulnerari. Si
nõ eſſent hæc ad mortẽ, & ad mortem
ſempiternã: nunq̃ pro eorum remedio
dei filius moreret̃. Noli ergo vilipẽde-
re aĩę tuę paſſionẽ: cui a tãta maieſta-
te tantã vides exhiberi cõpaſſionem.
Q Fudit ipſe lachrymas ꝓ te: laua & tu ꝑ
Ex pſal. 6. ſingulas noctes lectũ tuũ cordis cõpun-
ctiõe, & lachrymarũ aſſiduitate. Fudit
ipſe ſanguinẽ ſuũ: funde & tu tuũ quo-
tidiana corporis afflictiõe: quẽ ſi ſemel
ponere ꝓ Chriſto non potes, ſaltẽ mi-
tiori quodam ſed lõgiori martyrio po-
ne. Noli attendere quid caro velit, ſed
qd ſpũs poſcit. Tunc eñ glorioſus erit
cũ ad deũ ſuũ redierit: ita tñ ſi de cor-
pore nullũ pctm̃ ſecũ tulerit: & deterſe-
rit omne ſordidũ. Si vero dicis: durꝰ eſt
hic ſermo: nõ poſſum mundũ ſpernere
& carnẽ meã odio habere: dic mihi vbi
ſunt amatores mũdi, qui ante pauca tẽ-
pora nobiſcũ erant? Nihil ex eis reman-
ſit niſi cineres & vermes. Attende dili-
gẽter quid ſunt vel qd fuerunt. Hoĩes
fuerunt ſicut tu: comederunt, biberũt,
Iob. 21. riſerunt, duxerunt in bonis dies ſuos:
& in puncto ad inferna deſcenderunt.
Hic caro eorum vermibꝰ: & illic anima
ignibus deputat̃: donec rurſus infelici
collegio colligati ſempiternis inuoluã-
tur incẽdiis qui ſocii fuerunt in vitiis.
Vna nãꝫ pœna ĩplicat quos vnꝰ amor
R in crimine ligat. Quid profuit illis ina-
nis gloria, breuis lętitia, mundi poten-
tia, carnis voluptas, falſę diuitię, magna
familia & mala concupiſcentia? vbi ri-
ſus, vbi iocus, vbi iactantia, vbi arrogã-
tia? de tanta lętitia quãta triſtitia? poſt
tantillam voluptatem q̃ grauis miſe-
ria? de illa exultatione ceciderunt in
magnam miſeriam, in grandẽ ruinam,
& in magna tormenta. Quicquid illis
accidit, tibi accidere poteſt: quia homo
es. Homo de humo: limus de limo. de
terra es, & de terra viuis, & in terram
reuerteris: qñ venerit dies illa vltima
quę ſubito veniet, & forſitã hodie erit.
Certũ eſt ꝙ morieris: ſed incertũ eſt qñ
aut quõ, vel vbi, qm̃ mors te vbiꝫ expe-
ctat: tu quoꝫ ſi ſapiens fueris vbiꝫ eã
expectabis. Si carnẽ ſequeris, punieris
in carne. Si in carne delectaris, crucia-
beris ĩ carne. Si curioſas veſtes quęris:
pro ornatu veſtiũ ſubter te ſternet̃ ti- Eſa. 14.
nea: & operimentũ tuũ erunt vermes.
Iuſtitia eñ dei aliud iudicare non põt
niſi qđ merent̃ opera noſtra. Qui enim
plus diligit mũdũ q̃ deũ, ſeculũ q̃ clau-
ſtrũ, gulã q̃ abſtinẽtiã, luxuriã q̃ caſti-
tatẽ: ſequit̃ diabolũ & ibit cũ eo in ſup- S
pliciũ ęternũ. Quis putas tunc mœror
erit, quis luctus, quę triſtitia, cum ſepa-
rabuntur impii a conſortio ſanctorũ
& a viſione dei, & traditi in poteſtatẽ
dęmonum ibunt cum ipſis in ignem æ-
ternum: ibiꝫ ſemper erunt ſine fine in
luctu & gemitu? Procul quippe a beata
paradiſi patria exulantes, cruciabũtur
in gehenna ꝑpetua nunq̃ lucẽ viſuri,
nunq̃ refrigeriũ adepturi, ſed ꝑ millia
milliũ annorũ in inferno cruciãdi, nec
inde vnq̃ liberandi. Vbi nec qui torq̃t
aliquãdo fatigatur: nec qui torquetur
aliquando moritur. Sic enim ignis ibi
cõſumit, vt ſemper reſeruet: ſic tormẽ-
ta aguntur, vt ſemp renouentur. Iuxta
vero qualitatem culpę pœnam ſuſtine-
bit vnuſquiſꝫ gehennę: & ſimilis cul-
pę rei, flammis ſimilibus iungent̃ cru-
ciandi. Nihil aliud ibi audietur niſi fle-
tus & planctus, gemitꝰ & vlulatꝰ, mœ-
rores atꝫ ſtridores dẽtium: nihilꝫ ibi
videbitur niſi vermes & laruales faci-
es tortorum atꝫ teterrima monſtra
dæmonum.



Vermes crudeles mordebũt ĩtima cor-
dis. Hinc dolor inde pauor, gemitus,
ſtupor & timor horrens. Ardebuntꝫ
miſeri in igne ęterno in ęternum & vl-
tra. In carne cruciabuntur per ignẽ: in
ſpiritu per conſcientię vermẽ. Ibi erit
dolor ĩtolerabilis, timor horribilis, fœ-
tor incõparabilis: mors aĩę & corporis
ſine ſpe venię & miſericordię. Sic tamẽ
morientur vt ſemp viuãt: & ſic viuent
vt ſemper moriantur. Ita anima pecca-
catoris aut in inferno pro peccatis cru-
ciat̃, aut in paradiſo pro bonis meritis
collocat̃. Nunc ergo alterũ e duobꝰ eli-
gamus: aut ſemp cruciari cum impiis,
aut ꝑpetuo lętari cum ſanctis. Bonum
ſiquidem & malum, vita & mors ante
nos ſunt poſita: vt ad qđ voluerimus
manũ extendamus. Si tormẽta nõ ter-
rent nos, ſaltem inuitent pręmia.

De pręmio cæleſtis patrię. Cap. IIII.

T PRęmiũ autẽ eſt videre
deũ, viuere cũ deo, vi-
uere de deo, eſſe cũ deo
eſſe in deo: q erit om̃ia
in omnibꝰ: habere deũ,
qui eſt ſummũ bonũ.
Et vbi eſt ſummũ bonũ ibi eſt ſumma
felicitas, felix ſecuritas, & ſecura æter-
nitas: ibi eſt vera lętitia, plena ſcientia,
oĩs pulchritudo & omnis beatitudo.
Eſt ibi pax, pietas, bonitas, virtꝰ, hone-
ſtas, Gaudia, lętitię, dulcedo, vita pe-
nis, Gloria, lux, requies, amor, & cõcor-
dia dulcis. Sic cum deo homo beatus
erit, in cuius conſcientia pctm̃ inuẽtũ
non fuerit. Videbit deũ ad voluntatẽ:
habebit ad voluptatẽ: fruetur ad iocũ-
ditatẽ. In æternitate vigebit, ĩ veritate
fulgebit, ĩ bonitate gaudebit. Sicut ha-
bebit ꝑmanẽdi ęternitatẽ, ſic cognoſcẽ-
di facilitatẽ, & requeſcẽdi felicitatẽ. Ci-
uis ſi qdẽ erit illiꝰ ſanctę ciuitatis cuiꝰ
angeli ciues ſunt: deꝰ pater tẽplũ: filiꝰ
eius ſplẽdor: ſpũs ſanctus caritas. O ci-
uitas cæleſtis, manſio ſecura, patria fer-
tilis & ampla: totũ cõtinẽs qđ delectat
ſine murmure: incolę qeti, hoĩes nullã
Pſal. 86. indigentiã habentes. Q̃z glorioſa dicta
ſunt de te ciuitas dei? ſicut lętãtiũ oĩm
habitatio eſt in te. oẽs lętantur in læti-
tia & exultatione: oẽs delectant̃ de deo
cuiꝰ aſpectus pulcher, facies decora, elo-
quium dulce. delectabilis eſt ad viden-
dum, ſuauis ad habendũ, dulcis ad per-
fruendum. Ipſe per ſe placet: & ꝑ ſe ſuf-
ficit ad meritũ, ſufficit ad p̃miũ: nec ex-
tra illum quicq̃ quęritur: quia totũ in
illo inuenit̃ quicquid deſideratur. Sem-
per libet eũ aſpicere, ſemp habere, ſem-
per in illo delectari, & illo perfrui. In il-
lo clarificat̃ intellectus, purificat̃ affe-
ctus ad cognoſcendã & diligendam ve-
ritatem. Et hoc eſt totũ bonũ hominis
noſſe. ſ. & amare creatorẽ ſuũ. Quæ er- V
go nos tãgit veſania, vitiorũ ſitire ab-
ſinthium, huius mundi ſeq naufragiũ,
vitę labẽtis pati infortuniũ, impię tyrã-
nidis ferre dominiũ: & nõ magis cõuo-
lare ad ſanctorũ felicitatẽ, ad angelorũ
ſocietatem, ad ſolennitatẽ ſupernę læ-
titię, & ad iocũditatẽ vitę cõtẽplatiuę:
vt poſſimus intrare in potẽtias dñi, &
videre ſuperabundantes diuitias illas
bonitatis eius? Ibi vacabimus & vide-
bimꝰ q̃ dulcis eſt dñs, & q̃ magna mul-
titudo dulcedinis eius. Videbimꝰ glo-
rię decorẽ, ſanctoꝝ ſplendorẽ, & regiæ
poteſtatis honorem: cognoſcemus pa-
tris potentiã, filii ſapientiã, ſpũs ſancti
benigniſſimã clementiã: & ita habebi-
mus notitiã illius ſummæ trinitatis.
Nunc corpora per corpus videmꝰ: ima-
gines etiã corporũ ſpũ cernimus: tunc
vero ipſam trinitatẽ puro mẽtis intui-
tu videbimꝰ. O beata viſio, videre deũ
in ſeipſo, videre ĩ nobis, & nos in eo fe-
lici iocunditate & iocunda felicitate.
Quicqd deſiderabimꝰ totũ habebimꝰ,
nihil amplius deſiderantes. Et quicqd
videbimus amabimus ipſo amore bea-
ti. Beati dulcedine amoris & ſuauita-
te cõtẽplationis. Hęc erit ſumma illiꝰ
cõtẽplationis, hęc erit ſumma illiꝰ feli-
citatis: qm̃ intelliget̃ in ſuo puro eſſe
ſumma diuinitas: cõprehẽdet̃ in ea in-
cõprehẽſibilis trinitas. Patebũt arcana
diuinitatis: videbit̃ & amabit̃ deus: &
hęc viſio & delectatio totũ cor hoĩs im-
plẽs & ſitiẽs, tota erit illius beatitudi-
nis cõſummatio. Vna erit oĩm lingua,
iubilatio indefeſſa, vnus affectus, amor
ęternus. Patebit veritas, implebit̃ cari-
tas, & erit integra corporis & animę ſo-

cietas. Fulgebit ſicut ſol hũanitas glo-
rificata. Quieta erit & cõcors carnis &
ſpũs ſocietas. Angeloꝝ & hoĩm vnum
erit gaudiũ, vnũ colloquiũ, vnũ cõui-
uiũ: Nõ lãguebit amor, nec liqueſiet di
lectio. Præſentibꝰ oĩbꝰ bonis nulla erit
dilationis afflictio, qm̃ beatifica diuinę
maieſtatis p̃ſentia oĩbꝰ erit oĩa: & erit
coĩs oĩm oĩpotẽtia, ſapinetia, pax, iuſti-
tia & intelligẽtia. Nõ erit in illa pace
diuerſitas linguarũ, ſed pacifica & con
cors cõcordia morũ & affectuũ: in tor-
rẽte illiꝰ voluptatis nihil vltra appetet
cumulata ſatietas, tanta erit felicitas.
Ibi ſiq̃dẽ erit cumulus felicitatis, ſuꝑ
eminẽs gl'ia, ſupabundãs lętitia. Sed ad
X hęc q̃s idoneus? Profecto verꝰ pœnitẽs,
verus obœdiẽs, amabilis ſocius, fidelis
ſeruꝰ. Verꝰ pœnitẽs ſemp in labore &
dolore dolet de p̃teritis, laborat ꝓ futu
ris cauẽdis. Vera ſiq̃dẽ pœnitẽtia eſt ſi
ne tp̃is ĩtermiſſione de pctĩs dolere, ſic
plãgit cõmiſſa: vt nõ cõmittat plãgen-
da. Irriſor nãq; eſt & nõ verꝰ pœnitẽs,
q̃ adhuc agit q̃d pœniteat. Si ergo vis
verus pœnitẽs eſſe ceſſa a pctõ & noli
ampliꝰ ꝑccare. Quoniã inanis eſt pœ-
nitẽtia, quã ſequẽs coinquinat culpa.

¶Quantũ valeat abiectio volũtatis &
ęſtimationis proprię. Cap. V.

Y OMnis bonus obœdiens
dat ſuũ velle & ſuum
nolle, vt poſſit dicere.
Pſal. 107. Paratũ cor meũ deꝰ pa
ratũ cor meũ. Paratũ
q̃dcũq; p̃ceperis facere
paratũ ad nutũ mutuo citiꝰ obœdire:
paratũ tibi vacare, ꝓximis miniſtrare,
meipſum cuſtodire, & in cæleſtiũ cõtẽ
platione requieſcere. Amabilis ſociꝰ oĩ
bus eſt officioſus: q̃a deuotꝰ ad deũ, be-
nignus ad ꝓximũ, ſobriꝰ ad mũdũ, dñi
ſeruꝰ, ꝓximi ſociꝰ, mundi dñs. Supiora
habet ad gaudiũ: æqualia ad cõſortiũ,
inferiora ad obſequiũ. Nulli eſt onero-
ſus, ſed inferiora redigit ad vtilitatem
mediorũ: & ad honorẽ ſuꝑiorũ. Supe
riora ſequẽs, ĩferiora trahẽs, ab illis poſ
ſeſſus, iſta poſſidens: fidelis ſeruus eſt
in cõtẽplatione dei & cuſtodia ſui. Cu
ſtodię ergo tui adhibe oẽm diligentiã.
Z Deinde intelligẽs te nunq̃ poſſe ſuffi-
cere ad te cuſtodiẽdũ tua induſtria: di
uinã implora clemẽtiã. Itẽq; ad cõtem
plandã in te creatoris tui volũtatẽ bo
nã & beneplacentẽ: atq; perfectã angeli
cam exora tutelã, patrociniũq; oĩm cũ
Chriſto regnantiũ ſup te roga: curre p
ſingulos, ſupplica ſingulis & ſimul oĩ-
bus clama & dic. Miſeremini mei miſe Iob. 19.
remini mei ſaltẽ vos amici mei: recipi-
te fugitiuũ veſtrũ ſed fratuelẽ, ſed con
ſanguineũ in ſanguine redẽptoris. En
pauꝑ ſtat ad oſtiũ, clamat & pulſat, a
ꝑite pulſanti, & conducite eũ vſq; ad
regẽ vt ꝓſtratus corã eo indicẽ ei oẽs
miſerias, & oẽs neceſſitates q̃s patior.
Ad extremũ vero p̃lato tuo, cor tuũ cũ
omni attẽtione reſigna, nullũ in eo re-
maneat pctm̃, q̃d nõ pura & integra cõ
feſſione deleat̃. Ieſum Chriſtũ etiã ſup
cor tuũ ſicut ſignaculũ pone. Cũ enim
Chriſtꝰ cordis vſum cuſtodit & eſt cor
dis oſtiariꝰ: vt p illũ ĩgrediant̃ & egre
diant̃ oẽs familię cordis, cõſequẽter ad
ſunt milia miliũ angeloꝝ ad fores exte
riorũ ſenſuũ excubãtiũ: nec audet alie
nigena irrũpe terribiles illas acies ꝓpt
oſtiarii reuerẽtiã, & angeloꝝ cuſtodiã.

¶De quotidiana ſui examinatione &
mutua cõprecatione faciẽda. Cap. VI.

INtegritatis tuę curio A
ſus explorator viã tuã
ĩ quotidiana diſcuſſio
ne examina. Attẽde di
ligẽter q̃tũ ꝓficias vel
q̃tũ deficias: q̃lis ſis in
moribꝰ, & qualis ĩ affectibꝰ: & q̃ ſĩl'is ſis
deo vel q̃ diſſĩl'is: q̃ ꝓpe vl' q̃ lõge nõ lo
coꝝ ĩteruallis, ſed moꝝ affectibꝰ. Stude
cognoſcere te: q̃a m'lto melior & lauda
bilior es ſi te cognoſcis, q̃ ſi te neglecto
cognoſceres curſum ſiderũ, vires hęrba
rũ, cõplexiones hoĩm, naturas aĩaliũ &
haberes oĩm cęleſtiũ & terreſtiũ ſciam.
Redde ergo te tibi & ſi nõ ſemp vl' ſępe
ſaltẽ interdũ. Rege tuos affectꝰ, dirige
actꝰ, corrige greſſus, ĩ te nihil remane
at ĩdiſciplinatũ: pone oẽs trãſgreſſiões
tuas añ oc'los tuos. Statue te añ te tãq̃ B
ãte aliũ, & ſic temetipſum plãge. Plora
iniquitates & pctã quibus deũ offendi
ſti: indica ei miſerias tuas: oſtende illi
malitias aduerſariorũ tuorũ. Cũq; co-





rã eo in lachrymis te maceraueris, pre
cor te vt memor ſis mei. Ego enim ex
quo cognoui te, in Chriſto diligo te &
illuc mentionẽ tui defero, vbi & illici-
ta cogitatio ſuppliciũ & honeſta ꝓme-
retur pręmiũ. Ad altare nãq; dei cum
ꝑccator ſto, ſed ſacerdos tui me comi-
tatur memoria. Tu vero mihi vicẽ red
des, ſi me amaueris: & orationũ tuarũ
participẽ feceris. ibi recordatione tecũ
eſſe p̃ſens deſidero: vbi pro te & tuis fa
miliaribꝰ deuotas preces corã deo fun
dis. Nec mireris ſi dixi p̃ſens: qm̃ ſi me
amas & ideo amas quia imago dei ſum:
ita tibi p̃ſens ſum, vt tu ipſe tibi. Quic
q̃d. n. tu es ſubſtãtialiter, hoc ego ſum.
Imago eñ dei eſt oĩs aĩa ratiõalis. Pro-
inde qui ſe imaginẽ dei q̃rit, tã ꝓximũ
q̃ ſe quęrit: & q̃ illã in ſe q̃rendo inue-
nerit, in omni hoĩe eã cognoſcit. Viſio
eñ aĩę intellectus eſt. Si ergo te vides
me vides: q̃ nihil aliud ſum q̃ tu: Et ſi
deũ diligis, me imaginẽ dei diligis: &
ego deũ diligẽdo diligo te. Et ita dum
vnũ quęrimus & ad vnũ tendimꝰ ſem
per inuicẽ pręſentes ſumus: ſed in deo
in quo nos diligimus.

¶De attentione orationis tempore ha
benda. Cap. VII.

C CVm ad orandum ſiue
pſallẽdũ eccleſiã intra
ueris, fluctuantiũ cogi
tationũ tumultus ex-
terius relinque: curãq;
exteriorũ penitus obli
uiſcere, vt ſoli deo poſſis vacare. Fieri
enim nõ põt vt aliq̃ñ cũ deo loquat̃ q̃
cũ toto mũdo etiã tacẽs fabulat̃. Intẽde
ergo illi q̃ intẽdit tibi: audi illũ loquẽ-
tẽ tibi vt ipſe exaudiat te loquẽtẽ ſibi.
Ita fiet ſi diuinis laudibꝰ ſoluẽdis debi
ta reuerẽtia & ſolicitudine aſſiſtas: ſu-
p ſingula verba diuinę ſcripturę diligẽ
ter ĩtẽdas. Nõ q̃ ego iſta faciã dico, ſed
q̃ facere vellẽ & nõ feciſſe pœnitet, &
nõ facere piget. Tu vero cui maior gr̃a
cõceſſa eſt: votis & deuotis p̃cibꝰ pias
aures dñi pulſa, ãte eũ te flecte, lachry-
mis & ſuſpiriis pro tuis excęſſibus illũ
elementer exora, atq; canticis ſpũalibꝰ
in omnibus operibus ſuis illũ lauda &
glorifica. Nihil eñ magis ſupnis ciui-
bus ſpectare libet: Nihil regi ſũmo iu-
cundius exhibet̃: ſicut ipſe teſtat̃: Sacri D
ficiũ laudis honorificabit me. O q̃ felix Pſal. 49.
eſſes ſi ſpũalibus oculis ſemel intueri
poſſes, quõ p̃ueniãt principes coniũcti
pſallentibꝰ in medio iuuencularũ tym Pſal. 67.
paniſtriarũ! Videres proculdubio qua
cura, quove tripudio interſunt cantã-
tibus, aſſiſtunt orantibus, adſunt medi
tantibus, ſupſunt quieſcẽtibus, ꝓuidẽ-
tibus atq; ꝓcurantibus p̃ſunt: diligũt
ſiquidẽ ſuos cõciues ſupnę poteſtates:
& ꝓ his qui hęreditatẽ capiunt ſalutis
ſolliciti cõgaudẽt: cõfortant, inſtruũt,
ꝓtegũt oẽs, ꝓuidentq; oĩbus. Oẽs. n. an
geli deſiderant aduẽtũ nr̃m, qm̃ ipſi de
nobis expectant ciuitatis ſuę ruinas in
ſtaurari. diligẽter q̃runt, & libenter au
diũt bona de nobis: ſolliciti diſcurrũt
medii inter nos & deũ: gemitꝰ noſtros
fideliſſime ad eũ portãtes ipſiuſq; gra
tiã deuotiſſime reportãtes. Non dedi-
gnabunt̃ eſſe ſocii noſtri q̃ iã facti ſunt
miniſtri noſtri. Exultare eos fecimꝰ q̃ñ
cõuerſi ſumꝰ ad pœnitẽtiã. Feſtinemꝰ
ergo de nobis eorum lętitiam adimple
re. Væh tibi quicunq; es qui deſideras
redire ad vomitũ: reuerti ad lutũ. Pu-
taſne placatos habebis eos in iudicio,
quos tanto & tam ſꝑato priuare vis
gaudio. Exultauerunt q̃ñ venimus ad
religionẽ tãq̃ ſup his quos ab ipſa ĩfer
ni porta cernerẽt reuocari. Quid vero
tũc erit: ſi ab ipſa ianua paradiſi vide-
rint redire & retrorſum abire eos q̃ iã
alterũ pedẽ habebãt in cælo! Nã tãetſi
corpora nr̃a inferiꝰ ſunt: corda tñ ſur-
ſum habemꝰ. Curramꝰ ergo nõ paſſibꝰ E
corporis, ſed affectibꝰ mẽtis, ſed deſide-
riis, ſed ſuſpiriis: qm̃ nõ ſolũ angeli, ſed
angeloꝝ creator nos expectat. Expectat
nos pater tãq̃ filios & hęredes: vt cõſti
tuat nos ſup oĩa bona ſua. Expectat nos
dei filiꝰ tãq̃ fratres & cohęredes: vt fru
ctũ ſuę natiuitatis & p̃ciũ ſui ſanguis
deo pr̃i offerat. Expectat nos ſpũſſctũs:
ipſe ſiq̃dẽ ẽ caritas & benignitas ĩ q̃ ab
ęterno p̃deſtinati ſumus: nec dubiũ q̃n
p̃deſtinationẽ ſuã adĩpleri velit. Ergo
q̃a oĩs curia cæleſtis expectat nos & de
ſiderat: deſideremus eã quãto poſſumꝰ
deſiderio. Cũ magna nãq; cõfuſione &

rubore ad illam veniet qſqs videre eã
vehemẽter nõ deſiderat.Quicũq; vero
iugi oratione & aſſidua cogitatione in
illa cõuerſatur:& ſecurus hinc egredie
tur,& cũ magna lętitia recipietur in il
lã. Vbicunq; ergo fueris intra temet-
F ipſum ora.Si longe fueris ab oratorio:
noli quærere locũ:qm̃ tuipſe locus es.
Si fueris in lecto aut in alio loco:ora.
nã etiã ibi templũ eſt. Frequẽter oran
dũ & flexo corpore mens eſt erigenda
ad deũ.Sicut em̃ nullũ eſt momentum
quo homo non vtatur vel fruatur dei
bonitate & miſericordia:ſic nullum de
bet eſſe momentũ quo eũ p̃ſentẽ nõ ha
beat in memoria.Sed dicis. Ego quoti
die oro & oratiõis meę nullũ fructum
video:ſed ſicut accedo ad illã ſic & re-
deo:nemo mihi reſpondet, nemo mihi
loquiť,nemo quippiã donat,ſed incaſ-
ſum laboraſſe videor.Sic loquiť huma
na ſtultitia non attendẽs,qd inde veri
Matt. 11. tas ꝓmittat dicens.Amẽ dico vobis qa
qcquid orantes ꝑtitis, credite qa acci
pietis:& fiet vobis.Noli ergo vilipẽde
re orationẽ tuã qm̃ ille ad quẽ oras nõ
vilipẽdit eã:ſed anteq̃ egrediať de ore
tuo ipſe ſcribi eã iubet in libro ſuo. Et
vnũ e duobus indubitanter ſperare de
bemus:qm̃ aut dabit nobis qđ ꝑtimꝰ:
G aut qđ nobis nouerit eſſe vtilius.Cogi
ta itaq; de deo quicqd melius potes,&
de te qcqd deteriꝰ vales:de illo ampliꝰ
credere debes q̃ cogitare potes. Omne
tẽpus in quo de deo nõ cogitas:hoc te
ꝑdidiſſe exiſtimes.Oĩs ſiquidẽ res alie-
na eſt a nobis:tẽpus aũt tantũ nr̃m eſt.
Vaca ergo tibi ſalutiq; tuæ:& vbicũq;
fueris tuus eſto.Noli te rebus tradere,
ſed cõmodare.Quocũq; loco cõſiſtis co
gitatiões tuas iacta ĩ deũ: & aliqd ſalu
tare in aĩo tuo verſa.Oĩs ſiqdẽ locꝰ ad
meditandũ cõgruus eſt. Tota ergo fa-
cultate animũ tuũ colligẽs libere tecũ
habita:& ĩ latitudine cordis tui deam
bulãs,ibidẽ cœnaculũ grande ſtratum
H Chriſto exhibe.Mẽs nãq; ſapiẽtis ſem-
per eſt apud deũ.Illũ ſemp ante oculos
habere debemus p quẽ ſumus,viuimꝰ,
& ſapimus:ipſum nãq; vt eſſemus ha-
bemus authorẽ: ipſum etiã vt ſapiẽtes
ſimus debemꝰ habere doctorẽ:& vt bea
ti ſimus,internæ ſuauitatis largitorẽ.
Et in hoc imaginẽ eiꝰ,hoc eſt illiꝰ ſum
mę trinitatis in nobis cognoſcimꝰ.Nã
ſicut ille & eſt & ſapiẽs eſt & bonus eſt:
ſic & nos pro modulo noſtro & ſumꝰ,
& nos eſſe ſcimus,& id eſſe & noſſe di-
ligimus.Vtere igiť teipſo velut dei tẽ
plo ꝓpter illud qđ in te ſimile eſt deo.
Honor ſiquidẽ deo ſummꝰ eſt illũ vene
rari & imitari. Imitaris ſi pius es. Tẽ- I
plũ em̃ ſanctũ eſt deo mẽs pia,& altare
optimũ cor eius. Veneraris ſi miſeri-
cors es,ſicut & ipſe oĩbꝰ miſericors eſt.
Hoſtia ſiqdẽ acceptabilis eſt deo facere
bonũ oĩbus ꝓ deo.Fac oĩa ſicut filiꝰ dei
vt dignus ſis eo q te dignatus eſt filiũ
vocare.In oĩbus vero quę agis deũ eſſe
p̃ſentẽ cognoſce. Caue ergo ne ĩ eo qđ
male delectat vel viſio tua vel cogita-
tio tua remoretur:nec dicas aut facias
qđ nõ licet etiã ſi libet:ne aliquo facto
vel ſigno deũ offendas,q vbiq; pręſens
cernit qcqd facis. Magna cuſtodia tibi Ex Boe-
neceſſaria: qm̃ ante oculos iudicis vi- tii lib. vl
uis cũcta cernẽtis.Cũ illo tamẽ ſemper timo de
es ſecurus ſi talẽ te p̃paraueris vt tecũ cõſol.
adeſſe dignetur. Si tecũ nõ eſt p gratiã
adeſt p vindictã.Sed vęh tibi ſi tecũ ita
eſt, Immo vęh tibi ſi ita tecũ nõ adeſt.
Illi nãq; iraſcitur deus quẽ ꝑccantẽ nõ
flagellat.Nã quem flagellando nõ emẽ
dat,in futuro damnat.

De conſideratione mortis. Ca. VIII.

CErtũ eſt qm̃ mors vbi K
q; minatur tibi:diabo
lus inſidiať vt rapiat
aĩam tuã,quãdo egre
dietur de corpore: tu
vero noli timere, quo
niam deus qui in te habitat(ſi tñ in te
habitat) eripiet te & a morte & a dæ-
mone. Fidelis.n.ſocius eſt, nec deſerit
ſperãtes in ſe,niſi prior deſerať.Deſeri
tur aũt dũ cor p prauas & inutiles co-
gitatiões vaga mente diſcurrit. Idcir-
co omni ſollicitudine & cuſtodia illud
cuſtodire & tenere debes,vt in illo de-
us requieſcere cupiat. In omni namq;
creatura quæ ſub ſole mundi vanita-
tibus occupatur: nihil humano corde
ſublimiꝰ,nihil nobiliꝰ,nihil deo ſimiliꝰ
reꝑriť, Quapropter nihil aliud q̃rit a



te niſi cor tuũ.Mũda ergo illud p purã
cõfeſſionẽ & aſſiduã orationẽ: vt mun
do corde deũ videre poſſis p continuã
dei circũſꝑctionem.In om̃i loco eſto ei
ſubiectus & intentus:& cõpone mores
tuos:vt ſis in te placatus. dilige om̃es
hoĩes, & oĩbꝰ te amabilẽ exhibe, vt ſis
pacificus & dei filius.Sic eris bonꝰ mo
nachus,ſanctus,humilis,& rectus,& cũ
L talis fueris memento mei. Vęh mihi q
dico & iſta nõ facio:& ſi aliqñ facio nõ
diu pſeuero. Iſta habeo in memoria &
nõ ſeruo in vita.Habeo in ſermonibus
& nõ in moribꝰ. Legẽ in corde & ĩ ore
tota die rumino,& contraria legi ago.
Lego de religione in ea & plus diligo
lectionẽ q̃ orationẽ:verũtamẽ nil aliud
me docet diuina ſcriptura niſi religio-
nẽ amare,vnitatem ſeruare, caritatem
habere.Ego aũt miſer & miſerabilis,ci
tius curro ad lectionẽ q̃ ad orationẽ:
libentius volẽs legere q̃ miſſas auſcul
tare.Expectat me aliquis volens de ne
ceſſitate ſua mihi loq:ego vero librum
aliquẽ accipio,quem ille vel ille vellet
habere:lego in eo & legẽdo amitto fru
ctus caritatis,pietatis affectus,cõpun-
ctionis fletus,miſſarũ vtilitatẽ,cęleſtiũ
cõtẽplationẽ. Nihil tñ dulcius in hac
vita ſentiť, nihil auidius ſumiť, nihil
ita mẽtẽ ab amore mũdi ſeparat, nihil
ſic aĩam cõtra tẽtationes roborat:nihil
ita hoĩem excitat & adiuuat ad omne
bonum opus,& ad oẽm laborem:q̃ gra
tia contemplationis.

De inattentionis graui ꝑriculo. Cap. IX.

M MIſerere mei deꝰ: qm̃ ibi
plus ꝑcco vbi peccata
mea emẽdare debeo. in
monaſterio namq; ſępe
dũ oro nõ attẽdo qd di
co.Oro quidem ore,ſed
mente foris vagante orationis fructu
priuor.Corpore ſum interius,ſed cor-
de exterius:& ideo ꝑrdo qđ dico. Pa-
rũ em̃ ꝓdeſt ſola voce cantare ſine cor
dis intẽtione. Propterea magna pꝰerſi
tas,immo magna inſania eſt,qñ cũ dño
maieſtatis loq in oratiõe p̃ſumimus &
inſenſati aurem auertimꝰ: & neſcio ad
quas ineptias cor cõuertimus.Magna
quoq; inſania & grauiter vindicanda,
cũ viliſſimus puluis loquentem ad ſe
audire dedignatur creatorẽ vniuerſi-
tatis. Ineffabilis vero eſt dignatio di-
uinę bonitatis, quę quotidie conſpicit
nos infelices,aures auertentes,obdurã
tes corda,& nihilominꝰ clamat ad nos
dicens,Redite p̃uaricatores ad cor,Va Eſa. 46.
cate & videte qm̃ ego ſum deus.Loqui Pſal. 45.
tur mihi deus in pſalmo & ego illi:nec
tamẽ cũ pſalmũ dico attẽdo cuiꝰ pſal-
mus ſit. Idcirco magnam iniuriã deo
facio cum illum p̃cor vt meam precem
exaudiat: quã ego q fundo non audio.
Dep̃cor illũ vt mihi intẽdat: ego vero
nec mihi nec illi intẽdo:ſed qđ deteriꝰ
eſt,immũda & inutilia in corde verſan
do fœtorem horribilem eius aſpectibꝰ
ingero.

De inſtabilitate cordis humani. Cap. X.

NIhil eſt ĩ me corde meo N
fugaciꝰ:qđ q̃tiẽs me de-
ſerit, & per prauas cogi
tationes defluit,totiens
deum offendit.Cor meũ
cor vanũ,vagũ & inſtabile, dũ ſuo du-
ciť arbitrio,& diuino caret cõſilio. ĩ ſe
ipſo nõ pōt cõſiſtere: ſed oĩ mobili mo
biliꝰ p ĩfinita diſtrahiť,& hac atq; illac
p innumera diſcurrit. Et dũ p diuerſa
requiẽ q̃rit,nõ inuenit: ſed ĩ labore mi
ſerũ a requie vacuũ manet: ſibi nõ con
cordat,a ſe diſſonat,a ſe reſilit:volũta-
tes alternat,cõſilia mutat,ędificat no-
ua,deſtruit vetera,deſtructa reędificat,
eadẽ iterũ atq; iterũ alio atq; alio mõ
mutat & ordinat,qa vult & nõ vult:& Iob. 14.
nũq̃ in eodẽ ſtatu pmanet. Sicut.n.mo O
lẽdinũ velociter voluiť & nihil reſpu-
it,ſed qcqd imponiť molit: ſi aũt nihil
apponiť, ſeipſum cõſumit: ſic cor meũ
ſemp eſt in motu,& nũq̃ reqeſcit:ſed ſi
ue dormiã ſiue vigilẽ,ſomniat & cogi-
tat qcqd ei occurrit.Et ſicut molẽdinũ
arena ſi ĩponať exterminat,pix inqnat,
palea occupat:ſic cor meum cogitatio
amara turbat, immũda maculat,vana
inqetat & fatigat.Ita cor meũ dũ futu
rũ nõ curat gaudiũ,nec diuinũ q̃rit au
xiliũ,ab amore cęleſtiũ elõgať,& ĩ amo
re terreſtriũ occupať,Cũq; elabiť ab il-

lis & inuoluitur in iſtis : vanitas illud
recipit,curioſitas deducit,cupiditas al
licit,voluptas ſeducit,luxuria polluit,
torquet inuidia,turbat iracundia, cru
ciat triſtitia : ſicq́ miſeris caſibus ſub-
mergitur omnibus vitiis qui vnũ deũ
(qui ei ſufficere poterat ) dimiſit. Per
multa diſpergitur:& huc illuc quærit
vbi requieſcere poſſit: & nihil inuenit
qđ ei ſufficiat,donec ad ipſum redeat.
A cogitatione in cogitationem duci-
tur,& per varias occupationes & affe-
ctiones variatur,vt ſaltẽ varietate ipſa
rum rerum impleatur, quarum quali-
tate ſatiari non poteſt.Sic labitur cor-
dis miſeria ſubtracta diuina gr̃a. Cũq́
ad ſe reuertitur & diſcutit qđ cogita-
uit, nihil reperit : quia non opus fuit,
ſed importuna cogitatio quæ cõponit
multa de nihilo. ſic deniq́ decipit ima
P ginatio quã dęmonũ format illuſio.Im
perat mihi deus vt prębeã ſibi cor me-
um:& quia ĩperanti deo non ſum obœ
diens & ſubditus: mihi ſum rebellis &
contrarius. Vnde mihi ſubiugari non
potero, donec illi fuero ſubiectus: mi-
hiq́ ſeruiam nolens,qui ei nolo ſerui-
re volẽs.Idcirco plura machinatur cor
meũ vno momento q̃ omnes homines
perficere poſſint vno anno.Cũ deo non
ſum vnitus:& ideo in meipſo ſum diui
ſus.Cũ illo vero vniri nõ poſſim niſi p
caritatẽ, nec ſubiici niſi per humilita-
tem,nec vere humilis eſſe niſi per veri
tatem. Expedit ergo vt in veritate me
diſcutiã:& cognoſcã q̃ vilis,q̃ fragilis,
& q̃ labilis ſum. Deinde cũ oẽs miſeri-
as meas cognouero,neceſſe eſt vt illi in
hęream p quẽ ſum, ſine quo nihil ſum
Q & nihil facere poſſum. Et qa a deo pec-
cando receſſi, niſi per verã confeſſionẽ
ad illum redire nõ poſſum.Fateri ergo
oportet(qđ nemini fatẽdum eſt) ꝙ nũ
q̃ eo modo aut ea intẽtione qua pecca
ui,peccata cõfeſſus ſum, nec oĩa recor-
datus ſum aut ꝓpter vetuſtatẽ aut ꝓ-
pter multitudinẽ.Si aũt cõfeſſus ſum,
nõ pure cõfeſſus ſum,ꝓpter turpitudi
nẽ.Cõfeſſionẽ etiã meã diuiſi:vt diuer
ſis ſacerdotibus diuerſa manifeſtarẽ,&
ita venia carui, ad quã per partes ꝑue
nire putaui.Execrãda nãq́ fictio eſt pec
catũ diuidere & ſuꝑficie tenus radere,
nõ intrinſecꝰ eradicare. Nõ.n.vtilis eſt
cõfeſſio: niſi ſit in oris veritate & cor-
dis puritate. Et vt tres ſint q teſtimo-
niũ nobis dẽt in cęlo,pater,filius,& ſpi
ritꝰ ſanctꝰ,addamꝰ teſtes ſacerdotes cor
di nr̃o & ori,vt ĩ ore duorũ vel triũ te Matt.18.
ſtiũ ſtet om̃e verbũ. Sed dicis. Sufficit R
mihi ſoli deo cõfiteri: qa ſacerdos ſine
eo peccatis me abſoluere non põt. Ad
qđ nõ ego,ſed btũs Iacobꝰ r̃ndet dicẽs.
Cõfitemini alterutrũ pctã veſtra. Con Iacob.5.
ueniẽs nãq́ valde eſt vt nos q peccãdo
deo cõtumaces fuimus, pœnitẽdo ſup
plices ſacerdotibꝰ & miniſtris eiꝰ ſimꝰ:
vt hõ q ad gratiã cõſeruãdã mediato-
re nõ eguit:iã eã recuperare nõ niſi per
mediatorẽ hoĩem poſſit. Gemat ergo
& ſuſpiret & anxiꝰ ꝓ pctõ timeat & ex
paueſcat, ſollicitꝰ diſcurrat,auxiliato-
res & ĩterceſſores q̃rat:ꝓſternat ſe hu-
militer hoĩ q humiliter creatori aſtare
noluit. Nam & hoc ſaluberrimũ eſt vt
hõ corde pœniteat , & ore delictũ ſuũ
cõfiteat̃:quatinꝰ deꝰ q pius adeſt p gra
tiã, cor ad pœnitẽtiã cõpungat, deĩde
adſit vt cõfitẽti pctõrũ veniã tribuat.
Qz ſi forte peccator vere pœniteat,ſed S
ĩtercurrẽte articulo neceſſitatis ad cõ
feſſionem ꝑuenire nõ poſſit: cõfidẽter
credere debemꝰ ꝙ ſummꝰ ſacerdos cõ
plet in eo qđ mortalis nõ potuit.Et iã
apud deũ factũ conſtat qđ hõ qdẽ vere
voluit ſed non valuit adimplere:quia
cõfeſſionem non cõtẽptus excluſit,ſed
impediuit neceſſitas.

¶De capitulari ꝓclamatione patiẽter
toleranda. Cap.XI.

IN capitulo vbi pecca- T
ta mea emẽdare debui
pctĩs pctã addidi.Cum
de illis accuſatus fui:
ea aut aliquo mõ excu
ſaui, aut ex toto nega
ui:aut(qđ deterius eſt)defendi & im-
patiẽter reſpondi : cũ nullũ ſit pctm̃ a
quo nõ ſim cõtaminatus aut contami
nari nõ poſſim. Iuſtũ eſt ergo vt omni
excuſatiõe remota emẽdationẽ ꝓmit-
tam vndecũq́ aut a quocũq́ accuſer:
quatinus ſic liberari valeã a peccato ꝑ
petrato vel perpetrando.



¶De graui periculo omittentis cor-
rectionem fraternã & odiẽtis correctio
nẽ ſui:& de variis animæ ĩfirmitatibꝰ.
Cap.XII.

V MVltitudinem iniquita
tum mearũ expaueſcẽs
aliorum trãſgreſſiones
reprehendere timui:&
ideo mortis author ex
titi:qa virus qđ clamã
do expellere potui non expuli.Indigna
tus ſum aduerſus alios q me de vitiis
meis rephẽdebãt: & quos amare debui,
odiui.Illa quę mihi nocebãt vel diſpli-
cebãt deſideraui vt non eſſent.Sciebam
tamen ꝙ in natura ſui erant bona & a
bono factore facta : ſed ideo mihi noce-
bant quia malus eram,& male illis vte
bar.Nihil enim mihi contrarium eſt ni
ſi ego ipſe.Mecũ eſt quicquid mihi no-
cere poteſt,& ego mihi ipſe ſarcina ſũ.
X Optaui etiam vt deus peccata mea ne-
ſciret, aut punire nollet,aut nõ poſſet:
& ita volui deum eſſe inſipientem,iniu
ſtum,& impotentem:qđ ſi eſſet, deꝰ nõ
eſſet. Non eſt ſuperbia ſuꝑ ſuꝑbiã meã:
Pſal.21. propterea longe a ſalute mea verba de-
lictorum meorum . Suſpecta eſt ſiquidẽ
deo ſuꝑbia & odioſa:nec fieri põt vt cũ
ea in gratiã reuertat̃. Diuerſũ vtriuſq́
hoſpitium:nec in eodẽ cohabitant ani-
mo,quibus non licuit cohabitare in cæ
lo.In cęlo nata eſt,ſed velut immemor
qua via inde cecidit illuc poſtea redire
Y nõ potuit.¶Dum aer pluuia vel nimio
frigore aut calore turbatus fuit, cõtra
deum inique murmuraui. Omnia nãq́
quę ad vſum vitę accepimus: ad vſum
culpę cõuertimus.Quapropter iuſtum
eſt vt qui in cunctis peccauimus,in cũ-
Z ctis feriamur.¶Sæpe ad ſacrum myſte-
rium vocem meam fregi vt dulcius cã
tarem,magis delectabar ĩ vocis modu-
latione q̃ in cordis compunctione.Deꝰ
vero cui non abſconditur quicquid il-
licitum perpetratur:nõ quærit vocis le
nitatem ſed cordis puritatem.Nam dũ
cãtor mulcet populum vocibus: deum
A irritat prauis moribus. ¶Licentiam lo
quendi vel aliquid faciendi ſæpe nimia
importunitate vel calliditate a præla-
tis meis extorſi : non attendens miſer
qm̃ ille ſe decipit qui occulte vel aper-
te ſatagit vt hoc ei pater ſpiritualis in
iungat qđ ipſe deſiderat.¶Acũ vel cul B
tellum vel aliquid vile multotiens ni-
mium deſideraui:nec confeſſus ſum qa
peccatum non exiſtimabam propter rei
vilitatem . Veruntamen non multum
diſtat quęcunq́ ſubſtãtia vilis vel pre-
cioſa requiratur, dum ęqualiter ſit cor
ruptus affectus . Non enim cultellus
in vitio eſt,ſed cultelli appetitus : neq́
aurum in vitio eſt , ſed auri cupiditas.
¶In labore non laboraui quantum de- C
bui vel quantum potui. In ſilentio etiã
fui ocioſus:qđ eſt maximum peccatum.
In ſilẽtio nãq́ nemo ſic eſſe debet ocio-
ſus vt in eodẽ ocio vtilitatem proximi
non cogitet:nec ſic actuoſus vt dei cõ-
templationem nõ requirat. Parũ eñ ꝓ
ficit qui alteri nõ prodeſt cum poteſt.
¶De vitiis meis multotiẽs me iactaui: D
putans eſſe inſigne virtutis vbi erat la
pſus criminis.De virtutibus etiam vi-
tia feci . Iuſtitia nãq́ dum ſuum modũ
excedit crudelitatis vitium gignit : &
nimia pietas diſſolutionem diſciplinæ
parturit.ſic ſæpe vitium eſt qđ virtus
putatur.Sic remiſſa ſegnities manſue-
tudo creditur,& pigritię vitium quie-
tis virtutem imitatur . ¶Finxi me eſſe E
qđ non eram,dixi me velle qđ nolebam
vel nolle qđ volebam : aliud ore dicebã
& aliud corde volebam: & ita ſub oui-
na pelle vulpinam conſcientiam cõſer-
uabam.¶Vulpina plane conſciẽtia eſt: F
tepida conuerſatio,animalis cogitatio,
ficta cõfeſſio ,breuis & rara compũctio,
obœdiẽtia ſine deuotione,oratio ſine ĩ
tentione,lectio ſine ędificatione,ſermo
ſine circũſpectione . O q̃ dura mihi ſũt
iſta quæ loquor: qm̃ meipſum loquẽdo
ferio. ¶Verũtamen quia me peccatorẽ G
non nego,ſed peccatum meum cogno-
ſco:erit ſpero apud deum pium iudicẽ
ipſa cognitio culpæ impetratio venię.
Dicã ergo dicã miſeriã meã,vt dei mi-
ſeratio amoueat illã.Dicã peccatũ meũ
qm̃ cõfeſſio peccati ĩitiũ ẽ ſalutis. ¶Ma H
gnam porto coronam, & veſtem rotun
dam,regulam ſeruo ieiuniorum,ſtatu-
tis pſallo horis : ſed cor meum lõge eſt
a deo meo.Exteriorem ſuperficiẽ mun

dans,ſaluā mihi omnia arbitror,nō ſen
tiens vermem interiorem qui interio-
Oſe.7. ra corrodit.Vnde Oſeas.Comederunt
alieni robur meum & ignoraui.Ideo ꝑ-
gens totus in ea quæ foris ſunt & igna
rus interiorum meorum,ſicut aqua ef-
fuſus ſum & ad nihilum redactus ſum:
præteritorum obliuiſcens,præſentium
negligens,futura nō prouidēs. Ingra-
tus ſum ad beneficia:pronꝰ ad mala: &
tardus ad bona.

ℂDe negligenti ſuiipſius exami-
natione. Cap.XIII.

I SI me nō iſpicio, neſcio
meipm̄:Si aūt me iſpi-
cio me tolerare nō poſ
ſū.Tāta iuenio ī me q̄
digna ſunt reprehēſio
ne & cōfuſione, & quā
to ſubtilius & ſępius diſcutio,tāto plu
res abominatiōes ī angulis cordis mei
inuenio.Ex quo nāq; peccare cœpi nun
q̄ vnū diem ſine peccato trāſire potui:
nec adhuc peccare ceſſo:ſed de die ī diē
peccatis peccata addo:& ea quę prę ocu
lis habeo inſpicio,nec gemo: erubeſcē-
da video,nec erubeſco:dolēda intueor,
nec doleo:quod eſt mortis ſignū & da-
mnationis indicium.Mēbrū eñ qd̄ do-
lorem non ſentit mortuum eſt:& mor-
bus inſenſibilis eſt incurabilis.Leuis ſū
& diſſolutꝰ nec me corrigo,ſed ad pec-
cata quæ cōfeſſus ſum quotidie redeo:
nec caueo foueam in quā miſer ego ce-
cidi vel alios cadere feci vel vidi.Cūq;
plorare & orare deberem ꝓ malis quæ
feci,& bonis quæ neglexi: ꝓhdolor ver
ſum eſt mihi in cōtrarium.Nam tepui
& frigui a feruore orationis: & iā ſine
ſenſu frigidus remanſi:& ideo flere me
ipſum nō poſſum,qm̄ gratia lachryma
rum receſſit a me.

Qꝫ opera & conſciētia hominis: ho
minem ſemper & quocunq; ierit ſe-
quantur. Ca.XIIII.

K PEccata mea celare non
poſſum:qm̄ quocūq; va
do conſciētia mea me-
cum eſt, ſecum portās
quicqd in ea poſui ſiue
bonū ſiue malū.Seruat
viuo,reſtituet defuncto depoſitū quod
ſeruandū accepit.Si male facio,adeſt il
la:ſi aūt benefacere videor & īde extol-
lor,adeſt illa.Adeſt viuo, ſequitur mor
tuum: vbiq; mihi gloria vel.cōfuſio eſt
inſeparabilis ꝓ qualitate depoſiti. Sic
ſic in domo ꝓpria a propria familia ha
beo accuſatores,teſtes,iudices,& torto
res.Accuſat me conſciētia,teſtis eſt me
moria,ratio iudex,voluptas carcer,ti-
mor tortor,oblectamentum tormentū.
Quot eñ fuerunt oblectamenta mala,
tot erunt tormēta dira in pœna. Nam
inde punimur vnde delectamur.

ℂDe tribus inimicis hoīs. Ca.XV. L

ADiuua me dñe deꝰ meꝰ
qm̄ inimici aīam mei
meā circūdederūt: cor
pus.ſ.mundus, & dia-
bolus.A corpore fuge
re non poſſum:nec ip-
ſum a me fugare.Circūferre illud neceſ
ſe eſt,qm̄ alligatum eſt mihi : perimere
nō licet,ſuſtentare cogor: & cum illud
impinguo,hoſtem meū aduerſū me nu
trio.Si enim ſatis comedero,& id robu
ſtum fuerit: ſanitas & fortitudo eiꝰ mi
hi aduerſantur.Mundus vero circūcin M
get & obſidet me vndiq;:& ꝑ qnq; por-
tas videlicet per quinq; corporis ſenſus
ſcilicet viſum,auditum,guſtum,odora
tum,& tactum, ſagittis ſuis me vulne-
rat:& mors intrat per feneſtras meas ī
animam meam.Reſpicit oculus,& mē-
tis ſenſum auertit.Audit auris, & intē
tionē cordis inflectit.Odoratus cogita
tionem impedit.Os loquit̃ & fallit.Per
tactum ardor libidinis pro aliqua par-
ua occaſiōe excitat̃:& niſi illico reſpu-
atur,ſubito totū corpus occupat , vrit
& incendit.Primo carnem cogitatione
modicum titillat , deinde delectatione
turpi mentem maculat , & ad extremū
per conſenſum prauitatis ſibi mentem
ſubiugat.Porro diabolus quem videre N
non poſſum , & ideo minus ab eo mihi
cauere poſſum,tetendit arcum ſuum & Pſal.7.
in eo parauit ſagittas ſuas vt vulneret
me repente:narrauit mihi fabulatiōes,
ſed non vt lex dei : vt abſconderet la-
queos ſuos:& dixit. Quis videbit eos?
Laqueum poſuit in auro & argento &
in omnibus quibus abutimur, cum il-



O lis male delectamur & illaqueamur. Nec
ſolum laqueum poſuit ſed & viſcum.
Viſcus eſt amor poſſeſſionis, affectꝰ co
gnationis, cupiditas honoris,& carnis
voluptas:quibus anima inuiſcat̃ & ir-
retitur,ne pennis contemplationis per
plateas ſupernæ Sion volare poſſit. Sa-
gittæ diaboli ſunt ira,inuidia,luxuria,
& cętera quibus anima vulneratur vi-
tia.& quis eſt ille qui iacula eius ignea
extinguere poſſit?
Prohdolor his telis ſuperat̃ ſępe fidelis.
Hei mihi,tot video bella parata mihi.
P Vndiq; tela volant,vndiq; tētamenta,
vndiq; pericula. Quocunq; me vertam
nulla ſecuritas eſt. Et quæ mulcent &
quę triſtant vel moleſtant,oīa timeo.
Eſuries & refectio,ſomnus & vigilię,la
bor et quies pugnant contra me. Non
minus ſuſpectꝰ eſt mihi iocus q̄ ira:mul
tos ſiquidem iocando ſcādalizaui. Nec
minus proſpera vereor q̄ aduerſa: ꝓſpe
ra nāq; ſuauitate ſua incautum me fa-
ciunt et decipiunt. Aduerſa vero quia
aliquid amaritudinis habent, velut po
tiōes amarę me ſuſpectum & timidum
faciunt.Magis timeo malum qd̄ facio ī
abſcondito q̄ qd̄ in aperto.Malum nāq;
qd̄ nemo videt nullus rephendit:& vbi
non timetur rephēſor ſecurus accedit
tentator: & facilius perpetratur iniqui
tas.Nimirum vtrobiq; bellum,vtrobi-
q; periculum,vtrobiq; timēdū: & ſicut
in hoſtili regione verſantibus hac illac
ꝙ circūſpiciendum eſt & ad omnē ſtre-
Q pitum circūagēda eſt ceruix.Caro ſug-
gerit mihi mollia,mundus vana,diabo
lus amara. Quia quotiens carnalis co-
gitatio mētem meam pulſat de cibo &
potu,de ſomno cęteriſq; ſimilibꝰ ad car
nis curam pertinentibus:caro mihi lo-
quitur.Cū de ambitione ſeculi,& iactā
tia,et arrogātia,cogitatio vana in cor-
de verſatur,de mundo eſt. Quando au
tē ad iram,ſuperbiam,et ꝓ iracundiā ad
amaritudinē animi ꝓuocor , diabolica
ſuggeſtio eſt: cui nō aliter q̄ ipſi diabo
lo reſiſtendū eſt:nec aliter ab ea cauen
dū q̄ ab ipſa damnatione. Dæmonum
officium eſt ſuggeſtiones malas ingere
re:noſtrū eſt illis nō cōſentire. Nā quo
tiens reſiſtimus, diabolū ſuperamus,an
gelos lætificamus,deū honorificamus.
Ipſe eñ nos hortat̃ vt pugnemꝰ:adiu-
uat vt vicamꝰ.Certātes ī bello ſpectat,
deficiētes ſubleuat,vicētes coronat.

ℂDe ſuggeſtionibus triū dictorū ini
micorum. Cap.XVI.

CAro mea de luto eſt, R
ideo lutoſas et volu-
ptuoſas cogitationes
ab illa habeo:varias &
curioſas a mūdo:a dia
bolo malas et malitio-
ſas.Iſti tres inimici me īpugnant et per
ſequūtur,nunc apte nūc vero occulte:
ſemp aūt malitioſe.Diabolus nāq; plus
confidit in adiutorio carnis,qm̄ magis
nocet domeſticꝰ hoſtis.Illa vero ad ſub
uerſionē meā cū illo fœdus iniit: vt po
te de pc̄tō nata & ī peccato nutrita,vi-
tiis corrupta ab ipſa origine: ſed mul-
to amplius vitiata praua cōſuetudine.
Hinc eſt ꝙ tam acriter concupiſcit ad-
uerſus ſpm̄,ꝙ aſſidue murmurat & ī-
patiens eſt diſciplinę: ꝙ illicita ſugge-
rit,nec rationi obtemperat,nec inhibet̃
vllo timore.Huic accedit,hāc adiuuat, S
hac vtit̃ tortuoſus ille ſerpēs hoſtis hu
mani generis:cui nullū aliud eſt deſide
riū,nullū negociū,nullum ſtudiū,niſi ꝑ
dere aīas noſtras.hic eſt qui iugiter ma
lum machinat̃,argute loquit̃,artificio-
ſe ſuggerit , callide decipit , illicitos
motꝰ inſufflat,& venenatas cogitatio-
nes inflāmat,mouet bella, nutrit odia,
incitat gulā,mouet libidinē, deſideria
carnis īſtigat, & peccati occaſiones pa-
rat,& mille nocendi artibus corda ho-
minū pulſare non ceſſat. Hinc eſt ꝙ ba
culo noſtro nos cędit,& manus noſtras
ꝓprio cingulo ligat : vt caro q̄ data eſt
nobis in adiutoriū, fiat nobis in ruinā
& in ſcandalū.Grauis lucta & graue pi
culū eſt aduerſus domeſticum hoſtē pu
gnare:maxime cū nos aduenę ſimus &
peregrini.Magnū quoq; diſcrimē eſt ad
uerſus diabolicę fraudis aſtutiā tā cre
bros(immo cōtinuos)ſuſtinere confli-
ctus:quē aſtutū fecit tā natura ſubtilis
q̄ lōga exercitatio malitiæ huius.

ℂDeꝑcatio cōtra tres dictos hoſtes,&
exhortatio ad virtutē capeſſendā:& de
magnitudie btitudis ęternę.Ca.XVII.

T
Pſal.58. ERipe me de īimicis me-
is deus meus & ab his
qui oderūt me:qm̄ con-
fortati ſūt ſup me. Ego
vero qui vſqꝫ ad hūc diē
contra me vixi:iamiam
per tuam gratiam mihi viuere incipiā.
*Sic* em̄ in mūdo viuere debemus vt cū
corpus cœperit a vermibus deuorari ī
ſepulchro:aīa lętetur cū ſanctis in cæ-
lo.Illuc ſpiritus dirigendus eſt,quo eſt
iturus.Illuc feſtinare debemꝰ,vbi ſemp
viuamus : & vbi mori amplius non ti-
V meamus.Si ſic amamus labilem iſtā &
caducā vitam,vbi cum tanto labore vi
uimus, vbi comedēdo,bibendo,dormiē
do vix carnis neceſſitatibꝰ ſatiſfacimꝰ:
multo magis amare debemus vitā ęter
nam vbi nullū laborē ſuſtinebimus:vbi
ſumma ſemp iocūditas, ſūma felicitas,
Matt.13. felix libertas & felix beatitudo : vbi ſi-
miles erūt hoīes āgelis dei, & fulgebūt
iuſti ſicut ſol in regno patris ſui.Qua-
lis putatis tūc erit ſplēdor aīarū qñ ſo
lis ſplēdorē habebit.lux corpoꝝ? Nulla
erit ibi triſtitia,nulla anguſtia, nullus
dolor,nullus timor,nullꝰ ibi labor,nul
la mors:ſed ꝑpetua ſanitas ſemp pſeue-
rat.Nō ſurgit ibi malitia,nec carnis mi
ſeria.Nulla eſt ibi ęgritudo, nulla oīno
neceſſitas . Nō eſt ibi fames,nō ſitis,nō
frigus,nō æſtꝰ,nō laſſitudo ieiunii,nec
vlla tentatio inimici: nō peccādi volū-
tas nec delinquēdi facultas:ſed totū lę
titia, totū exultatio poſſidebit:hoīeſqꝫ
angelis ſociati ſine vlla carnis infirmi-
tate in ꝑpetuū manebūt.Ibi erit iocun-
ditas infinita:beatitudo ſempiterna.In
qua qui ſemp adipiſcitur ſemper tenet.
Ibi eſt reqes a laboribꝰ, pax ab hoſtibꝰ,
amœnitas de nouitate, ſecuritas de æ-
ternitate,ſuauitas atqꝫ dulcedo de Dei
viſione. Et quis nō illic vehemēter ha-
bitare deſideret? & ꝓpter pacē & ꝓpter
amœnitatē,& ꝓpter ęternitatē,& pro-
pter dei viſionē?Nullus eſt ibi peregri-
nus ſed qcūqꝫ illuc venire merebunt ſe
curi ī ꝓpria patria manebūt:ſemp læti
& ſemp ſatiati de viſione dei: & q̄to qs
plus alio,deo obœdiēs fuerit, tāto am-
pliorē mercedem ibi recipiet:quantoqꝫ
deum plus amabit,tanto propius vide
bit quęcunqꝫ cernere cupit.

¶De breuitate vitę humanę & vete-
ris hoīs noſtri rebellione. Ca.XVIII. X
DIes hoīs ſicut vmbra 1.Par.29.
ſup terrā:& nulla eſt
mora:& tūc ꝓprie ni
hil eſt cū ſtare videt.
Cur ergo theſaurizat
in terra hō cū ſine di-
latione trāſeat & illud qđ colligit,& ip
ſe qui colligit . Et tu homo quē fructū
expectas in mūdo:cuius fructus ruina
eſt:cuius finis mors eſt ? Vtinā ſaperes
& intelligeres ac nouiſſima prudenter
ꝓuideres.*Scio* quēdā qui ꝑ annos plu-
rimos tecū familiariter vixit,ad menſā
tuā ſedit,cibū de manu tua ſumpſit:in
ſinu tuo dormiuit: cū voluit tecū col-
loquiū habuit:hic iure hęreditario ſer
uus tuus eſt.*Sed* quia ab ineunte æta-
te delicate nutriſti eū & virgę pepciſti:
cōtumax effectꝰ eſt: leuauit calcaneum
ſuum ſup caput tuū:& te in ſeruitutē
redegit & tui crudeliter dñat.*Sed* for- Y
taſſe dices qs eſt hic? Vetus hō tuus:q
cōculcat ſpūm tuū: q pro nihilo habet
terrā deſiderabilē: q ſola q̄ carnis ſunt
ſapit. Homo iſte a natiuitate cęcus eſt:
ſed & ſurdus & mutus:inueterat9 die-
rū maloꝝ:rebellis virtuti:& veritati ī
micus crucis Chriſti deridet innocētē
& ſimpliciter tranſeūtē: ambulat ī ma-
gnis & in mirabilibꝰ ſupra ſe: arrogan
tia eius eſt pluſq̄ fortitudo eius: nullū
reueret:dicit ī īſipiētia ſua , nō eſt deꝰ: Ex Pſal.
tabeſcit bonis,& malis paſcit alienis,ī- xiii.
mūdis cogitationibus paſcit:nō fatiga
bit in illis trāſgrediēs vſqꝫ ad finē:diſp
git & diſſipat ꝓpria ſicut ꝓdigꝰ, cupit
& rapit aliena,ſicut auarus:turpitudi-
nē & ignominiā congregat ſibi ſimulās
& callidus prouocat irā dei.Homo iſte
totus in pctīs natus eſt,& ſic nutritus,
amicus iniqtatis,filius mortis,vas iræ
in cōtumeliā,aptꝰ ad interitū . Qui cū
talis ſit,enarrat iuſtitias dei & aſſumit
teſtamētū eius ꝑ os ſuū. Odit diſcipli-
nā,ꝓiicit dñm ſuū poſt dorſum ſuum.
Cū videt furē currit cū eo:& cū adul- Ex Pſal.
teris portionē ſuā ponit.Aduerſus fi- xlix.
liū matris ſuę ponit ſcādalū ſup terrā,
etiā theſaurizat irā in die irę:vult a te



hæreditatē tuā tollere,& deſuper terrā
auferre:& tu tātā iniuriā nō vindicas
ſed diſſimulas:nec ei verbū durū loque
ris nec vultū iratū oſtēdis:ſed blandiē-
ti:tibi arrides . Ludis cū illuſore,neſcis
quia Iſmael eſt qui tecum ludit.Ludus
iſte nō eſt pueritiæ nec ſimplicitatis vł
innocētię:ſed illuſio eſt aīæ: ſed pſecu-
tio ſed mors. Iam te in foueā quā fecit
ꝑcipitauit:iā effœminatꝰ es,iā iugo mi
ſerrimę ſeruitutis preſſus : ſub pedibus
eius miſere & viliter cōculcaris.O mi-
ſer & miſerabilis homo quis te libera-
bit de vinculo improperii huius?Exur
gat deus & cadat armatus iſte,cadat &
conterat inimicus homo,cōtēptor dei
cultor ſui,amator mundi,ſeruus diabo
li.Quid tibi videt? Si recte ſentis mecū
dices reus eſt mortis,crucifigatur.No-
li ergo diſſimulare , noli differre, noli
parcere,ſed feſtinanter,audacter,inſtan
ter,crucifige hominē iſtum , ſed cruce
Chriſti in qua eſt ſalus & vita : ad quē
ſi ex corde clamaueris,crucifixus tuus
Lucę.23. audiet te benigne reſpōdēs.Hodie me-
Z cum eris in paradiſo.O Chriſti pietas,
O inopinata ſalus miſeri. Tā gratuita
eſt & probata dilectio dei, tam ſtupēda
dulcedo,tam inopinata dignatio, tā in
uicta manſuetudo,vt qui ad eū clama-
uerit exaudiat illū : qm̄ miſericors eſt.
O quāta eſt mīa dei?q̄ ineffabilis muta
tio dexterę excelſi?heri eras ī tenebris:
hodie ī ſplēdore lucis. Heri in ore leo-
nis:hodie in manu mediatoris.Heri in
porta inferni:hodie in deliciis paradi-
ſi.Sed qd proſunt hę literę admonitio-
nis,niſi deleas de libro cōſciētię tuæ li-
teras mortis?Quid ꝓſūt hęc ſcripta le-
cta & intellecta:niſi temetipm legas &
intelligas.Da ergo operā internę lectio
ni vt legas,inſpicias,& cognoſcas teip-
ſum:legas vt diligas deū,vt pugnes &
vincas mūdū:& omnē inimicū:quatinꝰ
labor cōuertat in requiē,luctus in gau
diū:& poſt tenebras huius vitæ videas
ortū ſurgētis aurorę.Videas etiā meri
dianū ſolē iuſtitię,ī quo ſpōſū cū ſpōſa
ꝓſpicies vnū eūdēqꝫ dñm glorię:qui vi
uit & regnat ꝑ infinita ſcl'a.Amen.

Explicitus eſt de anima ac eius ī-
ſtitutione Lib.I.

# SEQVVN tur Libri Secundi Capita.


Quid ſit animus. Cap.I.
De potētiis & affectionibꝰ aīę. Cap.II.
De anima rationali dei & omnium re-
rum imagine. Cap.III.
Deſcriptiones animę & ſpiritꝰ cum di-
uerſa eorundem ratione. Cap.IIII.
Qꝫ ſpūs multipliciter dicitur.Cap.V.
De mentis mutabilitate in ſuis viri-
bus. Cap.VI.
De connexione potentiarum animę &
obiectis earum. Cap.VII.
De ratione compoſitionis aīę ſcđm quā
variā nūcupationē ſortitꝰ.Ca.VIII.
De mutua animæ & corporis confœde
ratione. Ca.IX.
De bonis animæ & corporis. Cap.X.
De corporis compoſitione. Cap.XI.
De excellentia animę & ęterna eiꝰ bea
titudine,ſi ī caritate vixerit.Ca.XII.
De comparatione animæ ad carnem:&
quomodo ipſa dicat localis & corpo
rea. Cap.XIII.
Quō corporalium imagines in aīa for-
mentur:& ꝙ corporalia non ſint qui-
bus animæ corporibus exutæ affi-
ciuntur. Cap.XIIII.
De natura aīæ rationalis. Cap.XV.
De oraculo,viſione,ſomnio, inſomnio,
& phantaſmate : & quibuſdam aliis
dormientibus accidere ſolitis appari-
tionibus. Cap.XVI.
Qualibus animæ corporibus exutę af-
ficiantur paſſionibus. Cap.XVII.
De exitu animæ a corpore & ſuiipſius
cognitione. Cap.XVIII.
Quomodo anima ad corpus deſcēdat:
& corpus ad ſpūm aſcēdat.Ca.XIX.
Qꝫ aīa hō interior dicat:& de varia eiꝰ
rōne,in diuerſis noībus. Cap.XX.
De dignitate humanę cōditiōis. XXI.
De conuenientia inter deum & ani-
mam. Cap.XXII.
De nobilitate animæ. Cap.XXIII.
Deſcriptiōes viriū animę. Ca.XXIIII.
Qꝫ anima ad imaginem & ſimilitudi-
nem dei facta ſit. Cap.XXV.
Qꝫ anima nō ſit ex natura diuina,nec
traducat a patre in filiū. Ca.XXVI.

Qꝫ anima ex nihilo facta,a carne tradu
ctã cõtrahat originalẽ culpã. Ca.27.
Quare deꝰ aĩas illas creat q̃s ſine ſaluta
ri remedio p̃ſcit morituras. Cap.28.
De immortalitate aĩæ. Cap.XXIX.
Qꝫ deus creaturam rationalem ſola ca
ritate creauerat. Cap.XXX.
Qꝫ deꝰ naturã rationalẽ cęteris voluit
ſupeminere creaturis. Cap.XXXI.
Qꝫ creationem animarum creator ea-
rum ſolus agnoſcat. Cap.XXXII.
De hominis vtraq; parte eſſentiali, aĩa
videlicet & carne. Cap.XXXIII.
FINIS Capitum.

Sequitur Libri Secundi,qui eſt de vi
ribus & affectionibus animæ,
Prologus.

A QVoniam dictũ
eſt mihi vt me-
ipſum agnoſcã,
ſuſtinere non
poſſum vt me
habeã incogni-
tum.Magna nã
ꝙ negligẽtia ẽ
neſcire quid il-
lud ſit quo cæ-
leſtia tã ꝓfũde
cogitamus:quo naturalia tã ſubtili in-
dagatione inueſtigamus:& de ip̃o quo
ꝙ creatore noſtro tã ſublimia deſidera
mus ſcire.Nõ eſt res ꝑegrina nec lon
ge quærenda animus , quo iſta ſapimꝰ:
ſed ſemꝑ eſt nobiſcum.Adeſt,tractat,
loquit̃,& inter iſta neſcit̃ . Datũ eſt illi
tã ingẽtiũ rerũ ſecreta ſcire:& ſeipſum
cognoſcere non põt. Paucis ſiq̃dẽ licet
ipſo aĩo animũ cernere:id eſt vt ipſe ſe
aĩus videat.Fieri aũt nõ põt q̃dã diui-
na ꝓuidẽtia,vt inueniẽdi facultas deſit
religioſis animis: ſeip̃os & deũ ſuũ pie
caſte ac diligẽter q̃rẽtibus. Idcirco red
dã me mihi imo deo meo cui maxime
me debeo:& videbo quid ſit animus,&
quæ patria eius.

Quid ſit animus.
Cap.I.

B ANimus eſt ſubſtãtia q̃-
dam ratiõis particeps
regendo corpori accõ-
modata. Animus ſapiẽ
tia illuſtratus & ſuum principium re-
ſpicit & ſeipſum cognoſcit: & q̃ ſit ĩde
corum vt extra ſe quęrat quod in ſeip
ſo inuenire poſſit,intelligit.Corporeis
vero paſſionibus conſopitus & ꝑ ſen
ſenſibiles formas extra ſemetipſum ab-
ductus,oblitus eſt quid fuit:& quia nil
aliud fuiſſe ſe meminit,nil pręter id qđ
videt̃ eſſe credit . Solo ſenſu circa cor-
pora,& imaginatione circa corporũ ſi-
militudines atq; locorũ verſat̃:ſiue vi-
gilando ſiue dormiẽdo.Cũ vero ab hac C
diſtractione ꝑ purã intelligẽtiã aſcen
dens in vnũ ſe colligit:rationalis dici-
tur.Ratio ſiquidẽ eſt animi aſpectꝰ quo
ꝑ ſeip̃m verũ intuet̃ . Ratiocinatio eſt
ratiõis inq̃ſitio. Quare illa opus eſt ad
videndũ:iſta ad inquirendum.Animus
inuiſibilis eſt:neq; enim aliter inuiſibi-
lia cernere potuiſſet.viſibilia ꝑ corpus
videt:& inuiſibilia ꝑ ſe.Et ĩ eo ſe videt:
ꝙ inuiſibilem ſe eſſe videt . Videt̃ ta-
men in corpore ꝑ corpus:ſicut ſenſus
in litera manet & ꝑ literam videt̃. Ani
mus corporis dominator,rector, habi-
tator:videt ſe ꝑ ſe:ꝑ ſeipſum ſemetip̃m
videt.Nõ quærit auxiliũ corporalium
oculorum,immo vero ab omnibꝰ cor-
poris ſenſibꝰ tanq̃ impediẽtibus atq; ꝑ-
ſtrepentibꝰ abſtrahit ſe ad ſe,vt videat
ſe in ſe : vt noſcat ſe in ſe, vt noſcat ſe
apud ſe.Et cum vult deum cognoſcere D
eleuat ſe ſuꝑ ſe mentis acie.Nõ enim
aliquid tale deus eſt qualis eſt animus.
Nõ tamen videri niſi animo poteſt,nec
ita videri vt animus poteſt.Incommu-
tabilis ſiquidem veritas eſt ſine defectu
ſubſtantiæ. Non talis eſt animus : ſed
deficit & proficit : nouit,ignorat: me-
minit , obliuiſcitur : modo vult , mo-
do non vult . Diffuſis cogitationibus
atq; conſiliis huc atq; illuc vagatur:
conſiderando ſpectat omnia , videt ab-
ſentia , tranſmarina viſu ambit & ꝑ-
currit aſpectu. Abdita ſcrutatur & vno
momento ſenſus ſuos per totius orbis
fines & mundi ſecreta circunfert . De-
ſcendit ad inferna , aſcendit inde, ver-
ſat̃ in cælo , adhæret Chriſto,cõiungit̃
deo.Ipſe ſiquidem eſt eius patria & ha-
bitatio,ad cuius ſimilitudinẽ factꝰ eſt.
Quiſq̃s ergo ſe talẽ reddi deſiderat,q̃lis



a deo factus eſt,id eſt ſimilẽ deo,redeat
ad ſe & ſtet in ſe : & ſic intra ſemetip̃m
apud ſemetipſum quęrat & videat vn-
de conſtet homo, & ex qua parte ſui fa
ctus ſit ad imaginem dei.

De potentiis & affectionibus aĩę.
Cap.II.

E SX duabus ſubſtãtiis cõ
ſtat homo,anima & car
ne:anima cũ ratiõe, car
ne cũ ſenſibꝰ ſuis: quos
tamen ſenſus nõ monet
caro abſq; animæ ſocie-
tate. Anima vero rationale ſuũ tenet ſi
ne carne.Eſt ſiquidẽ rationalis, concu-
piſcibilis,iraſcibilis.Per rationalitatem
habilis eſt illuminari ad aliquid cogno
ſcendum infra ſe, & ſupra ſe,in ſe,& iu
xta ſe.Cognoſcit ſiquidem deum ſupra
ſe:ſe ĩ ſe:angelum iuxta ſe: & quicquid
cęli ambitu continetur infra ſe.Per cõ-
cupiſcibilitatẽ & iraſcibilitatẽ habilis
eſt affici ad aliquid exꝑtendum vel fu
giendũ,amandum vel odiẽdum:& ideo
de rationabilitate omnis ſenſus animæ
F oritur & de aliis omnis affectus . Affe-
ctus vero quadriꝑtitus eſſe dignoſci-
tur,dum de eo qđ amamus iam gaude
mus,vel gaudẽdum ſꝑamus : & de eo
qđ odimus iam dolemus ſiue dolẽdum
metuimus.Et ob hoc de concupiſcibili
tate gaudiũ & ſpes:de iraſcibilitate do
lor & metus oriuntur.Qui quidẽ qua-
tuor affectus animę omniũ ſunt vitio-
rũ aut virtutum quaſi quędã principia
& cõmunis materia. Affectus ſiquidem
G oꝑi nomen imponit. Et qm̃ virtus eſt
habitus mentis bene cõpoſitę:cõponen
di & inſtituẽdi atq; ordinãdi ſunt ani-
mi affectus ad id qđ debent, & quomo
do debent,vt in virtutes proficere poſ
ſint:alioquin in vitia facile corruẽt.Cũ
ergo prudenter,modeſte,fortiter, & iu
ſte amor & odiũ inſtituuntur: in virtu
tes exurgũt,prudẽtiã ſcilicet,tẽꝑãtiã
fortitudinẽ atq; iuſtitiam:q̃ quaſi origi
nes atq; cardines ſunt oĩm virtutũ. Et
hęc oĩa cũ affectuoſe & virtuoſe in aĩa
inſtituunt̃ ꝑ odiũ mũdi & ſui ꝓficit in
amorẽ dei & ꝓximi,ꝑ contẽptũ tẽpora
liũ & inferiorũ creſcit in deſideriũ ęter
H noꝝ & ſupnoꝝ.Senſus vero aĩę vnꝰ eſt
in aĩa,& qđ ipſa:& cũ corpus nõ ſit cor
poreus dicit̃:quia corpus nõ trãſcẽdit
vel quia corporeis exercetur inſtrumẽ
tis.vnde & ob numerũ inſtrumentorũ
quinqueꝑtitus dicitur cũ intus nõ ſit
niſi vnus: verũtamen ꝓpter varia exer
citia variatur & varie nuncupat̃.Dici-
tur nãq; ſenſus,imaginatio,ratio, intel
lectus,intelligẽtia:& hęc oĩa in aĩa non
aliud ſunt q̃ ipſa.Alię & alię inter ſe ꝓ
prietates ꝓptervaria exercitia,ſed vna
eſſentia rationalis & vna aĩa. Proprie- I
tates quidẽ diuerſę,ſed eſſentia vna.Se
cũdũ exercitiũ multa ſunt:ſecũdũ eſſẽ-
tiã vero vnũ ſunt in aĩa, & qđ ipſa . Et
ſicut mũdus iſte viſibilis quinqueperti
ta quadã diſtinctione eſt ordinatus,ter
ra ſcilicet,aqua,aere,ſiue firmamẽto,ip
ſo quoq; ſup̃mo cęlo, qđ empyreum vo
cãt:ſic aĩę ĩ mũdo ſui corporis ꝑegri-
nanti quinq; progreſſus ſunt ad ſapiẽ-
tiã:ſenſus ſcilicet,imaginatio,ratio,in-
tellectus & intelligẽtia. Quiq; etem̃ ꝓ- K
greſſionibus rationalitas ad ſapientiã,
& quatuor affectibꝰad caritatẽ exercet̃:
quatinꝰ in nouẽ iſtis ꝓgreſſionibꝰ in ſe
metipſa ꝓficiẽs aĩa ſenſu & affectu , q̃ſi
interius quibuſdã ꝑdibꝰ q̃ ſpũ viuit,
ſpũ ambulet vſq; ad cherubin & ſera-
phin:id eſt vſq; ad plenitudinẽ ſcientię
& rogũ caritatis:habeatq; aĩa ꝑ exerci-
tiũ virtutes, qualiter facultates habet
ꝑ naturã.Et hos ꝓgreſſus noĩbus et or
dinibꝰ angeloꝝ cõparare prudẽti lecto
ri relinquo . Facile ſiq̃dẽ erit ei aptare
ſenſum(q primus nũcius aĩę eſt)ange-
lis qui nũcii vocant̃:imaginationẽ quę
plura q̃ ſenſus ꝑcipit,archãgelis:timo-
rem virtutibus,dolorem poteſtatibus.
Qui em̃ metu ſuppliciorũ ꝑterritus,et L
dolore ꝑccatoꝝ cõpunctus,contemnit
mũdũ et ſeipſum,cũ Virtutibꝰ facit mi
racula,atq; cũ Poteſtatibꝰ fugat dęmo-
nia. Magis nãq; eſt cõtemnere ſeipſum
q̃ mundum:quem multi propter vani-
tatem contempſerunt . Rationem aſſi-
gnamus Principatibus . Nam ſicut illi
pręſunt et principant̃ ſubiectis ſpiriti-
bus : ſic ratio ſenſibus atq; affectibus.
Amorem ſiue gaudium dñationibus:
recte nãq; aliis dominatur , qui omnes
amat et de profectu omnium gaudet.

M Intellectum Thronis. Throni ſedes di-
cunt: quia in eis dñs ſedet. Intelligere
etiam debemus quoniam deus in cor-
dibꝰ noſtris habitat per fidem, habitat
per ſanctificationem, habitat per pacem
& dilectionem: quoniam deus eſt pacis
& dilectionis. Intelligentiam aptamus
ipſis Cherubin. Illi nãq; ſpiritus tanto
perfectiore ſciẽtia pleni ſunt quãto cla
ritatẽ dei vicinius contemplantur. In-
telligentia quoq; ea vis animæ eſt quæ
immediate deo ſupponitur. Cernit ſiq-
dem ipſum & quæ in ipſo ſunt. Spem ſi
ue deſideriũ Seraphin. Deus nãq; ſpes
omnium finium terræ: cuius vultũ to-
ta terra deſiderat: & in quem Seraphin
pſpicere deſiderant: tota ſpes noſtra &
deſiderium noſtrum eſt.

¶De anima rationali, dei & omniũ
rerum imagine. Cap. III.

N ANima ad ſimilitudinẽ
totius ſapientiæ facta:
omnium in ſe ſimilitu
dinem gerit. Vnde & a
philoſopho diffinita ẽ
omniũ ſimilitudo. Ha-
bet ſiquidem in ſe vires quibus omnia
inueſtigat: & omnibus ſimilis exiſtit cũ
ſit vna. Similis eſt terræ p ſenſum, aquę
per imaginationem, aeri per rationẽ, fir
mamento per intellectum, cælorum cę-
lo per intelligentiam. Similis eſt etiam
lapidibus per eſſentiam, arboribus p vi
tam, animalibus per ſenſum & imagina
tionem, hominibus per rationẽ, angelis
per intellectum, deo per intelligentiam.
O Et ſicut deus oĩbus eſt capabilis & par
ticipabilis: ſic anima omniũ capax eſt.
Capabilis & participabilis eſt deus oĩ-
bus naturali ſuo munere & vſu: ex mu
nere ab omnibus participatur ad eſſen
tiam qua ſunt, & ſecũdũ illã ad idoneã
ſpeciem qua ab aliis differunt: & ſecun
dũ vtrũq; ad congruum vſum quo pro
ficiũt. Tria hæc omni exiſtenti inſunt,
quaſi quædam veſtigia ſummę eſſentię
id eſt imaginis & muneris, id eſt trini-
P tatis patris & filii & ſpũs ſancti. Æter-
nitas quippe eſt in patre, ſpecies in ima
gine, vſus in munere. Æternitas eſt in
patre: quia pater non habet patrem de
quo ſit: filius de patre eſt, vt ſit atq; illi
coæternus ſit. Imago enim ſi perfecte ĩ-
plet illud cuiꝰ imago eſt, coæqualis eſt
illi. Species eſt ĩ imagine, id eſt pulchri
tudo, cõgruẽtia æqualis, prima & ſum-
ma ſimilitudo, prima & ſũma vita, pri-
mus & ſummus intellectus. Vſus eſt in
munere. Munus patris & filii, ſpũs ſan-
ctus eſt. Vſus ergo in munere eſt, id eſt
dilectio, delectatio, gaudiũ, lętitia, felici
tas, ſuauitas. Ille nãq; ineffabilis cõple-
xus patris & imaginis non eſt ſine pfe-
ctione, ſine caritate, ſine gaudio. Sic ſic
in illa trinitate ſumma origo eſt rerũ
omniũ pfectiſſima pulchritudo, & bea-
tiſſima delectatio: nobis autẽ omnis di
uinitatis vſus eſt ex munere. Quodam Q
modo nãq; quaſi propior nobis eſſe vi-
detur ſpiritus ſanctus, vtpote patris &
filii munus. Ex ipo nimirum eſt omnis
vſus gratiæ cũ patre & filio. Ipſe eñ re
git & erudit, conſolatur & perducit ec
cleſiam ad Chriſtum: quoniã ipſe ſimul
ſine macula & ruga tradet regnũ deo
& patri: ſicut a patre per filiũ & ſpũm
vel potius in ſpiritu diuina ad nos de-
ſcenderunt. Pater ſiquidem tradidit fi-
lium ſuum quo redimeret ſeruos: miſit
ſpiritũ ſanctũ quo ſeruos adoptaret in
filios. Filium dedit in precium redem-
ptionis, ſpiritum ſanctum in priuilegiũ
adoptionis: ſe deniq; totum ſeruat hæ-
reditatẽ adoptatis. Nemo ergo de dei
pietate diffidat, qm̃ maior eſt eius mi-
ſericordia q̃ noſtra miſeria: & quiſquis
ad eũ toto corde clamauerit, exaudiet
illum quia miſericors eſt. Tardius ſiq-
dem videtur ei, peccatori veniam dare
q̃ ipſi peccatori accipere. Sic enim feſti-
nat abſoluere reum a tormẽto conſciẽ-
tiæ ſuæ: quaſi plus cruciet illum com-
paſſio miſeri, q̃ ipm miſerũ paſſio ſua.
Capax eſt anima omnium: quia p ratio R
nalitatẽ ad cognitionẽ, & per concupi-
ſcibilitatẽ ad dilectionem vniuerſitatis
capax inuenitur. Sunt enim in anima,
& ſũt id quod anima, naturalis ſenſus
cognoſcẽs omnia & diiudicãs inter o-
mnia: & naturalis affectus quo ſuo or-
dine & gradu diligat omnia. Verunta
men facultates & quaſi inſtrumẽta co-
gnoſcendi & diligendi habet ex natu-
ra, cognitionẽ tamẽ veritatis & ordinẽ



dilectionis nequaq̃ habet niſi ex gra-
tia. Facta ſiquidem a deo mens rationa
lis ſicut eius imaginem ſuſcipit, ita co
gnitionem & amorem. Vaſa nãq; quæ
creatrix ſapientia format vt ſint: adiu-
trix gratia replet ne vacua ſint ſi ſtren
nuum operarium inuenerit.

¶Deſcriptiones animæ & ſpũs cũ di
uerſa eorundẽ ratione. Cap. IIII.

S ANima eſt ſubſtantia ra
tionalis, intellectualis,
a deo facta ſpiritualis.
Non eſt ex dei natura:
ſed potius creatura ex
nihilo facta ad bonum
malumq; conuertibilis. Et ideo aliqua-
tenus eſt mortalis inquantum in dete
rius mutari & a volũtate dei (cuiꝰ par
ticipatione bona fit) alienari poteſt: &
aliquatenus ĩmortalis qm̃ ſenſum (quo
ei poſt hanc vitã vel bene vel male ſit)
T amittere non poteſt. Non pro actis an-
te carnem geſtis meruit vt in carne in
cluderetur, vt quidam voluerunt: ſed
nec ideo poteſt eſſe in homine ſine ſor-
de peccati niſi a Chriſto fuerit libera-
ta. Dei enim nutu anima ad corpus ve
nit, vbi ſi ſecundum eius præceptũ age
re vellet, mercedem acciperet ęternę vi
tę atq; ſocietatis angelorum: Si autem
contemneret, pœnas iuſtiſſimas lueret,
ſiue doloris continui ſiue ignis ęterni.
V Anima ex eo dicta eſt ꝙ ad viuẽdũ ani-
met corpus, hoc eſt viuificet. Spũs ipſa
eſt anima, pro ſpeciali natura, vel ꝓ eo
ꝙ ſpiret in corpore appellatus eſt ſpiri
tus. Anima & ſpiritus idem ſunt ĩ ho-
mine: q̃uis aliud anima notet, & aliud
ſpiritus. Spiritus nãq; ad ſubſtantiã di
citur: & anima ad viuificationem. Ea-
dem eſt eſſentia: ſed ꝓprietas diuerſa.
Nam vnus & idem ſpiritꝰ, ad ſeipſum
dicitur ſpiritꝰ & ad corpus anima. Spi
ritus eſt inquantum eſt ratione prędi-
ta ſubſtantia rationalis: anima, inquan
tum eſt vita corporis de qua dictũ eſt.
Matt. 16. Qui perdiderit animam ſuam ſaluã fa-
ciet eam: id eſt quiſquis propter deum
hanc vitam quæ nunc corporis viuifi-
catione ex anima temporaliter morta-
lis conſtat, libẽter deſerit: in futuro eã-
dẽ corporis (non ſolũ animæ) vitã ęter
nam & immortalem recipiet. Humana X
quidẽ aĩa quia & in corpore eſſe habet
& extra corpus: anima pariter & ſpiri-
tus vocari poteſt. Non duę animę ſen-
ſualis & rationalis: altera qua homo vi
uat & altera qua (vt quidã putant) ſa-
piat, ſed vna eadẽq; anima, & in ſemet-
ipſa viuit per intellectũ, & corpus ſenſi
ficat per ſenſum. humanũ nãq; corpus
nec viuere nec naſci ſine rationali ani-
ma poteſt. Vegetur tamẽ & mouetur,
creſcit & humanam formrmam in vte
ro recipit, priuſq̃ rationalẽ animã acci
piat. Sicut etiã virgulta & hærbas ſine
anima moueri & incrementum habere
videmus. Duplex quidem eſt vita ani- Y
mæ: vna qua viuit ĩ carne, & altera qua
viuit in deo. Duo ſiquidem ſenſus ſũt
in homine vnus interior & vnus exte-
rior, & vterq; bonũ ſuum habet in quo
reficitur. Senſus interior reficitur ĩ cõ
templatiõe diuinitatis: ſenſus exterior
contemplatione humanitatis. Propter
ea enim deus homo factꝰ eſt vt totum
hominem in ſe beatificaret: vt tota con
uerſio hominis eſſet ad ipſum, & tota
dilectio eſſet in illo, cum a ſenſu carnis
videretur per carnem: & a ſenſu mẽtis
per diuinitatis contemplationem. Hoc
erat totum bonum hominis, vt ſiue in
grederetur ſiue egrederetur paſcua in
factore ſuo inueniret. Paſcua foris ĩ car
ne ſaluatoris: & paſcua intus in diuini
tate creatoris. Hoc bonũ magnũ ſecu- Z
tum eſt malum: quoniam perdito bono
qđ intus erat, egreſſa eſt anima ad bo-
na aliena quæ foris erant: & pactum fe-
cit cum delectationibus ſeculi requie-
ſcens ſuper illas non attẽdens abſentiã
boni ſui interioris, eo ꝙ conſolationes
ſuas cerneret in bonis alienis. Nã cum
exterior ſenſus carnalis bono ſuo vtit:
interior ſenſus mẽtis quaſi obdormit.
Non eñ cognoſcit bona interioris ſen
ſus, qui iocunditate exteriorum bono-
rum capitur. Nam qui ĩ carne viuit in
carne ſentit, & dolores carnes fugit in-
quantum poteſt. Vulnera autem ani-
mæ prorſus ignorat nec medicinã quę-
rit eis. Cum autem mortuus fuerit ſen
ſus animæ, quo viuit in carne: tunc vi-
uificari incipiet ſenſus ille quo ſentiet

ſemetipſam & tũc ſciet dolores ſuos &
ſentire incipiet vulnera ſua,tanto gra-
uius,quanto ꝓpius. Magis enim nocet
malum qđ magis eſt ĩtimum, & magis
prodeſt bonum.

¶Qꝫ ſpiritus multipliciter dicit.
Cap.V.

A SPiritus multis modis
dicitur: dicitur namqꝫ
ſpiritꝰ deus & aer iſte,
& flatꝰ aerius q a cor-
de receptus & inde ꝑ
totum corpus emiſſus
vitam mortalium flatu neceſſario con
tinet.Iſte tamen ſpiritus iure dici ani-
ma non poteſt, quia aeris varietate diſ
ſoluitur.Dicit ſpiritus anima ſiue ho-
minis ſiue ꝑcoris.Dicitur ſpiritꝰ mẽs
rationalis,vbi eſt ſcintilla quædam tan
ꝗ oculus animę ad quem ꝑtinet ima-
B ginatio & cognitio dei.Oculus animæ
eſt mẽs ab om̃i labe corporis pura.Mẽ-
tis aſꝑctus:eſt ratio, Intellectus viſio.
Tria hæc omni animæ neceſſaria ſunt,
id eſt vt ſanos oculos habeat, vt aſpi-
ciat,vt videat.Sanos oculos habet,cũ a
mortaliũ cupiditatibꝰ eſt purgata atqꝫ
remota. Aſpicit cum in dei lumine cõ
templationis oculos figit. Videt cum
in illa contemplatione conſpicit,quãta
ſint gaudia, quanta lætitia,quanta ſe-
renitas,& quanta iocunditas. Sanitas
facit illam ſecuram:aſꝑctus rectam:vi-
ſio beatam.Cum enim ab omni fęce fue
rit libera maculis diluta tunc ſe deniqꝫ
in ſeipſa libentiſſime tenet & nihil ſibi
metuit nec vlla ſua culpa quicꝗ angi-
tur:& tunc ingenti quadam & incredi
bili fidutia ꝑgit in deum,id eſt in ip-
ſam contemplationem veritatis. Aſꝑ-
ctum ſiquidem rectum ſequitur ipſa vi
ſio dei qui eſt finis aſꝑctus.Sic aĩa priꝰ
ſanatur, ſanata introducitur,introdu-
C cta reficitur. Spiritus etiam eſt quædã
vis animæ mente inferior vbi corpora
lium rerum ſimilitudines exprimũtur.
Nec iſte ſpiritus corpus eſt,ſed corpo-
ri ſimilis. Quæ enim ſpiritu videntur
non ſunt corporalia, ſed corporalibus
ſimilia.Facies ſiquidem hominis & no
bis foriſecus nota eſt & in memoria no
ſtra habet imaginem ſuam,incorpora-

lem quidem ſed corporali ſimilẽ.Mun-
di quoqꝫ iſtius mirabilis pulchritudo
& nobis foris præſto eſt & in memoria
noſtra habet imaginem ſuam,incorpo-
ralem quidem ſed corporali ſimilẽ: ad
quam recurrimꝰ cum clauſis oculis eã
cogitamus.Qđ em̃ eſt ad corporis ſen
ſum aliquod corpus in loco: hoc eſt ad
animi aciem ſimilitudo corporis in me
moria: & qđ eſt intentio voluntatis ad
corpus viſum viſionemqꝫ copulãdam,
hoc eſt eadem intentio volũtatis ad co
pulandam imaginem corporis quæ eſt
in memoria & viſiõe cogitãtis.Ille ſpi- D
ritus dicitur factus ad imaginem & ſi-
militudinem dei ĩ quo eſt cognitio ve-
ritatis & amor virtutis.Imago ſiquidẽ
eſt in cognitione,ſimilitudo in dilectio
ne. Imago quia rationalis, ſimilitudo
quia ſpiritualis.hæret ſiquidem verita
ti nulla interpoſita ſubſtantia.Rationa
le noſtrum quo ratiocinamur intelligi
mus & ſapimus,ſpiritum dicimus.Hũc
autem ſpiritum apoſtolus mentem vo
cat vbi ait.Renouamini ſpiritu mentis Ephe.4.
veſtræ, id eſt mente. Nihil enim aliud
eſt ſpiritus mentis ꝗ mẽs: ſicut corpus
carnis,non eſt aliud ꝗ caro.

¶De mentis mutabilitate in ſuis
viribus. Cap.VI.

MEns dicit a mene. Me- E
ne autem græce latine
dicitur luna. Et ſicut
luna creſcit & deficit
& varia viciſſitudine
commutatur,in id ta-
men qđ fuit quadam ꝑfecta nouitate
ſe reſtituit: Sic mens nunc caput ſum-
mis inſerit,nunc decidit in infima,nũc
ſeſe inferens ſibi veris falſa redarguit,
modo ad corporalia regẽda deflectitur
modo æternis rationibus inſpiciendis
vel conſulendis adhęreſcit.Ratio ſiqui
dem eſt mẽtis aſꝑctus quo bonum ma
lumqꝫ diſcernit,virtutes eligit,deumqꝫ
diligit. Mens vniuerſorum capax & o- F
mnium rerũ ſimilitudine inſignita: oĩa
eſſe dicitur,natiua quadam potẽtia &
naturali dignitate.Idcirco ĩuiſibiles re
rum cauſas,ꝑ intelligentiam comprę
hendit: & viſibiles actualiũ formas,per
ſenſuum paſſiones colligit. Et ſiue per



ſenſus ad ſenſibilia exeat ſiue ꝑ intel-
ligentiam ad inuiſibilia aſcẽdat: rerum
ſimilitudines ad ſeipam trahit: ꝑſentia
cognoſcit,abſentia intelligit,ignota re
G quirit: & in inuentis verſatur.Rationa
le & intellectuale noſtrũ quo ratiocina
mur,intelligimus & ſapimus,mentẽ di
cimus ꝗ facta eſt ad imaginẽ dei: vt nul
la interpoſita natura ab ipſa veritate
formetur. Mẽs em̃ ex eo dicta eſt ꝙ emi
neat in anima.Pręſtãtior ſiquidẽ reliqs
eſt vis aĩę,a qua procedit intelligentia.
Per intelligentiã vtcũqꝫ ipſam verita-
H tem intelligit: ꝑ ſapientiam diligit.Sa-
pientia namqꝫ eſt amor boni ſiue ſapor
boni: a ſapore ſiquidẽ dicitur. Mẽtis vi
ſio eſt intelligẽtia guſtus ſapientia: illa
contemplatur,iſta delectatur. Cum ab
inferioribus ad ſupiora aſcendere volu
mus prius occurrit nobis ſenſus, dein-
de imaginatio,poſtea ratio,intellectus,
intelligentia, & in ſummo eſt ſapiẽtia.
Summa nãqꝫ ſapientia deus eſt.ſapien-
tia hominis eſt pietas, id eſt cultus dei
Senſus ea vis aĩę eſt ꝗ rerum corporea
rũ corporeas ꝑcipit formas præſentes.
Imaginatio eſt ea vis animę quę rerum
corporearũ corporeas ꝑcipit formas
I ſed abſentes.Senſus nãqꝫ formas in ma
teria ꝑcipit: imaginatio extra mate-
riã.Et ea vis quæ exterius formata ſen
ſus dicitur ea deniqꝫ vſqꝫ ad ĩtimũ tra-
ducta imaginatio vocatur.Imaginatio
nãqꝫ de ſenſu orit & ſecũdũ eius diuer
K ſitates ipſius quoqꝫ eſt variatio. Multa
videt aĩa carnalibus oculis: multa etiã
phantaſtica imaginatione concipit. Et
vbiqꝫ quaſi diſtenditur,mouetur, erigi
tur & fluctuare videtur. Non a ſe egre
diens: ſed in ſemetipſa tanꝗ in magno
ꝑcurrens ſpatio peruagatur. Nõ exit
ad illa: ſed tractatibus ſuis ſibi illa reꝑ-
ſentat.Habet ſiquidem in ſe quaſi quã-
dam latitudinẽ,longitudinem, & alti-
tudinem. Nam ꝑ caritatem domini &
om̃es fideles ſibi complectitur. Per me
ditationẽ vniuerſa quę a principio mũ
di vſqꝫ ad finem deus propter noſtram
ſalutem ꝑatus eſt,meditatur.Per cõ
templationẽ quæ ſurſum ſunt cæleſtia
L contemplantur.Ratio ea vis animę eſt
quæ rerum corporearum naturas,for-

mas,differentias,propria & accidentia
ꝑcipit.Omnia incorporea ſed non ex
tra corpora niſi ratione ſubſiſtẽtia.Abſ
trahit enim a corporibus quæ fundan-
tur in corporibus non actione ſed con-
ſideratione. Natura nempe ipſius cor-
poris ſecundum quã omne corpus,cor
pus eſt,nullum vtiqꝫ corpus eſt.Intelle M
ctus ea vis animæ eſt,quę inuiſibilia ꝑ-
cipit ſicuti ãgelos,dæmones,animas &
omnem ſpiritum creatum. Intelligen- N
tia ea vis animæ eſt,quæ ĩmediate ſup-
ponitur deo. Cernit ſiquidẽ ipſũ ſum-
mum, verum & vere ĩcommutabilem.
Sic anima ſenſu ꝑcipit corpora: ima-
ginatione corporum ſimilitudines: ra-
tione corporum naturas intellectu ſpi
ritum creatum,intelligentia ſpiritũ in
creatũ.Et quicquid ſenſus ꝑcipit,ima-
ginatio reprę̨ſentat, cogitatio format,
ingenium inueſtigat,ratio indicat, me
moria ſeruat,intelligentia compręhen
dit & ad meditationem ſiue ad cõtem-
plationem adducit.Ingeniũ ea vis ani- O
mę eſt, ſiue intentio qua ſe extẽdit ani
ma & exercet ad incognitorũ recogni-
tionem.Ingenium ergo exquirit igno-
ta.Ratio diſcernit inuẽta. Memoria re
condit iudicata, & offert adhuc iudi-
canda.

¶De connexione potentiarũ ani-
mæ & obiectis earum. Cap.VII.

SIc fit aſcenſus ab infe- P
rioribus ad ſuperiora:
& ima a ſummis deꝑn
dent. Intellectus nanqꝫ
quędam imago & ſimi-
litudo eſt intelligẽtiæ.
Ratio intellectus, rationis phãtaſticus
ſpiritus, cui etiã ſupremi corporis cor
pus,id eſt ignis quadã ſimilitudine iũ-
gitur: & igni aer,aeri aqua,aquę terra.
Senſus informat imaginationẽ: imagi-
natio rationem & facit ſcientiam ſiue
prudentiam.Rurſum rationi occurrẽs
diuina præſentia informat eam,& facit
intelligentiã ſiue ſapientiam.Eſt itaqꝫ ĩ Q
ratione qddã ad ſupna & cęleſtia inten
dens,& id dicitur ſapiẽtia: & eſt quid-
dam ad tranſitoria & caduca reſpiciẽs
& id vocat prudẽtia.Hæc duo ex ratio
ne ſunt & in ratione cõſiſtunt: & diui-

dit ſe ratio in duo.ſurſum & deorſum,
ſurſum in ſapientiã,deorſum in prudẽ
tiã quaſi in virũ & mulierẽ. Vt vir ſit
ſuperior & regat:mulier inferior & re-
Eccli.42 gat.Vnde dictũ eſt. Melior eſt iiquitas
viri q̃ benefaciens mulier. Melior ſiqui
dem eſt,qui p cæleſte deſiderium accen
ſus,carnẽ neceſſaria etiã ei ſubſtrahẽdo
affligit q̃ qui p carnalẽ affectum reſolu
tus,per oĩa quæ cõmoda ſunt ſatis ei
R facere cõtẽdit.Senſus iuuatur exterius
quia oculus carnis q̃uis ex natura ha-
beat facultatem vidẽdi nunq̃ tñ per ſe
cõſequitur viſionẽ:nec auris auditũ ni
ſi beneficio exterioris lucis & ſoni.Ima
ginatio iuuatur inferius:quia ex ſenſi-
bilibus concipitur. Ratio iuuatur inte
rius quia ſpũs rationalis ex dono crea-
tionis habilis ad cognoſcendũ verũ &
diligendũ bonũ,niſi radio interioris lu
cis fuerit perfuſus & calore ſuccenſus,
nunq̃ conſequit̃ ſapientię ſeu caritatis
effectum.Intellectus & intelligentia iu
uantur ſuperius qa deus & ignis & lux
S eſt. Lux ergo ſplendorem emittẽs ex ſe
quem retinet in ſe,illuminat intelligẽ-
tiam ad agnitionem veritatis.Ignis ve
ro de ſe calorem emittens ſed nõ amit
tens inflammat affectum ad amorẽ vir
tutis. Et ſicut ſolem non videt oculus
niſi ĩ lumine ſolis: ſic verum ac diuinũ
lumen videre non poterit intelligẽtia
Pſal.35. niſi in ipſiꝰ lumine.Dñe(inquit pphe-
1.Cor.15. ta)in lumine tuo videbimus lumẽ.Cũ
enim mortale hoc induerit immortali
tatem & corruptibile hoc induerit in-
corruptionẽ:tunc mẽte pariter & cor-
pore ſpiritales effecti ſecundum modu
lum noſtrũ per mentis illuminationem
omnia ſciemus,& per corporis incorru
ptibilis leuitatem vbiqꝫ eſſe poterimꝰ.
Volabimus mẽte p contẽplationẽ: vo-
labimꝰ corpore p ĩcorruptionẽ.Diſcer-
nemus mente,diſcernemus & corpore:
cũ ſenſus noſtri corporei vertentur in
rationẽ: ratio in intellectũ & intellectꝰ
T mutabit̃ in deũ. Senſu viſibilia pcipiũ-
tur.In imaginatione continent̃,viſibi-
lium imagines & ſimilitudines ad ra-
tionem pertinẽt viſibilium rationes &
definitiones & inuiſibilium inueſtiga-
tiones. Ad intellectum & intelligentiã
ſpectant ſpiritaliũ & diuinorum cõpræ
henſiones & contemplationes. Senſus
vero & imaginatio ad rationẽ nõ aſcẽ-
dunt ſed infra remanentes eam aliqua
tenus deducere poſſunt & quaſi alon-
ge quędam oſtendere ad quæ non poſ-
ſunt peruenire.Simili quadam propor V
tione intellectum & intelligentiam ra
tio iuuare poteſt ſed ad ſtatum eorum
non valet aſcendere, qm̃ metas ſuas &
proprios fines habet:quos tranſcende-
re non poteſt. Senſum & imaginationẽ
cum cęteris animalibus cõmunia habe
mus:vident ſiquidem viſibilia,& viſo-
rum recordãtur. In quibuſdam etiam
ſenſibus nos ſuperãt:qm̃ iuſtum fuit vt
brutis animalibus quibus nihil dandũ
erat in intellectu aliquid amplius dare
tur in ſenſu, & ecõtrario tanto maior
neceſſitas indicitur homini exercendę
rationis quanto maiorem defectum pa
titur ſenſualitatis. Ratio autem inde ĩ X
cipit vnde aliqd occurrit qđ nobis cũ
animalibus non ſit cõmune. Quædam
ergo ſunt ĩfra rationem,quędam iuxta
rationem,quędam ſupra rationẽ. Infra
rationẽ ſunt quæ ſenſu percipimꝰ ſicut
dura & mollia,calida & frigida,candi-
da & nigra. Iuxta rationẽ ſunt & puia
rationi quę ratione percipimꝰ, ſicut cõ
moda & incommoda,vera & falſa,iuſta
& iniuſta.Supra rationẽ ſũt q̃ nec ſen-
ſus docet nec ratio pſuadet,ſed aut di-
uina reuelatione comprehendunt̃, aut
ſcripturarum authoritate creduntur:
ſicut deũ eſſe in vna ſubſtãtia trinũ &
in tribus perſonis ſubſtantialiter vnũ.
Deus ſiquidem eſt rerũ vniuerſitas ita
ꝙ nulla ſingularum:& ideo motibꝰ ra-
tionis non ſubiacet,quia ratio non eſt
niſi de re aliqua.

¶De ratione compoſitionis ani-
mæ ſecundum quam variam nun
cupationem ſortitur. Cap.VIII.

ANima eſt ſpiritꝰ intel- Y
lectualis rationalis, ſẽ-
per viuens, ſemper in
motu: bonæ maleqꝫ vo
luntatis capax.Secun-
dum benignitatẽ crea
toris atqꝫ ſecundum officium ſui ope-
ris variis nuncupatur nominibꝰ.Dicit̃
namqꝫ anima dum vegetat:ſpũs,dũ cõ-
templatur:ſenſus,dum ſentit: animus,
dum ſapit:dũ intelligit,mẽs:dũ diſcer-
nit ratio:dũ recordatur,memoria:dum
conſentit,voluntas. Iſta tñ nõ differũt
in ſubſtantia,quẽadmodum in nomini
bus:qm̃ omnia iſta vna aĩa. Proprieta-
tes quidem diuerſę,ſed eſſentia vna. In
ſpiritu tamen & anima poteſt eſſe dif-
ferentia:quia omnis anima ſpũs eſt,ſed
non omnis ſpũs,anima. Animæ dupli-
ces actiones ſunt: alio nãqꝫ conſilio eri
gitur ad deum,atqꝫ alio inclinat̃ ad car
nem:inclinatur autem ſic.Cum ſit ſub-
tilis & inuiſibilis videri non poteſt ſed
per potentias ſuas ſe extendit. Per con
cupiſcibilitatẽ nãqꝫ appetit:p iraſcibili
tatem cõtemnit: & per rationalitatem
inter vtrũqꝫ diſcernit.Tota animæ eſſẽ
tia in his potentiis ſuis cõſiſtit:nec per
partes diuiditur cũ ſit ſimplex & indi-
uidua.Et ſi aliquando partes habere di
citur,ratione potius ſimilitudinis q̃ ve
ritate compoſitionis intelligendũ eſt.
Simplex ſubſtantia eſt anima:nec aliud
nec minus eſt ratio in ſubſtantia q̃ ani
ma: nec aliud nec minus eſt iraſcibili-
tas vel concupiſcibilitas q̃ aĩa, ſed vna
eademqꝫ ſubſtantia ſecundum diuerſas
potentias diuerſa ſortit̃ vocabula.Has
potentias habet anteq̃ corpori miſcea-
tur.Naturales ſiquidẽ ſũt ei, nec aliud
Z ſunt q̃ ipſa.Tota namqꝫ animæ ſubſtan
tia in his tribus plena & perfecta conſi
ſtit,id eſt in rationalitate, concupiſci-
bilitate & iraſcibilitate, quaſi quadam
ſua trinitate.Et tota hæc trinitas eſt q̃
dam animæ vnitas & ipſa anima.Deus
eſt omnia ſua,& anima quędam ſua. ha
bet ſiquidem naturalia,& ipa oĩa eſt.
Potentiæ nãqꝫ eius atqꝫ vires idẽ ſunt
qđ ipſa:habet accidentalia & ipſa non
eſt.Suæ vires eſt: ſuæ virtutes non eſt.
Non enim eſt ſua prudentia,ſua tempe
rantia,ſua fortitudo,ſua iuſtitia.Poten
tiæ animæ ſunt rationalitas cõcupiſci
bilitas & iraſcibilitas,vires ſunt ſẽſus,
imaginatio,ratio,memoria, ĩtellectus,
& intelligẽtia. Potẽrię tamen dici poſ-
ſunt vires:& vires potentiæ.

¶De mutua animę & corporis cõ
fœderatione. Cap.IX.

QVibuſdam affectibꝰ & A
quadam amicitia ani-
ma corpori coniungit̃.
ſecũdum quam amici-
tiam,nemo carnem ſu- Ephe.5.
am odio habet.Sociata
nãqꝫ illi (licet eius ſocietate pręgraue-
tur)ineffabili conditione diligit illud.
Amat carcerem ſuum:& ideo libera eſ
ſe non poteſt.Doloribus eius vehemen
ter afficitur. Formidat interitum quæ
mori non poteſt:timet defectum quæ p
naturam non poteſt deficere. Oculorũ
ſpeculatione depaſcitur,& ſonoris dele
ctatur auditibus: ſuauiſſimię iocunda-
tur odoribus: larga epulatione refici-
tur. & licet his rebus nullatenus ipſa
vtatur:graui tamen mœrore affligitur
ſi ſubſtrahantur. Hinc etiam nonnunq̃
ſubrepunt vitia contraria rationi dum
anima dilecto corpori indulgentius re
mittendo locum noſcitur præbere pec
cato.Per ſenſus quoqꝫ progreditur ani
ma ad corpus mouendum & viuifican
dum. Nouem nãqꝫ foramina ſunt ĩ hu- B
mano corpore,quibus ſecundũ natura
lẽ cõtẽperãtiã ĩfluit & effluit oĩe quo
idem corpus vegetat̃ & regit̃. Sũt etiã
vtriuſqꝫ quędam ſimilia, corporis ſcili
cet ſupmũ & ſpũs infimũ: in qbus ſine
naturarũ confuſione pſonali tñ vnione
facile necti poſſunt. Similia eñ gaudẽt
ſimilibus.Itaqꝫ aĩa q̃ vere ſpũs eſt:& ca
ro q̃ vere corpus eſt,in ſuis extremita-
tibus facile & cõueniẽter vniunt̃:id eſt
in phantaſtico aĩę qđ corpus nõ eſt,ſed
ſimile corpori: & ſenſualitate carnis q̃
ſpũs corporeus eſt.Sicut eñ ſupmũ aĩę
id eſt intelligẽtia ſiue mens, imaginem
& ſimilitudinẽ ſui gerit ſupioris id eſt
dei:vnde & eius ſuſceptiua eſſe potuit
ad vnionem perſonalem,etiã qñ ipe vo
luit, abſqꝫ vlla diminutiõe naturę ſuæ:
ſic ſupmũ carnis, id eſt ſenſualitas aĩæ
gerens ſimilitudinẽ, ad perſonalẽ vnio
nẽ eiꝰ eſſentiã ſuſcipere põt. Nec iſtud
mirũ eſt,cum etiã in ſenſu & memoria
pecudis ſit quædã imitatio rationabili
tatis & in appetitu voluntatis, & ĩ iis
quę refugit reprobationis.Spiritus nã
qꝫ corporeus qui vtiqꝫ non eſt corpus,
& ſenſu naturali inter multa diſcernit

& vi concupiſcibilitatis eligit & natu-
C ra iraſcibilitatis reprobat. Habet ſiqui
dem corporea vita quoſdam gradus in
crementorum quibꝰ ad imaginē ſum-
mę vitæ proficit. Primus etem̄ gradus
corporeę vitę eſt ſenſificatio. Secundus
per ſenſum ingrediens imaginatio. Ter
tius per imaginem conceptorū memo-
ria. Quartꝰ ſecūdū ſenſuum paſſiones
quædam ſine diſcretione intelligentiæ
prouidētia: in qua quidem quaſi ratio
nis imago eſt, & nulla ratio eſt. In iis oī
bus corporea vita ſpiritalē vitam imi-
tatur. primo in eo ꝙ ſentit: ſecundo in
eo ꝙ ſenſum concipit: tertio ī eo ꝙ cō-
cepta retinet: quarto in eo ꝙ ſiue ī ima
ginatis ſiue in ſenſibus ſecūdū quandā
rationis ſimilitudinem ſiue ad appeten
D dum ſiue ad fugiendū ſe inflectit. Con-
uenientiſſima autem media ſunt car-
nis & animæ, ſenſualitas carnis, q̄ maxi
me ignis eſt & phantaſticus ſpiritꝰ qui
Virgil. igneus vigor dicitur. Vnde & quidam
æneі.6. de aīabus loquēs ait. Igneus eſt ollis vi
gor & cæleſtis origo. Mira ſocietas car
Geñ.2. nis & animæ: ſpiritus vitæ & limi ter-
ræ. Sic enim ſcriptum eſt. Fecit deꝰ ho-
minem de limo terrę & inſpirauit ī fa-
ciem eius, ſpiraculum vitæ: dans ei ſen
ſum & intellectum, vt per ſenſum lutū
ſibi ſociatum viuificaret: & per intelle-
ctum regeret. Et vt per intellectum in-
tus ingrederetur & contemplaret̄ dei
ſapientiam: & per ſenſum foris egrede-
retur & contemplaretur opera ſapien-
tiæ. Intellectu intꝰ illuſtrauit: ſenſu fo-
ris decorauit, vt in vtroq; refectionem
inueniret, intꝰ ad felicitatē: foris ad io-
cunditatem. Sed quia bona exteriora
diu ſtare non poſſunt: iuſſus eſt homo
ab exterioribus ad interiora redire: &
ab interioribus ad ſuperiora aſcēdere.
Tātæ ſiquidem dignitatis eſt humana
conditio, vt nullū bonū præter ſummū
E ei ſufficere poſſit. Plenum fuit miracu-
lo ꝙ tam diuerſa & tam diuiſa abinui
cem, adinuicem potuerunt coniungi.
Nec minꝰ mirabile fuit ꝙ limo noſtro
deus ſeipſum cōiunxit, vt ſibiinuicem
vnirentur deus & limus: tanta ſublimi
tas & tanta vilitas. Nihil em̄ deo ſubli
mius & nihil limo viliꝰ. Mirabilis fuit

cōiunctio prima: mirabilis & ſcd̄a nec
minus mirabilis erit & tertia cū homo
& angelus & deus vnus erit ſpūs. Eodē
nāq; bono bonus eſt homo quo bonꝰ eſt
angelus, eodē bono vterq; eſt beatus, ſi
tñ ambo idipſum eadem voluntate, eo-
demq; ſpū cupiūt. Si em̄ tam diſparem
naturā carnis & aīæ ad vnā fœderatio
nem atq; amicitiā deus coniungere po
tuit: nequaq̄ erit ei impoſſibile rationa
lem ſpūm (qui vſq; ad conſortium ter-
reni corporis humiliatꝰ eſt) cū eodem
corpore glorificato (vt ſit ei glorię qđ
fuit ſarcinę) ad conſortiū beatoꝝ ſpiri
tuum, qui in ſua puritate perſtiterunt,
exaltare atq; ad ſuę glorię participatio
nem ſublimare. Ad hoc ſiquidē ſola ca-
ritate, nulla neceſſitate illū creauit al-
tiſſimꝰ vt ſuæ beatitudinis participem
faceret. Si ergo tantū gaudium & tan-
ta lætitia eſt vita iſta temporalis, q̄ cō-
ſtat ex præſentia ſpiritus in corpe cor-
ruptibili: quanta lætitia & quātū gau-
diū erit vita æterna, quæ cōſtat ex prę-
ſentia deitatis ī ſpiritu rationali! Sub-
iiciatur ergo corpus animo, aīus deo, &
vnus ſpūs erit cū eo: ita tamen ſi in hu
militate permanſerit & gratiā ſui crea
toris, p quā glorificādus eſt, agnouerit.

¶De bonis aīæ & corporis. Cap. X.

EX carne & aīa conſtat F
homo: & vtrūq; bonum
ſuum habet ī quo gau-
det & exultat. Bonum
aīę eſt deus cū affluen-
tia dulcedinis ſuę. Bo-
nū carnis eſt mūdus cū abūdātia iocū-
ditatis ſuæ. Sed mūdꝰ iſte exterior eſt,
deus aūt interior. Nihil em̄ eo interiꝰ:
& nihil eo p̄ſentiꝰ. Interior eſt oīni re:
qa in ipſo ſunt oīa. Ab hoc mūdo ergo
reuertētes ad deū & quaſi ab imo ſurſū
aſcēdētes: p noſmetipſos tranſire debe-
mus. Aſcendere em̄ ad deū hoc eſt ītra
re ad ſemetipm̄, & nō ſolū ad ſe intrare
ſed ineffabili quodā modo ī intimis ſe
ipſum trāſire. Qui. n. interius intrās, &
intrinſecus penetrans ſeipſum trāſcen
dit: ille veraciter ad deum aſcendit. Ab G
huius mundi ergo diſtractionibus cor
noſtrū colligamꝰ, & ad interna gaudia
reuocemꝰ. Et ſi cor noſtrum ſemper te-



nere nō poſſumus, ſaltem ab illicitis &
vanis cogitationibus ipſum reſtringa-
mus: vt id aliquando in diuinę contē-
plationis lumine figere valeamus. Hęc
eſt em̄ requies cordis noſtri cum in dei
amore per deſiderium figitur. Hæc eſt
vita cordis noſtri cum deū ſuum cōtē-
platur, & ipſa ſua contemplatione ſua-
uiter reficitur. Et dulce eſt illi ſemp ad
conſiderandū: qđ ad amandū & laudan
dū ſemper eſt ſuaue. Nihil em̄ ad beatā
vitam præſtantius videt̄, q̄ velut clau-
ſis carnalibus ſenſibus extra carnē mū
dūq;, affectum quēpiam intra ſemetip-
ſum conuerti, alienumq; affectū a mor-
taliū cupiditatibus, ſibi ſoli & deo loq.

¶De corporis compoſitione. Ca. XI.

H CVm anima ſit incorpo
rea per ſubtiliorē natu
ram corporis ſui, id eſt
per ignem & aerē (quæ
in ipo quoq; mundo p̄
cellētia ſunt corpora,
& ideo magis ſpiritui ſimilia) corpus
adminiſtrat. Iſta ſiquidem priora exci-
piunt nutus animæ viuificātis eo ꝙ in
corporeę naturæ ſint ꝓpinquiora q̄ hu
mor & terra: vt ad eorum proximū mi
niſterium tota moles adminiſtret̄. Nul
lus ſine his duobus vel in corpore ſen-
ſus eſt, vel ab anima ſpontaneus corpo
ris motus. Ignis & aer quia leuia ſunt:
mouent terrā & aquam q̄ grauia ſunt.
Quapropter corpora etiā poſt animæ
abſceſſum moueri non videmus, quia
ignis & aer (qui duo per animæ pręſen
tiam tenētur in corpore terreno & hu
mido vt omnium quatuor fiat tempera
tio) poſt eiuſdē animæ abſceſſum ad ſu
I perna euadunt: ac ſe expediunt. Corpo
ris autem cōpoſitio ſic fit. Corpus cō-
ſtat ex officialibus membris, officialia
ex conſimilibus, conſimilia ex humori-
bus, humores ex cibis, cibi ex elemētis:
& nihil horum eſt anima, ſed in iſtis tā
q̄ in organis agit: & per hęc corpori cō
ſulit & huic vitę: in qua factꝰ eſt homo
in animam viuentem. Quę cum tempe
rata & ordinata fuerint congruunt vi
uificationi & nunq̄ recedit aīa. Si vero
diſtemperata & confuſa fuerit in vita,
recedit anima ſecū trahens oīa, ſenſum

ſcilicet & imaginationē, rationē, intel-
lectū, intelligentiam, concupiſcibilita-
tem, iraſcibilitatem: & ex iis ſecūdū me
rita afficitur ad delectationem ſiue do
lorem. Corpus autem qđ prius ītegrū
tanq̄ organum contemperatum & diſ-
poſitum, vt melos muſicum in ſe conti
neret & tactū reſonaret: nunc cōfractū
& inutile e regione iacet. Anima vero K
recurrentibus ad regiones ſuas elemē-
torum partibus, non habens vbi vires
ſuas exerceat, requieſcit ab his tm̄ mo-
tibus quibus corpus per tempus & lo-
cum mouebat: ipſa per tempus illocali-
ter mota. Qm̄ etſi organum periit ſed
non melos, nec qđ organum mouebat.
Anima inter deum & corpus poſita per
tempus mouetur, vel reminiſcendo qđ
oblita fuerat, vł diſcēdo qđ ignorabat,
vel volendo qđ nolebat. Per locum au-
tem non mouetur, quoniā per loci ſpa
tia non diſtenditur. Deus autē corpo-
re non eget, vt ſit: nec loco, vt alicubi:
nec tempore, vt aliquando: nec cauſa,
vt alicunde: nec forma vt aliquid: nec
aliquo genere ſubiecti, in quo ſubſiſtat
vel cui aſſiſtat.

¶De excellentia animæ & æterna eiꝰ
btītudine ſi ī caritate vixerit. Ca. XII.

HAbet anima quandā p L
priam naturam omni-
bus his mundanæ mo-
lis elementis excellētio
rem, quæ veraciter nō
poſſit in aliqua phāta-
ſia corpaliū imaginū, quas p ſenſus car
nis pcipimꝰ, cogitari: ſed mēte intelligi
vitaq; ſentiri. Intelligi poteſt, videri nō
pōt. Non eſt corpus, nec deus, nec vita
ſine ſenſu, q̄lis in arboribꝰ, nec vita ſine
rōnali mēte, q̄lis eſt ī aīalibꝰ: ſed vita &
vita ppetua. Nec qdē minor q̄ angeloꝝ
eſt futura, ſi ex p̄cepto creatoris hic vi-
xerit. Pręceptū eius eſt, vt in dilectione M
maneamus. Manete inqt in dilectione Ioan. 15.
mea. Per dilectionem nāq; rationalem
creaturam ſibi copulauit, vt eū ſemper
haberet & ī ipo maneret de eo & in eo
delectās, gaudēs, & exultās. Per dilectio
nem creatori ſuo & ſibi inuicem ratio-
nalis creatura copulata eſt, ſolumq; eſt
dilectionis vinculum qđ ligat vtroſq; ī

idipſum.Per amorem dei omnes ei ad⸗
hæremus.Per amorem proximi omnes
adinuicem vnum ſumus vt bonũ oĩm
ſiat ſingulorum: & qđ quiſq; in ſe non
N habet ĩ altero poſſideat. Caritas eſt via
dei ad homines & via hominũ ad deũ.
Per caritatem nãq; venit de⁹ ad homi⸗
nes,venit in homines,factus eſt homo.
Per caritatem homines deum diligũt,
deum eligunt,ad deum currunt : & ad
deum veniunt.Sic familiaris eſt deo ca
ritas vt ipſe manſionem habere nolit,
O vbi caritas non fuerit.Si ergo caritatẽ
habes,deũ habes: quia deus caritas eſt.
Miſer ego quantũ diligere deberẽ deũ
meum qui me fecit,cum non eram: re⸗
demit cum perieram!Non erã & de ni⸗
hilo me fecit,non lapidem,non arborẽ,
non auẽ,vel aliquod de animalibus:ſed
hominẽ voluit me eſſe.Dedit mihi vi⸗
uere,ſentire,diſcernere. Perieram & ad
mortalem deſcendit, mortalitatẽ ſuſce
pit,paſſionẽ ſuſtinuit,& mortem vicit:
& ſic me reſtaurauit. Perieram & abie⸗
ram:quoniã in peccatis meis venunda⸗
tus eram,venit ille poſt me vt redime⸗
ret me,& tãtũ dilexit me, vt ſanguinis
ſui preciũ appenderet pro me:taliq; pa
cto & reduxit me de exilio, & redemit
de ſeruitio.Nomine etiam ſuo vocauit
me:vt memoriale ſuũ ſemper eſſet apđ
me.Vnxit me oleo lætitię quo ipẽ erat
P vnctus , vt ab vncto eſſem vnctus , & a
Chriſto dicerer Chriſtianus.Sic ſic gra
tia eius & miſericordia ſemper præue⸗
nerunt me.De multis nãq; periculis ſę
pe me liberauit liberator meus:quando
errabam reduxit me: quando ignorabã
docuit me : quãdo peccabam,corripuit
me:qñ triſtabar,conſolatus eſt me: quã
do deſperabam,confortauit me : quãdo
cecidi,erexit me:quãdo ſteti,tenuit:qñ
iui,duxit:quando veni,ſuſcepit.Hęc &
multa alia fecit mihi deus meus, de q⸗
bus dulce mihi erit ſemper loqui,ſemp
cogitare, ſemper gratias agere: vt p o⸗
mnibus beneficiis ſuis poſſim eũ lau⸗
dare & amare.Cum enim cũcta ſit poſ⸗
ſidens,ſingulos implẽs, vbiq; præſens,
cunctorum curam agens, & tam ſingu
lis q̃ omnibus prouidens:ita totum ad
cuſtodiam mei occupatum video, vt ſi
ego ſuper cuſtodiam mei ſtarem , quaſi
omnium oblitus ſit,& mihi ſoli intẽde
re velit.Semper enim ſe præſentem ex⸗
hibet,ſemper ſe paratũ offert, ſi me pa⸗
ratum inuenerit. Quocũq; vertero me
non me deſerit, niſi ego prior eum de⸗
ſeram:vbicunq; fuero non recedit: quo
niam vbiq; eſt vt quoq; iero inueniam
eum cum quo poſſim eſſe.Quicquid fe
cero pariter aſſiſtit: vtpote perpetuus ĩ
ſpector omnium cogitationum,intẽtio
num,& actionum mearum. Cunq; hæc
diligenter conſidero, timore pariter &
ingenti rubore confundor:q illum vbi
q; mihi pręſentẽ & omnia occulta mea
videntem intueor.Multa eñ ſunt ĩ me
de quibus coram oculis eius erubeſco,
& pro quib⁹ valde diſplicere illi timeo:
nec pro his omnibus quid illi rependã
habeo,niſi tñ vt diligam.Non eñ me⸗
lius nec decẽtius q̃ per dilectionẽ repen
di poteſt qđ per dilectionem datũ eſt.
Hæc præter rem dixiſſe videor:ſed for
te non præter vtilitatem mihi & iis q
mecum ſentiunt,qđ ego ſentio.

## De comparatione animæ ad carnem:& quomodo ipſa dicatur localis & corporea. Ca.XIII.

Q ANima pſentia ſua cor⸗
pus viuificat & ſic col
ligata eſt ei vt nec cũ
velit ſe inde ſegregare
poſſit:nec retinere cũ
iuſſionem creatoris au
dierit.In vita ſiqdẽ aĩę cõſiſtit vita cor
poris:& de morte corpis deſcẽdit mors
aĩę.Sicut.n.aĩa vita ſua facit carnẽ vi⸗
uẽtẽ,& de fõte naturę ſuæ irrigat aĩan
do:ſic caro p corruptelam materiæ ſuę
aĩam (ſi cupiditatib⁹ illicitis illigaue⸗
rit)occidit. Et cũ altera naturę videat
alterius,trãſit vtraq; in victricis natu⸗
rã:id eſt vt aut carnẽ ſpũalẽ aĩa virtu⸗
tibus ſuis pręſtet,aut aĩam carnalẽ ca⸗
ro victrix eius efficiat. Aĩa tñ de mor⸗
te nihil habere põt niſi per vitia ei ppi
natũ fuerit.Nec caro aliqd de vita reti
nere poteſt,niſi ab anima fuerit irriga⸗
ta.Nec altera in alterius naturam trãſ
ire poteſt,niſi aut illa vitiis infecta,aut
hęc virtutibus deterſa fuerit. Ratione
eſt inſignita anima,qua artibus docet



egregiis & diſciplinis inſtruit eximiis:
vt diuina ſapiat,& hũana tractet : atq;
ſic cętera aĩalia decenter excellat:vtpo
te rationalis ſubſtãtia.Hęc enim pprie
eſt anima:ſubſtantia ſcilicet rationalis
R id eſt ſpũs ratiõalis.Immortalis eſt ani
ma,ne a creatoris ſui ſimilitudine diſ⸗
crepare videatur.Non eñ poterat eſſe
imago & ſimilitudo dei: ſi mortis ter⸗
mino clauderetur. Secundũ quẽdã mo
dum vitę,quẽ nullo modo amittere po
teſt,immortalis eſt.Secundũ quandam
vero mutabilitatẽ qua poteſt vel meli⸗
or vel deterior fieri,mortalis eſt. Et ſi⸗
cut mortalis eſt cũ beate viuere perdit
(licet miſere viuere amittere non poſ
ſit) ſic reſpectu incorporei dei corpo⸗
S rea eſt. Nihil enim inuiſibile & incor⸗
poreũ natura credendũ eſt pter ſolum
deũ.i. patrem & filiũ & ſpiritũ ſanctũ:
qui ex eo incorporeus & inuiſibilis di⸗
citur:qa infinitus & incircũſcript⁹ eſt,
ſimplex & ſibi oĩbus modis ſufficiẽs ſe
ipſo & idipſum.Et cũ vbiq; ſit in ſemet
ipſo: inuiſibilis & incorporeus eſſe di⸗
gnoſcitur. Omnis vero rationalis crea
tura corporea eſt.Angeli & omnes vir
tutes corporeę ſunt:licet nõ carne ſub
ſiſtant.Ex eo intellectuales naturas cor
poreas eſſe dicim⁹:quia loco circũſcri⸗
bũtur ſicut & anima humana quę car⸗
ne clauditur:quę idcirco & eſſe in loco
& localis dici poteſt. In loco qa hic ali
T cubi pręſens eſt.Localis quia qđ alicu⸗
bi pręſens eſt totũ,alibi non eſt. Nõ ha
bet tamẽ corporalẽ dimẽſionẽ nec cor⸗
poralẽ circũſcriptionẽ : qm̃ corporalis
quãtitatis expers eſt. Sed quia per prę
ſentiam & operationẽ in loco cõcludi
tur,localis & ipſa dicit̃. Verũtamẽ nõ
ſicut corpus cui ſecundũ locũ princi⸗
piũ mediũ & finis aſſignatur.Reſpectu
incorporeę naturę (quę ſumme ĩcõmu
tabilis vbiq; eſt) corpus eſt anima:qm̃
tale aliqd nõ eſt ipſa. Nõ tñ p loci ſpa⸗
tium ita ſiſtitur vel mouetur:vt maio
re ſui parte maiorẽ locũ occupet & bre
uiore breuiorẽ : minorq; ſit in parte q̃
in tota.Per oẽs ſiquidẽ corporis parti⸗
culas tota ſimul adeſt nec minor in mi
noribus,nec in maiorib⁹ maior: ſed ali
cubi intenſius, alicubi remiſſius & in
omnibus tota & in ſingulis tota eſt. Si
cut enim deus vbiq; eſt totus in toto
mũdo & in omni creatura ſua: ſic ani⸗
ma vbiq; eſt tota in toto corpore ſuo
tanq̃ in ſuo quodã mũdo:intenſius ta⸗
men in corde & cerebro:quẽadmodum
deus pcipue dicitur eſſe in cælo.Inuiſi V
bilis & incorporea eſt aĩa.Si enim viſi⸗
bilis eſſet,corporea eſſet.Et ſi corporea
eſſet partibilis eſſet, & partes haberet
neq; tota ſimul in vno loco eſſe poſſet.
Nullũ enim corpus aut ſimul totũ tan
gi poteſt,aut ſimul totũ tãgere poteſt.
Anima vero in quibuſq; ſuis motibus
vel actibus tota ſimul adeſt:tota videt
& tota viſorum meminit:tota audit,&
tota ſonorũ reminiſcitur:tota odorat,
& tota odores recolit : tota per linguã
& palatũ ſapores ſentit & diſcernit:to
ta tangit & dura vel mollia:tota ſimul
approbat vel improbat:calida vero vel
frigida ſummo tñ digito tota diſcer⸗
nit. Tota eſt viſus, tota auditus, tota
meminit,tota ẽ memoria,cũ tota vult,
tota eſt voluntas:cũ tota cogitat,tota
eſt cogitatio, cũ tota diligit:tota eſt di
lectio. Poteſt nãq; ex parte cogitare ex
parte diligere.Habet anima affectiões X
qb⁹ exercetur ad virtutes. Dolor nãq;
de peccatis,timor de ſuppliciis. Deſide
rium de promiſſis,gaudiũ de pręmiis:
quędam exercitia ſunt virtutũ. habet
virtures quibus inſtruitur & armat̃ cõ
tra vitia. Prudẽtia nãq; ſcit quid debe
at facere.Tẽperãtiã habet cõtra proſpe
ra.Fortitudinem conrra aduerſa.Iuſti
tiam qua ſcit qd cuiq; debeat reddere.
Prudentia eſt ſcire quid poſſit fortitu
do,facere qđ poſſis. Tẽperantia nõ pſu
mere qđ nõ poſſis.Iuſtitia nõ velle pl⁹
q̃ poſſis.Prudentia eſt in eligendis. tẽ⸗
perantia in vtendis,fortitudo in tolle⸗
randis,iuſtitia in diſtribuendis.Prudẽ
tię eſt nil pœnitendum appetere,& ni⸗
hil pręter iuſtũ velle facere. Tẽperãtiæ
eſt nihil niſi turpia timere & qcqd agi
mus vel cogitamus ad rationis normã
dirigere.Fortitudinis eſt:terrenas cu⸗
piditates non tantũ reprimere ſed pe⸗
nitus obliuiſci. Iuſtitiæ eſt oẽm animi
cogitationem ad ſolũ deum erigere,eũ
q;(tanq̃ nihil aliud ſit) ſola mẽtis acie

intueri. habet aĩa ſacramẽtales virtu-
tes quibus iniciatur.i.fidẽ,ſpem,bapti
ſmũ,vnctionẽ, confirmationẽ & cętera
quibus deo cõſecratur. Habet etiã vir
tutes quibus proficit & quibus deo cõ
iungitur,vt eſt humilitas puritas,cari
tas.Humilitas eã deo ſubiicit,puritas
Y iũgit,caritas vnit. Habet quoq; anima
vires:ꝗbus corpori cõmiſcetur.Quarũ
prima eſt naturalis,ſecũda vitalis,ter-
tia aĩalis. Et ſicut deus trinus & vnus
& perfectus oĩa tenet,oĩa implet, oĩa
ſuſtinet, omnia ſuperexcedit & circũ-
plectitur:ſic anima . His tribꝰ ꝑ totũ
corpus diffunditur: non locali diſtẽſio
ne,ſed vitali intenſione.Naturalis vir
tus operatur in hepate,ſanguinem &
alios humores quos ꝑ venas ad omnia
corporis mẽbra tranſmittit vt inde au
geantur & nutriantur.Vis iſta quadri
faria eſt.Diuidit̃ nãq; in appetitiuã, re
tentiuã,expulſiuã,& diſtributiuã.Ap-
ꝑtitiua q̃ neceſſaria ſunt corpori appe
ꝑtit.Retentiua ſumpta detinet,donec
ex illis vtilis digeſtio fiat . Expulſiua
nocitura & ſuꝑflua expellit.Diſtributi
ua bonos bonorũ ciborũ humores oĩ
bus mẽbris diſtribuit prout cuiq; expe
dit.Iſtas vires habent omnia animalia
& ideo corporis eſſe videntur non ani
mę.Vis vitalis eſt in corde quę ad tem
ꝑandũ feruorẽ cordis aerẽ hauriẽdo
atq; reddẽdo,vitã & ſalutẽ toti corpo-
ri tribuit.Aere nãq; puto ſanguinẽ pu
rificatũ ꝑ totũ corpus impellit.Per ve-
nas pulſatiles,quę arterię vocantur &
quarũ motu temꝑantiã atq; diſtẽpe-
rantiam cordis phyſici cognoſcũt.Vis
aĩalis eſt in cerebro & inde vigere fa-
cit quinq; corporis ſenſus:iubet etiam
voces edere, mẽbra mouere.Tres nãq;
ſunt vẽtriculi cerebri . Vnus anterior
a quo omnis ſenſus:& alter poſterior a
quo omnis motꝰ. Tertius inter vtrũq;
medius,id eſt rationalis. Senſus corpo
Z ris ſic fiunt. Qđ eſt in corpore ſubtiliſ
ſimũ, & ob hoc animę ſimilius & vici-
nius q̃ cętera, id eſt lux:primum ꝑ ocu
los ipſa diffunditur:emicatq; in radiis
oculorum ad viſibilia contuenda dein
de mixtura quadam primo cũ aere pu
ro:ſecũdo cũ aere caliginoſo atq; nebu
loſo:tertio cum corpulentiore humo-
re:quarto cũ terrena craſſitudine,qnq;
ſenſus corporis cũ ipſo ſenſu oculorũ
ꝑficit:vbi ipſa ſola excellit.Iſti ſenſus Geñ.2.
quia in ſola facie ꝓlocati ſunt,ideo ſcri
ptum arbitror ꝙ in faciẽ deus inſuffla
uit homini ſpiraculũ vitę cum factꝰ eſt
in animã viuẽtem.Anterior ꝗppe pars
exteriori merito præponitur:quia iſta
ducit,& illa ſequitur . ab iſta ſenſus,&
ab illa motus:ſicut conſilium pręcedit
actionem. Iſtę vires tam corpus q̃ ani-
mę dici poſſunt,quia ab anima in cor-
pore fiũt, nec ſine vtroq; fieri poſſunt.
In prima parte cerebri vis animalis vo
catur phantaſtica,id eſt imaginaria,qa
in eo corporaliũ rerũ ſimilitudines &
imagines continentur:vnde & phanta
ſticum dicitur. In media parte cerebri
vocatur rationalis:quia ibi examinat
& iudicat ea quæ per imaginationẽ re
preſentantur.In vltima parte vocatur
memorialis:quia ibi cõmendat memo-
rię ratione iudicata.

¶Quomodo corporalium imagines in
anima formentur: & ꝙ corporalia non
ſint quibus animæ corporibus exutæ
afficiuntur. Cap.XIIII.

ALiud vtiq; eſt in nobis A
quo corpora ſentimus
qđ quinq; corporis ſen
ſibus facimꝰ:aliud quo
nõ corpora,ſed corpo-
ribus ſimillima cerni-
mus.vbi & noſipſos non aliter q̃ ſimi-
les corporibꝰ intuemur:aliud quo nec
corpora nec corporũ ſimilitudines cõ-
ſpicimꝰ:ſed illas res quę nõ habẽt ima
gines ſui ſiles,ſicut eſt deꝰ, & ipſa mẽs
rationalis,vel intelligẽtia vel ratio:ſi-
cut etiã virtutes prudentia,iuſtitia,ca
ſtitas,caritas,pietas:& q̃cũq; alię ſunt:
quas intelligendo,vel cogitando enu-
meramus,diſcernimꝰ & diffinimꝰ.Por B
ro anima non eſt corporea:qm̃ non oĩs
ſimilitudo corporis corpus eſt.Dormi
enim & in ſomnis tibi velut corporeꝰ
apparebis.Neq; enim id corpus tuum,
ſed anima tua, nec verum corpus, ſed
uat̃. Sub hoc ꝑccati vinculo paruu-
li demergunt̃: qui ſine Chriſti remedio
moriunt̃. habēt. n. originale pc̄m̄ nō ꝑ
aīam, ſed ꝑ carnē vtriꝙ contractū, aīæꝙ
refuſum. Carni nāꝙ ita vnit̃ anima, vt
cum carne ſit vna perſona. Fit em̄ au-
thore deo anima & caro vnum indiui
duū, vnus homo: vnde ſalua vtriuſꝙ
naturę proprietate adiicitur carni qđ
animę eſt: & animę qđ carnis eſt, ꝑ vni
tate ꝑſonę non pro diuerſitate natu
ræ. Quod igitur ibidem ſingulis eſt
proprium, commune ſit amborum:

proprium pro natura,cõmune pro per-
ſona.Et inde fit anima originali culpę
obnoxia:quã caro cõtrahit & animę re-
fundit, cum qua vnita eſt in ꝑſona li-
cet diuerſa ſit in natura. Eapropter ne-
ceſſe eſt paruulum dum viuit Chriſti
ſacramento renouari,ne obſit eius ani-
mę ſocietas carnis ꝑccati qua graua-
tur etiã corpore exuta niſi dum in cor-
pore viuit ſalutari remedio fuerit ex-
piata.Currant igitur adulti,currant ꝓ
ſeipſis. Impendant etiã paruulis ſacra-
menta fidei. ſuſcipiant ipſi fidem cum
ſacramentis vt paruulos in Chriſto re-
natos fides eccleſię tueatur:& adultos
cum ſacramentis opera fidei comiten-
tur:his ita ꝑ gratiam renouatis tan-
dem complebitur in reſurrectione ge-
nerali : vt caro ipſa reſurgat in gloria
animę ſuę reſtituta,viua & æterna,fe-
lix & beata.

¶Quare deus animas illas creat quas
ſine ſalutari remedio p̃ſcit morituras.
Cap.XXVIII.

V SI quæratur cur deꝰ do-
net animas illis quos
abſq; remedio mori cõ-
tingit?Reſpondemꝰ qa
diuina inſtitutio qua
res & rerũ naturę con-
duntur,nec ꝑccato tollitur, nec violẽ-
tia præꝑditur. Inde eſt ꝙ lex carnalis
copulæ, nec etiã in malis iure ſuo pri-
uatur.Generant adulteri,fornicatores
prophani : naturalis tamen inſtitutio
nec in talibus deperit. Natura namq;
prout deus inſtituit: qđ ſuum eſt ope-
ratur. Natura ſiquidẽ eſt quædam vis
& potentia diuinitus rebꝰ creandis in-
ſita:quæ vnicuiq; rei ſuum eſſe tribuit
Qua bona quiſq; male vtitur:malus eſ-
ſe iudicatur. Iuſte enim puniũtur qui
licitis abutuntur. Iuſte vero puniun-
tur qui raꝑe incõceſſa conantur. Sic
Sathanas cælum:ſic Protoplaſtus ꝑ-
didit paradiſum.Abutũtur licitis: qui
bona dei maculant vſibus inconceſſis.
Maculant bona dei ſicut ii qui cum ar-
dore libidinis exercent opera copulæ
carnalis. Ex his filii generantur quo-
rum corpora ſeruiente creatori crea-
tura formantur,& deo inſpirante ſpira-
culum vitę animantur.Spiraculum vi-
tę humanã animã intellige: quã nõ ꝓ-
ducit terra vel aqua:ſed deus inſpirat
quo ſenſus corporei animantur. Vnde
homo factus in animam viuentem me-
moratur.In his & in aliis omnipotens
agit prout inſtituit, quem nullius ad-
iuuant bona nec impediunt mala. Bo-
nos quidem prouehit ſua gratia : ma-
los tenet ſua iuſtitia. Nos equidẽ ſer- X
ui dum domini bonis abutimur rei &
miſeri pariter inuenimur.Ipſe vero do-
minus qui ſeruorum malis bene vti-
tur ſanctus & omnipotens adoratur.
Ipſe corpori terreno de ꝑccati tradu-
ce propagato inſtitutione ſua inſpirat
animã bene vtẽs inolita præuaricatio-
ne noſtra:quę ſi eſſet naturalis creato-
ri poterat imputari. Sed creator præ-
parat omni tẽpore ſacramenta,& obœ-
dientiæ pia proponit edicta:vt contra
ꝑccatum ſacramenta ſint in remediũ:
& temporalium obſeruatio mandato-
rum,ęternorum afferat pręmia dono-
rum. Vnde ſi aliqui ſub ꝑccato geniti Aĩaduer-
obeunt paruuli abſq; remedio ſalutari te.
ꝑtimeſce iuſtitiam dei qui nihil de-
bet alicui ſed damnat in ſingulis ma-
lum quod non fecit in eis. Si autẽ par-
uulos renouat ſacramentis : admirare
miſericordiam dei. Qui ſicut neſciunt
culpam cum qua ex carne naſcuntur:
ſic neſciunt gratiam qua ꝑ Chriſtum
renouantur. Non excuſat paruulos a
culpa,quia eam non norunt: nec exclu-
dit gratiam ab eis,quia eam neſciunt.
Quæris in eis culpam:inuenis ex car-
ne traductam. Quæris in eis gratiam,
inuenis a deo collatam.Illa debite da-
mnatur. hęc indebite prærogatur.Illa
iudicium prędicat: hęc miſericordiam
repreſentat.In vtroq; deus agnoſcitur
cui miſericordia & iudiciũ laude ꝑ-
ꝑtua cantatur. Sed ab his intuendis
mens noſtra,mens infirma, quia pecca-
tis obruta citius ad ſeipſam redeat ſi-
biq; remedium quærat: vt qui in Adã
cecidit in Chriſto reſurgat.

¶De immortalitate animæ
Cap.XXIX.



Y PLura veteres de natu-
ra animæ dixiſſe inue-
niuntur: ſed nihil ita,
vt non aliquid reſtare
videatur. Ego autẽ ex
eorum dictis quãto di-
ligẽtius potui,breue iſtud & certũ col-
ligere ſtudui qđ memoriæ commende-
tur.Hebes namq; eſt memoria hominis
& breuitate gaudet:& ſi in mlta diſtra-
hitur:fit minor in ſingulis.Ex corpore
& anima conſtat homo, & quicqd ocu-
lis corporis intuetur ꝓpter corpus fa-
ctum eſt:corpus ꝓpter animam:anima
autem propter deũ. Vita corporis ani-
ma eſt,vita animę deus eſt.Immortalis
eſt aĩa quia carne caret: nec habet quo
cadat vt reſurrectione egeat poſt rui-
nam (niſi ꝑccato ceciderit) & ideo in
morte vita noſtra non ꝑit,ſed corpus
deſtituit:dum diſcedens aĩa vim ſuam
non ꝑdit ſed qđ viuificauerat hoc di-
mittit,& quantum in ſe eſt mortem al-
terius facit,ipſa nõ recipit.Facit inquã
non viuificando quod deſerit,nõ amit-
tendo qđ viuit.Itaq; mors hominis ni-
hil aliud eſt q̃ carnis occaſus a qua cũ
vis potentiæ viuificãtis abſceſſerit, in
terrã, de qua ſumpta eſt,redit : amiſſis
ſenſibus quos non ꝑ ſeipſam habuit.
Z Anima non aliter q̃ ſol lucem diei: vi-
tam tribuit carni cum venerit: mortẽ
efficit cum recedit.Mors tamen nõ cõ-
ſumit coniuncta ſed diuidit dum origi-
ni ſuæ vtrũq; reddit. Et ne quis putet
animã corporis morte conſumi:audiat
quid dñs in euangelio dicit.Nolite,in-
quit,eos timere qui occidunt corpus:
animam autem non poſſunt occidere.
Fatigatur corpus cogitationibus men-
tis.Afficitur in corpore mens dolóribꝰ
corporis. Corpus ex quatuor elemẽtis
conſtat.Anima nec elementum eſt nec
ex elemẽtis, ſed de nihilo facta eſt & ſo-
li creatori ſuo cognita. Ex his ergo oĩ-
bus,quę in ſe,hoc eſt in corpore ſuo viſi-
bilia videt,nihil ſe eſſe vel poſſe videt.
Secernat ergo & diuidat ſe ꝑ ſe ab eo to-
to quod viſibile videt in ſe, & inuiſibi-
lem omnino ſe eſſe videt ĩ eo qđ videt
ſe & tamẽ videri ſe nõ poſſe videt.De-
inde eleuet ſe ſupra ſe: & in eo qđ pri-
mum & principale ſꝑculum eſt ſꝑcu-
landi dei:illiuſq; imagini & ſimilitudi-
ni proximum & cognatum magis factũ
inuiſibilem deum ĩſpiciat. Hoc autem
eſt ipſa ratio & mens ratione vtẽs,quæ
ad primam ſimilitudinem dei facta eſt:
vt ꝑ ſe ĩuenire poſſit eũ a quo facta eſt,
& in eius amore atq; cõtẽplatione dul-
citer requieſcere. Ea nãq; ꝑfectiꝰ ſuũ
factorem manifeſtant: quæ ad illius ſi-
militudinẽ magis appropinquãt. Hoc
eſt autem ipſa rationalis creatura:quæ
& excellenter & proprie ad illius ſimi-
litudinem facta eſt.Et tunc citius crea-
torem ſuum,quem non videt,agnoſcit
& diligit,cum ſe ad illius imaginem fa-
ctam clarius intelligit.

¶Qꝫ deus creaturam rationalem
ſola caritate creauerit.Ca.XXX.

DEus omnipotens,cuiꝰ A
beatitudo nec augeri
poteſt qa ꝑfecta eſt,
nec minui quia æter-
na ẽ:ſola caritate nul-
la ſui neceſſitate ra-
tionales ſpiritꝰ creauit,vt eos ſuę bea-
titudinis participes faceret.Alios vero
in ſua puritate ĩ cælo cõfirmauit: alios
autem propter ſuꝑbiam in infernum
præcipitauit, atq; alios ad probandam
humilitatem & obœdientiam in terre-
na habitatione terrenis corporibus ſo-
ciauit,vt ad vitæ ſenſum luteam mate-
riam vegetarent. Habent namq; in na-
tura ſua quandam mutabilitatem ſecũ-
dum quam viuificandis corporibꝰ ap-
propinquant:in qua quidẽ nõnihil ſuę
puritatis deponunt. Cũ eñ delectatio-
ne corporis afficiuntur quaſi quãdam
corpulentiam inde trahunt quæ purio-
rem eorum naturam corrũpit. Et hoc
vitium quanto altius eis in corporibꝰ
manentibus inhæſerit: tanto difficiliꝰ
eos a corporibꝰ diſcedẽtes deſerit: quo-
niam non tollitur paſſio etiam cũ tolli-
tur cauſa paſſionis niſi ab eiuſmodi fæ-
culentia ſe in hac vita mũdare ſtudue-
rint.Nos ergo qui in medio bonorum B
& malorum poſiti ſumus cõſiderare ſę-
pe debemus & gaudium illorũ, & iſto-
rum ſupplicium atq; noſtram miſeriã.
Rationalis ſiquidẽ eſt anima noſtra vt

ſciat diſcernere inter bonum & malũ.
Eſt etiã concupiſcibilis atq; iraſcibilis,
vt poſſit amare bonũ & odire malũ. De
cõcupiſcibilitate naſcitur amor : & de
C amore deſiderium & gaudium . Amor
eſt delectatio cordis alicuius ad aliqđ
ꝓpter aliquid ꝑ deſiderium currẽs at
q; ꝑ gaudium: requieſcens ꝑ deſide-
rium in appetendo & ꝑ gaudiũ in ꝑ
fruendo. Nec aliunde bonum eſt (ſi bo-
num eſt) cor humanũ niſi ꝙ bene amat
qđ bonum eſt. Nec aliũde malum eſt (ſi
malum eſt ) niſi ꝙ male amat qđ bonũ
eſt. Oĩe eĩ quod eſt, bonum eſt: ſed in
eo quod male amatur, tantum vitium
eſt. De iraſcibilitate odium generaẽ: &
de odio dolor & timor. Cũ enim cõtra
ꝑccata iraſcimur & ea odire incipimꝰ
dolemus ꝙ ꝑccauimus, & pœnas ꝓ ꝑc
catis timemus.

Qꝫ deus naturam rationalem cę-
teris voluit ſupereminere creatu-
ris. Cap. XXXI.

D SIc creator omniũ deus
iter cętera & ſupra cę-
tera quæ creauit ratio
nalem dignatus eſt il-
luſtrare naturam: quã
& ſua ſimilitudine fe-
cit ĩſignem, & ſuæ beatitudinis voluit
eſſe participẽ. Cuius tamen rationalis
creaturę licet ſimilis videatur origo, fa
cta eſt diuerſa conditio: dum pars eius
2. Pet. 2. in æterna eſt felicitate firmata, pars ru
dentibus inferni detracta & in tartarũ
tradita, in iudicium crucianda ſeruaẽ.
Pars etiam tertia terrenis vnita corpo
ribus, locum medium ſortita cognoſci
tur: & prius quidem eadem media, ſum
mis vicinior, in deliciis erat poſita pa-
radiſi: nunc autem propiquior infimis
pro reatu inobœdientiæ humiliata eſt
E in loco afflictionis. Summus igitur ho-
rum omnium locus plenam habet læti
tiam: infimus ſolam triſtitiam: illic eĩ
plena felicitas: hic ſola miſeria ẽ. In me
dio ſane ſumma ſperanda, ſed nihilomi
nus infima ſunt timenda: & ideo nobis
iam eo amplioris timoris cã q̄ ſpei: quo
viciniores eiſdem infimis, in ipſa deie-
F cti degimus vmbra mortis. Quia tamẽ
& illius beatitudinis & nihilominus
damnationis æternæ humanã deus ani
mam pro ſuorum qualitate meritorũ
participem poſſe fieri cognouit: natu-
rales ei affectus quatuor indidit: vt ha
beret vñ bona illa optare, & in eis poſ-
ſet quandoq; lætari: & rurſum vnde il-
la mala metuere, vel in eis etiam dolo-
re perpetuo contriſtari . Interim ſane
ei grauior eſt præſentis vitę conditio,
ꝙ non modo exhibet triſtitia etiã præ-
ſens moleſtiam: ſed & timor habet pœ-
nam , & ſpes ipſa quæ differtur affligit Prouẽ. 13.
animam. Piiſſimus enim pater & terri-
bilis iudex qui vera illa & ꝑpetua gau
dia filiis: dolores ęque ꝑpetuos reis in
fine parauit: Nonnulla tamen nos etiã
in præſenti experimenta capere voluit
gaudii vel doloris vnde non modo illa
certiꝰ credi ſed & affectuoſiꝰ quodãmõ
optari valeant & timeri. Cæterum nec G
præſentia gaudia in illorum compara-
tione ſunt gaudia: nec triſtitia pręſens
in illiꝰ comparatione triſtitia. Nec de-
ſipiet ſi quis interim omnem operã da
re maluerit quemadmodum illa potiꝰ
valeat concupiſcere gaudia, illos formi
dare dolores: q̄ huius vitæ vitarę mo-
leſtias, captare lætitiam. Verũtamẽ in-
uenire eſt etiam in præſenti, vnde vti-
liter gaudeat quis vel ſalubriter cõtri
ſtetur: ſi lætetur de beneficiis ſuis gra-
tias agens deo: & in deuotione eiꝰ exul
ter: & propria ſeu etiam proximorum
delicta deploret. Vnde & diuina diſpo
ſitione media inter eoſdem affectus cõ
ſtituta eſt ratio in corde hoĩs : per quã
nimirum diſcernere, & diiudicare poſ-
ſit. vnde gaudeat ſeu doleat, immo etiã
quid cupiat vel quid timeat . Sane qui H
triplicem eſſe vim animæ docuerũt ra-
tionalem illam iraſcibilem & concu-
piſcibilem aſſerentes , affectus quidem
diuerſos, ſed quadã ſibi cognatione iũ-
ctos: ſub iraſcibili metum & triſtitiam,
ſub concupiſcibili deſiderium & læti-
tiam compręhẽdiſſe videntur. Interim
igitur inter affectꝰ varios: humana flu
ctuans anima, neceſſe eſt vt certam de
mum vel in imis vel in ſummis acci-
piens ſtationẽ: in ſolo deinceps vel gau
dio vel dolore perſiſtat. Deus eſt in ſũ-
mo, mundus in imo . Ille in eodem ſta- I



tu æternitatis ſuæ ſemper conſiſtit: iſte
curſu mutabilitatis ſuæ ſemper inſtabi
lis fluit. Humanus animus quaſi ĩ quo
dam medio collocatus quadam condi
tionis ſuæ excellentia, & huic mutabi-
litati quæ deorſum eſt ſupereminet: &
ad illam quæ eſt apud deum veram im
mutabilitatem necdum pertingit. Si
vero in iis quæ deorſum tranſeunt ſe
per cupiditatem immerſerit, ſtatim per
infinitas diſtractiones rapietur & a ſe-
metipſo quodammodo diuiſus diſſipa
bitur. Si vero ab hac infinita diſtractio
ne, quæ deorſum eſt, ſe erexerit: & hæc
infima deſerens atq; paulatim ſe ĩ vnũ
colligens ſecum eſſe didicerit, tãto am
plius in vnum colligetur quãtomagis
cogitatione & deſiderio ſurſum eleua
bitur: donec tandem omnino immuta-
bilis ſit, & ad illam veram & vnicã, quę
eſt apud deum , immutabilitatem per-
ueniat: vbi perpetuo ſine omni mutabi
litatis viciſſitudine requieſcat.

Qꝫ creationem animarum crea-
tor earum ſolus agnoſcat.
Cap. XXXII.

L CRedimus animas non
eſſe ab initio cum an-
gelis nec ſimul creatas
ſicut Origenes fingit:
nec cum corporibus ꝑ
coitum ſeminantur, ſi
cut Luciferianus & Cirillus , & aliqui
latinorum pręſumptores affirmãt. Sed
dicimus earum creationem ſolum oĩm
creatorem noſſe: corpus tm̃ per coniu-
gii copulam ſeminari: dei vero iudicio
coagulari in vulua & cõpingi atq; for
mari: ac formato iam corpore animam
creari & infundi: vt viuat in vtero ho
mo ex anima cõſtãs & corpore: & egre
diatur viuus ex vtero plenus humana
ſubſtantia. Nec duas animas eſſe credi
mus in vno homine , ſicut multi ſcri-
bunt: vnam animalem qua animaẽ cor
pus q̄ immixta ſit ſanguini & alteram
ſpiritalem, quæ rationẽ miniſtret . Sed
dicimus vnam eandemq; eſſe animam
in homine quæ & corpus ſua ſocietate
viuificet: & ſemetipſam ſua ratiõe diſ-
Arbitrium. ponat: habens in ſe libertatem arbitrii
vt in ſuæ ſubſtantiæ eligat cogitatio-
ne qđ vult. Libertati ſiquidem arbitrii
ſui commiſſus eſt homo. Poſtq̄ vero ſe-
ductione ſerpentis per Æuam cecidit:
naturæ bonum perdidit & vigorem ar
bitrii: non tamen electionem: ne non eſ
ſet ſuum qđ emendaret peccatum. Ma
net itaq; ad quærendam ſalutem arbi-
trii libertas: id eſt rationalis voluntas,
ſed admonente prius deo & inſpirante
ad ſalutem. Vt ergo acquieſcamus ſa- M
lutari ĩſpirationi noſtræ poteſtatis eſt:
vt adipiſcamur qđ adipiſci deſidera-
mus, diuini eſt muneris . Vt non laba-
mur adepto ſalutis munere, ſollicitudi
nis noſtræ eſt & cęleſtis pariter adiuto
rii: vt labamur poteſtatis noſtrę & igna N
uiæ. Solum hominem credimus habere
animam ſubſtãtiuam quæ & exuto cor
pore viuit , & ſenſus ſuos atq; ingenia
viuaciter tenet. Neq; cum corpore mo
ritur (vt Arabas aſſerit) neq; poſtmo-
dum interitura, ſicut Zenon dicit: quia
ſubſtantialiter viuit. Animalium vero
animæ non ſunt ſubſtantiuę: ſed cũ car
ne ipſa carnis viuacitate naſcuntur: &
cum carnis morte finiũtur, & ideo nec
ratione reguntur, ſicut Plato & Alexã
der putant: ſed ad omnia naturæ inci-
tamenta ducunẽ. Anima humana non
cum carne moritur: quia nec cum car-
ne (vt ſuperius diximꝰ) ſeminatur : ſed
formato in vtero matris corpore , dei
iudicio creari & infundi eam diximus:
vt viuat homo intus in vtero & ſic ꝓ-
cedat natiuitate in mundum. Anima a O
creatore principium habens ex quo eſt
perfecta eſt in genere ſuo. Vnde ex quo
eſt ſcire omnia q̄ ab homine ſciri poſ-
ſunt: niſi grauitas carnis eſſet . Qđ per
primum hominem, qui ante corruptio
nem humanitatis ex quo fuit perfecte
habuit ſciẽtiam humanam, probari po
teſt . Sed modo corrupta humanitate
ex quo coniungitur corruptioni , cor-
rumpitur . Nec proprietates ſuas po-
teſt exercere, donec vſu & experiẽtia &
alicuiꝰ doctrina excitata incipit diſcer
nere. Veluti ſi quis cũ ſubtili licet acie
oculoꝝ ĩ tenebroſa detrudatur: videre
tamen non poteſt ibi niſi prius aſſue-
ſcat tenebris vel lumen accẽdatur. Vn
de Virgilius. Quantum non noxia cor Ænei. 6.

P pora tardant. Et licet aliæ ſint actiones
corporis, & aliæ animæ: Actiones tamẽ
corporis vitia vel virtutes poſſunt eſſe
animæ. Cum enim ad hoc ſit data vt il-
licitos motus carnis corrigat: ignoran-
tia illius contingunt vel negligentia.
Sicut ſi vel diſcipulus vel ſeruus negli-
gentia doctoris vel domini peccet: ma-
giſter vel dominus extra culpam non
eſt: ſic anima illis contingentibus, ex-
tra culpam nõ eſt: cum iſtis debeat im-
perare, & illis obœdire.

¶ De hominis vtraq; parte eſſen-
tiali, anima videlicet & carne.
Cap. XXXIII.

Q QVabus ſubſtantiis con-
ſtat homo, anima tm̃ &
carne. Anima cũ ratio-
ne ſua: & carne cũ ſen-
ſibus ſuis. Quos tamen
ſenſus abſq; animæ ſo-
cietate non mouet caro. Anima vero
& ſine carne rationale ſuum tenet. No-
tandum tamen ꝙ iidem ipſi ſenſus qui
in exteriori homine deſcribuntur, ſimi-
li modo ſecundum modum ſuum in in-
teriori eſſe manifeſtantur: quia ſpirita-
les res non corporalibus ſenſibꝰ ſed ſpi-
ritalibus rimandæ ſunt. Vnde diuina
Deut. 32 vox in Deuteromio ait. Videte quoniã
ego ſum: & nõ ſit alius deus pręter me.
Apoc. 2. Et in Apocalypſi. Qui habet aures au-
diendi audiat quid ſpiritus dicat eccle-
Pſal. 33. ſiis. Et in Pſalterio. Guſtate & videte
quoniam ſuauis eſt dominus. Et Apo-
2. Cor. 2. ſtolus. Chriſti bonus odor ſumus: & in
iis qui pereunt, & in iis qui ſalui fiunt.
Et in euangelio dominus mulierem fi-
de ſe tetigiſſe magis q̃ corpore oſtẽdit,
Luc. 8. dicens. Tetigit me aliquis. Nam & ego
R ſenſi virtutem de me exiſſe. Sic ergo cũ
omni cautela obſeruãdum eſt quid ad
corporis ſenſus, & quid ad animæ per-
tineat dignitatem: ne forte confuſus
ordo, & irrationabilis exiſtimatio ali-
S cubi repugnare videatur veritati. Non
eſt tertius in ſubſtantia hominis ſpiri-
tus vt Didimus contendit: ſed ſpiritus
ipſa anima: vel pro ſpiritali natura, vl'
pro eo ꝙ ſpiret in corpore ſpiritus ap-
pellatur. Anima vero ex eo vocatur ꝙ
ad viuendum vel ad viuificãdum ani-
met corpus. Tertium vero qui ab apo-
ſtolo cum anima & corpore inducitur
ſpiritum gratiam ſancti ſpiritus intel-
ligamus: quã orat apoſtolus vt integra
perſeueret in nobis: ne noſtro vitio aut
minuatur aut fuget a nobis. Quia ſpi- Sap. 1.
ritus ſanctus effugiet fictum & auferet
ſe a cogitationibus quæ ſunt ſine intel-
lectu. Iugi ergo meditatione animum T
noſtrum exerceamus & conſideremus
miſerias & neceſſitates noſtras: labores
& dolores. Lugentes enim in hanc vi-
tam intrauimus cum labore: viuimus
cum dolore, & cũ timore exituri ſumꝰ.
Cogitemus ergo q̃ ſit breuis vita nr̃a,
q̃ via lubrica, q̃ mors certa: & hora mor-
tis incerta. Cogitemus quantis amari- V
tudinibus admixtum ſit ſi quid dulce
aut iocundum in via huius vitę occur-
ſu ſuo nobis alludit: q̃ fallax & ſuſpectũ
q̃ inſtabile & trãſitorium eſt quicquid
huius mundi amor parturit: quicquid
ſpecies aut pulchritudo temporalis p-
mittit. Conſideremus etiam quę ſit pa- X
triæ cæleſtis ſuauitas atq; dulcedo: at-
tendamus & perpendamus vnde cecidi-
mus & vbi iacemus: quid perdidimus
& quid inuenimus: vt vtroq; intelliga-
mus quantum nobis in hoc exilio lu-
gendum ſit. Hinc enim Salomon ait. Eccl's. 1.
Qui †apponit ſcientiam, apponit dolo- †addit
rem. Quia quantomagis homo mala
ſua intelligit, tãto amplius ſuſpirat & Y
gemit. Meditatio ſiquidem parit ſcien-
tiam, ſcientia compunctionem, compũ-
ctio deuotionẽ, deuotio perficit oratio-
nem. Meditatio eſt frequens cogitatio Medita-
curioſa & ſagax obſcura inueſtigare, & tio.
occulta ad notitiam trahere. Scientia Sciẽtia.
eſt quando homo ad cognitionem ſui
aſſidua meditatione illuminatur. Com- Compũ-
punctio eſt quãdo ex cõſideratione ma- ctio.
lorum ſuorum cor interno dolore tan-
gitur. Deuotio eſt pius & humilis affe- Deuo-
ctus in deum. Humilis ex conſcientia tio.
infirmitatis propriæ. Pius ex conſide-
ratione diuinæ clementiæ. Oratio eſt Oratio.
mentis deuotio, id eſt conuerſio in deũ
per pium & humilem affectum. Affe- Affectꝰ.
ctus eſt ſpontanea quædã ac dulcis ip-



ſius animi ad deum inclinatio. Nil eñ
ita deum inclinat ad pietatem & miſe-
Z ricordiam quemadmodum purus men-
Noſſe ſe ipſum. tis affectus. Scientiam cæleſtium & ter-
reſtrium rerum laudare atq; amare ſo-
lent homines, ſed multo meliores ſunt:
qui huic ſcientiæ præponunt noſcere
ſemetipſos. Laudabilior ſiquidẽ eſt ani-
mus cui nota eſt miſeria ſua, q̃ qui ea
non reſpecta vias ſiderum, naturas re-
rum, ſcrutatur. Qui vero iam in deum
euigilauit ſpiritus ſancti calore excita-
tus, atq; in eius amore coram ſe viluit,
ad eumq; intrare volens nec valens eo
ꝙ ſibi lucente attendit in ſe, & inuenit
ſe ſuamq; ægritudinem illius mũditiæ
comparari non poſſe cognoſcit. Dulce
flere habet deumq; precari vt miſerea-
tur & totam ſuã miſeriam exuat. Hũc
itaq; egentem ac dolentem ſcientia nõ
inflat: quia caritas ædificat. Præpoſuit
enim ſcientiam ſcientiæ, id eſt ſcire ſe-
ipſum & infirmitatem ſuam, magis q̃
ſcire vires hęrbarum & naturas anima-
lium. Et hanc apponendo ſcientiam, ap-
poſuit dolorem, ſcilicet peregrinatio-
nis ſuæ ex deſiderio patriæ ſuæ & vi-
ſionis dei, quem cernere cunctorũ deſi-
deriorum conſummatio & finis eſt.

# SEQVItur Tertius Liber de anima & interiori domo: cuius hæc poſt Prologũ ſunt Capita.


De ædificatione conſcientiæ. Cap. I.
De ſeptem columnis erigendis in domo conſcientię: Et primo de bona voluntate, columna prima. Cap. II.
De memoria beneficiorum dei, colũna ſecunda. Cap. III.
De corde mũdo, colũna tertia. Ca. IIII.
De animo libero, colũna quarta. Ca. V.
De recto ſpũ, columna quinta. Ca. VI.
De mẽte deuota, colũna ſexta. Ca. VII.
De ratione illuminata, columna ſeptima. Cap. VIII.
De cognitione bene ædificatæ conſciẽtiæ triplicis. Cap. IX.
Quanto citius & vtilius acquiratur bona conſcientia q̃ ſcientia. Cap. X.
Quis ſit bonæ conſcientiæ fructus. Cap. XI.
Qꝫ cordis cuſtodia bonã pariat conſciẽtiam. Cap. XII.
De mobilitate cordis hũani. Ca. XIII.
Quomodo ſe quiſq; regere debeat. Cap. XIIII.
De correctione conſcientiæ. Cap. XV.
Qꝫ nihil vtilius q̃ ſeipſum cognoſcere, & vanas cogitationes expellere. Cap. XVI.
De paſſionibus iræ & aliis cogitationum tumultibus. Ca. XVII.
De conſcientia iudice & occultorũ accuſatrice. Ca. XVIII.
De fallacia vanitatis. Cap. XIX.
De ſtatu miſero præſentis vitæ. XX.
Confeſſio ad abbatem. Ca. XXI.
Patris ſpiritualis ad confitentem reſponſio. Cap. XXII.
Remedium contra prauas cogitationes. Cap. XXIII.
De ſuperbia vitanda. Cap. XXIIII.
De inuidia & detractione vitandis. Cap. XXV.
De curioſitate & mendacio, vanilogo, vanaq; laude vitandis. Cap. XXVI.
De prauitate conſcientiæ & eius pœna & de aliis non iudicandis, ſed miſericorditer tractandis. Cap. XXVII.
De importunitate vẽtris & aſtutia diaboli. Cap. XXVIII.
De oratione & modo orandi: & impedimento eius per cogitationum tumultum. Cap. XXIX.
De vitiis linguæ, cantus & iuramenti. Cap. XXX.
De vera pœnitentia & perfectione humilitatis. Cap. XXXI.
De cordis inſtabilitate, pœnitentis cõfeſſio. Cap. XXXII.
De remedio inquietudinis, reſpõſio patris ſpiritualis. Cap. XXXIII.
De ineptis cogitationibus, pœnitentis confeſſio. Cap. XXXIIII.
De remedio contra carnis affectiones, patris reſponſio. Cap. XXXV.
De voluptatibus corporis pœnitentis confeſſio. Cap. XXXVI.
De pugna & victoria gulæ, patris reſponſio. Cap. XXXVII.
De ficta confeſſione, pœnitentis con-

feſſio. Cap.XXXVIII.
Qꝫ inuidia interdum ſub ſpecie ſanctitatis exercet ſuas iniurias,patris reſponſio. Cap.XXXIX.
De cordis alienatione, pœnitentis confeſſio. Cap.XL.
De remedio euagationis cordis,patris reſponſio. Cap.XLI.
De multiplici volubilitate cogitationum,pœnitentis confeſſio. Ca.XLII.
Qꝫ bonum ſit vt homo ſeipſum cognoſcat,patris reſponſio. Cap.XLIII.
Qꝫ priuatus amor aufert verum iudicium. Cap.XLIIII.
Pœnitentis ad deum pro veteris hominis ſui renouatiõe obſecratio. XLV.
Pœnitentis ad animam ſuam de imagine dei reformáda pia exhortatio.46.
Qꝫ tãta ſit animæ dignitas, vt pater & mater Chriſti eſſe poſſit. Ca.XLVII.
Qꝫ anima ad recipiendũ in ſe deũ ſemꝑ debet eſſe parata. Cap.XLVIII.
Qꝫ anima cæleſtium cõtemplationi, & mortis optatę conſiderationi debeat inſiſtere. Cap.XLIX.
Contemplatio ſuꝑ illud: Verbum caro factum eſt. Cap.L.

FINIS Capitum Libri Tertii.

Libri Tertii de Anima: & de interiori domo Prologus.

A Domus hæc in qua habitam⁹: ex omni parte ſui ruinam nobis minat. Idcirco qa in breui eſt caſura: alia nobis eſt ædificanda.Redeam⁹ ergo ad nos: & diſcutiamus conſcientiam noſtram. Nam ſicut corpus noſtrum tabernaculum dicitur in quo militamus,ſic conſcientia noſtra domus vocatur in qua poſt militiam requieſcimus: & ille recte militat qui ꝑ militiam quã exercet in corpore,domum ædificat conſcientiæ. Prouꝰ.24. Diligenter exerce agrum tuũ (ait ſapiens) & poſtea ædifices domum tuam. Ager iſte corpus noſtrum eſt: cuius ſenſibus & motib⁹ recte vtimur, animi imperio eos ſubiicientes: vſumq; virtutis inducimus dum corpus animo indeſinẽter, & animum deo ex toto ſubiicim⁹. His B nimirũ modis interior conſcientia ædificatur:quã vtiq; bonam facit præteritorum malorum condigna ſatiſfactio, & inſtantium malorum cauta prouidaq; declinatio. Condigna ſatiſfactio eſt mala facta corrigere, & correcta non reiterare. Conſcientia vero ꝑpetua eſt, quę nunq̃ finitur ſicut nec anima. Quę cum ſit immortalis:ſicut non poteſt eſſe non anima, ſic nunq̃ poteſt eſſe ſine conſcientia.Conſciẽtia nãq; eſt inſeparabilis gloria,vel confuſio vniuſcuiuſq; pro qualitate depoſiti.

¶De ædificatione conſcientię, ꝙ prius ſit mundanda q̃ ædificãda. Cap.I.

Hæc ergo conſcientia,in C qua aĩa perpetuo manſura eſt,ædificanda eſt: ſed prius mundãda. Et quis eã mundabit? Profecto deus & homo.homo qdẽ ꝑ cogitationes & affectiones: deus vero ꝑ miſericordiam & gratiã. Cogitationes & affectiones neceſſariæ ſunt in conſcientiæ mundatione:cogitationes in inueſtigatione veritatis: affectiones in exercitatione virtutis.Porro miſericordia modo delet ꝑccatum: Mia. modo dat virtutem reſiſtendi ꝑccato: nunc ſubtrahit ꝑccandi occaſionẽ:nũc immittit amaritudinẽ:pleruq; ſanat affectionem.Gratia adiuuat ad bonũ,defendit contra malum: Gratia. erudit ad vtrũq; diſcernendum.Homo igitur ꝑ veritatem ſtimulatus ꝑccata ſua confitetur: deus autem ꝑ miſericordiã flexus cõfitenti miſeretur.Omnis namq; ſpes venię & miſericordię in cõfeſſiõe eſt.Nec poteſt qs iuſtificari a ꝑccato niſi prius fuerit confeſſus peccatum. Ex eo enim vnuſquiſq; iuſt⁹ eſſe incipit:ex quo ſui accuſator extiterit. Felix conſcientia D in qua miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi: Pſal.84. iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Veritas confitentis,& miſericordia miſerentis, obuiauerũt ſibi quoniã nõ poteſt illi miſericordia deeſſe:qui ſe



cognoſcit in veritate.Oſculum iuſtitię eſt inimicos diligere: parentes & propria quæq; propter deum relinquere:illatam iniuriam patiẽter ferre:oblatam E gloriam vbiq; declinare. Oſculum pacis eſt odiẽtes inuitare ad pacẽ:diſcordantes ad concordiam reuocare: aduerſarios pacifice ſuſtinere:errantes pie & benigne docere: mœrentes clementer mulcere: & cum omnibus pacem habere.Beata illa anima quæ in pace Chriſti fundata eſt,& in dei amore ſolidata: quę cum exterius bella patitur,pax ei⁹ interius non turbatur. In qua quæcunq; moleſtiæ foris ꝑſtrepant,vſq; ad ſilentium internę quietis non irrũpant: quoniam guſtu internæ dulcedinis tacta,int⁹ eſt ꝑ deſiderium collecta: nec iam foris enormiter in carnis voluptates diſſoluitur: quia totum intus poſſidet in quo delectatur: atq; ita in ſemet ipſa pacificata: dũ nihil eſt quod foris appetit,tota ꝑ amorem intus requieſcit: & cum tota ad iternum gaudium colligitur:ad imaginẽ dei reformatur: F quã in ſe veneratur. Talem animã frequenter viſitant angeli atq; archangeli: & honorificãt: vtpote dei templum, & ſpiritus ſancti habitaculum. Eſto igitur templum dei:& deus excelſus habitabit in te. Anima enim deum habens in ſe, templũ dei eſt in quo diuina myG ſteria celebrantur. ¶Porro anima quæ non ſtudet in ſe conſiſtere,nec in amore dei deſiderium figere: per oculos & aures alioſq; corporis ſenſus foras egreditur: atq; in his exterioribus delectatur.Sed cum inuenerit portas iſtas clauſas,tunc rediens ad ſe:& videns ſe nudam & deſolatã:inæſtimabili confuſione & horrore concutietur. Et quia mũdi conſolationem quæſiuit,illam quę a deo intus in conſciẽtia datur nõ habebit.Et non ſolũ eam dedignabitur de⁹ viſitare,ſed nec ipſa quidẽ male ſibi cõſcia,ſeipſam poterit tolerare. Requiem in ſe non poterit habere: quoniam illũ dereliquit cum quo habitare & requieſcere debuit. Cogita ergo in ſocietate aliorũ nunc poſitus:ꝙ non poteris ſemper manere cum illis: Et interim elige tibi ſocium illum qui cum ſubtracta tibi fuerint hæc omnia,tibi fidem ſeruabit: qui dilectoribus ſui fidem ſeruat: nec recedit in tempore anguſtiæ:deus tuus ille eſt,quem eligere debes. ¶Oẽs H igitur cordis diſtractiones:& mẽtis fluctuationes in vnum collige: & in ſolo deo totum deſiderium tuũ fige: & ibi ſit cor tuum,vbi eſt theſaurus tuus deſiderabilis multumq; amabilis. Ipſe eñi frequenter viſitat & libenter inhabitat tranquillitatem cordis,& ocium quietę mentis, quoniam pax eſt & in pace Pſal.75. factus eſt locus eius. Propterea talem te præpara:vt tecum adſit deus: ſit in ore,ſit in corde: ſemꝑ tecum eat, tecum redeat:nec recedat a te.Nunq̃ ille te dimittet, niſi prior illum dimiſeris. Vbicunq; fueris,nunq̃ ſolus eſſe poteris ſi deus tecum erit. ¶Munda igitur I conſcientiam tuam, & ſemꝑ paratus eſto vt quacũq; hora venerit dominus, & tecum habitare voluerit:paratam ſibi in te inueniat manſionem. Ipſe nãq; dixit. Facite mihi ſanctuarium & ego Exod.25 habitabo in medio veſtri. Studeamus ergo templum deo ædificare in nobis: primo quidem vt in ſingulis nobis:deinde vt in omnibus ſimul inhabitet:qa nec ſingulos dedignabitur,nec vniuerſos. Primo igitur ſtudeat vnuſquiſq; ne diffideat ipſe a ſemetipſo: quoniam omne regnum in ſeipſum diuiſum de- Lucę.xi. ſolabitur & domus ſupra domum cadet:nec intrabit Chriſtus vbi parietes inclinati fuerint, & maceriæ depulſæ. Vult habere anima corporis ſui domũ integram:& exire eam neceſſe eſt,ſi fuerint a ſeinuicem membra diſperſa.Vi- K deat igitur & ipſa ſi deſiderat Chriſtũ ꝑ fidem inhabitare in corde ſuo, id eſt in ſeipſa, videat: & ſollicite caueat ne a ſeinuicem membra eius diſſideant: id eſt ratio,voluntas, & memoria. Dignum habitaculum parat deo: cuius nec eſt ratio decepta: nec voluntas peruerſa: nec memoria inquinata. Felix illa anima eſt,quæ domum cordis ſui ſic de peccatorum ſordibus ſtudet emundare, & ſanctis ac iuſtis operibus adimplere:vt in ea non ſolum angelos, verumetiam dominum angelorum habitare delectet. Mun-

data domo cunctiſqꝫ malis ab ea exclu-
ſis omnibus bonis impleatur:ne ſit no-
bis neceſſarium aliquid foris quærere:
qui omnia forinſeca reliquimus.

¶De ſeptem columnis erigendis
in domo conſcientiæ:& primo de
bona voluntate quæ eſt columna
prima. Cap.II.

L SApiētia ergo ædificet
ſibi domum: erigat co
lumnas ſeptem: quibꝰ
tota fabrica īnitatur.
Domus eſt conſciētia:
colũnæ ſunt bona vo-
luntas,memoria,i.memorem eſſe bene-
ficiorum dei,cor mundũ,animus liber,
ſpiritus rectus,mens deuota ratio illu-
M minata.¶Prima igitur columna primũ
erigatur. Nam inter omnia dei dona,q̄
ad ſalutem hominis ſpectare videntur:
primum & principale bonum, bona vo
luntas eſſe cognoſcitur,ꝑ quam ima-
go ſimilitudinis dei ī nobis reparatur.
Primum eſt:quia a bona voluntate bo-
num omne inchoat̃.Principale eſt:quo
niam bona voluntate nihil hominibus
vtilius datur.Quicquid homo facit bo
num eſſe non poteſt:niſi ex bona volũ-
tate procedat.Sine bona voluntate oī-
no ſaluari quiſpiam non poteſt: cũ bo-
na voluntate nemo ꝑire poteſt.Volũ
tas bona nec dari poteſt inuito, nec au
ferri niſi volenti. Volũtas hominis eſt,
poteſtas dei : volũtas hominis eſt,quia
velle in voluntate hominis eſt: & ideo
totum meritum in voluntate eſt. Quã
tum vis,tantũ mereris. Quantum cre-
ſcit voluntas tua bona,tãtũ creſcit me
ritum tuum.Fac igitur magnam bonã
voluntatē tuam:ſi vis habere magnum
meritum.Ita deus vt piiſſimus & miſe
ricordiſſimus pater : in eo redemptio-
nem noſtram poſuit in quo nullus niſi
velit poteſt egere. Amare namqꝫ homi
nes ęqualiter poſſunt & diuites & pau
peres etiam ſi pecuniam æqualiter da-
re non poſſunt.Voluntas tamen bona
non eſt:ſi non operatur qđ poteſt.

¶De memoria beneficiorum dei,
columna ſecunda.
Cap.III.

REcordemur ergo miſe N
ricordiarum dei,vt ſic
accēdamur ī eius amo
rē.Reuocemus ad me-
moriam bona quæ tri-
buit nobis: quomodo ī
ꝑiculis ſępe cōſtitutos clementer nos
eripuit:nec vnq̃ peccatis noſtris, quo-
minus miſereret̃,vinci potuit.Oblitos
ſui de ſe admonuit:auerſos a ſe reuoca
uit : venientes ad ſe,benigne ſuſcepit:
pœnitentibus indulſit, ꝑſeuerãtes cu
ſtodiuit:ſtãtes tenuit:lapſos erexit,ma
las delectationes in amaritudinem cō-
uertit:& rurſus ſalubriter amaricatis
cōſolationes ſuas tribuit.Poſtremo tri
bulatione purgatis quietem & pacē ꝑ-
fectam reſtituit:qui nec ꝑcc̃atibus vn-
q̃ defuit vt corrigeret, nec iuſtis vt cu
ſtodiret. Recogitemus quãta bona deꝰ
fecit,nobis non rogantibus neqꝫ deſide
rantibus,immo recuſantibus: & q̃ mul
ta ꝑccata dimiſit nobis & a quantis pi
culis liberauit nos liberator deus. Qꝫ
magna dignatio pietatis fuit:ꝙ ingra-
tos & in multis contrarios,a tam mul-
tis ꝑccatis cuſtodiuit nos dei gratia:ī
quæ potuimus cadere,ſicut in alia mul
ta cecidimus! Idcirco ſicut nullum eſt
momentũ in quo non vtamur vel frua
mur dei pietate & miſericordia:ſic nul
lum decet eſſe momentum,in quo eum
pręſentem non habeamus in memoria.

¶De corde mundo,columna tertia.
Cap.IIII.

SEquitur vt eum a quo O
tanta beneficia accepi
mus toto corde diliga
mus: hoc eſt tota cogi
tatione, tota affectiōe,
ſiue defectione.Sit cor
rectum,vt ei ꝑ oĩa placeat deus.Sit
rectum rectitudine intētionis,excluſio
ne ꝑuerſę cogitationis,aſſiduitate cō
templationis.Sit paratum ſequi volun
tatem dei in quãcũqꝫ partem inclinari
eam cognouerit.Sit ſurſum:ad ſola cę-
leſtia & diuina cōtemplanda & deſide
rãda. Sit purum,vt nihil morari intra
ſe patiatur mali:nec modicum quidem
offendiculum tolerabile reputet : aut ī
conſcientia ſua:aut in aliena.Sit dulce



dulci reſponſione, ſuaui admonitione,
benigna repręhēſione,moderata corre-
ctione.Sit mundum,vt totius immũdi
tiæ ſpurcitias reſpuens, cogitationũ ſi
cut actionũ ꝑccata deploret:defleat ꝓ
ſua miſeria & aliena. Lugeat nō ſolum
ſua delicta,ſed etiã aliena:cōpũgat̃ pro
malis quę cōmiſit,& bonis q̃ neglexit.

¶De animo libero,colũna quarta.
Cap.V.

P ANimus vero ſit liber a
mũdi ſollicitudinibꝰ,a
carnis voluptatibus ,a
prauis cogitationibꝰ:
vt poſſit cum voluerit
aut ſibi intendere, aut
vtilitati fratrũ miniſtrare,aut in contē
platione cęleſtiũ requieſcere.Sit firmꝰ:
vt nulla repentina ꝑturbatione concu-
tiatur,non capiatur illecebris:nō fran-
gatur moleſtiis:nulla ira,nulla īpatien
tia,pacē quietēqꝫ animi turbare poſſit:
quoniã Chriſtꝰ pax eſt & in pace reqe-
ſcit pacis amator,& in ꝑturbato aĩo ha
bitare nō poteſt.Sit cōſummatꝰ in dei
dilectiōe,hoc em̃ eſt diligere deũ,illi oc
cupare animũ,cōcipere fruēdæ viſionis
eius affectũ,habere ꝑccati odiũ , mũdi
cōtemptum, diligere proximum quem
ipſe cenſuit diligendum.

De recto ſpiritu,colũna quinta.
Cap.VI.

Q SPiritus autem ſit rectꝰ
ab omnibꝰ terrenis &
p̄ſentibꝰ prorſus auer-
ſus:& deo inſeparabili
ter iunctus & vnitus:
pia deuotione aſcēdat
& viſitet ſupernas ſedes,& multas quæ
in domo patris ſunt manſiones:humili
ter ſe ꝓſternēs ante thronũ dei & agni.
Currat ꝑ plateas ſupernę Sion : audiat
illud melos angelorꝫ : & cũ reuerentia
ſupplicet cunctis ordinibus beatorꝫ ſpi
rituum:ſingulis ꝑ ſe & ſimul oĩbus
ſe cōmēdãs. Tãtã vero gratiã nō mere
tur accipe aĩus q in ſui cognitione diu
exercitatus & plene eruditus non eſt.
fruſtra em̃ cordis oculũ erigit ad vidē
dũ deũ:q nondũ idoneus eſt ad vidēdũ
ſeipſum. Prius.n.neceſſe eſt vt cogno-
ſcas īuiſibilia ſpũs tui: q̃ poſſis eſſe ido
neus ad cognoſcēda inuiſibilia dei. Et
ſi nō potes cognoſcere te nō præſumas
appręhendere ea q̃ ſunt ſupra te.Pręci R
puũ & principale ſpeculũ ad vidēdum
deum,eſt aĩus rationalis inueniēs ſeip-
ſum. Si em̃ inuiſibilia dei ꝑ ea q̃ facta Roma.1.
ſunt intellecta cōſpiciunt̃:vbi quæſo q̃
in eius imagine cognitionis eius veſti
gia expreſſius impreſſa reꝑiunt̃? Ter-
gat ergo ſpeculũ ſuũ, mũdet ſpũm ſuũ,
quiſqꝫ ſitit videre deũ ſuũ.Beati mun- Matt.5.
do corde qm̃ ipſi deũ videbũt.hoc ſpe-
culũ verus pœnitens non ceſſet quoti
die inſpicere,tergere,tenere,& cuſtodi
re. Inſpicere,an aliqd in eo reꝑiat qđ
deo diſpliceat.Tergere nō ſolũ peccata
actionũ,verũ etiã cogitationũ:vt nihil
in eo remaneat qđ deũ offendat.Tene-
re,ne deorſum corruēs terræ ꝑ amorē ī
hęreat:& ne inaniũ cogitationũ pulue
re ſordeſcat. Cuſtodire vt ille cuiꝰ ta-
bernaculũ eſt cũ hoĩbus cuius deliciæ
ſunt eſſe cũ filiis hoĩm,qui ad oſtiũ ſtat
& pulſat:quacunqꝫ hora intrare volue
rit receptaculũ mũdũ inueniat.Deꝰ.n.
qui mũditię amator eſt,cor pollutũ ha
bitare nō pōt.¶Exterſo igit̃ ſpeculo & S
diu diligēter inſpecto,incipit ei quædã
diuini luminis claritas interlucere:& ī
mēſus quidam inſolitæ viſionis radius
oculis cordis apparere. Ex huius lumi
nis viſione animus inflãmatus, incipit
mũda cordis acie:ſuperna & īterna cō-
ſpicere:deũ diligere,deo inhęrere:cũcta
quę adſunt tanq̃ nō ſint cōſiderat: cun
ctis ſuis affectionibꝰ renũciat:& totꝰ ſo
li incũbit amori:ſciēs ſolũ illũ eſſe bea-
tum:qui deũ amat.Porro ad tãtã gr̃am T
nunq̃ ꝑtingit mens ꝑ ꝓpriã īduſtriã:
dei ſiqdē donũ eſt hoc:nō hoĩs meritũ.
Sed abſqꝫ dubio talē ac tantã gratiã il-
le accepit:q deſerit curã ſeculi, & agit
curã ſui q ſtudet ſe frequēter cogitare:
& diligēter agnoſcere qd ipē ē.Redi er
go ad cor tuũ & diligēter diſcute teip
ſum. Cōſidera vñ venis,quo tēdis,quo
modo viuis,qd agis,qd amittis.quantũ
quotidie ꝓficis,vel quãtũ deficis: qbus
cogitationibꝰ magis incurſaris,quibus
affectionibus frequētius tãgeris:vel q-
bus tentationũ maculis a maligno ſpi-
ritu acrius īpugnaris. Cũ totũ interio V

ris exterioriſq; hoĩs ſtatũ & habitũ in
quantũ poſſibile eſt plene cognoueris;
& non ſolum qualis ſis. verũetiam qua
lis eſſe debueras: de cognitione tui po-
teris ſubleuari ad contemplationẽ dei.
Quanto namq; quotidie in cognitione
plus proficis: tãto ad altiora ſemper tẽ
dis. Sed iam fortaſſis aſcendiſti: iam ad
cor tuũ rediiſti, & ibi ſtare didiciſti: nec
hoc ſufficiat tibi: diſce ibi habitare &
manſionem facere: & qualicũq; mentis
vagatione inde abſtractus fueris, illuc
ſemꝑ redire feſtina. Abſq; dubio ꝑ mul-
tum vſum quandoq; tibi vertet̃ in oble
ctamentum, intantũ vt abſq; vlla labo-
ris difficultate poſſis ibi aſſiduus eſſe:
quinimmo pœna tibi potius ſit alibi: q̃
ibi morã aliquam facere. Si ergo perſen
ſeris deſideria tua circa exteriores dele
ctationes affici & cogitatiões tuas iu-
giter in eis occupari: cũ magna ſollici-
tudine cõpelle eas, nec permittas ad cor
tuum intrare ſed redi ad cor tuũ: & il-
luc ĩtrare ibiq; habitare oĩmodo ſtude.

¶De mente deuota, colũna ſexta.
Cap. VII.

X MEns enĩ q̃ ſe ad ſui cõſi-
deratione nõ ſubleuat,
ſed adhuc ꝑ varia deſi-
deria ſpargit̃, & variis
cogitationibꝰ huc illuc
q; diſtendit̃: nõ poteſt ſe
ipſam in vnũ colligere: quia nondum
nouit ad ſeipſam intrare: ſed adhuc in
imo eſt cogitatiõe & cõuerſatiõe. Ideo
q; nõ põt ad ea q̃ ſupra ipſam ſunt, pen
na contemplationis euolare. Diſcat er-
go diſperſiones cordis cõgregare: aſſue
ſcat in internis ſuis immorari: ſtudeat
euagationes mentis reſtringere, & exte
riora omnia obliuiſci. diſcat ſola bona
interiora amare: & illa frequentius co-
gitare, is qui ad cæleſtium contẽplatio
nem anhelat, & q in diuinoꝝ notitiam
Y ſuſpirat. Cũq; ſe diligẽter attẽderit &
diutius q̃ſierit, cũ tandẽ inuenerit qua
lis ſit: reſtat vt reuelatione diuina co-
gnoſcat qualis eſſe debeat: quale men-
tis ædificium deo ꝑparare: & quibꝰ ob
ſeqis eũ placare oporteat. Qui ita eua-
gationes mẽtis in vnum colligit, & oẽs
cordis motꝰ in vno ęternitatis deſide-
rio figit: ꝑfecto iã ad cor ſuũ rediit: &
iã ibi libẽter morat̃, ac mirabiliter dele
ctat̃. Et cũ ſeipſum præ gaudio iã cape-
re non poſſit ſupra ſeipm̃ ducit̃, & ꝑ ex
ceſſum mẽtis ad ſumma eleuat̃: atq; ita
ꝑ ſeipſum ſupra ſemetipm̃ ꝑ cognitio-
nẽ ſui ad cognitionẽ dei aſcendit: vt di
ſcat ſolum deum amare: & ipſum inde-
ſinenter cogitare: & ĩ eo delectabiliter
requieſcere. Cũ ſic amor Chriſti totũ
abſorbuerit affectũ hoĩs vt negligẽs &
ĩmemor ſui: nõ niſi Ieſum Chriſtum, &
ea quę ſunt Ieſu Chriſti ſentiat: tũc de
mũ (vt arbitror) ꝑfecta eſt ĩ eo caritas.
Huic itaq; q ſic affectus eſt: non eſt one
roſa pauptas: hic nõ ſẽtit ĩiurias ridet
opprobria; cõtemnit dãna: mortẽ lucrũ
exiſtimat: ĩmo nec mori ſe putat cũ ma
gis de morte ad vitam trãſire ſe ſciat.
Quẽ ſic amor dei intrinſecus ligatũ te
net nec ad modicum quidẽ exire exte-
rius valet: ſed interius ĩ eius deſiderio
flagrat tãto amplius quãto familiariꝰ,
& eo vehemẽtius quo frequẽtiꝰ. ¶Qui Z
ſic ĩ amore dei iugiter delectat̃: frequẽ-
ter mẽtis exceſſus patit̃, ab oĩbus ꝑſen-
tibus & terrenis raptus corã deo ꝑſen
tatur: & dũ pulchritudinẽ eius cõſide-
rat: magnitudine pulchritudinis eiꝰ at
tonitꝰ, totꝰ in eius admiratione ſuſpẽ-
ditur. Mirat̃ regis gloriã, regni magni
ficentiã, ſupnę ciuitatis nobilitatẽ, & ci
uium felicitatẽ: cõtemplat̃ etiã gloriæ
decorẽ, dei bonitatẽ: internę ſuauitatis
dulcedinem: & ęternę quietis tranquil
litatem. Meditat̃ patris potẽtiã, filii ſa
pientiã, ſpũs ſancti benignitatẽ: & ange
licę naturę beatitudinẽ: delectat̃ de deo
in deũ dũ eius pietatẽ mirat̃: & decorẽ
cõtẽplat̃. O q̃ iocũdũ ſentiret̃, ſi nõ eẽt
ad tã modicũ raptꝰ. Rapit̃ dũ ſola cæle
ſtia contemplat̃, & cõtẽplãdo iocũdat̃.
Sed cũ ibi ſtare diutiꝰ conat̃: ſubito la-
bit̃ & rediẽs ad ſe nulli põt ĩtimare qđ
vidit ſupra ſe: ſed agnitione ſuauitatis
illectꝰ: guſtatę dulcedinis ſuauitatẽ, &
illã cęleſtẽ infuſionẽ lætitiæ ſpiritualis
intra ſemetipm̃ miratur. Reuoluit etiã
in corde ſuo tacita mente incorporeæ
lucis claritatẽ: & intimæ ſatietatis ſa-
porem: & illud internæ quietis ſecretũ
& ſũmæ tranquillitatis arcanũ. In hu-



ius contẽplatione cõtẽplationiſq; dul-
cedine mẽs delectabiliter afficit̃: & mi-
rabiliter delectatur. Volet ergo & non
deficiat. Volet donec ante regẽ perue-
niat: ibiq; ploret, & ſuſpiret: macterq; ſe
in lachrymis: deprecet̃ veniã, poſtulet
gratiam: nec inde recedat, quouſq; deũ
quem nimium offenderat, placatũ ſen-
tiat: & ab eo conſolationẽ recipiat.

¶De ratiõe illuminata, columna
ſeptima. Ca. VIII.

A DEniq; ratio per mentis
exceſſum in contẽpla-
tionẽ ſublimium ſuble
uata: & in diuinę con-
templationis arcanum
rapta, atq; ibi illumina
ta ad cognitionem veritatis & veri lu
minis: inflammata ad deſideriũ bonita
tis: oẽs illicitas voluptates, affectiones,
& vagas memorię cogitationes, cordis
diſperſiões, animi fluctuatiões, ſpũs eua
gationes, & mentis diſtractiones ĩ vnũ
colligit atq; ĩ illo felicitatis fonte totũ
ſuum deſiderium figit. Locum ſuperio-
rem ratio ſemper obtineat: nulluſq; mo
tus aduerſus eã ſit rebellis, ſed oĩa ei
obtemperent: ac ſi ipſa obtemperet deo.
Si vero aliquẽ motũ ad id qđ nõ debet,
vel quomodo non debet moueri ſenſe-
rit: non cõſentiat: ſed illico reſiſtat. Nã
ſolus cõſenſus reos nos facit, etiã ſi ali
quid impediat ne opera ſubſequantur.
Tũc enĩ aĩa mori ſicut ſcriptum eſt di-
citur: cum ipſa ratio ad peccatũ ꝑ con-
ſenſum curuat̃. Anima enĩ q̃ peccaue-
Ezec. 18. rit ipſa morietur. Reſiſtat ergo ne mo-
riat̃, pugnet vt coronet̃. Moleſta eſt lu-
cta, ſed fructuoſa: quia ſi habet pœnam,
adhibet coronam. Nõ nocet ſenſus: vbi
non eſt conſenſus: immo qđ reſiſtẽtem
fatigat: vincentem coronat.

¶De cognitione bene ædificatæ
ſcientiæ triplicis. Cap. IX.

SIc nimirũ, ſic ædificat̃
B bona cõſcia. Bona cõ-
ſcia ẽ q̃ pctã ꝑterita pu
nit, & punienda cõmit
tere refugit: q̃ ſi pecca-
tũ ſentiat peccato non
conſentit: quã ſi cogitatio inquinat, ra
tio lauat. Recta cõſcientia eſt cui ſuum
pctm̃ diſplicet & alieno nõ cõſentit: nec
ꝓpter hoc peccatorẽ dimittit nec eius
pctm̃ diſſimulat: & cũ corripit nõ inſul
tat. Trãquilla eſt qa oĩbus eſt dulcis &
nulli grauis: vtẽs amico ad grãm, ĩimi-
co ad patiẽtiã, cũctis ad beneuolẽtiã: &
qbus põt ad beneficẽtiã. Talibꝰ enĩ do-
mus aĩę ædificat̃. Qꝫ ſi forte (vt fieri ſo C
let) fur aduenerit: qui nõ venit niſi vt Ioan. x.
furetur & mactet & ꝑdat, ſi inquã, fur
venerit, id eſt vel cordis elatio intrinſe
cus oriẽs: vel appetitus humanę laudis
extrinſecus aduenięns: ſeu aliqua quę-
libet peſtis q̃ domum iſtã machinet̃ per
fodere: tũc rationis ira quaſi canis the
ſaurũ cuſtodiens, euigilet, latret, mor-
deat & iugulet: irruens in hoſtes nemi
ni percat. Nullum intrare ꝑmittat, ſed
clamitet: & excitet intus habitãtes ad
arma capeſſenda. Vndecũq; vitiũ ſiue
clam, ſiue palam nocere tentauerit: pro
cul illud arceat, vt ſit ſecura cõſciẽtia.
Secura eſt qñ accuſationẽ non patitur,
vel pro tepore boni, vel pro ꝑſumptio-
ne mali. Munda eſt & bene ſibi conſcia
cũ nec de pręterito iuſte accuſatur: nec
de præſenti iniuſte delectatur. Pura eſt
cui deus nec ſua peccata imputat, quia
non fecit: nec aliena, quia non approba
uit: nec negligẽtiam, quia non tacuit:
nec ſuperbiã, quia ĩ humilitate ꝑmãſit.

¶Qꝫ citius & vtilius acquiritur bo-
na conſcientia q̃ ſcientia. Cap. X.

MVlti q̃runt ſcientiam, D
pauci vero conſciẽtiã.
Si vero tanto ſtudio &
tãta ſollicitudine quę-
reret̃ cõſcientia, quãto
quærit̃ ſecularis & va-
na ſciẽtia: & citiꝰ apphẽderet̃, & vtili,
retineret̃. Cogitare nãq; de cõſcientia
ſenſus eſt cõſummatus: & qui cuſtodit
illam, ſemꝑ erit ſecurus. Salua reueren
tia ſapiẽtię, vtiliꝰ eſt currere ad cõſciẽ-
tiã, q̃ ad ſapiẽtiã: niſi ſapientia illa ſit q̃
ędificet cõſciẽtiã. Tũc. n. ſe ĩtelligit aĩa,
tunc illuſtrat̃ cõſciẽtia, tũc implet̃ cor
bona cõſciẽtia: cũ in ſe deũ, & ĩ deo mu
tua reuolutione ſeipſam receperit ima
go creata. Creatrix imago in imagine
creata nihil aliud eſt, niſi ſapientia in
anima: niſi gloria in cõſcientia: niſi ſan

ctificatio in arca. O q̃ ineffabilis eſt pie
tas dei: quę tantam maieſtatem ĩclinat,
ad tantam humilitatẽ: qui creauit nos
creatur ĩ nobis. Et quaſi parũ eſſet nos
deum patrem habere: vult etiã nos fie
Matt.12. ri ſibi & matrem. Quicũq; (inquit) fece
rit voluntatem patris mei qui in cælis
eſt: ipſe meus frater & mater eſt. Frater
obœdiendo, mater generando. Frater p
hæreditatis participationẽ: mater per
E aliorum inſtructionẽ. O fidelis anima
expande ſinus: dilata affectus: ne angu=
ſteris in viſceribus tuis concipere: quẽ
totus orbis non potuit compręhende=
re, donec virgo beata illum fide conce=
pit. Fide nãq; Chriſtus concipit: verbi
prædicatione naſcitur, deuotiõe nutri
tur, amore tenetur. Sit ergo conſciẽtia
pura: vt deum conducat ad hoſpitium
noſtrum: ſit ſollicita circa fidele obſe=
quium: ne tãta maieſtas recuſet cordis
gremiũ: ſit deuota: vt ſoli deo placeat,
ſoli deo intendat: nec recedat ab eo. Ta
lis conſciẽtia lætificat aĩam, & exhibet
deo gratã, & hoĩbꝰ & angelis reuerẽdã:
& ſibimetipſi placata & q̧eta exiſtit.

¶ Quis ſit bonæ conſcientiæ fru=
ctus. Cap. XI.

F Conſcientia eſt cordis
ſcientia: q̃ dupliciter ĩ
telligit: videlicet vl' il
la q̃ ſe nouit per ſe: vel
illa q̃ præter ſe etiam
alia nouit ex ſe. Cor. n.
& ſe nouit ſua cõſciẽtia: & multa alia.
Qñ nouit ſe: appellat conſcientia: quã=
do p̃ter ſe alia, nominatur ſcientia. Cõ
ſcientia bona, titulus eſt religionis, tẽ=
plum Salomonis, ager bñdictionis, hor
tus deliciarum, aureũ reclinatoriũ, gau
diũ angeloꝶ, arca fœderis, theſaurꝰ re=
gis, aula dei, habitaculũ ſpũs ſancti, li=
ber ſignatus & clauſus, & in die iudicii
aperiendus. Nihil eſt iocũdius, nihil tu
tius, nihil ditius bona cõſcientia: p̃mat
corpus: trahat mũdus: terreat diabolꝰ:
& illa erit ſecura. Bona cõſcientia, ſecu
ra erit cũ corpus morietur: ſecura cum
aĩa corã deo p̃ſentabit ſecura cũ vtrũq;
in die iudicii, ante tribunal terrificũ iu
G ſti iudicis ſtatuet. Futurę beatitudinis
nõ eſt vtiliꝰ remediũ nec certius teſti=
moniũ bona cõſciẽtia: cũ mũdus oĩ vo=
lubilitate circũrotet: ploret, rideat, pe
eat, tranſeat, nunq̃ marceſcit bona con
ſcientia. Subiiciat corpus in pœnã: ĩ ie=
iuniis maceret. verberibꝰ lanietur, ecu
leo diſtendat: gladio trucidetur: crucis
ſupplicio affligat: & ſecura erit cõſciẽ=
tia. In ſpeculo cõſciẽtię, ſtatꝰ exterioris
& interioris hoĩs cognoſcit. Anima. n.
non nouit ſe: q̃ ſine ſpeculo eſt. Speculũ
mũdũ, clarũ, & purũ, totius religionis
bona cõſciẽtia. Sicut eñ mulier quæ vi
ro ſuo, ſiue amico placere deſiderat: in
contuitu ſpeculi imaginem oppoſitam
reddentis, decorem & pulchritudinem
faciei componit: ſic anima, in quibꝰ ab
imagine veritatis diſcedit, vel in quibꝰ
veſtigia creatricis imaginis recipiat: in
cõſcientia relegit & intelligit. Non im
merito cõſciẽtiã ſpeculo cõparauimus:
qm̃ in ea tanq̃ in ſpeculo, rationis ocu=
lus, tam qđ decens, q̃ qđ indecens eſt, in
ſe claro aſpectu apphendere põt.

¶ Q; cordis cuſtodia bonã pariat
conſcientiam. Cap. XII.

Vita vniuſcuiuſq; nõ co H
gnoſcitur, niſi in cõſciẽ
tia: nec venit ad bonã
conſciẽtiam, niſi p cor=
dis cuſtodiam. Cor eñ
ſuo arbitrio dimiſſum
aut ad vitã ſe vertit: aut ad mortem.
Velle nãq; peccare malũ eſt, peccare pe=
ius: in pctõ perſeuerare peſſimũ eſt: nol
le pœnitere mortale. Quicquid agitur
cor cogitat: qđ ad vtilitatẽ ſuã, vel pxi
morũ quoquomodo nõ ptineat, reſpuẽ
dum eſt. De diuerſis igit mundi parti=
bus, in quibꝰ cor vagum & pfundũ te=
netur, vel vane occupatur: ad ſeipſum
redeat & ſeipſum diſcutiat: cũq; inue=
nerit culpã, timeat pœnam. Quærendo
autem culpam: nuſq̃ illam niſi in ſe re=
periat: reperta autẽ culpa, & pœnæ cau
ſa, ſeipſum puniẽdo, ſe ante ſe ſtatuat:
& tanq̃ alium ſe iudicet. Se equidem
culpatum, ante ſe afflictum: ſe reũ, ante
ſe iudicẽ ſeuerũ: ſe ĩpiũ, ante ſe ad pie=
tatẽ reuerſũ pponat ſe añ ſe: decernat
qd a ſe faciẽdũ ſit de ſe. iuſte in ſe iniu=
ſtũ ĩfligat iuſta flagella. Loquat etiã ſic
ſibi. Quia pacẽ deſeruiſti apud dominũ I



deum tuum, & bellum incurriſti apud
teipſum: ſciſſuram pateris, vt tu a teip
ſo condemneris, quia pactum pacis ru=
piſti. Vis qđ non vis, & non vis qđ vis:
a teipſo condemnaris. Nolenda vis, vo
Luc.19. lenda non vis. Ecce de ore tuo te iudi=
co ſerue nequam. Afflige itaq; te, & ſta
tue te contra faciẽ tuã, vt aſpicias tur=
pitudinẽ tuam, & recogites ſtultitiam
tuã. Sic igitur in miſeriis ſuis ad ſeip=
ſum conuertitur cor: & ſiſtitur cor ad
cor. Vis eſt quędã quæ ſic de corde ope
ratur, & retinet cor fluxũ & vanũ ne p
fluat ĩ abyſſum exterminii. Vis iſta ſeu
Mat. xi. violentia rapit regnũ cęlorum. Regnũ
cęlorũ (inqt dominꝰ) vim patit & vio=
k lenti rapiũt illud. Nobile regnum poſſi
det, qui cor ſuũ poſſidet. Non regnat q
in corde ſuo deditus ſeruitutibꝰ vitio=
rũ, pręſidet vrbibus, & turbis populoꝶ.
Solus is regnat, qui depoſito cordis im
perio: ad leges rationis ordinat totam
familiam motuum interiorũ & exterio
rum. Si inſurgit rabies leonina, premit
per patientiã: ſi petulantia hirci, p abſ=
tinentiam: ſi ferocitas apri, per manſue
tudinẽ: ſi ſuperbia vnicornis, per humi=
litatem.

¶ De mobilitate cordis humani.
Cap. XIII.

L Non inuenitur inter cæ=
teras artes liberales ars
iſta p̃ aliis liberalis: qua
teneatur cor qđ omĩ mo
bili mobiliꝰ: qđ omni lu=
brico lubricoſius eſt. Mo
bilitate eñ naturali inſtabile: vel in pũ
cto fixum recuſat cõſiſtere: cuius vita ĩ
motu eſt: & motꝰ eſt ei vita. Mouet mo
lem totius corporis humani, tantillus
iſte in corde vitalis motus: & qua coer
ceat arte vt alia mouens, ipſe non mo=
ueatur? Forte mola aſinaria ſi ad collũ
ei ſuſpendat, non moueret: Immo mul=
to magis cũ mola concitaret. Agẽdum
itaq; cũ eo eſt vt circũeat terrã: & pam
bulet eã ſi forte velociorẽ & mobiliorẽ
ſe inuenire q̃at. Si ſuper terrã ſimilem
ſui nõ ĩuenerit: etiã gyrũ cęli circũeat:
& rotas curruum dei ad curſum ſuum
admoueat: quid tũc faciet ad illos qui
ambulant ſup pẽnas vẽtoꝶ? Forte & cũ
illis cõtẽdere poterit. An & cũ illa vir=
tute curret, q̃ attingit a fine vſq; ad fi= Sap.8.
nẽ fortiter & diſponit oĩa ſuauiter. An
& illã appręhendet de qua dicit. Mobi= Sap.7.
lior eſt oĩbus mobilibꝰ ſapiẽtia. Saltem
cũ viderit tã ſpatioſis ſaltibus trãſiliẽ=
tem ſuã potẽtiã, potẽtiã creatoris ſui:
ſubſiſtat & dimittat alas ſuas retinens
ſe & habenis deificæ cõparatiõis ſe ad
ſe colligens & cohibens: nõ trãſgredia=
tur terminos ſuos. Sic eñ ſãcta anima= Ezech.1.
lia ĩ viſione Ezechielis cũ fieret vox ſu
per firmamẽtũ qđ imminebat capiti eo
rũ, ſtabãt & ſubmittebãt alas ſuas. Qđ
plane ſancti faciunt, cũ pluſtratis operi
bus & mirabilibus dei ſuper intelligibi
libus abſconditis myſteriis: nihil ſe ſci=
re depręhendũt: ſed momẽto ſtaterę o=
mnia opera ſua appendunt. Tunc ſe nõ
a ſe moueri cor intelligit: qa per ſe ĩmo
bile pmaneret: niſi q omña mouet, illud
quoq; inter oĩa moueret. Mutuatũ igi=
tur a deo cognoſcens motũ ſuũ: iã non
vſurpet vt ppriũ: ſed vt commodatũ.
Ad volũtatẽ nãq; cõmodãtis, cõmoda=
tarius vti debet commodato. Alioquin
furtum facit in re commodata. Cũ igi= M
tur te mouerit deus, vel moueri volue
rit: o cor humanũ mouearis, aliter non
mouearis: quia non eſſet moueri: ſed
commoueri. Sed quando te mouet deꝰ?
Cum admonet. Admonet autẽ ſic. Va=
ne occuparis o cor ſapiens & omni pre
rogatiua excellens, in iis quæ vanita=
tes vanitatum ſunt. Non te decet illis
ſubeſſe, ſed præeſſe. Te indigent iſta vt
melius & commodius ſubſiſtant: tu il=
lis neq; ad beatitudinem indiges neq;
ad immortalitatem. Viaticum quidem
iumento tuo præparãt in via: ſed ſi ad
menſuram ſumantur, non ad ſuperflui
tatem. Ex ſuperfluitate enim ciborum
quandoq; infunduntur iumenta: & in
ventris nimiã effluxionem reſoluunt,
ita vt ex refectione deficiãt. Sic corpus
tuum o princeps & dñs corporis: ſi re=
gulas neceſſitatis exceſſerit, & ad bara=
thrum cõcupiſcentiæ os aperuerit: la=
cum perditionis ſibi effodit in hoſpitio
reparationis: & de remedio comparat
exitiũ: de vehiculo naufragiũ. Quicqd
proĩde ſuperfluũ tollit neceſſariũ. Au=

fer ſuperflua:& nulli deerũt neceſſaria:
quia de ſuperfluenti aliorum copia,na=
ſcit̃ valde ęgra aliorum inopia.

¶Quõ ſe qſq; regere debeat. Ca.XIIII.

N TVum eſt male acta cor=
rigere, tuũ eſt in ordine
& officio familiã mem=
broꝝ corporis & animę
motuum diſponere,tuũ
ſingulorꝝ negocia ſcđm
competentiã aſſignare. Nõ ſit in regno
corporis tui qđ leges & iura inſtituto
rum tuoꝝ impune præuaricet: nõ ocu
lus,nõ manus,non pes,nõ auris,nõ gut
tur.Quid.n.de ignobilioribꝰ & plębeis
membris dicã,ſi vel attrectare rebellio
nem p̄ſumpſerint? Lapidibus obruant̃:
iaculis increpationum confodiãtur: &
3.Reg.1. nouerint regem Salomonem ſedere ſu=
per mulam regis:id eſt rationem ſuper
O ſenſualitatẽ corporis. Quid ſi pudibun
da illa(quę velato ſemp nomine appel=
lantur a pudicis & caſtis labiis) motu
inordinato rempublicã infeſtauerint?
Certe abſcindantur,non ferro, ſed ieiu
nio:non detruncatione, ſed mortifica=
Gal.5. tione. Vtinã(inquit Apl'us)abſcindan
tur,quę vos conturbant. His ſuaſioni=
bus cor effrenatum in præceps curſum
ſuũ rapiens teneri poteſt vt ſit bona cõ
ſcientia.Bona eſt ſi habeat in corde pu
ritatem:in ore veritatẽ: in actiõe recti=
tudinẽ.Pro his nãq; merebit̃ trinitatis
viſionẽ.O beata viſio in qua ſic deꝰ erit
notus atq; pſpicuus,vt videatur a ſin=
gulis nobis ĩ ſingulis nobis. Videatur
in ſeipſo:videatur in cęlo nouo & ĩ ter
ra noua, atq; in omni quæ tunc fuerit
creatura.

¶De correctione conſcientiæ.Ca.XV.

P HVmana conſcientia eſt
dñi vinea: quã excole=
re debent peccatoꝝ cõ=
feſſio,& eoꝝ ſatiſfactio
& exhibitio bonoꝝ ope
rum: & cuſtodia eorũ.
Vnicuiq; eſt liber ſua cõſcientia: & ad
hũc librũ diſcutiẽdũ & emẽdandũ oẽs
alii ĩuẽti ſunt.Aĩa cũ de corpore egre=
diet̃:nullũ aliũ p̄ter cõſciẽtię ſuæ librũ
ſecum portare poterit:atq; in illo co=
gnoſcet quo debeat ire, & quid debeat
recipere.Ex iis quæ ſcripta erunt in li=
bris noſtris iudicabimur: & ideo ſcribi
debẽt ſcđm exemplar libri vitę, & ſi ſic
ſcripti non ſunt: ſaltẽ corrigendi ſunt.
Conferamus itaq; libros noſtros cũ li=
bro vitæ:& ſi quid aliter habuerit,cor=
rigant̃:ne in illa vltima collatiõe ſi qp=
piam aliter inuenti fuerint habẽtes, ab
iiciantur. Beatꝰ homo qui ſe poteſt co
gnoſcere & deſpicere:probare & impro
bare.Nam qui ſibi diſplicet deo placet:
& qui ſibi vilis eſt,deo carus eſt.

¶Qꝫ nihil vtilius q̃ ſeipm̃ cognoſce=
re,& vanas cogitationes expellere.
Cap.XVI.

MVltæ ſunt ſcientię ho Q
minum, ſed nulla me=
lior eſt illa, qua cogno
ſcit homo ſeipm̃. Quã
obrẽ redeã ad cor meũ
& ibi ſtare aſſueſcã: vt
totã vitã meã poſſim diſcutere & me=
ipm̃ cognoſcere.Oẽs miſerias meas co=
rã deo effundã, ſi forte illa ſua magna
pietas moueat ipm̃.Cõfitebor ei pecca=
ta mea,cui oĩa nuda ſunt & apta:quem
fallere nõ poſſum, qa ſapiẽtia eſt:nec ef
fugere,qa vbiq; eſt. Audi ergo piiſſime
deus cõfeſſionẽ meã:& reſpice ad pieta
tẽ tuã:& fac mecũ ſcđm mĩam tuã. Au R
di q̃ ſępe de memoria mea te expulit ir
ruens turba plurimarũ cogitationũ:q̃
velut plębs ad aliqđ ſpectaculũ ſolẽt ef
fluere in cor meũ.Dũ orare vel cantare
in monaſterio volo: neſcio cuiuſmodi
ſtulta cogitatio cor meũ rapit,& ducit
p diuerſa loca. Cũq; illud ad me reuo=
co,tenere nõ poſſum:ſed illico elabit̃:&
huc illucq; diſpergit̃,& p innumera ef=
fundit̃. Idcirco crebra terrenarũ cupi=
ditatũ illecebra:& vanitatũ effuſio ita
cor meũ occupant:vt qđ vitare ſtudeã,
hoc cogitem aĩoq; voluã. Nõ.n.eſt ĩ po
teſtate mea cor meũ & cogitatiões meę
q̃ ex ĩprouiſo effuſę mẽtẽ meã aĩmq; cõ
fundũt:atq; alio trahũt q̃ ego ꝓpoſue=
rã.Ad ſecularia reuocãt,mũdana infe=
runt,voluptaria ingerunt: illecebroſa
contexunt: ipſoq; in tempore quo leua
re mentem meam ad te paro, inanibus
cogitationibus infectus ad terrena plę
rũq; deiicior.Huiuſmodi perſtrepentiũ



cogitationũ tumultꝰ a corde quotidie
amouere volo nec valeo:ſed viſa & au=
dita:dicta & facta ad memoriam reuo=
cãt:& in ea cũ magna importunitate p
ſtrepũt.Cogitãda cogito:cogitata reco
gito: & eadẽ iterũ atq; iterũ replicare
nõ ceſſo:& cũ diu multũq; quicqd pote
ro cogitauero: ſine cogitationibus eſſe
nõ poſſũ:ſed intrãt & exeunt.atq; aliæ
alias introducũt & excludũt.Hęc inui
tus ſuſtineo:plęrũq; tñ cõſentio:cũ per
ea quę vidi,vel feci ſine vtilitate: abſq;
diſcretiõe:vaga mẽte diſcurro.Ita mẽs
mea ſemp mobilis,& nunq̃ ſtabilis:ſem
per vaga & velut ebria p diuerſa diſtra
S hitur. Grauiter pecco cũ cor meũ dere
linquo,qm̃ grauis iactura eſt q̃ p negli
gentiã fit. Vim patior cũ illud me deſe
rit.Cõfirma cor meũ deus: qm̃ cũ ſtare
in ſemetipſo nititur:aliquo modo a ſe=
metipo etiã neſciẽdo deriuat̃.Ita peccã
di cõſuetudine etiã cũ neſcio pecco &
cor meũ cor vanũ per infinita deducit̃:
& in multa deſideria diuidit̃. In nocte
vero cũ dormire volo: multarũ rerum
imagines & phãtaſias clauſis oculis vi
deo,eaſq; inuitꝰ tolero: quãtoq; magis
ab eis aciẽ mẽtis auertere nitor, tanto
amplius illę ſe mihi ingerunt:& mole=
ſtiis turpiũ cogitationũ cor meũ macu
lant.Inde eſt ꝙ ſępe mihi nocuit morti
fera delectatio:q̃ ex recordatione p̄teri
torũ peccatoꝝ naſci ſolet: ſed maxime
T ex recordatione libidinis.Hæc em̃ pe=
ſtis quo præ cæteris vitiis eſt mihi fa=
miliarior:eo ad nocẽdũ ꝓcliuior,& ad
repellendũ difficilior.Nã cũ eã repelle=
re volo: nolenti mihi ſe ingerit blande
onerosa.diſplicendo placens,& placẽdo
diſplicẽs. Carnis libidinẽ nunq̃ fugere
potui:ſed ſemper me perſequit̃:& cũ ali
qua delectationis cogitatione vel viſus
intentione me cõpręhẽdere põt:nõ die
bus neq; noctibꝰ requieſcere ſinit.Sub=
tiliter intrat:& mentem occupat: & ni
ſi ſubito repellat̃ allicit & incendit: &
quaſi virus peſtilẽtiæ p totum corpus
paulatim ſe diffundit.Cogitatiões pra
uas multiplicat:affectiões malas gene=
rat:delectatione illicita mẽtem afficit:
& ad conſenſum prauitatis animũ ĩfle=
ctit oẽſq; animę virtutes corrũpit.Hac
peſte cũ aſtrictꝰ teneor, diuelli ab ea vix
poſſum:qm̃ ſtimulos eiꝰ cõfiteri aut ne
ſcio aut erubeſco: tam ſubtiles & tur=
pes ſunt. Re vera difficile eſt libidinis
incendia extinguere: impuberes ſtimu
lat,iuuenes inflãmat, viros eneruat,ſe
nes & decrepitos fatigat: non aſpernat̃
tuguria,nõ reueret̃ palatia. Vtinã ſola
cœnobia fugiat. Adiuua me dñe deus
meus vt huic tã peſtifero & mortifero
vitio reſiſtere poſſim.Scio.n.qa qđ reſi
ſtẽtem fatigat, vincẽtem coronat. Scio
etiã qm̃ ſi mẽtẽ meã cogitatiõe immũ=
da polluero:tibi qui munditiæ author
es,placere non valeo.

¶De paſſionibꝰ irę,& aliis cogita
tionum tumultibus. Ca.XVII. V

COr mũdũ crea ĩ me deꝰ: Pſal.50.
qm̃ nõ ſolũ vana cogita=
tio illud occupat, & tur
pis inquinat:verũ etiam
amara diſſipat.Sępe nãq;
aliqua iniuria cõmotus
denſis cogitationũ tumultibus in cor=
de p̄mor.Hinc inde ſollicitus & cęcus:
occaſionẽ vindictę de accepta ĩiuria ri=
mor,cõſilia mltiplico,& nihil aliud ni=
ſi iurgia q̃ foris deſunt ĩ corde perago.
Præſentes non video, abſentibꝰ cõtra=
dico: intra memetipſum cõtumelias ꝓ
fero & recipio: receptis aũt durius re=
ſpondeo.Cũq; qui obſiſtat nullus adſit,
rixas in corde cõpono:inſidias inuiden
tiũ cõſidero:& quid cõtra iurgii moue
re poſſint pẽſo. Exquiro qd reſpondeã:
& cũ rem nullã teneã,vacuus litigator
elaboro.Sicq; diẽ in ociũ,noctẽ vero in
cogitationẽ verſo.Torpeo ab vtili ope,
qm̃ fatigor illicita cogitatiõe. Ita mẽs
intus pugnat:cũ mẽti nemo repugnat.
Nõnunq̃ vero qđ egi ĩ tẽpore,hoc poſt
modũ ĩportuna cogitatiõe verſo ĩ mẽ=
te:& mltotiẽs grauiꝰ torq̃or ĩ recorda
tiõe,q̃ priꝰ captꝰ fuerã ĩ opis ꝑpetratio
ne.Sępe etiã ea q̃ nũq̃ feci:nec ĩ volũta=
te habui,ita recogito q̃ſi pœniteat me
illa nõ feciſſe.Ab occltis meis mũda me X
dñe:qm̃ cũ nihil exteriꝰ ago:intꝰ grauit̃ Pſal.18.
pecco. In corde.n.ſeruo depicta,q̃ vidi
& feci.Ideo temporalium rerũ tumul=
tus in corde verſare nõ ceſſo etiam cũ
vaco.In cogitatione em̃ comedo,cũ ie=

iuno:loquor,cum taceo:iraſcor & trã-
quillus ſũ:corpus requieſcit,& animus
huc illucq; diſcurrit.Ita vitam iſtam ſi
ne culpa nunꝗ tranſire potui, nec hoc
quidẽ qđ laudabiliter vixi, ſine aliquo
Y reatu eſt,ſi remota pietate diſcutiatur.
Pſal.24. De neceſſitatibus meis eripe me domi-
ne.Crebro nãq; dum neceſſitati debita
reddere ſtudeo,voluptatis vitio deſer-
uio: ſub velamine neceſſitatis cado in
laqueum voluptatis. Sæpiſſime namq;
comedi & bibi non ad neceſſitatem,ſed
ad voluptatem: & qđ neceſſitati ſatis
erat, voluptati parum erat. Cogitaui
etiam de cibo & potu quando non de-
bui: & vbi non debui, & pluſꝗ debui.
Cogitãdo de eſcis:epulas in cogitatio-
ne tota die ruminabam.Cum tegendis
membris veſtimenta quęro, non ſolum
quæ tegant,ſed etiam quæ extollãt ex-
peto:& contra frigoris torporem nõ ſo
lum quęro quæ muniant per craſſitiẽ,
ſed etiam quæ mulceant per mollitiẽ.
Nec ſolum quæ per mollitiẽ tactũ mul
ceant:ſed etiam quæ per colorem ocu-
Z los ſeducant.Cum pro aliqua neceſſita
te veniam loquendi alicui habui:locu-
tus ſum non ſolum de neceſſariis:verũ
etiam de non neceſſariis: & de iis quæ
ad me non pertinebant & de quibus lo
quendi veniam non habebam. Immerſi
me colloquiis hominum:& ibi locutus
ſum:non ad ædificationem ſed qđ libe
bat: locutus verba vana & riſui apta:
verba ocioſa & inutilia.Verboſitati de
ſeruiens,detractioni ſtudens os meum
mendacio & detractione inquinaui.Li-
gua mea omni fallacia plena eſt & no-
cuit mihi pluſꝗ cætera membra om̃ia.
Nam ea quæ audiui vel vidi, nunꝗ eo
modo quo dicta, vel facta ſunt refer-
re poſſum:ſed alia affirmo pro aliis: &
ſæpe multa interſero ſuperflua:atq; ita
vel nimium laudando: vel vituperan-
do:fere quotiens loquor mentior. Gut
tur inſatiabili ardet ingluuie.gula di-
uerſis saporibꝰ ſatiari nõ põt.Cor pra-
uũ dolo & malitia plenũ,per puram cõ
feſſionem purgare nunꝗ potui. Manus
ad opus prauum fuerunt paratæ:& ad
operandũ bonum pigræ.Stomachus &
inteſtina nimio cibo & potu ſæpe ſunt
diſtẽta: & ideo dolore ſũt plena.Nã vn
de gula delectatur, inde venter inflat:
corpus infirmatur,& ſæpe mors ſequi-
tur.Per gulę delectationem corrui ĩ vẽ
tris ingluuiem:& vnde debui mihi pa-
rare ſalutem,inde cõtraxi nimiũ come
dendo perniciẽ.Pedes velocius me por
tauerunt ad aliquã curioſitatẽ ſpeculã
dã ꝗ ad eccleſiã. Oculi ĩiquo ĩtuitu me
peruerterunt omnemq; motum corpo-
ris mei ad ĩmunda deſideria traxerũt.
Aures citiꝰ aperui verbis ocioſis & va
nis,ꝗ ſanctis.Delectatus eſt odoratꝰ va
nis odoribꝰ,guſtus diuerſarum rerum
diuerſis saporibꝰ necnõ ſinguli alii ſen
ſus:his & illis iuxta qđ cuiq; ſuus fere
bat appetitus. Ita deus meus in om̃ibꝰ
membris meis naturæ modum exceſſi:
omnia membra mea velut coniuratio-
ne facta inimico meo de me dominium
tradidere: cũ morte fœdus iniuere,pa- Eſa.28.
ctum pepigere cum inferno.

De conſcientia iudice & occulto-
rum accuſatrice. Cap.XVIII. A

ERipe me domine ab Pſal.139.
homine malo:id eſt
a meipſo:opera mea
me ſequunt:quocũ-
q; vado conſcientia
mea nõ me deſerit:
ſed præſens aſſiſtit:
& quicquid facio ſcribit.Idcirco ꝗꝗ hu
mana ſubterfugiã iudicia iudiciũ pro-
prię cõſciẽtię fugere nõ valeo.Et ſi hoĩ
bus occulo qđ egi:mihi tñ (q noui ma
lũ qđ geſſi)occultare neq̃o.Proprii rea
tus cõſciẽtia nõ me requieſcere ſinit: ſed
de die in diẽ vehemẽter me torquet:&
de die iudicii vehemẽtius terret. Nam
in die illa cũ dñs ad iudicium venerit,
vniuſcuiuſq; cõſcientia ad teſtimoniũ
adducet & apto libro cõſciẽtię, oĩs cul
pa ante oculos reducet:atq; ita cogẽte
cõſciẽtia,vnuſqſq; erit accuſator & iu-
dex ſui. Propterea ſtatuã me ante me,
& iudicabo meipm:vt illius extremę &
tremendę diei iudiciũ euadere poſſim.
Damnat me conſcientia mea: ꝗꝗ diui-
nũ iudicium nondum me dãnet. Accu
ſat me de homicidio qđ ſi opere non fe
ci,volũtate tñ ac deſiderio ſæpe peregi.
Accuſat me de adulterio: & eodem



B modo reſpondeo. Accuſat me de inui-
dia: confiteor & ego quoniam inuidia
ſępiſſime cor meũ laniauit.Per inuidiã
namq; ſancte viuentium merita mea fe
ci inuidẽdo peccata. Nam bona quę ab
eis fieri vel dici audiebam:vera omni-
no non credebam:ipſas res bene geſtas
in malum male interpretando conuer
tebam. Omne malum qđ de illis men-
dax fama iactabat,ſtatim tanꝗ ſi ego vi
diſſem credebam:om̃ia mala meis ęmu
lis fingebam: & ex pfectu deficiebam.
Hæc vero odia intra me abſcondebam
& in meos cruciatus enutriebam:pro-
ficientibus inuidebam:peccantibus fa-
uebam:de malis eorũ gaudebam: & de
profectibus lugebam. Gratuitis inimi
citiis ardebam & hãc malitiam mei pe
ctoris deprehẽdi timebam. Semper erã
ei amarus:& nunꝗ certꝰ:& ita amicus
eram diaboli, & inimicus meus. Inter
amicos diſcordias ſeminaui:diſcordan
tes in diſſenſione confirmaui: opinio-
nes eorum mendaciis coloraui: ſpiri-
tualibus carnalia laudaui:vt ſpiritua-
lia bona eis deeſſe perſuaderem.Amici
tias ſimulaui: vt eos qui ſe incaute mi
hi cõmittebant qua poſſem arte decipe
rẽ. Odiorum mihi occaſionẽ prauis ſu
ſpicionibꝰ coaceruaui & ita dæmones
quorum facta ſectabar lætificaui. Mul-
tis velut amicus fui in obſequio,hoſtis
in animo.Comptus in verbo,turpis in
facto.Proditor fui ſecretorũ, tenax ma
larum ſuſpicionũ: vtrobiq; peruerſus.
Pſal.113. Et ita perſecutus eſt inimicus animam
meam:humiliauit in terra vitam meã.
Piiſſime domine vnde poſſum eſſe bo-
nus:qui in bono ſic fui malus?Ego pec
cabam:& tu diſſimulabas: prolongabã
multo tempore iniquitatem meã,& tu
pietatem tuam: quia pœnitentiã & in
dulgentiam cogitabas.Da ergo miſeri
cordiã miſero q tãdiu pepercisti crimi-
noſo. Credo nãq; ꝙ qcqd mihi cõdona
re decreueris, ſic erit quaſi nũꝗ fuerit.

❡De fallacia vanitatis. Cap.XIX.

C NOn ſolũ inuidia cor me
um afflixit: verũ etiam
vanitas, circa varias de
lectationes languentem
animũ inuoluit. Per va
nitatem namq; de operibꝰ quorum mi
hi conſcius non eram, turpiter me ia-
ctaui.Geſtiebam etiam docere quę ne-
ſciebam.Credi de me ſublimia volebã:
delectabilia grauibus anteponebam:ex
ecrabar verbo,qđ animo concupiſcebã
appellationes virtutum meis vitiis im
ponebã:& ita meipſum fallebã,& fauẽ-
tes mihi decipiebã.In promiſſione ho-
neſta fui velox, in exhibitione mẽdax:
a bono mutabilis,mali tenax: in verbo
grauis,animo turpis:vbiq; fallax.Lætꝰ
ad proſpera,fragilis ad aduerſa: inflatꝰ
ad obſequia,anxius ad opprobria: im-
moderatus ad gaudia,facilis ad huma
na,difficilis ad honeſta. Miſericordiſſi
me dñe ita defecerũt in vanitate dies
mei:in quibꝰ debui flere cõmiſſam ini-
quitatem: excitare remiſſam volunta-
tem,ſuſpirare ad amiſſam hęreditatẽ,
aſpirare ad promiſſam felicitatem,pro
perare ad angelicam ſocietatem,repro-
pitiari tuam maieſtatem.

❡De ſtatu miſero pręſentis vitę.
Cap.XX.

TErret me vita mea deꝰ D
meus:quoniam diligen
ter diſcuſſa,apparet mi
hi aut peccatum aut ſte
rilitas: & ſi quid fructꝰ
in ea videtur, ſic eſt aut ſimulatũ, aut
imperfectum, aut aliquo modo corru-
ptũ:vt poſſit aut nõ placere,aut diſpli
cere tibi.Et cũ vere ita res ſit:ſic eſt mi
hi quaſi non ita ſit:qđ eſt miſeria ſuper
miſeriam.Sic comedo,bibo, & dormio
ſecurus:quaſi iam tranſierim diẽ mor-
tis & euaſerim diẽ iudicii:& tormenta
inferni.Sic ludo & rideo:quaſi iam re-
gnẽ tecũ in regno tuo. Idcirco multi-
tudinẽ iniquitatũ mearũ expaueſcens
ſed de tua pietate confidens,tibi crea-
tori & redemptori meo qui veniã & in
dulgẽtiã poſt reatũ per purã & lachry
mabilẽ confeſſionẽ aſſequi promiſiſti:
cõfiteor quoniã in peccatis conceptus Pſal. 50.
ſum:& in peccatis nutritus: & p omne
tempus vitæ meæ vſq; ad hãc diem in
peccatis ſum conuerſatus. Nullum in E
uenio peccatum:a quo non ſim aliquo
modo inquinatus.Per ſuperbiã namq;
præcepta tua: & ſeniorũ meorũ tranſ-

greſſus ſum. Silentium & taciturnita-
tem ſicut regula docet non tenui. Qđ
mihi licitum nõ fuit, habui, dedi, & ac-
cepi. Clamores pauꝑũ & miſerorũ nõ
libenter, aut miſericorditer audiui: nec
eos in infirmitatibus ſuis viſitaui. Sua
dentibus mihi in malũ, cõſenſi. facilius
multa in imo q̃ vnũ in ſummo cogito:
facilius reprehẽdo aliorũ vitia q̃ mea:
& qđ in aliis reprehendo, facere nõ eru
beſco. Facilꝰ vniuſcuiuſqꝫ vitia q̃ vir-
tutes intendo. Cũ aliorum delicta cer-
no, mea nõ aſpicio. In meis delictis ſum
clemens, in alienis rigorem tenere vo-
lo. Ad irrogandas contumelias ſum va
lidus: ad tolerandas infirmus: ad obœ-
diendũ piger, ad laceſcẽdos vero alios
importunus: ad ea quę facere & debeo
& valeo torpens, ad ea vero quę facere
nec debeo nec valeo paratus. Ita reple-
ta eſt malis aĩa mea: ꝑccatis meis exi-
F gentibus. In eccleſia me deteriorem re
ꝑrio: ante altaria ſacra, deuote nõ ſup
plico. vaſa ſacra non reuerẽter tracto:
in choro ſum corpore, & in aliquo ne-
gocio mente. Nunc intus maneo, nunc
foras exeo, tãta eſt leuitas corporis nec
non & mentis. Aliud canto, & aliud co
gito. Pſalmodię verba profero, & pſal-
modię ſenſum non attendo: ſed mente
vagus, habitu diſſolutus, oculis attoni
tus, huc & illuc proſpiciẽs, quęcũqꝫ ibi
geruntur perluſtro & perſpicio. Væh
mihi qm̃ ibi ꝑcco, vbi peccata emenda
re debeo. Nõnunq̃ vero in ipſis bonis
quæ ago, ad deterius propinquo: quia
dũ menti lętitiam pariunt, & quãdam
ſecuritatẽ gignũt: mẽs mea ſecura red
ditur, & in torpore laxatur. Sepe etiam
meipſum & opera quę fecerã laudaui:
& ab aliis laudari volui. Plęrunqꝫ laus
humana quã nõ q̃rebã, mihi oblata pla
cuit: & cũ ex ea incaute extollerer, ſubi
to multa quę fecerã ad memoriã vene
rũt, vt amplius in elatione attollerer.
Quę ſubtiliter replicãs, atqꝫ in vnũ cũ
cta coaceruãs: cœpi magis magiſqꝫ de-
ceptus intumeſcere. Dũqꝫ in mei admi
ratione occupatus defigerer, mihi dãs
gloriam, & nõ deo, a quo oĩa acceperã:
omniũ fructũ amiſi: atqꝫ ita didici: qm̃
Pſal. 100. q me laudabãt, aduerſum me iurabãt.

Quantũ eñ quiſqꝫ in ſemetipſo gloria
tur: tãtũ a dei amore diſiungiť. Ita deꝰ Pſal. 87.
meꝰ ĩferno appropinquauit vita mea.
Si me liberabis: habebo vnde tibi gr̃as
agã: ſi inde non liberabis, nõ habeo vn
de te reprehẽdã: qm̃ iuſtus es. Heu mi- G
hi qualis vixi, quãta mala feci & dixi!
Pudet qui ſic vixerim: & ꝙ natus fue-
rim. Mallẽ non eſſe: q̃ talis eſſe. Bonus
eram, & malũ me feci: vtiqꝫ q ſpõte me
feci miſerũ: iuſtũ eſt ſemꝑ eſſe miſerũ.
Conſcientia mea meretur damnationẽ
pœnitentia mea non ſufficit ad ſatiſſa
ctionẽ: ſed certum eſt: qm̃ miſericordia
tua delet oẽm offenſionem. Dele ergo
pie domine iniquitatẽ meam multitu
dine miſerationũ tuarũ. Ego vero qui
vſqꝫ ad hanc diem ſine cauſa vixi, amo
do ſine cauſa viuere nolo. Sed hei mi-
ſer hęc tam ſępe ſic confeſſus: ſurgens,
cadens ſum defeſſus repeccando totiẽs
confitendo totiens. Multotiens promi
ſi me emendare: & nunq̃ tenui: ſed ſem
ꝑ ad ꝑccatũ redii: & prioribus ſcele-
ribus noua & peiora coniunxi. Nunq̃
vt debui mores meos in melius muta-
ui: nec a malefactis receſſi. Plurimos
etiam me ꝑdens, ꝑccare feci, & multis
cauſa mali extiti: & exemplis vitę meæ
nõnulli ſubuerſi ſũt. Ecce ꝑccata mea H
miſericordiſſime deꝰ nõ abſcondo, ſed
oſtendo: accuſo me, non excuſo: qm̃ ini
quitatem meã cognoſco. Nec idcirco
iuſtus ſum: quoniã ſi alter ita, me accu
ſaret ſicut ego meipſum accuſo, patiẽ-
ter ſuſtinere non poſſem. Deſpare vtiqꝫ
potuiſſem ꝓpter nimia ꝑccata & vi-
tia, culpas & infinitas negligentias me
as, quę egi & quotidie indeſinẽter ago
corde, ore, oꝑe, & oĩbus modis qbꝰ hu
mana fragilitas ꝑccare poteſt: niſi ver
bum tuũ deus caro fieret & habitaret Ioan. 1.
in nobis. Sed deſperare iam nõ audeo:
quoniã ſubditus ille tibi vſqꝫ ad mor-
tẽ, mortẽ aũt crucis: tulit chirographũ
ꝑccatorũ noſtrorũ: & affigẽs illud cru
ci: ꝑccatũ crucifixit & mortẽ. Gratias
tibi ago dñe deꝰ meꝰ, qm̃ viſitaſti me,
& oſtẽdiſti mihi ꝑccata mea. Nũc pri-
mũ te inſpirante didici ad cor meũ re-
dire: & meipſum cognoſcere. Aduoca-
bo ergo aliquẽ de amicis tuis: & ei oĩa



delicta mea exponam ſicut mihi p̃cepi-
ſti, vt eius conſilio & auxilio ab omni-
bus meis poſſim iniquitatibus libera-
ri, & tibi reconciliari.

¶ Confeſſio ad Abbatem. Cap. XXI.

I AVdi ergo pater miſerũ
ꝑccatorẽ: audi vocẽ la
chrymãtis & pœniten
tis: attẽde q̃ grauiter
ꝑccaui & creatorem
meum offendi. Deo iu
bente ad cor meum redii: & inde exclu
ſis omnibꝰ p̃ter dñm deũ & meipſum,
totã vitã meã diſcuſſi: tãto diligẽtius,
quãto familiarius: & vt verũ fatear ni-
hil aliud ibi inueni niſi locũ horroris,
& vaſtę ſolitudinis: cõſciẽtiã videlicet
diu neglectã, omnino incultã, ſpinis &
tribulis obſitam: & omni horrore ple-
nã. Nullũ enim inuenio vitium: a quo
non traxerim aliqđ cõtagiũ. Turbauit
me ira: lacerauit me inuidia: ĩflauit ſu
perbia: inde contraxi mẽtis incõſtãtiã,
oris ſcurrilitatẽ: opprobria proximorũ
ſcelera detractionũ, linguæ effrenatio-
nẽ. Seniorũ meorũ imperia non ſerua-
ui, ſed iudicaui: de meis negligẽtiis ob
iurgatus, aut rebellis fui aut murmu-
raui: pręferri me melioribus impuden
ter affectaui: ſimplicitatem ſpiritualiũ
fratrũ irridenter exagitaui: meas ſentẽ
tias procaciter iactaui: obſequia delata
faſtidiui: negata quęſiui: iuniores meos
elatus deſꝑxi. Nõ ſeruaui in obſequio
reuerentiam: in ſermone modeſtiam: in
moribus diſciplinam. Habui in inten-
tione pertinaciam, in corde duritiam,
in ſermocinatione iactantiam. In humi
litate fui fallax, in odio pertinax, in io-
catione mordax. Subiectiõis impatiẽs,
potentię ſectator: ad opus bonũ piger,
ad vanitatẽ feruẽs: ad obſequiũ durus:
ad loquendũ quę neſciebã promptꝰ: ad
ſupplãtandũ paratꝰ, fraternæ ſocietati
inhumanꝰ. Temerariꝰ in iudicãdo: cla-
moſus in loquẽdo: faſtidioſus in audiẽ
do: p̃ſumptuoſus in docẽdo: effrenatus
deformiter in cachinnãdo: oneroſus a-
micis, infeſtꝰ quietis: ingratꝰ beneficis:
inflatus obſequiis & imꝑioſus ſubie-
ctis. Sępe iactaui me feciſſe qđ non fece
rã, vidiſſe qđ nõ viderã, dixiſſe qđ non

dixerã, nõ vidiſſe & audiſſe qđ viderã
& audieram: & ita ex omni parte ſum
reus. Reus in ſeculo, reus in clauſtro,
ſed ibi ꝑ ignorantiã: hic ꝑ negligẽtiam
& vtrũqꝫ me terret. Verũtamẽ multo K
ampliꝰ terret me: ꝙ in monaſterio an-
te conſꝑctũ dei deteriorẽ me inuenio.
Collocauit me deꝰ in loco voluptatis,
in domo vbertatis, in paradiſo delicia
rũ: ego vero miſer & miſerabilis, inter
menſas epulãtiũ fame ꝑreo: iuxta fon
tẽ ſitio: ante ignẽ algeo: & ad neutrum
manus extendere volo, tã piger ſum &
deſidioſus. Ita tẽpus amitto qđ deꝰ mi
hi ſua pietate indulſerat ad agendam
pœnitentiã, ad obtinendã veniã, ad ac
quirendã gratiã, ad ꝓmerendã gloriã.
Quaſi quoddã monſtrũ inter filios dei
ſto: habitũ monachi, nõ conſeruationẽ
habẽs in magna corona, & ãpla cucul- L
la, ſalua mihi oĩa exiſtimo. Tanq̃ arbor
ſterilis terrã occupo: & velut iumentũ
vile plus cõſumo q̃ proficio. Altiorem
alterius locũ teneo: & nullius officium
ſuppleo: ſed ſum ſicut truncus ſine frõ
dibus & fructibus. Alii me paſcũt de la
boribus manuũ ſuarũ, ſicut p̃bendariũ
ſuũ. Ego aũt tanq̃ pauꝑ & miſer nec
clericũ, nec laicũ gero. Cantare nãqꝫ &
legere nequeo, laborare neſcio: ſed ſum
opprobriũ hoĩm: ꝑcore vilior, cadaue-
re deterior. Tolerabiliꝰ eñ canis putri
dus fœtet hominibus: q̃ aĩa ꝑccatrix
deo. Idcirco tædet me viuere: viuere
erubeſco: quia parũ ꝓficio. Mori timeo
qm̃ non ſum paratus. Malo tñ mori &
miſericordiæ dei me cõmittere & com
mendare: quia benignus & miſericors
eſt: q̃ de mala mea cõuerſatione alicui
ſcandalũ facere. Tota die nãqꝫ verecun
dia mea cõtra me eſt & confuſio faciei
meę cooꝑruit me: cũ video me ſomno
lentũ ad vigilias: tardũ ad horas cano M
nicas, & pigrũ ad opera manuũ. Alios
aũt video tã ſtrẽnue & deuote diuinis
intereſſe laudibus: alios vero ita reue-
renter & alacriter corã deo aſſiſtere, &
eũ laudare: ego aũt cõpungi ad lachry
mas nequeo, tanta eſt duritia cordis
mei. Cantare non libet, orare non dele
ctat: meditationes ſanctas nõ inuenio:
tanta eſt ſterilitas animę meę & deuo-

tionis īopia quā patior. Hei mihi, oēs
in circuitu meo viſitat dn̄s: ad me aūt
non appropinquat. Nā aliū quidem in
tueor ſingularis abſtinentię: aliū admi
randę patientię: aliū ſummę humilita-
tis & manſuetudinis: aliū multę miſe-
ricordię & pietatis: illū in cōtēplatiōe
frequēter excedere: hunc pulſare & pe
netrare cælos orationis inſtātia: aliosq̧
in aliis prçeminere virtutibus. Oēs cō
ſidero & proſpicio feruētes: oēs deuo-
tos: oēs in Chriſto vnanimes: oēs donis
cęleſtibus & gratia affluētes: tāq̄ reue-
ra ſpiritales homines: quos deꝰ viſitat,
& in q̄bus habitat. In me vero nihil ho
rum inuenio: qm̄ declinauit dn̄s in ira
a ſeruo ſuo. Inde eſt ꝙ cū alii vigilant,
ego dormio: qn̄ alii cantāt in monaſte-
rio, ego huc & illuc diſcurro: quando
alii in aliquo ſecreto loco ſe furantur
a colloquiis hominū, vt ibi loquantur
cum rege angelorū: ego quęro colloq̄a
hominū: cū alii vacant lectionibus, ego
fabulis & verbis ocioſis: qn̄ alii diſcu-
tiūt & diiudicāt ſemetipſos, ego iudi-
co alios. Aliis placet cōmunis vita, cō-
munis diſciplina, & cōmune ſtudiū: &
mihi placent anguli & diuerticula. Sic
ſic ex quo peccare potui, nunq̄ a pecca-
tis & malis operibꝰ ceſſaui: peccatis pec
cata ſemp̄ accumulaui: & peccata quæ
aliqn̄ operibus implere nō potui, malis
voluntatibus & malis deſideriis nunq̄
pficere ceſſaui. ¶Sup̄ oīa mala delecta-
N Delectatiōes carnis. tio carnis quę ab ipſis incunabilis ſem
per mecū creuit, mihi ſemp̄ adhęſit: nec
adhuc iā prę ſenectute deficiētibꝰ mē-
bris me deſerit: multis & variis modis
infelicē aīam meā maculauit: diſſoluit
captiuauit: & omni virtute deſtitutā:
inanē & debilē reddidit. Fateor huius
operis nefarii immūdis recordationibꝰ
me ſępe eſſe cōmotū & incēſum: ardo-
res nō modicos & inhoneſtos paſſum
& non ſolū mearū delectationū malas
memorias & ſtultas recordationes mi
hi nocuiſſe: ſed etiā aliorum malafacta
mihi narrata, & p̄ recordationes ſordi
das ad memoriā reducta: cor meū non
paruo veneno iniquitatis maculauiſ-
ſe. Et in hoc miſerabiliter miſerabilis
ſum: quia non tātū doleo quantū dolē

dum † me cognoſco: ſed ſic ſecurus tor † mihi
peo, acſi quid patiar ignorē. Hoc vero O
mihi eſt omni infelicitate miſerius, ꝙ
ita opere peruerſus, ore pollutus, cor-
de immūdus ad altare accedo: & Chri-
ſti corpus manibꝰ meis pertractare, nō
ptimeſco. Accedo elatꝰ ad humilē, ira-
tus ad mitē, crudelis ad miſericordē:
& tamen patitur humilis elatū, mitis
iratum, crudelem miſericors. Accedo
ſeruus ad dn̄m, nō amore ſed timore:
non deuotione, ſed vſu. Accedo ad do-
minū cuius percuſſi ſeruum, Ad patrē
accedo, cuius occidi filiū. Percuſſi ver-
bo, occidi exemplo: nec tamē ptimeſco
dn̄m, nec reuereor patrē. Manēs in tur
ba fratrū turbans aliquos & ab aliquo
turbatus: quādoq̧ accedo ad pacificū.
Appropinquo etiā talis ad oſculū pa-
cis: qui prius recōciliatus accedere de
buiſſem ad oſculū turbati fratris. Con
uincit me reū & dei inimicū mea iniq̄
tas: peccatū meum ſępe ſeparauit me a
deo. Idcirco obſecro te pater vt me in-
ſtruas quomodo poſſim aut ſemp̄ ſtare
cum deo meo: aut redire cum ab eo pec
catis meis exigentibus motus fuero.

¶Patris ſpiritualis ad confitentem
reſponſio. Cap. XXII.

COnfeſſio tua fili ad la- P
chrymas me cōmouit:
tū ppter me, tum pro-
pter te. Propt̄ me fleo:
qm̄ quęcūq̧ de te dixi-
ſti: eadem fere aut ſimi
lia reperio ī me: & multa ad memoriā
reuocaſti quorū oblitus fuerā. Propter
te gaudeo: qm̄ viſitauit te oriens ex al
to. Non em̄ longe es a regno dei. Noti
tia nāq̧ peccati, initiū eſt ſalutis. Cōfi-
do in dn̄o qm̄ quicquid minꝰ eſt in te
feruoris, & boni operis: humilitas ſup-
plebit purę confeſſionis. Quacūq̧ nāq̧
hora peccator conuerſus ingemuerit,
ſaluus erit: qm̄ cor cōtritū & humilia- Pſal. I.
tū deus nō deſpiciet. Tardius ſiquidē
videt̄ deo veniā peccatori dediſſe: q̄ il-
li accepiſſe. Sic em̄ feſtinat miſericors
deus abſoluere reū a tormento cōſciē
tię ſuę: quaſi plus cruciet miſericordē
deum, compaſſio miſeri, q̄ ipſum miſe-
rum compaſſio ſui. Qui enim vere pœ



nitet & veraciter dolet: abſq̧ dubio &
abſq̧ mora indulgētiā accipiet. Et quā
to quis frequētius: quātoq̧ vehemen-
tius, de ſuo reatu interno dolore affici
tur: tanto certior, tantoq̧ ſecurior de
Q indulgentię venia efficitur. Inde eſt ꝙ
animā pœnitētię lachrymis afflictā: tā
frequenter q̄ libenter conſolat̄ ſpūs pa
raclitus. Illā frequēter viſitat: illā libē-
ter confortat: & ad venię fiduciā plene
reformat: quā ſua ſcelera flēdo damna-
re: & damnando flere cōſiderat. Incipit
extunc quędam familiaritas inter deū
& animā eo ꝙ hęc ſe ſentiat ab illo ſæ-
pius viſitari: & ex eius aduētu non tm̄
iā conſolari: immo aliquotiēs quodam
ineffabili gaudio repleri. Sed ad hęc q̄s
R idoneus? Profecto vere pœnitens. Oīa
etem̄ in confeſſione lauantur: cōſciētia
mūdat̄, amaritudo tollit̄, peccatum fu-
gatur, tranq̄llitas redit, ſpes reuiuiſcit,
animus hilareſcit. Poſt baptiſmū nullū
aliud nobis cōſtitutū eſt remediū q̄ cō
feſſionis refugiū. Sit ergo deuota cor-
dis cōpunctio: vera oris cōfeſſio: diſcre
ta carnis mortificatio: repentina vitio
rū extirpatio: lęta bonorū operū exhi-
bitio. Non erubeſcas deo confiteri: cui
non potes abſcondi. Ipſe em̄ nouit abſ-
condita cordium: cui oīa nuda ſunt &
aperta: ante cuius conſpectū cuncta no
ſtra peccata ſūt ſcripta. Sed qđ ibi ſcri
bit tranſgreſſio, hic delet confeſſio. Nō
te igit̄ pudeat dicere: qđ nō puduit fa
cere. Q; ſi forte pudor eſt tibi, mihi ſo
li peccatori peccata tua exponere: quid
facturus es in die iudicii, vbi omnibus
expoſita tua apparebit conſcientia? Si
S cogereris corā multitudine nudo cor
pore tranſire: non poſſes non erubeſce
re: cur ergo minus confunderis, quan-
do immūda cogitatione in mente ſor-
didaris? Cur minꝰ erubeſcis pudenda
cordis q̄ pudēda carnis? Cur magis ve
reris vultus hominū: q̄ vultus angelo
rū? Talis cōfuſio ſeparat a deo. Oīs ſpes
venię & miſericordię, eſt in cōfeſſione
vera. Simulata nāq̧ cōfeſſio nō ē cōfeſ
ſio, ſed duplex cōfuſio. Excludit. n. miſe
rationē dei, miſerię ſimulatio: nec digna
tio locū habet vbi fuerit dignitatis p̄-
ſumptio. Prouocat vero compaſſionē

humilis miſerię confeſſio. Nulla eſt em̄
tam grauis culpa quę non habeat veni
am per puram confeſſionem. Vitia igi-
tur cordis tui, & prauas cogitationes
ilico manifeſta. Peccatum enim prodi-
tum cito curatur. Crimen vero tacen-
do ampliatur. Vitiū ſi patet, fit ex ma-
gno puſillū: ſi latet, fit ex minimo ma-
gnū. Nam velox confeſſio velocem me
dicinam facit. Melius eſt vt vites vitiū,
q̄ vt emēdes: ne forte cū incurreris, re
uocare non poſſis.

¶Remedium contra prauas cogi
tationes. Cap. XXIII.

QVotiens te ſentis tur T
pibus cogitationibus
pulſari: & ad illicitam Mors Chriſti.
delectationē affici: to-
tiens pone ante mētis
oculos, quomō Chri-
ſtus in cruce crucifixꝰ eſt pro te. Intue
re quomodo a Iuda iudęis traditur: &
q̄ viliter pertractatur, blaſphematur &
colaphizatur, iudicatur & cōdēnatur,
expoliatur & flagellatur: ad vltimū ve
ro cōtumeliis & opprobriis affectus in
ter duos latrones ſuſpendit̄: clauis cru
ci affixus, ſputis deriſus, ſpinis corona
tus, lancea perforatus: ex omnibus par
tibus ſanguis emanat, & inclinato ca-
pite emittit ſpiritum. Ita redēptor tuꝰ
moritur pro te: & tu neſcis cuiuſmodi
ſordida cogitatione ſordidaris in mē-
te? Sufficere poſſet hęc cogitatio ad ex
cludendas omnes illicitas cogitatiōes.
Sed ecce ad alia tranſeamus. Conſide- V
ra quomodo morieris, quando aliqua Mors p̄pria.
graui infirmitate vexatus, & ad extre-
ma deductus: & ibi ad terram proiectꝰ
inter longa ſuſpiria, & difficiles ſingul
tus, inter diuerſos dolores & timores
aīam expirabis. Tunc veniet corpus in
pallorem & horrorem: in ſaniem & fœ
torem: erit vermis & cibus vermium:
animam vero mox capient & rapient
laruales illæ facies, quæ eam in exitu
præſtolantur. Et ex omni parte terre-
bunt eā dęmones terribiles, & horribi-
les. Cogita quis eā defendet ab illis ru
gientibus, præparatis ad eſcam: quis

cõſolabit̃ eã cum teterrima illa mõſtra
dęmonioꝝ occurſantia ſibi cateruatim
ruere videbit:aut qs deducet ꝑ ignotã
X regionẽ? Attende:etiam q̃ ſubito venit
Dies iudicii. dies vltima,ſubito venit: & forſitã ho
die erit.Iam adeſt:iam p̃ſentaberis an⸗
te tremẽdũ iudicẽ,accuſaberis de mul⸗
tis & magnis offenſis:nõ vno, nõ pau⸗
cis,ſed innumeris criminibus: nõ par⸗
uis,ſed immẽſis:non dubiis ſed certis:
nõ breui accuſatione ſed tam longa q̃
longa eſt vita tua : nõ vno accuſatore:
ſed tot quot ſunt delicta tua.Ipẽ iudex
erit diſtrictus accuſator tui . Oẽs etiã
ſpũs boni & mali coram deo te accuſa
bũt cum eo.Boni quia deo debẽt ęqui⸗
tatem:mali quia tuam ſeruant iniqui⸗
tatem. Tot iudicibꝰ & populis aſtabis,
quot p̃ceſſerunt te in opere bono . Tot
arguentibus confunderis:quo tibi præ
buerunt bene viuendi exemplum.Tot
cõuinceris teſtibus quot te monuerũt
bonis ſermonibus & iuſtis actionibus.
Oĩbus populis nudabunt̃ iniquitates
tuæ:& cunctis agminibus patebũt vni
uerſa ſcelera tua:non ſolũ actuũ,verũ⸗
etiam cogitationũ & locutionũ.Multa
vero peccata tũc proruẽt ex improui⸗
ſo,quaſi ex inſidiis quę modo nõ vides
& forſitã plura & terribiliora, his quæ
nũc vides: vndiq; erunt tibi anguſtiæ:
hinc erunt accuſantia peccata inde ter
rẽs iuſtitia, ſubtꝰ patẽs horridũ chaos
inferni:deſuꝑ iratus iudex: intꝰ vrẽs
conſcientia:foris ardens mũdus.Si iu⸗
ſtus vix ſaluabit̃:peccator ſic deprehen
ſus,in quã partẽ ſe p̃met? Latere erit ĩ⸗
poſſibile:apparere intolerabile.In tãto
diſcrimine torq̃bit te tua cõſciẽtia:ma
le ſibi cõſcia cruciabũt cordis arcana.
Cogente etiã cõſciẽtia:tu ipſe eris ac⸗
cuſator,& iudex tui.Conuictus teſte ꝓ
pria cõſciẽtia,& teſtibꝰ oculis ipſius iu
dicis:fugere non poteris:ſed tremẽs &
anxius ſtabis:ſuſpẽſus ad grauiſſimam
ſentẽtiã in anguſto periculo,& in peri⸗
culoſa anguſtia: tanq̃ ilico recepturus
qđ in ꝑpetuũ amittere non poteris. Iu
dex tunc erit vehementer iratꝰ:& ter⸗
ribiliter diſtrictus: ſentẽtia eius ſemel
lata erit immutabilis:tortores horribi
les q nunq̃ miſerent̃ erũt parati: vt da
ta ſententia te damnatũ ad tormẽta ra
piant.Tormẽta erũt ſine interuallo: &
ſine tẽperamento:timor cõturbabit te
cũ terra aperiet̃ coram te:& tu rues &
cades in ſtagnũ ſulfuris ardentis & fœ
tentis. Ignis exterius carnẽ tuã cõbu⸗
ret:vermis interius cõſciẽtiã corrodet
ibi eris ſine fine:ſine ſpe venię & miſe⸗
ricordię.Oĩa vero gehẽnę ſupplicia ſu
perabit, deũ nõ videre & bonis carere:
quę in poteſtate habuiſti obtinere.¶Si Y
vis oẽs malas cogitatiões a corde tuo
expellere hęc ſępe cogita.Ibi nãq; eſt co
gitatio tua,vbi eſt affectio tua: ibi cor
tuũ,vbi eſt deſideriũ tuũ. Quoniam il
lud ſępius in cogitatione voluimꝰ:cu⸗
ius amore plus affecti ſumus. In cogi⸗
tatione ſua cadit quiſq; vel ſtat.Si bo⸗
na cogitas,cogitatio tua ſancta cuſto⸗
diet te.Si mala cogitas:ſpũſanctꝰ diſci
plinę effugiet fictũ:& auferet ſe a cogi
tationibus q̃ ſunt ſine intellectu,eritq;
templum dei ſpelunca diaboli: quoniã
quẽ deus deſerit diabolus arripit.Spi⸗
ritus ſanctus ſuggerit bona & dulcia:
ſpiritus malus,mala & amara,vana,in
utilia,& immũda.Et ideo quacũq; ho⸗
ra mala cogitatio cor tuũ tãgit, nõ cõ
ſentias illi:nec ſinas eam in corde tuo
manere:ſed ilico repelle. In initio cogi
tatiõis iniquę reſiſte & fugiet a te. Nã
ante dei oculos non volant vacuæ co⸗
gitationes noſtrę:& nulla momenta tẽ
poris in animũ tranſcendunt ſine ſta⸗
tu retributionis. Cogitatio praua de⸗
lectationẽ parit.delectatio conſenſum,
conſenſus actionẽ,actio conſuetudinẽ,
cõſuetudo neceſſitatẽ, neceſſitas mor⸗
tẽ.Sicut vipera a filiis ſuis in vtero po
ſita,lacerata perimit̃: ita nos cogitatio
nes noſtrę intra nos nutritę occidunt.
¶Dęmonũ eſt malas cogitationes ſug Z
gere : noſtrum eſt ilico illas repellere.
Nam in animo noſtro eas iacere no⸗
ſtræ ſubeſt voluntati:& proprię depu⸗
tatur culpæ: voluntate namq; ſua ca⸗
dit qui cadit, & voluntate dei ſtat qui
ſtat.Cogitatio tamen immunda men⸗
tem non inquinat cum pulſat : niſi dũ
hanc ſibi per delectationem ſubiugat.

¶De ſuperbia vitanda.
Cap.XXIIII.



A SVperbia ſicut eſt ori⸗
go oĩm criminum:ita
eſt ruina oĩm virtu⸗
tũ.Ipſa em̃ eſt in peccato prima: ipſa in cõfli
ctu poſtrema.Ipſa aũt
in exordio mentem ꝑ peccatũ ꝓſternit:
aut in fine de virtutibus deiicit.Idcir⸗
co eſt oĩm infectionũ peccatoꝝ peſſima:
quia tã ꝑ virtutes q̃ ꝑ vitia humanam
mẽtẽ exterminat.Cętera vitia ſolas il⸗
las virtutes impetunt quibus ipſa de⸗
ſtruuntur:vt luxuria pudicitiã: ira pa
tientiã:ſola vero ſuꝑbia, contra cũctas
animi virtutes ſe erigit:& quaſi gene⸗
ralis ac peſtifer morbus oẽs corrũpit.
Idcirco niſi oĩa opera noſtra humilitas
pręceſſerit,comitata,& conſecuta fue⸗
rit:propoſita quã intueamur, appoſita
cui adhęreamus, interpoſita qua repri
mamur: totũ de manu extorq̃t ſuꝑbia.
Quãtalibet ſit iuſtitia operis,apud in⸗
ternũ iudicẽ nulla eſt, ſi illam extollit
tumor mentis . Perit re vera omne qđ
agitur:ſi nõ ſollicite in humilitate cu⸗
B ſtodiatur.Signa ſuperbię hęc ſunt:cla⸗
mor in locutione:amaritudo in ſilẽtio
diſſolutio in hilaritate:furor in triſti⸗
tia: honeſtas in imagine:inhoneſtas in
actione:rancor in reprehenſione.

¶De inuidia & detractione vitandis.
Cap.XXV.

C INuidia ẽ animi tinea:
ſenſum comedit, pectꝰ
vrit,mentẽ cõficit,cor
hoĩs quaſi quędam pe
ſtis depaſcit: & cuncta
bona ardore peſtifero
deuorat.Inuidus alienũ bonũ,ſuum fa
D cit inuidendo pctm̃. Cum igitur pecca
tores quoſlibet conſpicimꝰ, non facile
eos iudicemus,ſed magis defleamꝰ: q̃a
in ſilibꝰ aut lapſi ſumꝰ, aut labi poſſu⸗
mus.Si vis delinquentẽ corripere:aper
te increpa,nec occulte mordeas. Quid
em̃ prodeſt ſi me neſciente : aliis mala
mea referas? Vęh illi q ſuã renuit cor⸗
rigere vitã:& alienę non deſinit detra
here.Si vis detrahere,tua ĩ te pctã re⸗
torq̃:nõ alioꝝ delicta ſed ꝓpria cerne.
Nũq̃.n.aliis detrahes, ſi te bñ inſpexe⸗
ris.De malo alieno os tuũ nõ coinq̃nes
nõ detrahas peccãti,ſed cõdole:qm̃ gra
ue pctm̃ eſt detractio.Detrahẽtes,& au E
diẽtes pari reatu detinẽt̃.Sicut iraſce⸗
ris alteri qñ detrahit tibi: ſic iraſcaris
tibi qñ detrahis alteri.Detractio ẽ mor
dacior q̃ vera cordis reprehenſio.

¶De curioſitate & mẽdacio vanilogo
vanaq; laude vitandis. Cap.XXVI.

MVltos ſeducit curioſi⸗ F
tas . Tãdiu quiſq; ſua
peccata ignorat : q̃diu
curioſe aliena conſide
rat. Qui ſemetipm̃ ad
ſpicit, nõ quęrit q̃d in
aliis frequenter reprehẽdat : ſed in ſe⸗
metipſo q̃d lugeat.Qđ inter ſe loquũ⸗
tur hoĩes,nunq̃ ſcire deſideres.Oẽ etiã G
genꝰ mẽdacii ſũmopere fuge.Nec caſu Sap.1.
nec ſtudio loq̃ris falſum:q̃a os qđ men
titur occidit animã. Per nullã fallaciã
vitã alicuiꝰ defendas . Fuge inhoneſta H
verba:Reiice verbũ qđ nõ ędificat au⸗
dientes.Vanꝰ.n.ſermo cito polluit mẽ
tem:& facile agit̃ qđ libẽter audit̃.Va
nus.n.ſermo vanæ cõſciẽtię eſt index.
Mores hoĩs lingua pãdit, & qualis ſer
mo oſtẽdit̃, talis animus cõprobat̃:qm̃
ex abũdãtia cordis os loq̃t̃. Sermo va⸗ Matt.12.
nus,non erit abſq; iudicio:q̃a ab omni
rectitudinis ſtatu depereunt,q ꝑ verba
vana dilabunt̃. Qui laudẽ nõ appetit: I
nec contumeliã ſentit.Diſcerne te tuo
iudicio nõ alieno.Nemo.n,magis ſcire
poteſt qui ſis, q̃ tu qui cõſcius es tibi.
Quid enim prodeſt dũ malus es,ſi bo⸗
nus prędiceris.
Eſto igit̃ talis,qualẽ te poſcis haberi:
Si ſapiẽs fueris te ſemꝑ habebis eũdẽ.
Stude loq nõ qđ libet,ſed qđ oportet.
Qui ocioſum verbũ nõ reprimit:ad no
xia cito tranſit. Magna virtus eſt ſi nõ
lędas a quo lęſus es: magna gloria eſt,
ſi cui nocere potuiſti parcas.
Nobile vĩdictę genꝰ eſt ignoſcere victo.
Quicq̃d tibi cõtigerit aduerſi: pro tuo
pctõ euenit tibi. Tẽpera ergo dolorem
tuũ:& dic:iuxta modũ delictoꝝ parua
dat̃ vltio.Mala alioꝝ bono tuo ſupera.
vince malitiã bonitate:detrahentiũ er
rores diſſimulãdo calca:nõ ſis ĩ pace ĩſĩ
dꝰ,nec leuis ĩ amicitia.Odiẽtes ad pacẽ
ĩuita:diſcordãtes ad cõcordiã reuoca.

¶De prauitate conſcientię & eius pœ
na,deq; aliis non iudicandis ſed miſeri
corditer tractandis. Cap.XXVII.

k COnſcientia hoīs abyſ⸗
ſus multa. Sicut enim
abyſſus exhauriri non
poteſt,ſic cor hominis
euacuari a cogitatio⸗
nibus ſuis non poteſt:
ſed continua volubilitate in eo voluū
Pſal.103. tur.Mare magnū eſt & ſpatioſum ma⸗
nibus: illic reptilia quorū nō eſt nume
rus. Sicut enim reptile latenter repit,
& ſinuoſis anfractibꝰ huc & illuc deā⸗
bulat:ita conſcientiam hominis vene⸗
natę cogitationes intrant & exeunt:vt
neſciat homo vnde veniant, aut quo
vadant. hoc bene cognouerat qui dice
Hier.17. bat.Prauū eſt cor hominis: & inſcruta
bile:& quis cognoſcet illud:qđ ſcruta⸗
tionem non recipit, nec cognitionem?
L ¶Nulla pœna grauior eſt praua cōſciē
tia.Mala conſcientia propriis agitatur
ſtimulis.Si publica fama te nō damnat
propria conſcientia te condemnat:quo
niam nemo poteſt ſeipſum fugere. Vis
nunq̄ eſſe triſtis? Bene viue.Bona vita
ſemper gaudium habet:conſcientia rei
M ſemper in pœna eſt. Ita clemens eſto in
alienis delictis: ſicut in tuis: nec queq̄
diſtrictius q̄ te iudices:ſic alios iudica
vt ipſe iudicari cupis . Lex tua te con⸗
ſtringit.Iudicium qđ aliis imponis,ipe
portabis. Nullū ante iudiciū cōdēnes:
ante proba,& ſic iudica.Non enim qui
accuſatur, ſed qui cōuincitur damnan
dus eſt.Valde periculoſum eſt de ſuſpi
cione quēpiam iudicare . In ambiguis,
N dei iudicio ſerua ſententiā. Nō eligas
cui miſerearis:ne forte prætereas illū,
qui meretur accipere. Omnibus te tri⸗
bue ſi potes: quoniā icertū eſt pro quo
magis placeas deo.Maior ſit beniuolē⸗
tia q̄ qđ datur:quoniam tale erit opus
tuū,qualis fuerit intentio tua.Qui cū
triſtitia manū porrigit,fructū remune
rationis amittit.Non eſt miſericordia
vbi non eſt beneuolentia.Non auferas
vni, vnde tribuas alteri : quoniā nihil
prodeſt,ſi inde aliū reficis,vnde alium
inanē facis . Abiice a te quicquid tuū
bonū propoſitum impedire poteſt: con
temne viuēſque poſt mortē habere nō
potes.Difficile eſt, immo īpoſſibile: vt O
pręſentibꝰ quis fruaẗ bonis & futuris:
vt hic ventrem & illic mentē impleat:
vt de deliciis trāſeat ad delicias: vt in
terra & in cælo glorioſus appareat. Si
vis cum lętitia animi viuere: noli mul
ta habere. Iſtā quiſq; finiens vitā : niſi
qđ meruit ī ipſa,nō poteſt habere poſt
ipſam.Quantū nāq; inferiꝰ delectamur
tantū a ſuperno amore diſiungimur.
Nullus ſit caſus quē nō meditatio tua
pręueniat: nullus ſit caſus qui te impa
ratū inueniat.Propone nihil eſſe qđ ti
bi accidere nō poſſit. Vita foueā ī quā
vides aliū corā te cecidiſſe.Aliorū per
ditio tua ſit cautio. Dū neſcimus repē
te mors venit,neſcimus enim quid ho
die nobis contingat : & ignoramus an
hac nocte animā noſtram cōditio mor
tis depoſcat.Quotidie ad finē vitæ tē⸗
dimus:& ad mortem properamꝰ. Idcir
co ſingulis horis cogitare debemꝰ:quo
ſingulis momentis properamus. Vnde
dn̄s ait per ꝓphetā. Perditio tua Iſrael Oſe.xiii
ex te tm̄:in me auxiliū tuum.Quaſi di
ceret.Vt pereas imputatur merito: vt
ſalueris meo auxilio.Nūq̄ oportet pœ
nitētem, habere ſecuritatē de peccatis.
Nam ſecuritas negligentiā parit.Et ſę
pe incautum vitia ad trāſacta reducit.
Non ſolū grauia , ſed & leuia cauenda P
ſunt peccata.Multa em̄ leuia vnū grā⸗
de efficiunt:ſicut ſolēt de paruis & mi
nimis guttis immēſa flumina creſcere.
Non eſt dubium, quin qui caſti pſeue⸗
rant & virgines : angelis dei efficiun⸗
tur æquales.

¶De importunitate ventris & aſtutia
diaboli. Cap.XXVIII.

NVllus homini tā impro Q
bus exactor eſt, q̄ vēter:
qui quotidiana famis ex
actione te vrget. Cū cę⸗
teris vitiis,& ſi interdū
naſcimur:tamē cum eis
non morimur . Sed cum iſto vitio na⸗
ſcimur & cū iſto morimur. Multis cre
ditoribus reliquit me obnoxium pater
meus:ſed ab oībus liberatus ſum. Vnꝰ
tamen ſupereſt: a quo liberari non poſ
ſum.i.venter.Venter p̄cepta nō audit,



poſcit,appellat:non eſt tn̄ moleſtus cre
ditor: paruo dimittitur ſi modo dede⸗
ris ei qđ debes,nō qđ potes.Quoſdam
pręſciens deus peccare poſſe : in ſalutē
flagellat eos īfirmitate corporis ne pec
cent:vt eis vtilius ſit frangi lāguoribꝰ
ad ſalutem : q̄ remanere incolumes ad
damnationē.Eſt pernicioſa ſanitas,quę
ad inobœdiētiam ducit: eſt & ſalubris
infirmitas,quę per diuinā correptionē
mentē a duritia frangit & humiliat.
R ¶Diabolus quando decipere queq̄ ten
tat:prius naturā vniuſcuiuſq; intēdit,
& inde ſe applicat vnde aptū hominē
ad peccandū aſpicit.Blandis & lenibus
mentibus luxuriā aut vanā gloriā pro
ponit:aſperis vero mentibus: irā ſuper
biam,vel crudelitatem. Aduerſariꝰ no
ſter cum ab exteriori ſenſualitate ſe vi
det excluſum:interiora collectis viribꝰ
aggreditur & ingreditur : ſed ſpirita⸗
lis homo qui oīa iudicat: eius aſtutias
non ignorat:reprimit qđ poteſt:qđ nō
poteſt tolerat:qa etſi latratū canis ſuſ⸗
tinet,morſum tamen non timet. Mor⸗
det cū ad conſenſum pertrahit : latrat
cū ſuggerit : & tunc non vulnerat ſed
coronat: qm̄ tametſi reſiſtentē fatigat,
non obligat niſi conſentientem.

¶De oratione & modo orandi & im
pedimento eius per cogitationū tu⸗
multum. Cap.XXIX.

S ORatio eſt mentis deuo
tio.i.conuerſio, in deū
per piū & humilē affe⸗
ctū.Humilē ex cōſcien
tia infirmitatis ꝓprię:
piū ex conſideratione
diuinę clementię.Nullo alio modo deꝰ
citiꝰ ad miſericordiā flectitur:q̄ ſi ani⸗
mus deprecantis ad eū toto deuotiōis
affectu conuertatur. Nihil ita deū cō⸗
plectitur:quēadmodū purus mentis af
fectus.Idcirco cum orare volueris: ſo⸗
lus ſolitudinē cordis tui ingredere, &
collecto ſpiritu tuo integra mente &
vacua curis, orationis domū intra: &
ſtās corā deo ante vnū aliquod de al⸗
taribꝰ orōnis inſtantia cælos penetra:
& p̄ſentatꝰ choris cæleſtiū in ipſorū p̄⸗
ſentia miſerias & calamitates quas pa
teris miſerādus deplora.Prode tuā ne
ceſſitatē:poſce eorū pietatē:& ego cōfi
do ī eo q dixit, Petite & accipietis:q; ſi Luc.xi.
pſeueraueris pulſans,nō exibis inde va
cuus.Sic ora cū oraueris:q̄ſi ſis aſſūptꝰ
& p̄ſentatꝰ ante faciē maieſtatis in ex⸗
celſo throno: Vbi milia milium mini⸗ Dan̄.vii
ſtrant ei:& decies cētena milia aſſiſtūt
T ei.Tunc veraciter oramus: qn̄ aliunde
1.Theſ.5 nō cogitamus.Sine intermiſſione ora⸗
re debemus.Nā ſicut nullū eſt momen
tū quo homo nō fruaẗ aut vtatur dei
pietate & miſericordia: ſic nullum de⸗
bet eſſe momentū quo eū p̄ſentem non
habeat in memoria. Felix anima q̄ oēs
euagationes mentis in vnū ſtudet col⸗
ligere, & ī illo verę felicitatis fonte de
ſiderium figere.Quādo oramus,ſpiri⸗
tū ſanctū ad nos vocamus.Oratio cor⸗
dis eſt,non labiorū.Neq; em̄ verba de⸗
precantis deus intendit,ſed orātis cor
aſpicit. Vis virtutes tuas augere? Pro⸗
dere noli. Qđ manifeſtādo potes amit
tere tacendo cuſtodi . Quibuſdam em̄
conceſſum eſt tm̄ bene agere, & fructū
boni operis non habere:qđ ipſi ſibi au⸗
ferunt per ſtudiū humanę iactantię.Si
cut glacies calore diſſoluitur:ita virtꝰ
ore laudantis. ¶Cū ad cor meū redire V
volo:deſideriorum carnaliū turbæ tu⸗
multuſq; vitiorū, tētationibus ſuis co
gitationem meā diſſipant:& intentio⸗
nē cordis in oratione perturbāt.Et dū
conuerti ad deū poſt perpetrata vitia ſtu
deo:& contra hęc eadē vitia quæ perpe
traui illum exorare conor : occurrunt
cordi phantaſmata peccatorū quę feci:
& mētis meę aciem reuerberant,cōfun
dunt animū, & deprecationis meæ vo⸗
cem premunt.Ita mala quę feci cogita
tioni meę ſuis imaginibus impreſſa:in
ipſa mea oratione me conturbant.Cæ⸗
terū quanto grauiore tumultu cogita
tionū carnaliū premor:tanto ardētius
orationi inſiſtere debeo.Et quanto plu
ra peccatorū meorum phantaſmata in
oratione patior:tāto magis neceſſe eſt
vt intentio cordis mei quo durius re⸗
pellitur,eo valentius inſiſtat orationi:
quatinus cogitationis illicitę tumul⸗
tum ſuperet, atq; ad pias aures domi⸗
ni nimietate ſuę importunitatis tādiu
irrūpat,donec cogitationes malas ma⸗

ra promittenti credere præſumpſit.
Dũ vero in ſacramento plus deo q̃ ho
ſti (vt dignũ eſt) creditur: ſanatur hac
fide vera,illa perfida fides . Qm̃ aũt ci-
bo & potu ita viuimus vt alterutro ca
rere nequeamus: ppterea vtrũq; Chri-
ſtus in ſuo ſacramento eſſe voluit ne ſi
alterũ deeſſet,impfectũ eſſet. Nec cor-
pus ergo ſine ſanguine,nec ſanguis ſi-
X ne corpore iure cõmunicatur. Panis &
vinũ proprie proprius cibus eſt nõ be-
ſtiarũ ſed hoĩm. Ideoq; Chriſtꝰ vtriuſq;
vſus eſt miniſterio vt ſingularis & pro
pria hoĩm credereť refectio : cui etiam
poſtmodum per apľos aquam admiſce-
ri voluit:vt ad dignitatẽ tãti myſterii
non ſolum iuſtorũ ſed & peccatorũ cõ
ſortium pertinere ſignificaret,ſi pœni-
tere vellent. Quoniam per aquã ſumus
regenerati & p ſanguinẽ redempti: ſan
guis & aqua de latere Chriſti exiuit.
Cũ ergo p Chriſto vinũ,& aqua ſacrifi
ceť pro populo:& vtrũq; vnus ſanguis
fiat,capitis & membroꝝ vnitatẽ ſigni-
ficat. Sicut ergo vnũ videris eſſe qđ fa
ctum eſt: ſic vnũ eſtote vos diligẽdo in
ter vos. Nã qui accipit myſteriũ vnita-
tis,& non tenet vinculũ pacis: non my
ſteriũ accipit pro ſe,ſed teſtimoniũ cõ-
tra ſe. Qui autẽ vnũ hoĩm odio habet:
quicquid deo in bonis operibꝰ obtule-
rit totum perdet. Fide omnia ſacramen
Nota. ta complentur. Qui ergo ad illa fide &
deuotione accedit q̃uis ĩcuria vel igno
rãtia aliqua erroris verba inſerat non

ideo minꝰ ſacrificiũ fieri creditur, qm̃
precis vitiũ ſupat p̃cantis affectus. Nõ
eſt attendendum quid faciat homo,ſed
quo animo & voluntate faciat. In qua- Y
tuor ſpeciebus ſacramenta eccleſię ma-
xime conſiſtunt: aqua ſcilicet,oleo,pa-
ne,& vino. Aqua licet omnibus ſit ne-
ceſſaria,ſua tñ vęnalitate & abundãtia
non eſt precioſa . Oleum vero,panis &
vinum ita paucitate ſua fugiũt precii
quantitatem:vt nullã niſi in ſpirituali
gratia ſibi vendicare videantur vtilita
tem. Aqua extinguit, mundat & candi
dat præ cæteris liquoribus . Idcirco in
baptiſmate carnis incentiua extĩguit:
peccatorũ tam originalium q̃ actualiũ
labem abluit. Innocentię candorem re-
ducit:& dum ſic cæleſtis patris imagi-
nem reformat,filios adoptionis regene
rat. Vnde vero tanta virtus vt corpus
tangat , & cor abluat niſi faciente ver-
bo! Non quia dicitur ſed quia creditur,
qm̃ fide omnia ſacramenta compleñť.
Baptiſmus talis eſt,qualis eſt ille in cu Notã.
ius verbo datur: non qualis eſt ille per
cuius miniſterium miniſtratur . Porro
oleum illuminat,vngit & paſcit. Illumi
nat animam fide,vngit deuotione, pa-
ſcit dilectiõe. Panis vero & vinũ homi
ni incorporatũ,vita eſt tẽporalis. Qua-
propter in hoc ſacramento Chriſtus tã
q̃ caput membris vniri voluit: per quẽ
deo patri regeneramur. Per corporis &
ſanguinis Chriſti participationẽ filio
dei ad vitam concorporamur. Per olei
vnctionẽ:ſpũs ſancti virtute confirma-
mur. Nunq̃ fidelis deus a regni ſui cõ- Z
ſortio eos repellet: qbus tã familiariter
vniri dignať in huius mũdi exilio. Im-
mo magni honoris viciſſitudinẽ eis re
pendet in manifeſta ſuę maieſtatis viſio
ne,a quibus tam digne ſuſceptꝰ & ado
ratus eſt in occultis & peregrinis ſa-
cramentorum figuris. Non poterit ibi
fieri diuerſum: quod hic factũ eſt vnũ.
Quicquid deformitatis vel mutatiõis
in Chriſti ſacramento ſpecie tenus con
tigerit,nõ debet a nobis extorquere fi-
dem veritatis eius:qm̃ qui ĩ corpe ſuo,
cum deus eſſet verus, multa indigna p
tulit,nihil indignũ in corpore ſuo vſq;
in finem ſeculi pferet,q̃uis vere ibi ſit.

Cum enim omnia ei pręter pccatũ mũ
da ſint,non videtur eſſe immundius in
ventre muris vel canis q̃ in ventre im
pœnitentis peccatoris. Si ignibus com
buri dicatur, hoc impoſſibile eſt cũ ſit
omnium elementorum deus. Si ſoricũ
corroſione vel vetuſtatis mutatione
corrumpi videatur:nihil attinet ad ſa
cramenti ſubſtantiam,Chriſtum videli
cet,qui corrumpi non poteſt,quoniam
incorruptibilis eſt. Talia vero & ſimi-
lia non veniunt niſi pro aliquorum ne
gligentia corrigenda vel punienda,ſeu
pro fide probanda & exercenda:vt fide
les exerceantur & reprobi indurentur.
Neceſſe eſt ergo vt ea deuotiõe qua ac
cipitur cuſtodiatur.

FINIS Libri Tertii cũ appendice
de ſacramentis,pręcipue altaris.

# SEQVI

tur Liber Quartus: qui eſt de erectione
animæ ſeu mentis in deum : ac deuoto
ad deum precatu & alloquio:& qbuſdã
ad ſalutem inſtitutionibus & monitis,
continens hæc Capita.

Q\̃ ſit nobis neceſſariũ inuocare deum:
& quid ſit inuocare eum. Cap.I.
Quomodo deus immotus in ſe manẽs
det cuncta moueri, cũctaq; agat aut
coagat. Cap.II.
De pia rurſum dei inuocatione,& mẽ-
tis per eam tranquillitate & gaudio:
& de animæ deum non quęrentis mi
ſeria. Cap.III.
Orat quo deũ pro modulo mentis ſuæ
capere poſſit,vt dilatetur domus aĩæ
ſuę, eiectis deſideriis prauis & rece-
ptis bonis:meminitq; quãta ſit felici-
tas aĩę in cęlũ receptæ. Cap.IIII.
Cęleſtibus bonis perfrui,& terrenis ma
lis erui deſideranter orat:eaq; com-
memorat. Cap.V.
Amorem ſuum in deum profitetur vt
eum creſcere faciat & cauſas amoris
addit. Cap.VI.
Spei & fidutię ſuę,quo cõſtãtiores fiãt,
memorat cauſas & argumẽta. VII.
De cęleſtis glorię excellẽtia & eius cõ-
tẽplatione & mõ obtinẽdi eã. VIII.
Anima cur ſit ſimilitudĩe dei prædita,
& ad quantam ex ea re ſpem & fidu-
tiam aſſurgere valeat. Et de amoris
animæ in deum meritis. Cap.IX.
De requie tuta & firma in vulneribus,
viſcerib9 & morte Chriſti: q̃ ab oĩb9
protegunt malis & inſidiis. Cap.X.
Excitatur anima ad amãdũ Chriſtum,
& ſe illi cõformãdũ p amorẽ. Ca.XI.
De vitæ noſtræ reparatione p mortem
Chriſti:& de laude Caritatis ac de la
titudine eius. Cap.XII.
De interioris hominis cuſtodia haben-
da p virtutes cardinales: & de timo-
re nuncio mortis, & reſponſis ei9:de
diaboli aduentu,& de inferni crucia
tu:Item conſilium virtutum ad eua
denda inferni mala. Cap.XIII.
De ſecundo nuncio qui eſt amor & de
ſiderium æternæ vitæ:& de gaudiis
ac incolis cęli p eũ enũciatis. XIIII.
De ciuium cęleſtiũ cõi actione,& exul-
tatione certa. Ca.XV.
De beatitudinib9 & ferculis ęternę vi-
tę:deſcriptioq; virtutum per quas ad
eas peruenitur. Cap.XVI.
Deſcriptio quorundam vitiorum reli-
gionem ſuffocantium,vt ſunt crapu
la,ebrietas,ocioſitas, & quæ in ocio-
ſis ſubrepunt cogitationes praue:Et
q; nullum peccatum maneat impuni
tum.Cap.XVII.& Vltimum.

FINIS.

¶Q\̃ ſit nobis neceſſariũ inuocare deũ:
& quid ſit inuocare eum. Cap.I.

QVoniam in me A
dio laqueorum
poſiti ſum9,fa-
cile a cęleſti de
ſiderio frigeſci
mus. Quapro-
pter aſſiduo in
digemus moni
mẽto:vt exper-
gefacti ad deũ
noſtrum verum & ſummum bonũ, cũ
defluimus recurramus.Idcirco nõ prę-
ſumptionis temeritate,ſed magna dei
mei dilectione huic opuſculo ad laudẽ
eius operam dedi:vt ex elegantibus di
ctis ſanctoꝝ patrum breue & manuale
verbũ de deo meo mecũ ſemp haberẽ:ex
cuius lectionis igne quotiens tepeſco ĩ



B eius accendar amorẽ.¶Nũc adeſto mi-
hi deus meus,quem quęro,quẽ diligo,
quẽ corde & ore & qua valeo virtute
laudo atq; adoro.Mens mea tibi deuo-
ta:tui amore ſuccenſa,tibi ſuſpirãs,ti-
bi inhians,te ſolum videre deſiderans:
nihil habẽs dulce,niſi de te loqui,de te
audire, de te ſcribere,de te cõferre:tuã
gloriã freq̃nter ſub corde reuoluere vt
ſuauis tui mẽoria ſit ĩter hos turbines
aliqua repauſatio mea.Te ergo inuoco
deſiderantiſſime : ad te clamo clamore
C magno in toto corde meo.Et cũ te ĩuo
co vtiq; in meipſum voco,qm̃ omnino
non eſſem niſi eſſes in me,& niſi ego eſ
ſem in te.In me es qm̃ in memoria mea
manes ex quo cognoui te,& in ea inue
nio te,cũ reminiſcor tui & delector in
te de te:ex quo omnia,per quem omnia
in quo omnia.

Quomodo deus ĩmotus in ſe ma-
nens det cuncta moueri, cunctaq;
aut agat aut coagat. Ca.II.

D TV cęlum & terrã ĩples:
omnia portãs ſine one-
re,omnia implẽs ſine ĩ-
cluſione. Semper agẽs,
ſemper quiet9: colligẽs
non egens:quęrẽs cũ ni
hil tibi deſit. Amas nec æſtuas : zelas
& ſecurus es. Pœnitet te,& non doles.
Iraſceris & trãquillus es.Opera mutas
ſed nõ mutas conſiliũ. Recipis qđ inue
nis,& nũq̃ amiſiſti. Nunq̃ inops & gau
dens lucris.Nũq̃ auarus,& vſuras exi-
gens. Semper erogatur tibi,vt debeas,&
quis habet quicq̃ nõ tuũ!Reddis debi-
ta nulli debens:donas debita nihil per-
dens.Qui vbiq; es,& vbiq; totus: q ſen
tiri potes & videri non potes.Qui nuſ
q̃ dees & tñ ab iniquoꝝ cogitationib9
longe es. Qui nec vbi dees ĩde lõge es:
quia vbi non es per gratiã ades per vin
dictã.Qui vbiq; pręſens es: & vix inue-
niri potes.Quem ſtantem ſequimur,&
apphendere nõ valemus. Qui tenes o-
mnia,imples omnia,circumplecteris o-
mnia,ſuperexcedis omnia, ſuſtines oĩa.
Qui corda fidelium doces ſine ſtrepitu
verborum. Qui locis non diſtenderis,
nec temporibus variaris: neq; habes ac
ceſſus & receſſus. Qui habitas lucẽ in-
acceſſibilem, quã vidit nullus hominũ
nec videre poteſt. In te manẽs quietus
vbiq; circuis totum. Non enim ſcindi
vel diuidi poteris quia vere vnus es.
Nec in partes effunderis:ſed totus to-
tum tenes, totum illuſtras & poſſides.
Si totum mundum libri repleant, tua E
ſcientia inenarrabilis non poteſt enar-
rari. Quoniam vero indicibilis es nul-
lo modo ſcribi poteris neq; cõcludi.Tu
es fons lucis diuinæ, & ſol claritatis ę-
ternæ.Magnus enim es ſine quãtitate:
& ideo immenſus. Bonus ſine qualita-
te:ideo vere & ſumme bonus, & nemo
bonus niſi tu ſolus. Cui9 volũtas opus
eſt cui velle poſſe eſt:qui omnia,quę ex
nihilo creaſti ſola volũtate feciſti. Qui
omnem creaturam tuam abſq; indigen
tia aliqua poſſides,& ſine labore guber
nas:& abſq; tędio regis. Et nihil eſt qđ
conturbet ordinẽ imperii tui vel in ſũ-
mis vel in imis. Qui in omnibus locis
ſine loco haberis, & omnia contines ſi-
ne habitu: & vbiq; præſens es ſine ſitu
& motu.Qui nec mali actor es qđ face-
re non potes. Nec vnq̃ te quicq̃ feciſſe
pœnituit cuius bonitate facti ſum9, &
iuſtitia pœnas luimus,& clementia li-
beramur.Cuius omnipotẽtia om̃ia gu-
bernat regit & implet qđ creauit. Nec
ideo te implere om̃ia dicimus, vt te cõ
tineant: ſed ipſa potius a te continean
tur.Nec particulatim imples oĩa. Nec
vllatenus ita putandũ eſt vt vnaquæq;
res pro magnitudine ſuę portionis ca-
piat te.i.maxima maius,minima min9.
Dũ ſis potius ipſe in omnibus ſiue oĩa
in te.Cuius omnipotẽtia omnia cõclu-
dit,nec euadendi potentiam tuã qs adi
tum inuenire poterit.Qui em̃ te nõ ha
bet placatum:nequaq̃ euadet iratum.

¶De pia rurſum dei inuocatione
& mentis per eam tranquillitate
& gaudio:& de aĩę deũ non quęrẽ
tis miſeria. Cap.III.

TE igitur clemẽtiſſime in
uoco ĩ aĩam meã:quã p̃-
paras ad capiendũ te, ex
deſiderio qđ inſpiras ei.
Intra rogo in eam & co
apta eã tibi,vt poſſideas
illam quã feciſti & refeciſti:& vt habeã

te velut ſignaculũ ſuper cor meũ.Quę-
ſo piiſſime inuocantem te ne deſeras:q
priuſq̃ te ĩuocarem me vocaſti & quæ-
ſiſti vt ego ſeruus tuus te quærerẽ,q̃rẽ
do inuenirem,& inuẽtum amarẽ.Quę-
ſiui & inueni te dñe:& amare deſidero.
Auge deſideriũ & da qđ peto:q̃m ſi cũ-
cta quæ feciſti mihi dederis non ſuffi-
cit ſeruo tuo niſi teipſum dederis. Da
ergo te mihi deus meus:redde mihi te
en amo:& ſi parũ eſt amem validiꝰ.Tui
ergo amore teneor:tui deſiderio flagro
G tui dulci memoria delector.Ecce dũ ti-
bi mẽs mea ſuſpirat, & tuã ineffabilem
pietatẽ meditat̃:ipſa carnis ſarcina mi-
nus grauat, cogitationũ tumultus ceſ
ſat,põdus mortalitatis, & miſeriarum
more ſolito non hebetat.Silent contra
ria cuncta:tranquillaq; ſunt oĩa.Cor ar
det,animus gaudet,memoria viget,in-
tellectus lucet,& totus ſpũs ex deſide-
rio viſionis tuę accẽſus in inuiſibilium
amorẽ rapi ſe videt.Aſſumat ſpũs meꝰ
pẽnas vt aquilę:volet & nõ deficiat,vo
let & perueniat vſq; ad decorem domꝰ
tuæ & thronũ glorię tuę:vt ibi ſup mẽ
ſam refectionis ciuium ſupernoꝝ paſca
tur de occultis tuis in loco paſcuę iu-
xta fluenta pleniſſima.Tu eſto nr̃a exul
tatio qui es noſtra ſpes,ſalus,atq; redẽ-
ptio.Tu eſto noſtrũ gaudium qui es fu
turus p̃miũ.Te ſemper q̃rat aĩa mea: &
H tu p̃ſta vt quęrendo non deficiat.Væh
miſeræ aĩæ quę Chriſtũ non quęrit nec
amat:arida ſiqdẽ manet & miſera.Per-
dit eñ qđ viuit,q deũ non diligit.Qui
curat viuere niſi propter te dñe : nihil
eſt & p nihilo eſt.Qui tibi viuere recu
ſat mortuus eſt.Qui tibi non ſapit:de-
ſipit.Miſericordiſſime tibi me cõmitto
reddo & cõcedo:p quẽ ſum,viuo,& ſa-
pio.In te cõfido,ſpero,& totã ſpem meã
pono:p quẽ reſurgã, viuã & requieſcã.
Te cupio,diligo & adoro:cũ quo mane
bo,regnabo,beatus ero.Aĩa quę te non
quærit nec diligit:mũdũ diligit,pecca-
tis ſeruit,vitiis ſubiecta eſt.Nunq̃ q̃eta
nunq̃ ſecura eſt.Famuletur tibi ſemper
mens mea piiſſime: ſuſpiret tibi pegri-
natio mea,ardeat ĩ tui amore cor meũ.
I Requieſcat ĩ te deus meus aĩa mea. Cõ
templetur te in mentis exceſſu,Cantet
laudes tuas in iubilatione:& hęc ſit in
hoc exilio cõſolatio mea.Cõfugiat mẽs
mea ſub vmbrã alarũ tuarum ab æſtibꝰ
cogitationum huius ſeculi.Repauſet ĩ
te cor meũ:cor mare magnũ tumẽs flu
ctibꝰ.Diues omniũ bonoꝝ,dapũ ſupnæ
ſatietatis opulẽtiſſime largitor deꝰ:da
laſſo cibũ,collige diſpſum,libera capti-
uũ,redintegra ſciſſum: en ſtat ad oſtiũ
& pulſat. Obſecro p viſcera miſericor-
dię tuæ quibus viſitaſti nos oriẽs ex al
to:iube pulſanti miſero aperiri,vt libe-
ris greſſibus ingrediatur ad te,& rege
ſcat in te:& reficiatur de te pane cæle-
ſti.Tu es eñ panis & fons vitæ.Tu lu-
men claritatis ęternę.Tu omnia ex qui
bus viuũt recti qui diligũt te. Deus lu
men cordiũ te vidẽtiũ,& vita animarũ
te amantiũ,& virtus cogitationũ te q̃-
rẽtium, vt ſancto tuo amori inhæreãt.
Veni rogo ĩ cor meũ & ab vbertate vo
luptatis tuę inebria illud,vt obliuiſcat̃
iſta temporalia.Pudet atq; piget me ta
lia pati qualia mundus iſte agit.Triſte
eſt mihi qđ video.Graue eſt qđ de trãſi
toriis audio.Adiuua me dñe deus meꝰ
& da lętitiam in corde meo.

¶Orat quo deũ pro modulo mentis
ſuæ capere poſſit,vt dilatetur domꝰ aĩę
ſuæ:eiectis deſideriis prauis & receptis
bonis,meminitq; quãta ſit felicitas aĩæ
in cælum receptæ. Cap.IIII.

VEni ad me vt videam K
te: ſed anguſta eſt mi-
hi domus animæ meę,
quo venias ad eã,dila-
tetur abs te:ruinoſa ẽ,
refice eam. habet quæ
offẽdãt oculos tuos fateor & ſcio : ſed
quis mũdabit eam? Aut cui alteri prę-
ter te clamabo : Ab occultis meis mun
da me dñe: & ab alienis pce ſeruo tuo?
Fac me dulcis Chriſte,bone Ieſu , Fac
me rogo amore & deſiderio tui depone
re onus carnalium deſideriorum & ter
renarum cõcupiſcentiarum . Dominet̃
rogo carni meæ anima:animæ ratio,ra
tioni gratia tua : & tuæ me interius &
exterius ſubde voluntati.Tribue mihi
vt laudet te cor meũ, & lingua mea,&
omnia oſſa mea . Dilata mẽtem meam,
& attolle intuitũ cordis mei:vt vel ra-



pida cogitatione ſpiritus meus attigat
te æternã ſapientiam ſuper oĩa manen
tem.Diſſolue me oro a vinculis quibus
conſtrictus teneor:vt relinquens oĩa
iſta,tibi feſtinem tibi ſoli inhæream,ſo-
L li intendã.Felix anima quæ terreno re-
ſoluta carcere,libera cælum petit: quæ
te dulciſſimum dominũ facie ad faciẽ
cernit:quæ nullo metu mortis afficit̃:
ſed de incorruptiõe perpetuæ glorię læ
tatur. Tranq̃lla eſt & ſecura non timet
hoſtem neq; mortem.Habet iam te piũ
dominum quem diu quęſiuit ſemperq;
amauit.hymnidicis ſociata choris,mel
liflua perpetuæ feſtiuitatis carmina ad
laudẽ glorię tuæ,rex Chriſte,inæternũ
concinit. Inebriatur enim ab vbertate
domꝰ tuę,& torrẽte voluptatis tuę po
tas eam.Felix ſocietas ſupnoꝝ ciuiũ:&
glorioſa ſolennitas omniũ ad te redeũ-
tiũ ab huius noſtrę peregrinationis tri
ſti labore. Amœnitatem oĩs pulchri-
tudinis:formoſitatẽ totius ſplendoris,
atq; dignitatẽ totius elegantiæ iugiter
tui ciues cernunt.Nihil oĩno qđ cõtur
bet mentem in te auribus datur. Quæ
cantica,quæ organa,quę cantilenę,quę
melodiæ ibi ſine fine decantant̃? Sonãt
eñ ſemper melliflua hymnorũ organa,
ſuauiſſima angelorum melodia, cãtica
canticorum mira:quę ad laudẽ & glo-
riam tuã a ſupernis ciuibꝰ in perpetuũ
M decantantur. Amaritudo & omnis fel-
lis aſperitas ĩ regione tua locũ non ha
bet.Non enim eſt ibidem malignus ne-
q; malitia.Nõ eſt aduerſarius & impu-
gnãs:nec eſt vlla peccati illecebra.Nul-
la eſt ibi indigentia:dedecus nullũ,nul
la rixa nullum ĩproperiũ: cauſatio nul-
la,nullus timor,nulla inquietudo,nul-
la pœna,nulla dubietas,nulla violẽtia,
nulla diſcordia:ſed pax ſumma,caritas
plena:iubilatio & laus dei æterna:ſecu
ra ſine fine requies,& gaudiũ ſemper in
ſpiritu ſancto.Fortunatus ego ſi audie
ro iocũdiſſimas ciuiũ tuorũ cãtilenas,
carmina melliflua laudes ſummę trini-
tati debito honore pmentia:ſed nimiũ
felix ſi ego ipſe meruero cantare canti
cum domino de dulcibus canticis Siõ.
N O vita vitalis,vita ſempiterna & ſem-
piterne beata.vbi gaudiũ ſine mœrore,
requies ſine labore,dignitas ſine tremo
re,opes ſine amiſſiõe, ſanitas ſine lãguo
re,abundantia ſine defectione,vita ſine
morte,perpetuitas ſine corruptiõe, bea
titudo ſine calamitate.Vbi oĩa bona in
caritate pfecta:vbi ſpecies & viſio facie
ad faciẽ.vbi plena ſcientia in omnibus
& per oĩa.Vbi ſumma dei bonitas cer-
nit̃ & lumen illuminãs a ſanctis gloriſi
cat̃. Vbi p̃ſens maieſtas dei cõſpicit̃, &
hoc vitę cibo ſine defectu mẽs intuẽtiũ
ſatiat̃.Vident & videre deſiderant,ſine
anxietate & ſine faſtidio ſatiãtur . Vbi O
verus iuſtitię ſol mira ſui pulchritudi
nis viſione omnes reficit, & ita vniuer
ſos cæleſtis patriæ ciues illuminat : vt
luceant ipſi lumen videlicet illumina-
tum per deum lumen illuminans,vltra
omnẽ ſolis noſtri ſplendorem.Atq; cũ-
ctarum ſtellarũ claritatẽ immortali ad
hærentes deitati ac p hoc ĩmortales &
incorruptibiles facti iuxta promiſſionẽ
dñi ſaluatoris.Pater quos dediſti mihi Ioan.17.
volo,vt vbi ego ſum & illi ſint mecum:
vt videãt claritatem meam,vt oẽs vnũ
ſint,ſicut tu pater ĩ me & ego ĩ te,& ip̃i
in nobis vnũ ſint.O regnũ cęloꝝ regnũ
feliciſſimũ,regnũ carẽs morte, & vacãs
fine.Cui nulla tempora ſuccedunt per
æuũ:vbi continuus ſine nocte dies ne-
ſcit habere tẽpus.Vbi victor miles do-
nis ineffabilibus cumulatur.
Nobile ppetua caput ãplectẽte corona.

¶Cæleſtibꝰ bonis perfrui & terrenis
malis erui deſideranter orat eaq; com-
memorat. Cap.V.

VTinam remiſſa peccato P
rum mole me vltimũ
ſeruorum Chriſti,iube
res diuina pietas,hanc
carnis ſarcinã depone
re , vt in tuæ ciuitatis
gaudia æterna repauſandus trãſirẽ:ſu-
pernorũ ſanctiſſimis choris intereſſem:
cum beatiſſimis ſpiritibus glorię cõdi-
toris aſſiſterem,pręſentem dei vultum
cernerẽ:nullo metu mortis tãgerer: de
perpetuæ immortalitatis incorruptiõe
ſecurus gauderẽ : & ſcienti oĩa cõiũctꝰ
omnẽ ignorãtię cæcitatẽ amitterẽ.ter-
rena cũcta paruipenderem:cõuallẽ iſtã
lachrymarũ intueri vel reminiſci vlte-

rius non dignarer. Vbi vita laborioſa,
vita corruptibilis: vita om̃i amaritudi
ne plena, vita domina malorum, ancil
la īfernoꝝ: quã humores tumificãt, do
lores extenuant, ardores exſiccant, aer
morbificat, eſcę inflãt, ieiunia macerãt,
ioci ſoluũt, triſtitię cõſumunt, ſollicitu
do coarctat, ſecuritas hebetat, diuitiæ
iactãt, paupertas deiicit: iuuentus extol
lit, ſenectus īcuruat, infirmitas frãgit,
mœror deprimit, Diabolus īſidiatᷣ, Mũ
dus adulatur, Caro delectatur, Anima
excęcatur, totus homo conturbatur: &
his tantis malis mors furibunda ſucce
dit: vaniſꝗ gaudiis ita finem imponit,
vt cũ eſſe deſierint, nec fuiſſe putẽtur.
R Sed quas laudes, quaſve gratiarũ actio
nes tibi referre valeamus, deus noſter
qui nos etiam inter has tãtas mortali
tatis noſtræ ęrũnas non deſinis conſo
lari mira viſitatione gratiæ tuæ? Ecce
me miſerũ multis mœroribus plenum
dũ vitę meę timeo, dũ peccata mea con
ſidero, dũ iudiciũ tuũ formido, dũ mor
tis horã cogito. Dum ſupplicia tartari
horreo, dũ opera mea qua diſtrictione
a te penſent ignoro: dum quo fine illa
clauſurus ſim penitus neſcio: Dũꝗ hęc
& alia multa mecũ ſub corde retracto
cõſolaturus ades ſolita pietate: & īter
has q̃relas nimioſꝗ ploratus ac pfũda
cordis ſuſpiria aſſumis mœſtam & an
xiam mentem, ſuper alta iuga mõtium,
ad areolas vſꝗ aromatũ: & collocas me
in loco paſcuæ ſecus riuulos dulcium
aquarũ: vbi pparas in cõſpectu meo mẽ
ſam multiplicis apparatꝰ, q̃ fatigatum
ſpũm recreet, & cor triſtitia confectũ lę
tificet. Quibus tandẽ refocillatus deli
ciis: multarum miſeriarũ oblitus, mul
tarum deliciarum affluentia ſuper alti
tudinẽ terræ in te vera pace quieſco.

¶Amorẽ ſuũ in deũ pfitetᷣ vt eũ creſce
re faciat: & cauſas amoris addit. VI.

S AMo te deus meus, amo
& magis magiſꝗ ama
re volo: da mihi ſpecio
ſe pre filiis hominũ, vt
deſiderem te, vt amem
te, quãtũ volo, quantũ
debeo. Immenſus es & ſine menſura de
bes amari: pſertim a nobis quos ſic ama
ſti, ſic ſaluaſti, pro quibus tanta & talia
feciſti. Amor qui ſemp ardes & nũq̃ ex
tingueris, dulcis Chriſte, bone Ieſu, ca
ritas ſumma, deus meus, accẽde me to
tum igne tuo, amore tui, dilectiõe tui,
deſiderio tui, caritate tua, iocunditate
& exultatione tua, pietate & ſuauitate
tua, voluntate & concupiſcentia tua: q̃
ſancta eſt & bona, q̃ caſta eſt & munda:
vt totus dulcedine amoris tui plenus
totus flãma caritatis tuę vaporatus, di
ligam te dñm meum dulciſſimũ & pul
cherrimũ, ex toto corde meo, & ex tota
anima mea, & ex totis viribus meis, &
omni intentione mea: cũ multa cordis
contritione & lachrymarum fonte. Cũ
multa reuerentia & tremore: habens te
in corde & in ore & præ oculis meis ſẽ
per & vbiꝗ. Ita vt nullus in me adulte
rinis amoribus pateat locus. Pulcherri T
me animæ meæ ſponſe rogo per illã ſa
cratiſſimam effuſionem pcioſi ſangui
nis tui, quo ſumus redẽpti, da mihi cor
dis contritionẽ & lachrymarũ fontem
præcipue dum preces & orationes tibi
offero, dum tuæ laudis pſalmodiam de
canto, dum myſterium noſtrę redẽptio
nis manifeſtũ miſericordię tuæ indiciũ
recolo, vel profero: dũ ſacris altaribus,
licet indignus, aſſiſto: cupiẽs offerre il
lud mirabile & cæleſte ſacrificium om̃i
reuerẽtia & deuotione dignum, qđ tu
domine meus, ſacerdos immaculate, in
ſtituiſti, & offerre præcepiſti, in comme
morationem tuæ caritatis: mortis ſcili
cet & paſſionis, p ſalute noſtra, p coti
diana noſtrę fragilitatis reparatione. Cõ
firmetᷣ mens mea inter tanta myſteria
dulcedine preſentię tuę. Sentiat te ſibi
adeſſe, & lętetur coram te. Ignis q̃ ſem
per luces, amor qui ſemper ardes, dulcis
Chriſte, Ieſu bone, lumen æternũ, & in
deficiens. Panis vitæ qui nos reficis &
in te non deficis: cotidie comederis, &
ſemper integer manes. Reſplende mi
hi, accẽde me: illumina & ſanctifica me,
vas tuum de malitia euacua, imple de
gratia, & plenum conſerua: vt ad ſalu
tem animę meæ manducem cibum car
nis tuæ: quatinus manducãdo te, viuã
de te. Vadam per te, perueniam ad te,
repauſem in te. O dulcedo amoris &



amor dulcedinis comedat te vẽter me
us, & nectare tui amoris repleantᷣ viſce
ra mea, vt eructet mens mea verbũ bo
nũ. Caritas viua, deus meus, mel dulce,
lac niueum, cibus es grandium. Fac me
creſcere in te vt ſano palato poſſis mã
ducari a me. Tu es vita mea, qua viuo:
ſpes, cui īhęreo: gloria, quã adipiſci de
ſidero. Tu mihi cor tene, mentẽ rege, in
tellectum dirige, amorẽ erige, animum
ſuſpende, & in ſupna fluẽta, os ſitientis
te ſpũs trahe. Taceat quæſo tumultus
carnis: conticeſcant phantaſiæ terrarũ
& aquarũ aeris & poli. Taceãt ſomnia
& imaginarię reuelationes, omnis lin
gua, omne ſignũ & quicquid tranſeun
do fit. Sileat ſibi & ipſa anima: & tranſ
eat ſe non cogitando ſe, ſed te deꝰ meꝰ:
quoniã tu es reuera tota ſpes & fiducia
mea. Eſt enĩ in te deo, & dño noſtro Ie
ſu Chriſto dulciſſimo & benigniſſimo
atꝗ clementiſſimo vniuſcuiuſꝗ noſtrũ
& portio & ſanguis & caro.

¶Spei & fiducię ſuæ, quo cõſtãtiores
fiãt, memorat cauſas & argumenta.
Cap. VII.

V VBi ergo portio mea re
gnat, regnare me cre
do: vbi ſanguis meꝰ do
minatur, dominari me
confido: vbi caro mea
glorificatur, glorioſũ
me eẽ cognoſco. Q̃uis pctõr ſim: dehac
tñ cõmuniõe gratię nõ diffido: & ſi pec
cata me prohibẽt, ſubſtantia me reqrit.
Etſi delicta propria me excludũt, natu
ræ cõmunio non repellit. Nõ enĩ tã īmi
tis eſt dñs: vt nõ diligat carnẽ ſuã, mẽ
bra ſua, & viſcera ſua. Deſperare vtiꝗ
potuiſſẽ pter nimia pctã & vitia mea,
culpas & īfinitas negligentias, q̃ egi &
cotidie īdeſinẽter ago, corde, ore, ope &
oĩbus modis q̃bus hũana fragilitas pec
care põt: niſi verbũ tuũ deꝰ caro fieret
& habitaret in nobis. Sed deſperare iã
non audeo: qm̃ ſubditꝰ ille tibi vſꝗ ad
mortem, mortẽ aũt crucis, tulit chiro
graphũ pctõrũ noſtroꝝ: & affigẽs illud
cruci, pctm̃ crucifixit & mortẽ. In ipſo
aũt ſecurus reſpiro: q ſedet ad dexterã
tuã & interpellat pro nobis. In ipſo con
fiſus ad te puenire deſidero: in quo iam
reſurreximus & reuiximꝰ & iã in cælũ
cõſcẽdimus & in cęleſtibus conſedimꝰ.
Tibi laus, tibi gloria, tibi honor & gra
tiarũ actio piiſſime dñe: q nos ſic amaſti
& ſaluaſti, ſic iuſtificaſti & ſublimaſti.
Piiſſime dñe q̃ dulcis eſt memoria tui? X
quãto magis in te meditor, tãto es mi
hi dulcior & amabilior. Idcirco dele
ctat me valde bona tua puro mentis in
tuitu & dulciſſimo pii amoris affectu ī
loco pegrinatiõis meę, iuxta modulum
meum interim q̃diu his fragilibus ſub
ſiſto mẽbris conſiderare. Tuę enĩ carita
tis iaculo vulneratus ſum, tui vehemẽ
ter deſiderio flagro, ad te peruenire cu
pio: te videre deſidero. Idcirco ſuper cu
ſtodiã meam ſtabo: & vigilantibus ocu
lis pſallam ſpiritu, pſallã & mẽte: & to
tis viribus te factorẽ meũ collaudabo.
Polum penetrabo, mente & deſiderio te
cũ ero: vt in pſenti quidẽ miſeria ſolo
corpore tenear: tecũ aũt cogitatione &
auiditate atꝗ omni deſiderio ſim ſem
per: quatinꝰ ibi ſit cor meum vbi tu es
theſaurus meus deſiderabilis, incõpara
bilis, ſummeꝗ amabilis. Sed ecce deus Y
meus piiſſime ac miſericordiſſime do
mine dũ tuæ īmẽſæ bonitatis & pieta
tis gloriam cõſiderare volo: cor meum
non ſufficit. Excedit enim omnem ſen
ſum humanæ mentis tuum decus, tua
pulchritudo, tua virtꝰ, tua glĩa, tua ma
gnificẽtia, tua maieſtas, & tua caritas.
Sicut ineſtimabilis eſt tuę gloriæ ſplẽ
dor: ita ineffabilis eſt, tuæ caritatis be
nignitas, qua illos quos de nihilo crea
ſti adoptas in filios & tibi coniũgis. O Z
aĩa mea ſi cotidie oporteret nos tormẽ
ta perferre, ſi ipſam gehennã lõgo tẽpo
re tolerare, vt Chriſtũ in gloria ſua vi
dere poſſemꝰ, & ſctĩs eius ſociari: Nõne
erat dignũ pati om̃e qđ triſte eſt, vt tã
ti boni tãteꝗ glorię participes habere
mur? Indeſinẽter igitᷣ dæmones, parent
ſuas tẽtationes: frãgãt corpus ieiunia,
premãt veſtimẽta, labores grauẽt, vigi
lię exſiccẽt, curę excitẽt: clamet me iſte,
inquietet ille, vel ille. frigus īcuruet, cõ
ſciẽtia murmuret, calor vrat, caput do
leat, pectꝰ ardeat: inflẽt ſtomachus, pal
leſcat vultus: infirmer totus: deficiat
in dolore vita mea, & anni mei in ge

Abac.3. mitibus.Ingrediatur putredo in oſſibꝰ
meis & ſubter me ſcateat: vt requieſcã
in die tribulationis: & aſcendam ad po
pulum accinctum noſtrum.

¶De cęleſtis gloriæ excellentia,& eiꝰ
cõtẽplatione & mõ obtinendi eã.VIII.

A DVę tũc erit vniuſcuiuſ-
q; noſtrũ gloria,ꝗ gran-
dis ſanctorũ lętitia,cum
vnaqueq; facies fulgebit
vt ſol:cũ ordinibus diſti
ctis populũ ſuum dñs in
regno patris ſui cœpit recenſere,& me
ritis atq; operibꝰ ſingulorũ pmia pmiſ-
ſa reſtituet:pro terrenis cęleſtia p tem
poralibus ſempiterna, pro modicis ma
gna! Reuera cumulus felicitatis erit:
cũ dñs adducet ſanctos ĩ viſionẽ pater
nę glorię,& faciet in cęleſtibus conſide
re,vt ſit deus oĩa in oĩbus. O felix io
cunditas & iocũda felicitas:ſanctos vi-
dere,cũ ſctis eſſe,& eſſe ſanctũ. Deũ vi
dere,& deũ habere inęternum & vltra.
Hoc ſedula mẽte cogitemus. Hoc deſi-
derio toto deſideremus: cito vt ad eos
B puenire valeamus.Si quęras quomodo
iſtud poteſt fieri,vel quibus meritis,q-
buſve auxiliis:audi.Res iſta poſita eſt ĩ
Matt.11. poteſtate facĩetis,qm regnũ cælorũ vim
patitur. Regnum cælorum o hõ aliud
non quęrit pciũ niſi teipſum. Tanti va
let,quãtum es.Te da, & habebis illud.
Quid turbaris de precio:Chriſtꝰ ſemet
ipſum tradidit:vt acquireret te regnũ
deo patri.Ita tu temetipm da:vt ſis re-
gnum eius ac nõ regnet peccatũ ĩ tuo
mortali corpore,ſed ſpũs in acquiſitio
nẽ vitę.O anima mea reuertamur ad ci
uitatem cæleſtem: in qua ſcripti ſumꝰ
& ciues decreti. Sicut ergo ciues ſãcto
rũ & domeſtici dei,& ſicut hęredes dei
cohęredes autẽ Chriſti:cõſideremus in
clytã noſtræ vrbis felicitatem inquãtũ
cõſiderare poſſibile eſt.Dicamꝰ ergo cũ
Pſal.86. ꝓpheta. O ꝗ glorioſa dicta ſunt de te
ciuitas dei:Sicut lætantium omniũ ha
bitatio eſt in te.Fundaris enim exulta-
tione vniuerſæ terræ. Non eſt in te ſe-
nectꝰ,nec ſenectutis miſeria.Nõ eſt gna
Ephe.4. nus nec claudꝰ,nec gibboſꝰ, neq; defor
mis,dũ oẽs occurrũt in virũ perfectũ,ĩ
menſuram ętatis plenitudinis Chriſti.

Quid hac vita beatius vbi non eſt pau C
ptatis metus,nõ ęgritudinis imbecilli-
tas.Nemo lędit,iraſcit nemo, nemo in
uidet,cupiditas nulla exardeſcit:nullũ
cibi deſideriũ,nulla honoris pulſat aut
poteſtatis ambitio.nullꝰ ibi diaboli me
tus,inſidię dęmonũ nullę.terror gehen
nę pcul:mors nulla neq; corporis, neq;
aię ſed immortalitatis munere iocũda
vita.Nulla erit tunc vſq; diſcordia: ſed
cuncta conſona,cũcta cõuenientia:quia
omniũ ſanctorũ erit vna cõcordia.Pax
cuncta & lętitia continet:trãquilla ſũt
omnia & quieta.Iugis ſplendor,nõ iſte
qui nunc eſt,ſed tanto clarior quãto fe
licior.Quia ciuitas (vt legitur)illa nõ Apo.21.
egebit lumine ſolis,ſed dñs omnipotẽs
illuminabit eã & lucerna eius eſt agnꝰ.
Vbi ſancti fulgebũt vt ſtellæ in ꝑpe- Dañ.12.
tuas æternitates:& ſicut ſplẽdor firma
menti q erudiunt multos.Quapropter
nox ibi nulla,nullę tenebrę, concurſus
nubiũ nullꝰ,nec frigoris ardoriſve aſꝑe
ritas vlla:ſed talis erit rerũ temperies:
quã nec oculꝰ vidit,nec auris audiuit,
nec in cor hominis aſcendit: niſi illorũ
qui ea ꝑfrui digni inueniuntur:quo-
rum nomina ſcripta ſunt in libro vitę.
Verum ſuper hęc oĩa conſociari cho
ris angelorum & archangelorum atq;
omnium cæleſtium virtutum: intue-
ri patriarchas & prophetas:videre apo
ſtolos atq; omnes ſanctos:videre etiam
parẽtes noſtros. Glorioſa ſunt hęc,ſed
multo glorioſiꝰ eſt pſentẽ dei vultum
cernere,icircũſcriptũ lumẽ videre.Sup
excellẽs gloria erit cũ deũ videbimꝰ in
ſeipſo:videbimus & habebimꝰin nobis:
quẽ cernere finis eſt ſine fine.

¶Aĩa cur ſit ſĩlitudine dei pdita, &
ad quãtã ex ea re ſpem & fiduciã aſſur-
gere valeat: & de amoris animę in deũ
meritis. Cap.IX.

D ANima iſignis dei imagie
illuſtris, ſĩlitudinẽ habet
in ſeſe ex deo quo admo-
neat ſemp aut ſtare cum
eo,aut redire ſi mota cũ
ſuis affectibꝰ imo defecti
bus fuerit.Et nõ ſolũ habet vñ reſpira-
re ĩ ſpem venię qat p ſpem miæ:ſed vn-
de ẽt audeat aſpirare ad nuptias verbi



& cũ deo inire fœdus ſocietatis atq; cũ
rege angelorũ ducere ſuaue iugũ amo
ris.Hæc omnia facit amor ſi anima ex-
hibeat ſe ſimilem deo per volũtatẽ, cui
ſimilis eſt per naturã:diligens ſicut di-
Amoris lecta eſt.Solus eſt amor ex omnibꝰ ani-
pſtantia mæ motibus,ſenſibus atq; affectibus,in
quo poteſt creatura, & ſi non ex æquo
reſpõdere actori:vel de ſimili mutuam
rependere vicem.Amor vbi venerit cæ
teros omnes in ſe traducit & captiuat
affectus.Amor per ſe ſufficit,per ſe pla-
cet,& propter ſe.Ipſe eſt meritũ,ipſe p-
mium,ipſe cauſa,ipſe fructus, ipe vſus.
Per amorem coniungimur deo. Amor
facit idem velle,& idem nolle:amor fa-
cit prius mores componere:& poſtmo-
dum omnia quæ aſſunt tanq̃ nõ aſſint
conſiderare:tertio vero loco mũda cor
dis acie ſuperna & interna conſpicere.
Per amorem primũ in ſeculo bene gerũ
tur honeſta, poſtmodũ etiã honeſta ſe-
culi deſpiciunt,ad extremũ etiã dei in
Caritas tima conſpiciũtur. Deus pater caritas
eſt,deus filius caritas eſt, ſpiritus ſctũs
amor patris & filii eſt hæc caritas &
hæc caritas aliquid ſimile requirit ĩ no
bis,ſcilicet caritatem qua velut quadã
affinitate cõſanguinitatis ei ſociemur,
& coniungamur. Amor dignitatis ne-
ſcius reuerentiam neſcit.Qui amat per
ſeipſum fiducialiter accedit ad deum,
familiariter loquitur ei,nihil timẽs, ni
hil hęſitans.Perdit qđ viuit q deũ non
diligit. Qui aũt diligit oculos ſuos ſẽ-
per habet ad deũ quẽ diligit,quem deſi
derat:in quo meditat̃, in quo delectat̃,
E in quo paſcitur,& impinguatur.Iſte ta
lis ſic deuotus ita cantat,ita legit,& in
oĩbus operibꝰ ſuis ſic eſt puidus & cir-
cũſpectus:quaſi deus aſſit præſens ante
oculos eius,ſicut reuera adeſt. Ita orat
quaſi ſit aſſumptus & pſentatꝰ ante fa-
Dañ.7. ciẽ maieſtatis in excelſo throno,vbi mi
lia milium miniſtrant ei:& decies cen-
tena milia aſſiſtunt ei.Animam quã vi
ſitat amor expgefacit dormiẽtẽ,mouet
& emollit eã & vulnerat cor eius: tene
broſa illuminat,clauſa reſerat,frigida ĩ
flammat,mẽtẽ aſperã & iraſcibilẽ,& im
patiẽtẽ mitigat,vitia fugat,carnales af
fectꝰ cõprimit,mores emẽdat,reformat

& innouat ſpũm:lubricę ætatis motus
actuſq; leues coercet. Hęc omnia facit
amor cũ pręſens eſt:cũ vero abſceſſerit
ita incipit aĩa iacere languida,ac ſi ca-
cabo bullienti ſubtraxeris ignẽ.Magna
res eſt amor:quo anima per ſemetipſam
fiducialiter accedit ad deũ,deo conſtan
ter inhæret,deum familiariter percun-
ctatur:conſultatq; de omni re. Aĩa quę
amat,nihil aliud poteſt cogitare, nihil
loqui:cętera contemnit, oĩa faſtidit,qc
quid meditatur,quicquid loquit̃ amo-
rẽ ſapit,amorẽ redolet: ita eã amor dei
ſibi vẽdicauit.Qui vult habere noticiã F
dei,amet.Fruſtra accedit ad legendum
ad meditandum,ad orandũ,q nõ amat.
Amor dei amorem animę parit & eã ĩ-
tẽdere ſibi facit: amat deus vt ametur.
Cũ amat nihil aliud vult ꝗ amari ſciẽs
amore ipſo beatos q ſe amauerint. Ani
ma amans cunctis renunciat ſuis affe-
ctionibus,& tota ſoli incumbit amori:
vt poſſit reſpondere amori in redhibẽ-
do amore : & cum tota infuderit ſe in
amorem,quantũ eſt ad fontis perennis
pfluuium! Non pari vbertate currunt
amor & amans: deus & anima,creator
& creatura:tamen ſi ex toto ſe deũ dili
git nihil deeſt vbi totũ eſt. Nõ timeat
anima quæ amat:paueat quę nõ amat.
Anima amans fertur votis,trahitur de
ſideriis: diſſimulat merita, maieſtati
oculos aperit: claudit voluptati. Po-
nens in ſalutari & fiducialiter agẽs in
eo. Amore anima ſecedit: & excedit a
corporeis ſenſibus vt ſeſe nõ ſentiat ꝗ
deum ſentit:hoc fit cum mẽs ineffabi-
li dei illecta dulcedie quodãmodo ſe ſi
bi furatur: imo rapitur atq; elabitur a
ſeipſa vt deo fruatur ad iocũditatem.
Nihil tam iocundum niſi eſſet tam mo
dicum.Amor dat familiaritatẽ dei.Fa-
miliaritas auſum,auſus guſtũ, guſtꝰ fa
mem. Aĩa quam tangit amor dei,nihil
aliud põt cogitare,nihil deſiderare: fre
quẽter ſuſpirat dicẽs.Sicut ceruus de- Pſal.41.
ſiderat ad fontes aquarũ, ita deſiderat
anima mea ad te deus.Deus amore ve-
nit ad hoĩes, venit in hoĩes,factꝰ eſt ho
mo.Amore deus inuiſibilis ſeruis ſuis
factus eſt ſimilis:Amore vulneratus eſt
propter delicta noſtra.

¶De requie tuta & firma in vul-
neribus,viſceribus,& morte Chri
ſti q̃ ab omnibus protegũt malis
& inſidiis. Cap.X.

G TVta & firma reqes eſt
inſirmis & pccatoribꝰ
in vulneribus ſaluato-
ris. Securus illic habi-
to:patẽt.n.mihi viſce-
ra per vulnera.Quicqd
ex me mihi deeſt, vſurpo mihi ex viſce
ribus domini mei: quoniam miſericor-
dia affluunt nec deſunt foramina p quę
effluant. Per foramina corpis patet mi
hi arcanum cordis,patet magnum pie
Luc.1. tatis ſacramentũ,patent viſcera miſeri
cordiæ dei noſtri in qbus viſitauit nos
oriẽs ex alto.Vulnera Chriſti Ieſu ple-
na ſunt miſericordia,plena pietate, ple
na dulcedine & caritate. Foderunt ma
nus eius & pedes: & latus lãcea forauе
Pſal.33. runt. Per has rimas licet mihi guſtare,
quoniã ſuauis eſt dominus meus:quo-
niam reuera ſuauis ac mitis & mltę mi
ſericordię omnibus inuocantibus eum
in veritate , omnibus inquirentibus &
Pſal.129. maxime diligentibꝰ. Copioſa redẽptio
data eſt nobis:in vulneribus ſaluatoris
noſtri.Magna mltitudo dulcedinis gra
tiæ plenitudo & perfectio virtutũ. Cũ
me pulſat aliqua turpis cogitatio : re-
curro ad vulnera Chriſti. Cum me pre
mit caro mea,recordatiõe vulnerũ do-
mini mei reſurgo.Cum diabolus parat
inſidias mihi:fugio ad viſcera dñi mei
& recedit a me . Si ardor libidinis mo-
ueat membra mea: recordatione vulne
rum filii dei extinguitur.In omnibꝰ ad
uerſitatibus non inueni tam efficax re
medium q̃ vulnera Chriſti. In illis dor
H mio ſecurus & reqeſco intrepidꝰ. Chri
Mors Chriſti. ſtus mortuus eſt pro nobis. Nihil tam
eſt ad mortem qđ morte Chriſti nobis
non ſoluatur.Tota ſpes mea eſt in mor
te dñi mei.Mors eius meritũ meũ:refu
gium meum , ſalus vita & reſurrectio
mea. Meritũ meum,miſeratio domini.
Non ſum meriti inops,q̃diu ille miſe-
rationum oblitus non fuerit.Et ſi miſe
ricordiæ domini multę:multꝰ ego ſum
in meritis. Quanto ille potẽtior ad ſal
uandũ:tanto ego ſecurior. Peccaui pec
catum grande & multorum ſum mihi
cõſcius delictorum.Nec ſic deſpero,qm̃ Roma.5
vbi abundauerunt delicta:ſuperabũda-
uit & gratia.Qui deſperat de venia pec
catorum ſuorum:negat deum eſſe mi-
ſericordem. Magnam iniuriam deo fa-
cit:qui de eiꝰ miſericordia diffidit.Quã
tum ĩ ſe eſt negat eũ habere caritatem
veritatem poteſtatẽ in quibꝰ tota ſpes
mea cõſiſtit ſcilicet ĩ caritate adoptio-
nis,in veritate promiſſionis,in poteſta
te reddi[illegible]õnis. Murmuret iam quantũ
voluerit inſipiens cogitatio mea dicẽs.
Quis enim es tu aut quanta eſt gloria
illa,quibuſve meritis illã obtinere ſpe-
ras:& ego fidutialiter reſpondeo. Scio
cui credidi quia in caritate nimia ado-
ptauit me in filiũ: quia verax eſt in p-
miſſione,potens in exhibitione:& licet
ei facere qđ vult . Non poſſum terreri
multitudine peccatorum:ſi mors domi
ni in mentem venerit:quoniam pecca-
ta mea illum vincere non poſſunt. Cla
ui & lancea clamant mihi ꝙ vere recõ
ciliatus ſim Chriſto,ſi eũ amauero.Lõ-
ginus aperuit mihi latus Chriſti lãcea,
& ego intraui:& ibi requieſco ſecurus.
Qui timet amet,qm̃ perfecta caritas fo 1.Ioã.4.
ras mittit timorẽ.Nullũ tam potẽs eſt
& tã efficax cõtra ardorẽ libidinis me-
dicamentum q̃ mors redemptoris mei.
Extendit brachia ſua in cruce:& expan
dit manus ſuas in cruce paratus in am
plexus peccatorum.Inter brachia ſalua
toris mei &viuere volo & mori cupio.
Ibi ſecurus decantabo.Exaltabo te dñe Pſal.29.
qm̃ ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimi-
cos meos ſuper me.Saluator noſter ca-
put ĩclinauit in morte:vt oſcula daret
dilectis ſuis. Totiens dñm oſculamur,
quotiẽs in eius amore compũgimur.

¶Excitatur aĩa ad amãdũ Chriſtũ
& ſe illi conformandam, per amo
rem. Cap.XI.

QAnima mea inſignita I
dei imagine , redẽpta
Chriſti ſãguine,deſpõ
ſata fide,dotata ſpiri-
tu,ornata virtutibus,
deputata cum angelis
dilige illum a quo tãtopere dilecta es.
Intende illi:qui intendit tibi.Quęre q̃-



rentem te. Ama amorẽ tuũ a quo ama
ris,cuius amore pręuẽta es:qui eſt cau
ſa amoris tui.Ipſe eſt meritũ, ipſe eſt p̃
mium:ipſe fructus,ipſe vſus,ipſe finis.
Eſto ſollicita cũ ſollicito: cũ vacãte va
cans:cũ mundo mũda: & cũ ſancto ſan
cta.Qualẽ te parauеris deo: talis opor
tet appareat tibi deus. Suauis & mitis
& multę miſericordię:ſuaues & dulces
& humiles & miſericordes requirit.
Pſal.39. Ama illũ qui eduxit te de lacu miſerię
& de luto fecis. Elige illũ amicũ tuum
pręomnibus amicis tuis:qui cũ omnia
ſubtracta fuerint, ſolus tibi fidem ſer-
uabit.In die ſepulturæ tuę cũ oẽs ami
ci tui recedent a te: ille te non derelin
quet:ſed tuebit̃ a rugientibus,prępara
tis ad eſcam: & conducet per ignotam
regionẽ:atq; perducet ad plateas ſuper
nę Sion: & ibi collocabit cũ angelis an
te faciem maieſtatis. vbi audies melos
angelicũ:Ibi eñ eſt cãticũ lætitię:Vox
exultationis & ſalutis : gratiarũ actio,
vox laudis atq; alleluia ppetuũ . Ibi eſt
cumulus felicitatis ſupereminẽs glo-
ria,ſuperabundans lętitia, & omnia bo
na.O anima mea ſuſpira ardẽter, deſi-
dera vehementer vt poſſis puenire in
Pſal.86. illã ciuitatẽ ſupnã:de qua tam glorio-
Ibidem. ſa dicta ſunt:in qua ſicut lętantiũ oĩm
habitatio eſt. Amore potes aſcendere:
amanti nihil eſt difficile,nihil impoſſi
bile.Anima quę amat aſcendit frequẽ-
ter & currit familiariter per plateas cę
leſtis Hieruſalẽ:viſitando illos patriar
chas & prophetas,ſalutãdo apoſtolos,
admirando exercitus martyrũ & con-
feſſorũ choros virginũ ſpeculando.Cæ
lum & terra & omnia quę in eis ſunt:
non ceſſant mihi dicere vt amem deũ
K meũ . Quid aũt amo cũ deũ meũ amo?
Non ſpeciẽ corporis: nõ decus tẽporis
nec cãdorẽ lucis iſtis oculis amicũ: nõ
dulces melodias ſuauiũ cantilenarum
non florum & vnguẽtorum & aroma-
tum ſuaue olentia:non mãna & mella,
non mẽbra acceptabilia carnis ample-
xibus. Nõ hęc amo cum amo deũ meũ
& tamẽ amo quandã lucem & quandã
vocem,quendam odorẽ,& quẽdã cibũ,
& quẽdã amplexũ interioris hominis.
Vbi fulget animę meę qđ non capit lo
cus:& vbi ſonat qđ non rapit tempus:
& vbi olet qđ non ſpargit flatus:& vbi
ſapit qđ nõ minuit edacitas: & vbi hæ
ret qđ non diuellit ſatietas:hoc eſt qđ
amo cũ deũ meũ amo.Amo quandã lu
cem,vocem,odorem, cibũ amplexũ. Et
quid hoc eſt?Interrogaui terrã : & di-
xit non ſum.Et q̃cũq; in ea ſunt idẽ cõ
feſſa ſunt.Interrogaui mare & abyſſos
& reptilia animarũ viuarũ & reſpõde
runt non ſumus deus tuus q̃re ſupra
nos.Interrogaui cęlũ,ſolẽ,lunã,& ſtel-
las:neq; nos ſumus deus quẽ quęris in
quiunt.Et dixi omnibus his quę circũ
ſtant fores carnis meę. Dicite mihi de
deo meo qđ vos non eſtis: dicite mihi
de eo aliquid & exclamauerunt voce
magna:ipſe fecit nos . Et direxi me ad Pſal.99.
me, & inueni te in memoria mea deus
meus : quoniã dignatus es habitare in
ea:ex quo te didici, & in ea te inuenio
cũ reminiſcor tui,& delector in te.

¶De vitę noſtræ reparatione per mor
tẽ Chriſti: & de laude Caritatis, ac de
latitudine eius. Cap.XII.

REs vetus erat vt ho L
mo moreretur. res
noua facta eſt:vt de
us moreretur qua-
tinꝰ mortis ſuę no-
uitate diſſolueret
mortis noſtrę vetu
ſtatem:& per crucis irriſionẽ carnis no
ſtrę perimeret corruptionẽ.Cõtra mor
tis noſtrę vetuſtatem attulit vitæ no-
ſtrę nouitatẽ:cõtra vetus peccatum at
tulit nouũ mandatũ, ſcilicet caritatẽ.
¶Extingue cupiditatẽ ſi vis amplecti Caritatis laus.
caritatem. Sicut eñ radix oĩm malorũ
eſt cupiditas: ita radix bonorum cari-
tas.Plenitudo legis caritas finis pręce
pti eſt caritas.Totam magnitudinẽ di
uinorũ eloquiorũ ſecura poſſidet cari
tas:qua deũ & proximũ diligimus . In
his duobus præceptis tota lex pendet Matt.22.
& prophetę . Si non vacat oẽs paginas
ſanctas perſcrutari, oĩa inuolucra ſer-
monũ euoluere, oĩa ſcripturarum ſe
creta penetrare:tene caritatem: vbi pẽ
dent omnia.Ita tenebis qđ ibi didiciſti
tenebis etiã qđ nondũ didiciſti.Ille nã
ꝙ tenet:qđ patet & qđ latet in diuinis

ſermonibus:qui caritatẽ ſeruat in mo⸗
1.Cor.13. ribus.Caritas non eſt ſi patiens & beni
gna non eſt. Caritas nõ eſt ſi æmulat̃,ſi
agit perꝑeram,ſi inflatur:ſi quęrit quæ
ſua ſunt.Caritas nõ eſt ſi irritat̃, ſi co⸗
gitat mala,ſi gaudet ſuꝑ iniqtate:ſi nõ
gaudet de veritate.Caritas oĩa tolerat
omnia credit,oĩa ſperat,oĩa ſuffert. Ca
ritas nunq̃ excidit . Sic probare poteſt
ſi caritatem habes.Sine caritate diues,
pauꝑer eſt:& in ea pauꝑer,diues. Cari⸗
tas in duris paſſionibꝰ eſt fortis:in bo⸗
nis oꝑeribus hilaris:in tentationibꝰtu
tiſſima:in hoſpitalitate latiſſima.Inter
veros fratres lętiſſima:inter falſos pa⸗
M tientiſſima.Summa apoſtolicæ doctri⸗
Roma.13 næ hæc eſt:vt nemini quicq̃ debeamus
niſi vt inuicẽ diligamus.Caritas ſic cõ
plectatur oẽs amicos vt dilatetur vſq
ad inimicos.Amicis ſe volentibus red
dat,inimicis ſe nolẽtibus ingerat.Iſtos
teneat,illos acquirat. Illos oblectet,vt
ex amicis non efficiantur inimici: illos
inuitet,vt fiant ex inimicis amici.Dñs
etiã vſq ad inimicos caritatẽ iubet ex
Matt.5. tendi dicẽs.Diligite inimicos veſtros:
benefacite iis qui oderunt vos: & ora⸗
te pro perſequẽtibus & calumniantibꝰ
vos. Dic dñe quã mercedem dabis no⸗
bis ſi diligamus inimicos noſtros:vt ſi
Ibidem. tis inqt filii patris veſtri q in cælis eſt.
Si amarũ videtur qđ audiẽti iubetur:
ſit dulce qđ obœdiẽti promittit̃. Qui
diligunt inimicos ſuos & benefaciunt
Roma.8 eis qui ſe oderunt:filii dei erunt.Si fi⸗
lii & hęredes:hęredes quidẽ dei,cohæ⸗
redes aũt Chriſti.Audite igit̃ chriſtia⸗
ni,audite filii dei,& cohęredesChriſti:
vt paternã poſſideatis hęreditatẽ non
ſolum amicis,ſed etiam inimicis impẽ
dite caritatem. Nulli caritas negetur:
quę ab omnibus bonis cõmuniter poſ⸗
ſidetur.Oẽs eam ſimul habete:& vt eã
magis habeatis, & bonis eam & malis
impẽdite.Caritas dei,deus eſt: quoniã
caritas dei diffuſa eſt in cordibus no⸗
ſtris per ſpiritũ ſanctũ qui datꝰ eſt no⸗
bis.Caritas quanto magis multiplica⸗
tur,tanto largius a deo erogatur. Dũ
redditur caritas,diteſcit redditor cari
tatis.Caritas inimicos vocat ad cõcor
diam.Caritas delectatur illatam iniu⸗
riam condonare.Et quis poteſt carita⸗
tis pręconium congruis ſermonibꝰ ex
plicare?quæ nec in cęlis eſt ſola: nec in
terra remanet deſtituta.In terra habet
contuberniũ amicorum: in cælo cõſor
tium poſſidet angelorum . Laborat in
mundo:requieſcit in deo.

¶De interioris hominis cuſtodia
habenda per virtutes cardinales:
& de timore nuncio mortis, & re
ſpõſis eiꝰ,de diaboli inſultu & de
inferni cruciatu: Item cõſiliũ vir
tutũ ad euadenda inferni mala.
Cap.XIII.

AD inſinuandã interio⸗ N
ris hominis cuſtodiã:
dominus Ieſus talẽ ſi⸗
militudinẽ ponit.Hoc Luc.xii.
autẽ ſcitote qm̃ ſi ſci⸗
ret paterfamilias qua
hora fur veniret, vigilaret vtiq & nõ
ſineret perfodi domũ ſuã.Pater iſte fa⸗
milias animus poteſt intelligi:cuiꝰ fa⸗
milia ſint cogitationes & motus earũ:
ſenſus quoq & actiões tam exteriores
q̃ interiores.Quę familia laſciuiens ni
mis & ꝑtulans erit, niſi eiuſdẽ patris
vigore coercita & diſpoſita fuerit. Nã
ſi vel parũ a ſua ſollicitudine torpue⸗
rit,quis poteſt dicere quomodo per co
gitationes,oculi,lingua,aures, & cæte
ra organa inſoleſcant?Domus eſt con⸗
ſcientia;in qua pater iſte habitans the
ſauros virtutũ congregat:ꝓpter quos
ne domus effodiatur, ſummoꝑere vigi
lat.Fur aũt nõ vnus eſt ſed multiplex:
quia ſingulis virtutibus ſingula vitia
inſidiantur. Principalis tamen fur dia
bolus intelligitur. Contra quẽ & eius
ſatellites pater idem (ſi tamen non ne
gligens fuerit) domũ ſuam forti cuſto
dia muniẽs, prudentiã in primo aditu
conſtituat quæ diſcernat quid ſit ad⸗
mittendũ,quid vitandũ,qd excludẽdũ.
Secus hãc fortitudo locetur, vt hoſtes
quos prudentia venire nũciauerit re⸗
ꝑellat . Iuſtitia ſedeat in medio vt ſua
cuiq tribuat.Et qa qua hora fur ſit vẽ
turus neſcit:omĩ hora timeat̃:& ne ſo
mnus ꝑeccati ſubrepat,aſſidue vigilan
dũ eſt. His ita diſpoſitis ĩtroducere de O
bet prudentia aliquos nũcios q aliqua



narrẽt,quę ad exercitationem valeant.
Nũcius Itaq nũcius mortis ingreſſum poſtu⸗
mortis. lans:admittit̃. Qui rogatus vt dicat q
ſit,vnde veniat, qd viderit: ſe reſpõdit
non aliter quicq̃ dicturũ,niſi ſummũ ſi
at ſilentiũ . Quo imꝑetrato ſic incipit.
Ego ſum timor mortis:& mortẽ vobis
venire nũcio.Prudentia loquit̃ ꝓ omni
bus, & interrogat ſic dicens . Vbi eſt
mors? MEMORIA mortis. Scio quia
non tardat venire,& prope eſt. Sed diẽ
& horã aduẽtus eius ego neſcio.PRV
dentia.Et qui veniunt cũ illa? MEMO
ria. Mille dęmones ferentes ſecũ libros
grandes & vncos ferreos:& igneas ca⸗
thenas.PRVdentia: quid prætendunt
his omnibus?MEMOria.In libris ſcri⸗
pta ſunt omnia ꝑeccata hominũ:& quo
rũ ibidẽ ꝑeccata ſcripta ſunt, illos ſui
eſſe dicunt iuris. Vncos ferũt vt quos
ſui eſſe iuris conuicerint,eorũ animas
violenter extrahãt & ligatas cathenis
in infernũ ꝑertrahãt.PRVdentia. Qua
P lis eſt infernus? vel qd vidiſti in eo.ME
Infernꝰ. MOria.Infernus latus eſt ſine mẽſura:
profundus ſine fundo, plenꝰ ardore in
cõparabili,plenus fœtore intolerabili,
plenus dolore innumerabili . Ibi miſe⸗
ria ibi tenebrę,ibi ordo nullus, ibi hor
ror æternus, ibi nulla ſpes boni : nulla
deſꝑeratio mali. Oĩs qui eſt in eo odit
ſe:& omnes alios.Ibi vidi omnia gene⸗
ra tormentorũ: quorũ minimũ eſt ma⸗
ius omnibus his tormentis quęcũq in
hoc ſeculo fieri poſſunt.Ibi eſt fletus &
†nimiũ ſtridor dentiũ: ibi trãſitur a frigore ni
uiũ ad calorem †igniũ:& vtrũq intole
Eſa.vlt. rabile.Ibi oẽs cõburuntur & vermibus
corrodũtur,nec conſumũtur . Vermis
quorũ non morit̃,& ignis nõ extingui
tur.Nulla ibi vox,niſi vęh veh,vęh ha
bẽt,væh ſonãt: tortores diabolici tor⸗
quẽt pariter & torquent̃:& eorũ nunq̃
finis erit aut remediũ . Talis eſt infer⸗
nus & millies ꝑeior:& hęc vidi in infer
no,& milies ꝑeiora.PRVdentia.Deꝰqd
faciemus? Nũc fratres audite cõſilium
2.Cor.8. meũ:& date veſtrũ.Eſtote fideles,pru⸗
dẽtes & vigilate in orationibus:proui
dentes bona nõ tm̃ corã deo,Sed etiam
coram hominibus.TEMꝑerantia. Præ⸗
1.Petr.5. occupemus faciẽ eius &c.Sobrii eſtote
& vigilate &c.FORtitudo. Cui reſiſti
te fortes in fide.Confortamini in dño:
induite vos armaturã dei.loricã iuſti⸗
tię,ſcutũ fidei, galeã ſalutis. Aſſumite
& gladiũ ſpiritꝰ qđ eſt verbum dei.IV
ſtitia.Sobrie & iuſte & pie viuamꝰ. So
brie in nobis. Iuſte ad proximũ, pie ad
deũ. Et qđ nobis fieri nolumꝰ, aliis nõ
faciamus.hoc enim iuſtum eſt.

¶De ſecundo nũcio qui eſt amor & de
ſideriũ ęternę vitę,& de gaudiis & in⸗
colis cęli ꝑ eũ enũciatis. Cap.XIIII.

PRVDENTIA loquitur.

ALius nũcius venit pul⸗ Q
cher & hilaris qui vi⸗
detur afferre bona.IV
ſtitia: admittat̃ forſitã
nos lętificabit : nã iſte
prior terruit nos.PRu
dentia admittã.Ingredere & qui ſis,vn
de venias,qdvideris edicito.NVNciꝰ.
Ego ſum amor vitę ęternę,& deſideriũ
cæleſtis patrię.Si me vultis audire,ſilẽ
tium & quietẽ habete: nõ eñ inter cla
mores & tumultꝰaudiri poſſum.IVſti
tia . Si nos dũ timor & memoria mor⸗
tis loqueret̃ tacuimꝰ: iuſtũ eſt vt te lo
quẽte multo magis taceamꝰ. DESIde
rium vitę ęternę. Tacete ergo.Vidi ta
lia:quę nullus hoĩm poteſt digne loq.
Dicã tamẽ aliquid prout potero.Vidi
deũ ſed ꝑ ſꝑeculũ & in ęnigmate. Cõtẽ
platus illã ineffabilem indiuiduę trini
tatis maieſtatem:initio fineq carentẽ.
Sed quia lucẽ habitat inacceſſibilẽ ab
ipſa luce reuerberati ſunt oculi mei:&
intuitꝰ obtuſus. Exuꝑerat eñ oẽm ſen
ſum,oẽmqintuitũ illa claritas,illa pul
chritudo. Aliquãtiſper tamẽ intuitus
ſum dñm Ieſum Chriſtũ in dextera pa
tris ſedentẽ,in ęterna vita regnantem,
q̃uis ſuper oẽm creaturã a deo ſꝑecio⸗
ſum:vt in eũ deſiderent angeli proſpi⸗
cere.Ad hęc tamen vulnera paſſionis q
bus nos redemit in corpore ſuo haben
tem patri pro nobis aſſiſtentem. Vidi
iuxta ipſum glorioſam matrem eiꝰ cũ
omni honore & reuerentia in throno
mirabili ſedentem, ſuper omnes ordi⸗
nes beatorum angelorum & hominũ
exaltatam, ſuum filium pro nobis in⸗
terꝑellantẽ:& eius cui vult miſerentẽ.

R Sed hãc admirabilẽ claritatẽ matris &
fílii diu ferre non ſuſtinẽs,cõuerti aſpe
Angeli. ctũ meũ ad illos bearorũ ſpirituũ ordi
nes,qui ante deũ aſſiſtunt: quorũ ſem-
piterna beatitudo de viſione dei & a-
more,nec minuit̃,nec finitur,ſed ſemp
creſcit & ꝑmanet. Sed nec iſtorũ qdẽ
gradus & dignitates laudes quoqꝫ q̃s
creatori referunt:vllus hominũ cogita
mit vero ĩ nõ cõgruo tẽpore q dormit
in die. i. qui delectatur in mũdana pro
ſperitate. Hic eñ ſomnus quãto magis
placet, tãto magis infirmo nocet.

¶De ſexto modo. Cap. XV.

SExt⁹ modus eſt ſuaui D
tas ſpũs vel anguſtia
ſpũs. Suauitas ſpũs. i.
interioris hoĩs, eſt ſer
mo cõſolatorius vt cũ
lenitate peccantẽ cor-
ripiat & emẽdet. Anguſtia vero ſpirit⁹
eſt ſermo durus, de quo dicitꝛ. Vos au- Eze. 34.
tem cum auſteritate imperabatis eis,
& cum potentia.

¶De ſeptimo modo. Cap. XVI.

SEptimus modus eſt æ E
qualitas pulſus, natu-
rali ſimilãtis. Vel inę-
qualitas pulſus: vt mõ
ſit magnus, mõ paru⁹,
modo fortis, modo de
bilis. Arterię pcedũt a corde: ęqualitas
pulſus in arteriis eſt idẽtitas vitę, pro-
cedẽs ex affectu cordis. Cũ aũt mẽs in
cõtrariũ vertitur, tũc per diuerſos mo
tus inæqualitas mentis deſignat peri-
culum mortis.

¶De octauo modo. Cap. XVII.

OCtau⁹ modus eſt forti F
tudo virtutis in loco
decoctionis: vel debili
tas virtutis ĩ loco de-
coctionis. Prim⁹ deco-
ctionis locus eſt ſtoma
ch⁹, hepar ſcđs, cętera mẽbra terti⁹. Cũ
aũt cib⁹ aĩę decoquitꝛ in ſtomacho me-



morię p recordationẽ, in calore hepatis
p dilectionẽ, ĩ cæteris mẽbris p opatio-
nem: tunc fortitudo virtutis eſt in lo-
co decoctionis. Si vero ſequitur debili-
tas virtutis, ſignum eſt mortis.

De nono modo. Cap. XVIII.

G NOnus modus eſt. Lau-
dabilis, vel vituperabi-
lis purgatio p ſudorẽ.
Sicut eñ in quolibet ĩ-
firmo aperiũtur carnis
pori, vt per ſudorẽ fiat
purgatio morbi: ſic per cõfeſſionem pec
cati fit laudabilis purgatio animi. Lau
datur etiam ſudor mediocris ſi habeatꝛ
in oĩbus mẽbris. Cũ vero ſudor a toto
manat corpore, omniũ membroꝝ forti
tudinẽ (qđ eſt ſignum boni) deſignat.
Similiter oportet vt ſudor confeſſiõis
fiat de peccato cuiuſlibet operationis.
Sed cum ſudor fit tñ in quadã corpo-
ris parte, velut in capite, id cõtingit ex
membrorũ debilitate. Moraliter autẽ p
ægrũ intelligimus animũ: per caput in
tentionem, Per reliquum corpus, actio-
num ſequentium diſtributionẽ. Per ſu-
dorẽ confeſſionem. Cum igitur aliquis
intẽtionem ſuam laudat: & hoc qđ ma
le geſſit, ſibi conſcius excuſat, creditur
vituperabilis eſſe huius purgatio ſudo
ris: quia ſudor confeſſionis poros non
aperit, quos excuſatio clauſos per obſti
nationem ſtringit.

De dolore capitis. Ca. XIX.

H CApud meum doleo, di
4. Re. 4. xit puer patri ſuo. Cũ
autẽ caput ſit pricipa
le mẽbrum hominis: p
ipſum ſignificatꝛ opus
principale mentis: do-
lor vero capitis eſt appetitus mundanę
felicitatis. Quę ideo dolor eſſe dicitur:
quia quæritur cum labore: poſſidetꝛ cũ
timore: amittetur cũ mœrore. Per pue
rũ intelligimus puritatẽ cuiuſlibet pœ
nitentis aĩę. Puer igitur caput ſuũ do-
let: cũ puritas animę de tranſgreſſione
mentis pœnitet. Sed pdict⁹ puer bis ca
put ſuũ doluit, dũ puritas aĩæ de dele-
Pſal. 7. ctatione & conſenſu peccati fleuit. Con
uertetꝛ dolor eius (inquit Dauid) in ca
I put eius. Dolor itẽ capitis eſt morb⁹ ni
mię cupiditatis. Qui dolor in caput cõ
uertitꝛ qñ mẽs deſiderio rerũ tẽporaliũ
anxie cruciatꝛ. Ecce (inquit) parturit in Pſal. 7.
iuſtitiam, cõcepit dolorem: & peperit ĩi
quitatẽ. Concepit dolorẽ mali deſiderii
in cogitatione: parturit ĩiuſtitiã circũ-
ueniendo fratrẽ in locutione male poſ-
ſidendo: peperit iniquitatẽ in operatio-
ne. Hic autem dolor aliqñ naſcitꝛ ex ca-
lore, aliqñ ex tumore. Calor eſt nimiæ
cupiditatis ardor. vt igitur ſanus fias,
morbi materiã ſubtrahere nõ omittas.
Diſperſit (inquit) dedit pauperibus: iu- Pſal. cxi.
ſtitia eius manet in ſeculum ſeculi &c.
Qui pauperibus tribuit nullius tẽpora
lis cõmodi retributionẽ quęrit. Si igi-
tur largiendo quę poſſides, contẽpſeris
mundum: anxię cupiditatis minues ap
petitũ. Nec tãtũ materiã morbi ſubtra N
hes, ſed etiã oleo roſaceo caput vnges:
huiuſmodi ſiquidẽ oleũ frigidę naturę
dicitꝛ eſſe. Roſaceũ vero oleũ eſt cruor
martyrũ. Dũ eñ paſſiones ſanctorũ le-
gis: oleo roſaceo caput vngis. Sed ante
q̃ oleũ infundas oportet caput radere,
id eſt ſuperflua reſecare, & ſic faciens ſi
mul materiã morbi deſtruis, & fomen-
to frigidi olei feruorem calorum pmis.
Fuge igitur ęſtũ carnis: quęre vmbram
diuinę protectionis. Roga ſummũ me-
dicũ & dic. Domine dñe virtus ſalutis Pſal. 139.
meę: obumbraſti ſuper caput meũ ĩ die
belli. Ne tradas me a deſiderio meo pec
catori &c. Repetitio nominis affectum
ſuſcitat pietatis. Virtus inquit ſalutis
meę. Ipſe eñ cuilibet homini, dat vires Pſal. 45.
ſaluandi. Ipſe enim eſt refugium & vir L
tus adiutor in tribulationibus quę in-
uenerunt nos nimis. Obumbraſti ſuper
caput meum in die belli. Dies belli eſt
proſperitas mundi. Quæ dies belli eſſe
dicitur: quia caro aduerſus ſpũm ĩ eo
cottidie pugnat & multotiens alter ab
altero ſuperatꝛ. Calor diei eſt calor ma-
li deſiderii. Superponit igitur capiti. i.
menti ſummus medicus vmbram. i. pa
tientiæ perſeuerantis ſuſtinentiam: ne
nimius calor mali deſiderii mẽtem gra
uet: ne a deſiderio ſuo iuſtũ peccatori
conformet. ¶Dolor etiam capitis ex tu M
more naſcitur: quotiens ex abundantia
boni operis animus gloriatur. Tumor

Pſal.82. ſiquidẽ capitis eſt elatio mentis.Et qui
oderunt te extulerunt caput.Extollen
tia capitis,eſt ſupbia mentis. Qui ode-
rũt te inquit, qui odiũt non obœdiũt.
Qui autem diligit,libẽs obœdit. Vnde
Ioan.14. dñs.Si quis,inquit,diligit me ſermonẽ
Gregor. meũ ſeruabit.Exhibitio aũt operis indi
N ciũ eſt dilectiõis.Oportet aũt oleo vio-
laceo caput vngere, vt poſſis calorẽ tu
moris mitigare.Viola eſt humilis hęr-
ba,q̃ dũ de terra naſcitur,non procul a
O terra ꝓceritate ſeparat̃. Oleum igitur
humilitatis ſedabit ſuperbiã mẽtis.Ca-
ue tñ ne oleũ peccatoris impinguet ca
put tuũ.Oleũ peccatoris eſt blandimen
tũ adulationis.Hoc aũt tumorẽ capitis
P nõ deſtruit ſed auget & nutrit. Vt au
tẽ ad plenũ ſanare poſſis tumoris mor
bum:habe tecũ Salomonis oleũ.Ait.n.
Eccl'ſ.9. Oleum de capite tuo non deficiat. Vn
de Gregorius.Non deficiat oleũ de ca-
pite.i.caritas de mente.

¶De dolore verticis. Cap.XX.

Q Onuertet̃ dolor eiꝰ in
Pſal.7. caput eius:& in verti-
cẽ ipſius iniquitas eiꝰ
deſcẽdet. Superius di-
ximus caput iterioris
hoĩs eſſe mẽtẽ: nũc au
tẽ verticẽ capitis poſſumꝰ appellare mẽ
tis rationẽ. Sicut eñ vertex capitis in
dextram & ſiniſtrã partem capillos di-
uidit:ſic ratio mẽtis bonas & malas co
gitationes diſcernit.In verticẽ hoĩs ĩi-
quitas deſcendit,dũ malitia peccati ra
R tionẽ ſibi ſubiectã premit.Sed hęc infir
mitas verticis,id ẽ vertigo capitis hoc
modo ſolet fieri.vt caput in duas ptes
videat̃ ſcindi.In duas partes caput ſci-
dit̃ dũ ratio mentis ad diuerſa partit̃.
Oportet aũt ſi hęc infirmitas cõtingat
alicui, vt caput ĩfirmi vitta ac faſcia.i.
panno lineo iubeamus ſtrigi.Caput au
tem vitta,vel pãno lineo ſtringitur dũ
mens vitta.i.doctrina correctrice liga-
tur.Hoc enim medicamine agit̃ vt mẽ
tis ratio ad vnũ colligatur. Vñ & Pſal
Pſal.67. miſta.Verũtamen deus confringet ca-
†capilli pita inimicorũ ſuoꝝ:verticem †capitis
perambulantiũ in delictis ſuis. Capita
S inimicoꝝ ſunt mẽtes ſupboꝝ. Vertex
capilli,eſt verſutia quęſtionũ in diſpu-
tatione ſubtili.Quę ideo vertex capilli
eſſe dicit̃:qa p quãdã ſimilitudinẽ,ſub-
tilitati capilloꝝ moraliter cõparat̃.Cũ
aũt mens per diuerſas quęſtiones ſpar-
git̃,lites generant̃.Sed vt dicit̃,lis per li
tẽ male dirimit̃. Oportet autẽ ne huic
infirmitati auxiliũ medicinę deſit,quia
huiuſmodi morbus velut cãcer ſerpit.
Vnde per apoſtolũ dicit̃ ad Timotheũ. 2.Tim.2
Prophana & vaniloquia deuita,multũ
eñ proficiũt ad impietatẽ: & ſermo eo
rum vt cãcer ſerpit.Et paulopoſt. Stul
tas aũt & ſine diſciplina q̃ſtiones deui
ta.ſciens quia generant lites.Seruũ au
tẽ dñi non oportet litigare ſed mãſue-
tũ eſſe ad omnes. Solet autem infirmi-
tati vertice dolentium nocere multilo
quium.Sed vt ĩfirmo perfectum poſſis
præſtare remediũ, ꝓ electuario & phar
maco optimo ori eius impone ſilentiũ.

¶De capillis cadẽtibus.Ca.XXI.

CApillꝰ ex fumo groſſo T
& calido naſcit̃ qui ex
igneis & incẽſis eſt hu
moribus.Quo creſcen-
te creſcũt & capilli: vt
pote ab ipſo nutriti.
Hũc fumum qui perdiderit & capillos
perdit.Pro qualitate ergo fumi erũt ca
pilli:ſicut in hærbis videmus, ex terræ
ſiccitate vel humore rareſcentibus vel
ſeſe augmentãtibus: Qꝫ ſi fumus oĩno
defuerit pereunt in hominibus capilli,
& fiunt calui. Quibus nullæ medicinæ
ſubueniunt, vt amplius comæ creſcãt.
Si autẽ fumus ex toto non amittat̃ ſed V
ſolum ex aliquo humore inficiat̃,infir-
mitas q̃dã naſcit̃ quæ alopicia ſeu alo-
pecia vocat̃. Hic aũt morbus ideo alo-
picia dicit̃,qa vulpes q̃ græce ἀλώπεκες
alopecę nuncupant̃,hunc ſępe patiunt̃.
Sicut autem ſuperius diximus,mẽs eſt
caput interioris hoĩs: capilli vero capi
tis ſunt diſcretæ cogitationes mentis.
Prædictus autem fumus moraliter eſt
prouidẽtia habita de rebus futuris.Ex
fumo enim capilli qui caput tegũt cot
tidie creſcunt:& ex prouidentia diſcre
tæ cogitationis prodeunt,quæ ſecretũ
mentis abſcondunt. Qui autem hoc fu
mo caret caluus fiet.Similiter animus
qui in agendis rebus prouidentiam nõ



habet,caluus apparet.Nec diſcretę co-
gitationes mentẽ cooperiũt: ſed qđ in-
terius latet exterius videntibus apertũ
reddunt.Nullę vero medicinæ ꝓderũt,
X vbi diſcretę cogitationes deſunt. Si au
tem fumus ex toto nõ amittitur ſed ſo
lum ex aliquo humore inficiatur:& in
firmitas naſcat̃ quæ alopecia vocatur:
ex calore cutis illiꝰ loci poterit cogno
ſci ex quo humore hęc infirmitas oria
tur.Si enĩ actiua eſt,calida & ſicca:non
dubitamus ex cholera exortam eſſe ru
bra.Sicut aũt in paſſionario legit̃,opor
tet vt myrobalano.i.vnguentaria glã-
de,viola,abſynthio,& his ſimilibus me
dicetur.Myrobalanũ oculorũ ꝓdeſt vi-
ſui.Viola eſt humilis hęrba.Abſynthi-
um eſt amariſſimum.Hæc enim tria cũ
ſuis ſimilibus prouidentiã mentis iu-
uant,vt capilli.i.cogitationes diſcretæ
creſcant, nec defluant. Oportet eñ vt
oculis cordis peccati morbũ diligenter
inſpicias. Humiliter confitearis,ama-
re pœniteas.Hoc autẽ medicamine fa-
cies vt inhęreant capiti capilli.i.proui
dę cogitationes.De capite ſiquidem ca
pilli qñq; defluũt,& in terram cadunt:
& hoc fit quotiens cogitationes mẽtis
terrenis inhiãt, & terrena cõcupiſcũt.
Inhærent vero capiti,quotiens inhęrẽt
diuinæ maieſtatis contemplationi.Vn
Canti.4. de in cãticis dicit̃.Capilli tui ſicut gre
ges caprarũ q̃ aſcenderũt de monte Ga
laad.Per capillos ĩtelligit̃ ſubtilitas co
gitationis:cõparata capris:quia vt ca-
præ excelſa petit & ſiqñ tẽporali aſtrin
git̃ neceſſitate,non tamẽ ab æterno bo
no excidit intentione.

¶De dolore frontis. Cap.XXII.

Y FRons mulieris mere-
Hier.3. tricis facta eſt tibi,no
luiſti erubeſcere. De
adultera muliere pro
pheta loquit̃ vt de ea
quaſi dolẽs conq̃ri vi
deat̃. Per eam ſiquidẽ
aĩam ſermo diuinus intelligit q̃ deũ vi
dere deſiderans frontẽ pudicitię,ſimpli
citatis velamine tegere cõſueuit.Si au
tem peccati morbꝰ eidẽ aduenerit,p im
pudicitiã frontem diſcooptã gerit:& q̃
prius iuſte vixerat, abiecto ſimplicita-
tis velamĩe pctm̃ p̃dicare nõ ceſſat.Qđ
ſi in religione alicui contingat grauio
ris culpę ſecularibus incitamentum p̃-
ſtat.Quanto eñ gradus altior,tãto ca- Z
ſus grauior.Vnde p Eſaiã dicit̃. Erube Eſa.23.
ſce ſidon,ait mare.Vnde Grego. Plærũ
q;(inquit)ex actiõe ſeculariũ,cõfundit̃
actio religioſorũ:dum illi vltra habitũ
aſſumũt opera:& iſti iuxta ordinẽ pro-
priũ non excitant corda.In Sidone qp-
pe figurat̃ ſtabilitas religioſoꝝ:in mari
vero vita ſeculariũ.Quaſi ergo per vo-
cẽ maris ad verecũdiã Sidon adducit̃,
quãdo p cõparationẽ vitę ſecularium:
religioſoꝝ qui muniti & quaſi ſtabiles
cernunt̃,vita reprobat̃. Noluiſti,inq̃t,
erubeſcere.Erubeſcere noluit, qui pœ-
nitere recuſauit. Rubor igitur frontis
eſt pudor pœnitentis.Si quis igitur ab
hac infirmitate curari deſiderat:neceſ-
ſe eſt vt emplaſtrum verecundiæ fron-
ti ſuperponat.

¶FINIS Libelli de medicina aĩę qua
tenus extare compertus eſt, nã de plu-
rium morborũ & ægritudinũ curatio-
tione ſpũali,vt ex prologo patet, agere
conſtituerat.

# M.HVGO
nis de Sancto Victore in Soliloquiũ de
Arra animæ Prologus.

DILECTo fratri
G.cęteriſq; ſer
uis Chriſti ha
meriſleuæ de-
gẽtibꝰ H.qua-
liſcunq; veſtrę
ſanctitatis ſer
uus:in vna pa
ce ãbulare, &
ad vnã requiẽ
peruenire.Soli
loquiũ dilectionis qđ de Arra animę ĩ-
ſcriptũ eſt,miſi caritati veſtrę: vt diſca
tis vbi vos oporteat verũ amorẽ quęre
re,& queãdmodũ debeatis corda veſtra
ſpiritaliũ ſtudio meditationũ ad ſuper
na gaudia excitare.Hoc ergo frater ca
riſſime rogo:vt cum cęteris in memo-
riam mei ſuſcipias,nec q; ſpecialiter ti
bi mittitur:cæteros excludat,nec q; cõ
muniter omnibus datur,muneris pręe-

rogatiuã imminuat. Nolo vos hic pro
uocare colore dictaminis: ſed qa celare
nõ potui meę erga vos affectũ deuotio
nis. Salutate fratrẽ B. & fratrẽ A. & oẽs
alios, quorũ noĩa etſi ego in p̃ſenti ſin-
gillatim enumerare non valeo: oĩa tñ ĩ
libro vitæ conſcribi exopto. Valete.

¶Soliloquium Hugonis de Sãcto Victore de Arra aĩæ: interloquentes ſũt, homo & anima. ¶HOMO.

A LOquar ſecreto aĩę meę:
& amica confabulatio-
ne exigã ab ea qđ ſcire
cupio. Nemo alienꝰ ad
mittetur: ſed apta con
ſcientia ſoli verba con
feremus. Sic. n. nec mihi timor erit oc-
culta q̃rere: nec illi pudor vera reſpõde
re. ¶Dic mihi q̃ſo aĩa mea qd eſt qđ ſu-
per oĩa diligis? Ego ſcio ꝓ vita tua dile
ctio eſt: & ſcio ꝓ ſine dilectione eſſe nõ
potes. Sed velim mihi ſine verecundia
confitearis: quid inter oĩa diligẽdũ ele
geris? Dicã adhuc vt manifeſtius intel
ligas quid te interrogẽ. Aſpice mundũ
& oĩa q̃ in eo ſũt: Multas ibi ſpecies pul
chras & illecebroſas inuenies, quæ hũa
nos affectus illiciunt: & ſecundum va-
rias vtentium delectationes, ad fruen-
dũ ſe deſideria accendunt. Habet aurũ,
habẽt lapides p̃cioſi fulgorẽ ſuũ, habet
decor carnis ſpeciem: picta tapeta & ve
ſtes fucatę colorem. Infinita ſunt talia.
Sed hęc cur tibi enumerem? Ecce & tu
nouiſti oĩa, vidiſti pœne ſingula, exper-
ta plurima. Mľta iã te vidiſſe recolis &
adhuc multa vides: in q̃bus qđ dico ex
periri & cõprobare poſſis. Dic ergo ob-
ſecro mihi: qd de his omnibus vnicũ ti
bi feceris qđ ſingulariter amplecti, quo
ſemp perfrui velis? Certus. n. ſum ꝓ aut
horũ q̃ videnẽ aliqd amas, aut ſi iã poſt
poſuiſti vniuerſa hæc: aliud habes qđ
B prę oĩbus his diligas. ¶ANIMA. Sicut
amare nõ poſſum qđ nunq̃ vidi, ſic de
his oĩbus quę videnẽ nihil adhuc ama-
re nõ potui: & tñ de his omnibꝰ, qđ ſu-
per omnia amãdum ſit nõdum inueni.
Multis enim iam experimẽtis didici fal
lacem eſſe & fugacẽ amorẽ huius ſecu-
li: quem ſemper vel cũ perit id qđ mihi
elegerã, perdere: vel cum aliud qđ ma-
gis placeat ſuperuenerit, cogor cõmu-
tare. ſic adhuc deſideriis ĩcerta fluctuo:
dum nec ſine amore eſſe poſſum, nec ve
rũ amorẽ ĩuenio. ¶HOMO. Gaudeo ꝓ C
ſaltem ĩ amore temporaliũ nõ ſigeris:
ſed doleo ꝓ in amore æternorũ nondũ
requeſcis. Infelicior eſſes, ſi de exilio pa-
triam faceres: Nunc vero quia in exilio
erras ad viã reuocãda es. De exilio pa-
triam faceres: ſi in iſta vita tranſitoria
æternũ amorem habere velles. Nũc ve
ro in exilio erras: quia dũ traheris p̃ cõ
cupiſcentiam temporaliũ, amorẽ nõ in
uenis æternorũ. Sed magnũ ſalutis pri-
cipium tibi eſſe poteſt: ꝓ amorem tuũ
didiciſti mutare in melꝰ, quia ſic ab oĩ
tẽporaliũ amore auelli poteris: ſi maior D
tibi pulchritudo oſtẽſa fuerit, quã gra-
tiꝰ amplectaris. ¶ANIMA. Quomodo
poteſt demonſtrari: qđ videri non põt?
qđ aũt videri nõ poteſt: quomodo põt
diligi? Certe ſi in rebꝰ tẽporalibꝰ & quę
videri poſſunt: verus & p̃manẽs amor
nõ eſt, amari autem non põt, qđ nõ po-
teſt videri: ęterna miſeria ſemp̃ viuen-
tem ſequiẽ, ſi ſemper p̃manens amor nõ
inuenitur. Nemo. n. ſine amore eſſe bea
tus poteſt: quia vel in hoc ſolo miſerũ
eſſe cõſtat, ꝓ nõ diligit id qđ eſt. Immo
vero quis illũ non dico beatum ſed vel
hominẽ diceret: qui humanitatis obli-
tus, & ſocietatis pacem reſpuens, ſolita
ria quadã & miſera dilectione ſe ſolum
amaret? Neceſſe eſt igiẽ vt aut eorũ q̃ vi
denẽ amorẽ approbes, aut ſi hũc tollis: E
alia quę ſalubrius atq̃ iucũdius amen
tur demonſtres. ¶HOMO. Si tempora
lia iſta & viſibilia idcirco amari debe-
re exiſtimas, quia illis quendam ſui ge
neris decorem ineſſe cõſpicaris: cur te-
ipſam potius nõ diligis, q̃ ſpecie tua o-
mniũ viſibiliũ decorẽ & pulchritudinẽ
vincis? O ſi teipſam aſpiceres. O ſi faciẽ
tuam videres. agnoſceres certe quanta
reprehenſione digna fueras: cum aliqd F
extra te amore tuo dignũ exiſtimabas.
¶ANIMA. Oculus cũcta videt, ſeip̃m
non videt: & eo lumĩe quo reliqua cer
nimus, ipſam (in qua poſitũ eſt lumen)
faciem noſtram non videmus. Alienis
indiciis diſcunt homines facies ſuas: &
ſpeciem vultus ſui audiendo ſæpius q̃



vidẽdo cognoſcũt, niſi forte quoddam
alterꝰ generis ſpeculũ afferas: in quo
faciẽ cordis mei cognoſcã & diligã: q̃ſi
& illũ nõ rectiſſime inſipientẽ quiſq̃ di
ceret: qui ad paſcendũ amorẽ ſuũ, ſimi-
litudinẽ vultꝰ ſui iugiter in ſpeculo cõ
ſideraret. Ego igiẽ quia faciẽ meã & ſpe
ciem vultꝰ mei qualis ſit, contẽplari ne
queo: facilius in ea q̃ foris ammiranda
videnẽ, affectum dilectionis meæ exten
do. Pręſertim qa amor nunq̃ ſolitarius
eſſe patiẽ, & in hoc ipſo. iam quodãmo
modo amor eſſe deſinit: ſi in alterũ pa-
rilitatis cõſortẽ, vim dilectionis nõ dif
G fundit. ¶HOMO. Non eſt ſolitarꝰ, cũ
quo eſt deus: nec idcirco vis dilectiõis
extinguitur, ſi a rebus abiectis & vilibꝰ
appetitus eius cohibeatur. Ille magis ſi
bi iniuriam facit: qui vel inhoneſta vel
certe ea q̃ amore ſuo digna nõ ſunt, in
ſocietatem dilectionis admittit. Primũ
igitur neceſſe eſt vt quiſq̃ ſemetipſum
conſideret: & cũ cognouerit dignitatẽ
ſuam (ne iniuriã faciat amori ſuo) abie
ctiora ſe non amet. Nam & ea quæ p̃ ſe
conſiderata, pulchra ſunt: pulchrioribꝰ
comparata vileſcunt. Et ſicut ineptum
eſt deformia pulchris cõiungere: ſic oĩ-
no indecens eſt ea quæ non habent niſi
infimã quandã & imaginariã pulchri-
tudinem, pulcherrimis coęquare. Non
vis habere anima amorẽ ſolitariũ: noli
tamen habere proſtitutũ. Quæris vni-
cũ: quęre & vnice electum. Scis ꝓ amor
ignis eſt: & ignis quidẽ fomẽtũ quærit
vt ardeat. Sed caue ne id iniicias: qđ fu
mum potius aut fœtorẽ miniſtrat. Ea
vis amoris eſt vt talem eſſe neceſſe ſit,
quale illud eſt qđ amas: & cui per affe-
ctum coniungeris: in ipſius ſimilitudi-
nem ipſa quodammodo dilectionis ſo-
cietate trãſformaris? Tuam igiẽ anima
pulchritudinẽ attẽde: & intelliges qua
lem debeas pulchritudinẽ diligere. Nõ
H eſt tibi iuiſibilis facies tua. Oculus tuꝰ
nihil bene videt: ſi ſeipſum nõ videat.
Nam cũ ad ſeipſum contemplandũ be-
ne perſpicuus eſt: nulla eum foris p̃egri
na ſimilitudo, vel adumbrata veritatis
imaginatio fallere poteſt. Qz ſi forte ĩ-
terna illa tua viſio p̃ negligentiã obſcu
rata eſt, & temetipſam vt decet & expe
dit cõtẽplari nõ ſufficis: cur ſaltem qd
de te exiſtĩare debeas, ex iudicio alieno
nõ p̃pẽdis? Spõſũ habes: ſed neſcis. Pul-
cherrimus eſt oĩm: ſed faciẽ eius nõ vi-
diſti. Ille te vidit: qa niſi te vidiſſet, nõ
te diligeret. Noluit adhuc ſeipſum ti-
bi p̃ſentare: ſed munera miſit, arram de
dit: pignus amoris, ſignum dilectionis.
Si cognoſcere illũ poſſes, ſi ſpeciẽ illius
videres: non amplius de tua pulchritu
dĩe ambigeres. Scires eñ ꝓ tã pulcher,
tam formoſus, tã elegãs, tã vnicꝰ, ĩ tuo
aſpectu captus nõ eſſet: ſi eũ ſingularis
decor & vltra cæteros admirandus nõ
traheret. Quid igiẽ ages? Nũc videre il
lũ nõ potes: quia abſens eſt. Et ideo nõ
times neq̃ erubeſcis illi iniuriã facere:
ꝓ ſingularẽ eius amorẽ cõtemnis, teq̃
alienæ libidini turpiter & impudice p̃
ſtituis. Noli ſic facere. Si adhuc ſcire I
non potes, qualis ille ſit qui te diligit:
conſidera ſaltẽ arrã quã dedit. fortaſſis
in ipſo munere eius qđ penes te eſt, po-
teris agnoſcere: quo affectu illũ dilige-
re, quo ſtudio & diligẽtia te illi debeas
conſeruare. Inſignis eſt arra eius, nobi-
le donum eius: quia nec magnũ decuit
vt parua deret, nec pro paruo ſapiens
magna dediſſet. Magnũ ergo eſt qđ ti-
bi dedit: ſed maius eſt qđ in te diligit.
Magnũ ergo eſt qđ dedit. Quid dedit
tibi o anima ſpõſus tuus? Expectas for
taſſis: & neſcis quid dicturus ſim. Cogi
tas a quo quid magni acceperis: nec in-
uenis te aliquid tale habere aut acce-
piſſe, vnde gloriari poſſis. Dicã igiẽ ti-
bi: vt ſcias qd tibi dedit ſponſus tuus.
Reſpice vniuerſum mundũ iſtũ: & con
ſidera ſi aliquid in eo ſit qđ tibi nõ ſer-
uiat. Omnis natura ad hunc finẽ curſũ
ſuum dirigit, vt obſequiis tuis famule
tur & vtilitati deſeruiat: tuiſq̃ oblecta
mẽtis pariter & neceſſitatibꝰ ſcđm af-
fluẽtiã indeficiẽtẽ occurrat. Hoc cælũ,
hoc terra, hoc aer, hoc maria, cũ iis q̃ in
eis ſũt vniuerſis explere nõ ceſſãt. hoc
circuitus temporũ annuis innouatio-
nibus & rediuiuis partubus antiqua ĩ-
nouans, dilapſa reformãs, cõſumpta re-
ſtaurans: paſtu perpetuo ſubminiſtrat.
Quis ergo putas hoc inſtituit? q̃s iſtud
naturæ pręcepit: vt ſic vno conſenſu ti
bi ſeruiat? beneficium accipis: & autho
rẽ eiꝰ nõ agnoſcis. Donũ in manifeſto

K eſt:largitor occultus. Et tamen ipſa te
ratio dubitare nõ finit hoc tuũ non eſ-
ſe debitũ:ſed beneficiũ alienũ. Quicũq;
ergo ille eſt,multũ tibi contulit, q hoc
totũ & tantũ tibi dedit: multũ diligen
dus eſt q tantũ dare potuit:& qui tãtũ
dare voluit,multũ dilexit. Tantũ ergo
diligẽs,& tantũ diligẽdus dono ſuo de
monſtrat:vt q̃ ſtultũ eſt amorẽ tã potẽ
tis nõ vltro cõcupiſcere:tã impiũ ſit at
q; peruerſum tã diligẽtẽ nõ redamare.
Vide ergo o aĩa imprudens & temera-
ria,vide qd agis:cũ in hoc mũdo ama-
ri & amare cõcupiſcis.Totus tibi mun
dus ſubiectus eſt,& tu non dico totum
mũdũ:ſed neſcio quid vix aliquã mun-
di portiunculam: quod nec ſpecie pul-
chra,nec vtilitate neceſſaria,nec quan-
titate magna,nec bonitate optimã an-
tecedat:in ſocietatẽ tui amoris admit
tere nõ aſpernaris.Certe ſi hæc diligis:
vt ſubiecta dilige, vt famulãtia dilige,
vt dona dilige,vt arram ſpõſi,vt mune
ra amici,vt bñficia dñi. Sic tñ vt ſemp
memineris qd illi debeas:nec iſta p illo,
nec iſta cũ illo,ſed iſta propter illum,&
per iſta illũ,& ſupra iſta illũ diligas.Ca
ue o anima ne (qđ abſit) non ſpõſa ſed
meretrix dicaris:ſi munera dãtis pluſq̃
amãtis affectũ diligis.Maiorem carita-
ti eius iniuriã facis,ſi & dona illius ac-
cipis:& tñ viciſſitudinẽ dilectionis nõ
rependis. Aut dona illius(ſi potes(re-
ſpue:vel ſi dona illiꝰ reſpuere nõ potes,
viciſſitudinẽ dilectionis repende. Dili-
ge illũ,dilige te ꝑpter illum: dilige do
na illius ꝑpter illũ.Dilige illũ vt frua-
ris illo:dilige te q; diligeris ab illo.Di-
lige in donis illius:q; data ſunt ab illo.
Illũ tibi,& te illi dilige: dona illiꝰ ab il
lo tibi ꝑpter te.Hęc pura & caſta dile-
ctio eſt:nihil habens ſordidũ,nihil ama
rũ,nihil trãſitoriũ, decora caſtitate,iu-
L cũda dulcedĩe,ſtabili ęternitate.¶ANI
MA.Verba tua inflãmauerunt me,con
cepi ardorẽ:& æſtuo ĩtus. Q̃uis enim
nõdũ viderim hũc, quẽ tã amabilẽ eſſe
aſſeris: ipſa me tñ fateor ſermonis tui
dulcedine & exhortatiõis ſuauitate ad
amorẽ eiꝰ accẽdis.Cogor ſiqdẽ rõnibus
tuis illũ ſup oĩa diligere: a quo me vi-
deo oĩa in pignus dilectionis accepiſſe.

Verũtamẽ adhuc vnũ ſupeſt, qđ apud
me valde felicitatẽ huius amoris immi
nuat:niſi illud quoq;(ſicut cętera)ma-
nus tuę cõſolationis abſtergat. ¶HO-
MO.Fiducialit tibi ꝑmitto ĩ hoc amo-
re nihil eẽ,qđ iure diſplicere debeat: &
tñ ne magis videar credulitatẽ tuã fal
lere,q̃ veritati teſtimoniũ ꝑhibere: vo-
lo vt mihi qđ te mouet aperias,vt meis
iterũ rõnibus cõfirmata: amplius ĩ eiꝰ
deſiderio cõualeſcas. ¶ANIMA.Memi M
niſſe te volo,ſed nec oblitũ exiſtimo: q;
pauloante (cũ tu ꝑbabilẽ & honeſtum
amorẽ cõmẽdares)dixeris nõ ſolũ vni-
cũ ſed & vnice electũ eſſe debere amorẽ
.i.in ſolũ dilecto & ſolũ diligẽdo conſti
tutũ. eo q; perfecte laudabilis amor nõ
ſit:ſi vel alter cũ ſolo diligit,vel q ſũme
diligẽdꝰ nõ eſt:ſolꝰ amat. Ecce igit ego
vnice electũ & vnice dilectũ diligo.Sed
hãc huiꝰ dilectiõis meę iniuriã patior:
q; ſolũ diligẽs ſola nõ amor.Nã hãc di-
lectiõis eiꝰ arrã quã mihi obiicis:quot
ſint,vel certe q̃les cũ qbꝰ hęc mihi cõis
eſt,tuipſe agnoſcis. Quõ igit de priui-
legio ſingularis amoris potero gl'iari,q̃
hoc qđ tã magnũ aſſeris, nõ dicã cũ be
ſtialibꝰ:ſed & cũ ipſis beſtiis cõe accepi?
Quid mihi lux ſolis ampliꝰ cõfert,q̃ re
ptilibꝰ & vermibꝰ terrę? Oĩa ſimilit vi-
uũt,oĩa ſpirãt,idẽ paſtus,idẽ potꝰ oĩm.
quid hoc tã magnũ? qd hoc tã ſingula-
re? vides certe q̃le eſt. Nõ itaq; ſatis cõ
grue ſingularit diligẽdũ ꝑbas:ſi non &
ipm quoq; vel ĩ aliquo ſingulariter di-
lexiſſe demõſtras.Magna qdẽ fateor hęc
& ſingulari amore digna forẽt:ſi ſingu
lariter data fuiſſent.¶HOMO.Nõ mi- N
hi diſplicere põt hęc diligẽtia tua, qa ĩ
hoc patet q; pfecte amare deſideras,qm̃
cauſam pfecti amoris tã diligẽter inue
ſtigas.Gratãter igit hoc tecũ differẽdũ
ſuſcipio : vt & tã optimi amorẽ ab hac
ꝑ qua cauſaris ĩiuria defendã, & ſil' te,
ne q̃ ab illiꝰ dilectiõe ſuſpiciõe vacilles,
ad ĩtegrũ reſtituã.Tria q̃dã ſũt:ĩ qbꝰ id
qđ te mouet ĩuenias. Diſcerne q̃ dona
a ſpõſo tuo accepiſti. alia.n.cõiter,alia
ſpecialit,alia ſingulariter data ſũt.Cõi-
ter data ſũt,q̃ oĩbꝰ ꝑpt te tecũ ſeruiũt.
Specialiter data ſunt:quę multis nec ta
men omnibus ꝑpter te tecũ ſunt cõceſ



ſa.Singulariter data ſunt,q̃ tibi ſoli ſũt
O data.Quid igit,nũquid ideo minꝰ te di
ligit,qa quædã dona ſua tecũ ſimul oĩ-
bus cõceſſit? Nunquid feliciorẽ te feciſ
ſet:ſi tibi ſoli mundũ dediſſet? Ecce nõ
ſunt creati hoĩes ſuper terrã,nõ ſũt be-
ſtię:ſola diuitias mũdi poſſides.vbi igi
tur illa grata & vtilis ſocietas humanę
conuerſationis? vbi ſolatia,vbi oblecta-
menta quibus nũc frueris? vide igitur
quia & in hoc multum tibi contulit:q;
hæc ad ſolamen tuum tecũ creauit. Si
mundus iſte,& hæc omnia tibi ſeruiũt:
quomodo etiã omnia ad obſequiũ tuũ
facta non ſunt? Nunquid paterfamilias
ſolus panem ſuũ comedit? nunqd ſolus
potum ſuum bibit? nũquid ſolus veſti-
mentis ſuis induitur? nũquid ſolus ca-
leſit igne ſuo? nunqd ſolus habitat ĩ do
mo ſua? Totum tñ non immerito eius
dicit:quicquid habent ii qui ei vel per
dilectionem vel per ſubiectionem famu
lant.Siue igitur illa quæ tibi ſeruiunt,
ſiue illa quæ tibi ſeruientibus neceſſa-
ria ſunt:omnia tibi data ſunt,omnia ti
P bi obſequium impẽdũt.¶AMIMA.Qđ
me mouebat p̃cidiſti potius q̃ eradica-
ſti. Ego nãq; hoc querebat q; vnice dili
gens,vnice dilecta non ſum:quia pignꝰ
amoris mei aliis ęque video eſſe cõceſ-
ſum.Tuæ vero rationes hoc pſuaſerũt,
vt illa quoq; ſingulariter mihi donata
crederem:quæ in vſum ſeruientiũ mi-
hi communiter data viderẽ. In quo te
conuenienter ſatis ſed non ſufficienter
de hoc qđ me mouebat locutũ eſſe con
fiteor.hinc enim doceor omnia quibus
vita irrationalium fouetur.meæ potiꝰ
ditioni eſſe aſſignanda:propterea q; il-
la quoq; quæ iis aluntur, in vſum meũ
ſunt deputata.Priuilegium tamen ſin-
gularis amoris exinde nõ aſtruit, quia
hæc non ſoli mihi,ſed cunctis ſimiliter
hominibus,multis vero amplius ſubie
cta eſſe noſcuntur.In iis ergo omnibus
quæ cõmuniter vſui hoĩm cõceſſa ſũt,
& ſi qdã nõ iuſte amplius aliqd ſibi vẽ-
dicẽt:errãt q ſuę ditioni qcq̃ ſingulari-
ter aſcribũt.Eſt igit ſpecialis qdã amor
creatoris ad hoĩes: ĩ quo qdẽ ipſi hoĩes
aliis creaturis,nõ aũt adinuicẽ, ampliꝰ
gloriari hñt.Nã q; in aſſertionẽ ſingu-

laris amoris dicis:etiã mihi inter cæte
ra donatã eẽ ſocietatẽ hoĩm,cũ tã mea
illis q̃ illoꝶ mihi cõceſſa ſint:nihil ego
in hoc ſingulare repire poſſum. In q̃ ſo
cietate nõ ſolũ me lędit amiſſa gl'ia ſin-
gularitatis:ſed & vilitas pticipationis.
Quot eñ increduli, quot ſceleſti,quot
impuri ſũt: q in hac ſocietate ſimiliter
gloriari poſſunt? ¶HOMO.Non te cõ- Q
turbare debet: q; in vſu rerũ tẽporaliũ
eadẽ bonis & malis eſt participatio.nec
idcirco eos ſimiliter a deo amari exiſti
mes: quia his oĩbꝰ tecũ ſimiliter cõmu
nicare vides.Nã ſicut beſtię non ꝑpter
ſe ſed ꝑpter hoĩem creatę ſunt:ita ma-
li hoĩes nõ ꝑpter ſe ſed ꝑpter bonos vi
uunt.Et ſicut vita eoꝶ vtilitati bonoꝶ
deſeruit:ſic oĩe quo vita illoꝶ alit,du
biũ nõ eſt qn ad ditionẽ bonoꝶ referen
dũ ſit.Idcirco aũt mali ĩter bonos viue
re pmittunt:vt ſocietas illorũ, bonorũ
vitã exerceat,quos & felicitate ſua am
monẽt potiora his & q̃ mali cõmunica
re nõ poſſunt,bona q̃rere:& iniquitate
ſua cogũt arctiꝰ virtutẽ amare.Poſtre-
mo vt dũ illos diuĩa gratia deſtitutos
vident per q̃libet abrupta vitiorũ rue-
re:diſcãt quãtas pro ſua ſalute debeãt
creatori gratias referre. Ratio ſiquidẽ
diuinę diſpenſationis ad noſtrę ſalutis
augmentũ & glorificationis documen
tũ hoc exigebat,vt ſicut ĩ vita beſtiarũ
dicimꝰ ſũmã felicitatẽ nõ eẽ,his vti:ita
quoq; in vita maloꝶ hoĩm diſcamꝰ nec
eſſe ſũmã felicitatẽ, iſtis dñari. Sil'iter
igit bonis ac malis iſta concedi debue
runt:qa aliter boni potiora ſibi ſeruari
nõ crederẽt,niſi iſta tã boniſq̃ malis cõ
munia eẽ viderẽt.Nihil igit ãplꝰ de ſo
cietate aut felicitate malorũ conq̃raris
nec ideo ĩ priuilegiũ ſingularis amoris
tecum aſcribẽdos putes:qa eos ĩ vſu &
dñio rerũ trãſeũtiũ ſocios habes,qa ẽt
in hoc(ſicut iã diximꝰ)ſaluti tuæ pfi-
ciũt:q; iſtis tecũ nõ tm̃ vti, ſed & dña-
ri poſſũt.Quid aũt de ſocietate bonorũ R
dicã? Nã hoc ſolũ nũc reſtat:vt cõſide-
res vtrũ ne idcirco de ſingulari amore
ſpõſi tui gl'iari nõ poſſis,q; ab eo nõ ſine
ſocietate bonoꝶ diligeris.Quapropt re
miniſci te volo illiꝰ(quã ſupiꝰ ĩ aſſerti
onẽ attuli)ſnĩæ:quã tũc qdẽ q̃ſi minus

congruam ad id de quo illic agebatur
atq; agit̃ comprobandum,iudicaſti. Re
plico igitur nunc eam vt diligentiꝰ co
ram te diſcutiam : vtrũne aliquid no-
bis ad id qđ demonſtare nitimur cõfir
mandum eius veritas aſtipuletur.Dixi
enim etiam ſocietatem hoĩm dono tibi
creatoris eſſe conceſſã:vt inde ſolamen
viuendi capias,ne quadã ſolitaria & ĩ-
erti vita deſtituta cõtabeſcas.Sicut igi
tur vita malorum tibi eſt exercitiũ : ſic
ſolamen eſt vita bonoꝝ,qui certe tales
ſũt,quos nec felicitatis tuæ participes,
nec amoris tui aſpernari debes habere
conſortes. Nã ſi vere bonos diligis:qc-
quid illis beneficii impenditur, inde ca
ritas quæ in te eſt:non quaſi de alieno,
ſed quaſi de proprio gratulatur. Licet
igitur beatũ eſſet,iſto amore te vel ſo-
lam perfrui:multo tamen beatius eſt in
ipſo cum multorũ bonoꝝ congratula-
tione delectari,quia cũ in eos etiã q cõ
participant,affectus dilectionis expan-
ditur:caritatis gaudium & ſuauitatis
ampliatur.Spiritalis namq; amor tunc
melius cuiq; fit ſingularis: quãdo oĩbꝰ
eſt communis.Nec participatione plu-
S riũ minuitur:cuius fructus vnus & idẽ
totus in ſingulis reperitur. Nihil igit̃
priuilegio ſingularis amoris tui ſocie-
tas bonorum præſcribit : quia ſponſus
tuus in omnibꝰ diligit te, quos diligit
propter te, ac per hoc etiã ſingulariter
diligit te: quia nihil diligit ſine te. Nõ
autẽ timeas animum illius in amorem
plurium quaſi per affectum diſtrahi, &
idcirco minorẽ eſſe ad ſingulos,ꝙ par-
titꝰ quodammodo & diuiſus videatur
in cunctos:Sic ſingulis adeſt quaſi om̃i
bus, quia nec alium nec maiorem dile-
ctionis affectum ſingulis impenderet:ſi
abſq; cunctorum participatione ſingu
los amaret.Ergo omnes vnũ vnice dili
gant: vt omnes ab vno vnice diligant̃,
quia nec alius præter vnũ vnice ab oĩ-
bus diligẽdus eſt:nec alius præter vnũ,
vnice om̃es diligere poteſt.Omnes au-
tem in vno ſe quaſi vnum diligant: vt
vnius dilectione vnum fiant.Iſte amor
vnicus eſt nõ tamen priuatꝰ: ſolus,nec
tamen ſolitarius:participatus,nec diui
ſus:communis & ſingularis: cũctorum

ſingulus & ſingulorum totus,nec par-
ticipatione decreſcens , nec vſu defi-
ciens,nec tẽpore veteraſcens:antiquus
& nouus,affectu deſiderabilis,experien
tia dulcis,fructu æternus, iocunditate
plenus,reficiens & ſatiãs,nec vnq̃ faſti-
dium generans.¶ANIMA.Satis iocũ- T
dæ mihi ſunt aſſertiones tuæ:& fateor
quoniam inde iam incipio ardentiꝰ hu
ius amorem appetere,vnde prius cœpe
ram eum amplius faſtidire.Sane vnum
adhuc ſupereſt deſiderio meo, qđ ſi per
te adipiſci potero:ſatis per omnia mihi
factum eſſe non dubitabo. Hoc aũt eſt:
ſi quomodo demõſtrari poſſit,qualiter
iſte ſponſus caſtitatis ſingulis quos di
ligit quaſi omnibꝰ affectu & effectu aſ-
ſit. Et de affectu quidem dubitare non
potero:ſi hoc in effectu verum eſſe co-
gnoſco.¶HOMO.O anima mea ſi tan- V
topere in incepto perſiſtis,nec tibi ſatis
factum eſſe iudicas ſi nõ prorſus ſingu
lare beneficiũ ſponſi tui ĩpenſum agno
ſcas:etiam in hoc tuæ petitioni libẽter
annuo: quoniam hanc tuam inſtãtiam
ex deuotione potius naſci,q̃ ex impor-
tunitate cognoſco. Nam in hoc quoq;
prouidit tibi optimus amator tuus:ne
nihil eſſet in quo ſingulariter de ipſo
gloriari poſſis,ſed ſicut cõmunia & ſpe
cialia dedit:ſic & ſingularia tribuit.Cõ
munia quidem ſunt ea quę in vſũ vni-
uerſorum veniũt,ſicut eſt lux ſolis, ſpi
ramen aeris.Specialia vero: vt ea q̃ nõ
omnibus,ſed quaſi cuidam ſocietati cõ
ceſſa ſunt:ſicut eſt fides,ſapientia,diſci
plina.Singularia autem:vt ea quæ vni
cuiq; ꝓpria impertita ſunt, ſicut Petro
principatus in apoſtolis,Paulo apoſto-
latus in gentibus, Ioanni priuilegium
amoris.Conſidera ergo anima mea:quę
communia cum omnibus,quę ſpecialia
cum aliquibus,quæ ſingularia ſola ac-
ceperis.In omnibus iis te dilexit : q̃ vel
communiter tecum omnibꝰ,vel ſpecia-
liter quibuſdã, vel ſingulariter tibi ſo-
li tribuit. Cum iis rurſum omnibus te X
dilexit : quibus te participatione doni
ſui ſociauit.Pręomnibus iis te dilexit:
quibus te ſingularis gratiæ dono præ-
tulit.In omni creatura dilecta es,cũ oĩ-
bus bonis dilecta es,præ omnibus ma-



lis dilecta es.Et ne parum tibi videatur
ꝙ prę omnibus malis dilecta es, quanti
boni ſunt qui minus te acceperũt? Sed
quia ꝓ deſiderio ſingularis amoris , ad
ea potiꝰ quę ſingulariter data ſunt:ni-
ti te video,q̃uis multa adhuc dici poſ-
ſent de iis in quibus & cũ quibus dile-
cta es:hoc qđ iam dictũ eſt ſufficere vo
lo.Nolo tamen vt parum exiſtimes vel
in tantis vel cũ talibꝰ te eſſe dilectã:vbi
& bonos om̃es habeas ſocios, malos ve
ro,vt quę cõdita ſunt vniuerſa, ſubie-
Y ctos.Vidiſti igit̃ o aĩa mea:quanta ſunt
in quibus dilecta es,vidiſti quales ſunt
cum quibus dilecta es:nunc præ quibꝰ
dilecta ſis,conſidera quãtum potes.Ti-
bi loquor anima mea:tu noſti quid ac-
cepis,& neceſſe habes adhuc meliꝰ noſ-
ſe,ne incipias vel de iis quæ non acce-
piſti pręſumere,vel de iis quę accepiſti,
gratias non referre.Vtinã recolere poſ
ſim ea quomodo tibi expedit:& quomo
do illi placet q tibi hęc dedit.Nã & ip-
ſe idcirco hęc tibi dedit, vt tu ſemp ea
in memoria habeas:& nunq̃ ab eiꝰ amo
re,obliuione tepeſcas.Primũ cogita ani
ma mea ꝙ aliquando non fueris: & vt
eſſe inciperes,hoc eius dono acceperis.
Donũ ergo eius erat, vt fieres.Sed nũ-
quid tu ei aliquid dederas priuſq̃ fie-
res: quo tibi hoc ab eo redderet̃ vt fie-
res?Nihil prorſus,nihil tu dederas,ni-
hil dediſſe poteras , priuſq̃ fieres : ſed
gratis accepiſti ab eo vt fieres. Cui er-
go pręlata es:in eo ꝙ facta es? Quis mi
nus accipere potuit,q̃ qui vt fieret ac-
cepit?Et tamen niſi hoc eſſet aliquid ac
cipere:non poterat qui non erat incipe
re,& niſi eſſe q̃ non eſſe melius eſſet:ni
hil ille qui eſt,eo qui non eſt ampliꝰ ac
Z cepiſſet. Quare ergo deus meus feciſti
me:niſi quia eſſe magis q̃ nõ eſſe volui
ſti me?Et plus dilexiſti me omnibꝰ iis:
qui accipere non meruerunt illud a te.
Cum ergo deus meus eſſe mihi dediſti
bonum & magnum,bonum & pulchrũ:
bonum tuum mihi dediſti,& me (cum
hoc mihi dares) prætuliſti omnibus,q-
bus hoc tantũ bonum tuũ dare nolui-
ſti.O anima mea nunquid aliquid dici
mus:cum hoc deo noſtro dicimus? deo
noſtro a quo facti ſumus: facti qui non

fuimus,& ab omnibus qui facti nõ ſũt,
amplius accepimus.Sic prorſus,ſic ali-
quid dicimus:& multum dicimus cum
hoc dicimus,& hoc ſemper dicere debe
mus:ne vnq̃ obliuiſcamur eũ a quo tã-
tum bonum accepimus. Qui vtiq; ſi ni
hil amplius dediſſet:pro eo ipſo tamen
ſemper a nobis laudandus & diligẽdus
eſſet.Nunc autem amplius dedit, quia
dedit non ſolum eſſe:ſed pulchrum eſ-
ſe,formoſum eſſe.quod quantum ſupe
rat nihil per exiſtentiam: tantum ante
cedit aliquid per formam,in quo mul-
tum placet id quod eſt: & amplius id
quod tale eſt.In quo anima mea omni-
bus te prælatam aſpice:quos tale & tã
excellens exiſtendi bonum vides nõ ac
cepiſſe.Sed nec hic termĩari potuit mu A
nificentia largitoris optimi.Adhuc ali
quid plus dedit: & magis nos ad ſimili
tudinem ſuam traxit. voluit ad ſe tra-
here per ſimilitudinem: quos ad ſe tra
hebat per dilectionem. Dedit ergo no-
bis eſſe,& pulchrum eſſe: dedit & viue
re,vt præcellamus & iis quæ non ſunt,
per eſſentiam:& iis quæ inordinata aut
incompoſita ſunt,per formam : & quæ
inanimata,per vitã.Magno debito obli
gata es anima mea:multũ accepiſti , &
nihil a te habuiſti. Et pro iis omnibus
non habes quid retribuas: niſi tantum
vt diligas.Nam qđ per dilectionem da
tum eſt:nec melius nec decentius q̃ per
dilectionẽ rependi poteſt.Accepiſti au-
tem hoc totum per dilectionem. Pote-
rat enim deꝰ etiam aliis creaturis ſuis
dediſſe vitam:ſed amplius in hoc dono
dilexit te.Nec ideo plus dilexit te:quo
niam plus diligendum inuenit in te,
ſed quia gratuito plus dilexit te:talem
fecit te vt iam nũc merito plus diligat
te.¶ANIMA. Quanto plus audio:tan
to plus audire concupiſco, perge quæ-
ſo,& quæ ſequunt̃ narrato. ¶HOMO.
Poſt eſſe & poſt pulchrum eſſe, poſt vi- B
uere: datum eſt & ſentire,datum eſt &
diſcernere: & per eandem dilectionẽ da
tum eſt,quæ niſi præceſſiſſet,nihil a lar
giente datum,nihil ab indigente acce-
ptum fuiſſet. Q̃ ſublimis & q̃ decora
facta es anima mea. Quid ſibi iſte orna
tus tantus ac talis voluit: niſi quia idẽ

ipſe qui te induit,ſpōſam ſuo thalamo
prēparauit?Nouit ad quod opus te cō
deret:nouit qualis ornatus illud opus
deceret:& ideo dedit q̄d decuit, & q̄d
tantū decuit:vt & ipſe diligeret hoc q
dedit.Senſibꝰ foris decorauit:intus ſa-
pientia illuſtrauit. Senſus dās,quaſi ex
teriorem:ſapientiam, quaſi interiorem
habitum.Senſus quaſi quaſdam gēmas
fulgentes appendens exterius: ſapiētiā
quaſi naturali pulchritudine faciē vul
tus tui decorans intus. Ecce ornatus
tuus,omnium gemmarum vincit pul-
chritudinem:ecce facies tua,omniū for
marū ſuperat decorem. Talem omnino
eſſe decebat:quæ ad cæleſtis regis tha-
lamum introducenda fuerat. Quātum
dilecta es,& præ quantis dilecta es,quā
do talis facta es? Q; ſingulare donū, q̃
non omnibus conceſſum: non niſi dile-
ctis & diligendis concedendum?Multū
gloriari poteras: & multum cuſtodiri
debueras ne tale donum perderes,ne ta
le ornamentum fœdares,ne tantum de
corem corrūperes,ne eo amiſſo vel im-
minuto amplius miſera fieres: q̃ eo nō
accepto vel nō perfecto miſera fuiſſes,
ne te cum damno amiſſæ pulchritudi-
nis ſimul torqueret cōfuſio fœditatis:
& abiecta vilior fieres q̃ ſi recepta non
fuiſſes. Iſtud ergo cuſtodiendū & illud
cauēdū fuerat:vt iſtud cuſtoditum per
ſiſteret, & illud cautum non eueniret.
C Sed vide quid feciſti anima mea:dereli
quiſti ſponſum tuum,& cū alienis pro
ſtituiſti amorē tuū. Corrupiſti integri
tatē tuam:fœdaſti pulchritudinem tu-
am,diſperſiſti ornatum tuum. Tam vi-
lis & tam turpis & tam immūda facta
es:quaſi talis ſpōſi amplexibus ampliꝰ
digna nō eſſes.Oblita es ergo ſpōſi tui:
& pro tantis beneficiis cōdignas grati
as nō egiſti.Meretrix facta es: & prę ni
miis fornicationibꝰ tuis laxata ſūt vbe
ra tua.Rugoſa effecta eſt frons tua,ge-
næ marcidæ,lāguētes & ſtupentes ocu
li,labia pallore obducta,exſiccata cutis,
virtus infracta:ipſis quoqꝫ amatoribus
tuis odioſa.¶ANIMA. Sperabam tan-
ta illa præconia ad alium finem tende-
re:ſed vt video ad maiorē confuſionem
mei hęc dixiſti:vt eo magis odio dignā
oſtenderes:quo tantis bn̄ficiis acceptis
& non cuſtoditis magis ingratam com
probaſſes.Vellem ergo aut factum non
eſſe quod dictum eſt: aut ſaltem dictū
non eſſe quod factum eſt,vt vel obliuio
confuſionem tegeret:ſi prēſumptio rea
tum non vitaſſet.¶HOMO.Non ad cō D
fuſionem tui,ſed ad eruditionē hæc di
cta ſunt:vt magis illi fias obnoxia q te
& fecit cum non eras, & redemit cum
perieras.Nam illud quoqꝫ in aſſertionē
amoris illius commemoraui:vt ĩde oc-
caſione ſumpta iam nunc tibi narrare
incipiam,quātum iſte ſponſus tuus (q
tam excelſus apparuit cū te conderet)
humiliari dignatus eſt cum te repara-
ret.Illic tam ſublimis:hic tam humilis
non tamen hic q̃ illic minus amabilis:
quia nec hic q̃ illic minus admirabilis.
Illic potenter magna tibi contulit:hic
miſericorditer ꝓ te dira ſuſtinuit. Vt
enim te releuaret illuc vnde cecideras:
ipſe deſcendere dignatus eſt huc vbi ia
cebas,& vt tibi iuſte redderetur q̄d per
dideras: ip̄e dignatus eſt pie pati quod
tolerabas.Deſcēdit ergo:ſuſcepit, ſuſti
nuit,vicit,reſtaurauit.deſcēdit ad mor
talem,ſuſcepit mortalitatem,ſuſtinuit
paſſionem,vicit mortē,reſtaurauit ho-
minem.ecce anima mea obſtupeſce tan-
ta mirabilia,tanta beneficia propter te
exhibita.Cogita quantum diligat te:q
tanta facere dignatꝰ eſt propter te.Pul
chra facta fueras eius munere:fœda fa-
cta es tua iniquitate.Sed iterū munda-
ta es & formoſa facta eius pietate:ope-
rāte tamen vtrobiqꝫ caritate. Olim cū
non eſſes:dilexit te vt conderet. Poſtea
cum fœda eſſes:dilexit te vt pulchram
faceret, & vt oſtenderet tibi quantū te
diligeret:non niſi moriendo a morte te
liberare voluit, vt non tātum pietatis
impenderet beneficium: verum & cari
tatis monſtraret affectum. Nūc autem
tā ſyncæra caritate te diligit: ac ſi ſem
per cum eo perſtitiſſes,nec exprobrat ti
bi reatum: nec improperat tibi benefi-
cium.Et ſi deinceps fideliter cū eo pſe-
uerare,ipſumqꝫ vt decet amare,ac tuū
illi amorem incontaminatum cōſerua-
re volueris: maiora prioribus ſe datu-
rum promittit.¶ANIMA. Iam quodā E



modo amare incipio culpam meā:quia
vt video non parum mihi, malefeciſſe
profuit:quando ex eo mihi id quod vo
tis omnibus ſcire deſiderabam,luce cla
rius innoteſcit. O felix culpa mea: ad
quā diluendam dum ille caritate trahi
tur:ipſa quoqꝫ eius caritas mihi deſide
ranti,& totis eam præcordiis concupi
ſcenti aperitur.Nunq̃ tā bene dilectio-
nem eius agnoſcerem:ſi in tantis peri-
culis eam experta non fuiſſem.O q̃ feli
citer cecidi:quę poſt lapſum felicior re
ſurrexi? Nulla dilectio maior, nullus
amor ſyncęrior, nulla caritas ſanctior,
nullus affectus ardentior: mortuus eſt
pro me innocēs,nihil in me q̄d amaret
inueniens. Quid ergo domine dilexiſti
in me: & tantum dilexiſti vt moreréris
ꝓ me?Quid tale in me inueniſti: ꝓ quo
tanta & tam dura ſuſtinere voluiſti?
F ¶HOMO.O anima mea, argue temet-
ipſam coram domino:ꝙ hucuſqꝫ tantis
beneficiis eius ingrata fuiſti, & miſera
tiones eius plurimas cognoſcere nolui
ſti.Sed vt adhuc melius ĩtelligere poſ-
ſis quantum illi debeas:me reliqua eiꝰ
beneficia ſecundum cœptum ordinem
proſequente, volo vt diligenter inten-
das.¶ANIMA.Hoc ſemper audire deſi
dero,q̄d mihi tam dulce eſt,vt idē te ĩ-
ceſſanter iterare cuperem: ſi nō ad alia
quoqꝫ quæ reſtant audienda feſtinarē.
¶HOMO. Abieras ergo & perieras,&
quia in peccatis tuis vęnūdata eras:ve
nit ille poſt te vt redimeret te,& tantū
dilexit te:vt ſanguinis ſui precium ap
penderet pro te,taliqꝫ pacto & reduxit
te de exilio:& redemit de ſeruitio.ANI
G MA.Neſciui ꝙ tantū me diligeret deꝰ:
amplius mihi vilis eſſe don debeo:quæ
tantum deo placui vt & mori eligeret
H pro me,ne perderet me. ¶HOMO. Et
quid ſi cogitare cœperis quot & qua-
les in comparatione tui abiecti ſunt:
qui hanc quæ tibi data eſt gratiam cō
ſequi non potuerunt? Certe audiſti
ab initio vſqꝫ ad hanc diem, q̃ mul-
tæ generationes hominum pertranſie-
runt: quę omnes ſine cognitione dei
& precio ſuæ redemptionis in interi-
tum ſempiternum dilapſę ſunt.Omni-
bus illis te redemptor & amator tu-
us prætulit: quando tibi hanc gra-
tiam largitus eſt,quam nullus horum
percipere meruit.Et quid dices? Qua-
re putas prælata es illis omnibus?Nū-
quid tu fortior, nunquid ſapientior,
nunquid nobilior, nunquid ditior il-
lis omnibus fuiſti: quia hanc præ illis
omnibus ſpecialem gratiam ſortiri me
ruiſti? Quot fortes, quot ſapientes,
quot nobiles,quot diuites ibi fuerunt?
& tamen vniuerſi relicti & abiecti perie
runt. Tu ſola præ omnibꝰ illis aſſum-
pta es,& quare in te hoc factum ſit:nul
lam præter gratuitam ſaluatoris tui
caritatem,cauſam inuenire potes.Ele-
git ergo & præelegit te ſponſus tuus:
amator tuus,redemptor tuus,deus tu-
us. Elegit te in omnibus, & aſſumpſit
te ex omnibus,& amauit te præ omni-
bus. Nomine ſuo vocauit te: vt me-
moriale eius ſemper eſſet apud te. vo-
luit te participem eſſe in nomine:par-
ticipem in nominis veritate, quoniam
vnxit te illo (quo & ipſe vnctus erat)
oleo lætitiæ:vt ab vncto ſit vnctus,qui
a Chriſto dicitur chriſtianus. ¶ANI-
MA. Multum fateor collatum eſt mi-
hi: ſed quæſo te ſi vt (aſſeris)ego iam
aſſumpta ſum: quid adhuc differor?
quoniā ad amplexus ſponſi necdum ve
nire poſſum? ¶HOMO. Neſcis er- I
go anima mea,neſcis q̃ fœda prius fui-
ſti: q̃ polluta, q̃ deformis,& ſqualida,
diſciſſa, & diſſipata, omni horrore &
enormitate plena. Et quomodo tam ci
to in illum pudoris & caſtitatis thala-
mum introduci expetis: niſi prius ſal-
tē cura aliqua & ſtudio exculta ad pri
ſtinum decorem repareris? Nam hoc
eſt quod nunc expectaris.hoc eſt quòd
iſte tuus ſponſus adhuc prēſentiam ſu
am tibi ſubtrahit: & necdum in mu-
tuos amplexꝰ & dulcia oſcula te admit
tit:qa videlicet nec polluta debet mun
dum tāgere:nec turpem decet,pulchrū
videre. Cum autem præparata & de-
center ornata fueris:tūc demum in il-
lum cæleſtis ſponſi thalamum ſine con
fuſione permāſura introibis.Nec te pu
debit tūc priſcæ turpitudinis:cum ni-
hil turpe,nihil pudore dignū habebis,
Prius ergo ſtude formam tuam excole

re,faciem ornare,habitum componere,
maculas tergere,munditiam reparare,
mores corrigere, diſciplinam ſeruare:
& omnibus tandem in melius commu-
K tatis,digno ſponſo dignam ſpõſam red
dere. Aliquid dicere volo: vnde te ma-
gis cautam efficiam,ne pro eo ꝙ electã
te audis:aut elatio tumidam,aut negli
gentia reddat diſſolutam. Nunq̃ audi-
ſti qd rex Aſſuerus fecit:quãdo Vaſthi
reginam propter inſolentiam illius re-
pudiauit! factum inſigne, exemplũ vti-
Heſter.2 le,periculum graue. Abiecta eſt ergo il-
la propter ſuperbiam ſuam: & factũ eſt
regis præceptum,vt de om̃i regno ſuo
congregarentur puellæ ſpecioſæ virgi
nes:& adducerentur ad ciuitatem Su-
ſa, & traderentur in domũ fœminarũ
ſub manu Ægei eunuchi:qui erat præ-
poſitus & cuſtos mulierum regiarum:
ibiq; acciperent mũdum muliebrem, &
cætera ad vſum neceſſaria. Sicq; omni-
bus abundanter ſecundum regiam am
bitionem ſuppletis:excolerentur & or-
narentur. Per ſex menſes oleo myrtino
vngerentur,per alios ſex quibuſdam pi
gmentis vterentur:& ſic compoſitæ &
ornatæ,de triclinio fœminarum ad re-
gis cubiculum tranſirent:vt quæ ex o-
mnibus magis oculis regis placuiſſet:
illa pro Vaſthi in ſolio regni ſederet.
Vide q̃ multæ electæ ſunt vt vna elige
retur:illa ſcilicet quæ oculis regis for-
moſior & ornatior cæteris videretur.
Miniſtri regis multas eligũt ad cultũ:
rex ipſe vnam eligit ad thalamum. Pri
ma electio multarum facta eſt,ſecũdum
regis pceptionem:ſecunda electio vni⁹
L facta eſt,ſecundum regis voluntatẽ. Cõ
ſideremus ergo ſi forte exemplum hoc
præſenti(de quo agimus negocio)va-
leat adaptari. Rex ſummi regis fili⁹ ve-
nit in hunc mundum(quem ipſe crea-
uerat)deſponſare ſibi vxorem electam,
vxorem vnicam,vxorem nuptiis rega-
libus dignam. Sed quia hunc Iudęa hu
militatis forma apparentẽ recipere cõ
tempſit:abiecta eſt. Et miſſi ſunt mini-
ſtri regis,apoſtoli videlicet, per totum
mundum congregare animas & addu-
cere ad ciuitatem regis:id eſt ad ſanctã
eccleſiam. In qua domus eſt & manſio

mulierum regiarum, id eſt ſanctarum
animarum:quæ fœcundantur & gene-
rant non ad ſeruitutem ſed ad regnum
filios. Quæ quia nõ ex timore ſed ex ca
ritate deo ſeruiunt: quaſi ĩ libertatem
bonorum operum partus edunt. Multi
ergo vocati intrãt per fidem eccleſiam:
& ibi ſacramenta Chriſti quaſi quędam
vnguẽta & antidota ad reparationem
& ad ornatum animarũ præparata, ac-
cipiunt. Sed quia ore veritatis dicitur,
multi ſunt vocati:pauci vero electi:nõ Matt.20
omnes qui ad hunc cultũ ſunt admiſ-
ſi,ad regnum ſunt eligendi,niſi tm̃ ii q
ſic ſtudent ſe per iſta mundare & exco-
lere:vt cum ad regis præſentiam intro
ducti fuerint,tales inueniantᷓ quos ipſe
magis velit eligere q̃ reprobare. Vide
ergo vbi poſita es: & intelliges quid fa
cere debes. Poſuit enim te ſpõſus tuus
in triclinio vbi mulieres ornantur,va-
ria pigmenta & diuerſas ſpecies dedit,
ciboſq; regios de menſa ſua miniſtrari
tibi præcepit:quicquid ad ſanitatẽ,qc-
quid ad refectionem,quicquid ad repa
randam ſpeciem,quicquid ad augendũ
decorem valere poteſt,tribuit. Caue er
go ne ad colendam teipſam negligens
ſis:ne in nouiſſimo tuo cum in conſpe-
ctu ſponſi huius repræſentata fueris:in
digna(quod abſit) eius conſortio inue
niaris. Præpara te ſicut decet ſponſam
regis,& ſponſam regis cæleſtis, ſpõſam
ſponſi immortalis. ¶ANIMA. Amari- M
caſti iterum me: & perculiſti pauore
non modico. Nam quantum ex verbis
tuis intelligi datur,mutaui propoſitũ:
ſed non euaſi periculum. Mutaui propo
ſitum: quia ab illo qui me olim diſtra-
hebat vago inſtabiliq; amore ad vnicã
dilectionem conuerſa ſum. Non eua-
ſi periculum:quia(ſicut aſſeris)niſi me
omnibus modis dignam exhibere ſtu-
duero: ad fructum huius dilectionis
non pertingo. Supereſt ergo vt nunc
mihi diligentius ediſſeras de hoc tri-
clinio in quo mulieres regiæ aluntur,
& de cibo regio qui eis datur, & de ip-
ſis quoq; vnguentis quibus vngun-
tur. Et de cæteris omnibus: quæ ad
cultum ſiue decorem eis exhibentur.
Ipſius enim dilectione prouocor, iis



deinceps ſtudium impendere:ſine qui-
bus me video ad dilectionis affectũ nõ
poſſe puenire. Atq; vtinã ego illa vna
eſſe merear:cui⁹ decorẽ atq; ornatũ rex
laudabit. Q̃ felix illa & q̃to electis ele-
ctior,q̃ ad hunc finẽ ſtudiũ ſuũ perdu-
cet! Q̃ exiguum iam omnem laborẽ re
putarem: ſi ad hunc finem ſtudiũ meũ
perducere poſſem. Quęſo igitur vt nõ
pigriteris per ſingula mihi edicere:quę
ſint illa remedia quibus faciẽ meam de
beam ad hũc decorem reformare, quia
vehemẽter illi placere cupio:cuius ca-
ritatem erga me tã benignam & amo-
rem tam iocũdum agnoſco. ¶HOMO.
N Sic vere neceſſe eſt vt facias. Precorq;
vt ipſe qui tibi iam volũtatẽ hoc faciẽ-
di tribuit:vires etiã perficiendi tribue
re velit. Quęris qđ ſit tricliniũ:q̃re eti
am qđ ſit regis cubiculum. Iſtas duas
manſiones propone tibi:quia harum ti
bi conſideratione opus eſt. Eſt ergo tri
clinium:eſt regis cubiculum. In tricli-
nio ſponſę ad nuptias præparantur:in
cubiculo autem nuptię celebrantᷓ. Prę-
ſens eccleſia quaſi triclinium eſt:in qua
nũc ſponſæ dei ad futuras nuptias prę
parantur. Cæleſtis Hieruſalem quaſi re
alias quaſcunq̨ ſcripturas decantat: diligenter conſideret cui affectui ſeruiant, & ad illum affectum toto niſu cor ſuum excitet: ad quem id quod loquitur magis pertinere videt: quia ſi verborum quæ loquitur affectum habuerit: per affectum ipſum melius verborum virtutem cognoſcet, & intelligentiā capiet: & per verborū ītelligētiā in maiorē deuotionē affectū accēdet.

Q̃tum gratus ſit deo, feruens orantis affectus. Cap. VI.

S

QVantum autē affectus cordis bonus deo placeat: hūana nobis etiā cōſuetudo q̄uis vitioſa, quadam tñ virtutis imitatione demōſtrat. Certe videmus adulatores: qualiter ſe erga illos, a qbꝰ aliqd expetūt, deuotos ſimulant. Sępe procedētibus obuiā eūt, in turba cōſtitutos pompoſis ſalutationibus honorant, tranſire volentibus viam pręparant, alios locum dare iubēt, dominos aduentare proclamant, cathedras in medio conſtituunt, puluinaria ſternunt, pedibus prouoluūtur. Ex antiquis hiſtoriis magnalia patrū replicant: etſi in eis non inueniūt quid laudent, priorum facta ad eorum laudem retorquent, ſe deuotos, ſe fidos non ſolum dicunt: ſed iurant: & quod eſſe nolint: hoc omni ſtudio videri laborant. Nunquid putatis iuſte reprehēdi poſſent: ſi eſſent quod non ſunt, ſed eſſe ſe fingunt? Si hoc malum eſſet vt tales eſſent: cur tantopere tales videri ſtudēt? Immo vero ſi tales eſſent quales ſe fingunt & non ſunt: vere laudabiles eēnt. Nec ob aliam cauſam eorum petitio ab hominibus ſępe reſpuitur: niſi quia tales non eſſe, quales ſe fingunt eſſe, ſciuntur.

Captatores.

T

Si ergo illi iuſte in ſuis precibꝰ repelluntur, quia ſciūtur tales non eſſe quales ſe eſſe fingunt: vt nos mereamur quod petimus a deo pcipere, quales illi ſe ſimulant: tales ſtudeamus in veritate deo nos exhibere. Oſtendamꝰ foris verbis, habere nos intus erga deum affectum deuotionis. Et non ſolum oſtendamus: ſed quod oſtendimus habeamus. Ne ſi ſolum oſtendamus: non veri amatores ſed adulatores ſimus: & quia deum oſtentatione decipere non poſſumus, noſmetipſos potius decipiamus. Pręterea ſicut adulatores ſimulatam deuotionem priores offerunt: & p eam, illorum quos deprecantur gratiam comparare volunt: ſic & nos precibus noſtris præueniamus faciem domini, & vt mereamur obtinere quod petimus: non ſimulatam deuotionem, ſed veram charitatem offeramus. Beatificemus amicos domini noſtri, indignemur inimicis eius, laudemus in eo potentiam, magnificemus pietatem, admiremur ſapientiam, extollamus generoſitatem, approbemus æquitatem. Item narremus ei miſeriam noſtram, indicemus ei neceſſitatē noſtrā: Indicemꝰ & reuelemꝰ ei īfirmitatē noſtrā confiteamur ei culpam noſtram, dicamꝰ & credamus alium non eſſe per quem poſſimus eripi, per quem ſperemus liberari. Item oſtendamus ei aduerſariorum noſtrorum dæmonū & peruerſorum hominum malitiam, crudelitatem, iniquitatem, tyrannidem: ꝙ ei aduerſantur qui nos perſequuntur, ꝙ nobis hoſtes ſunt qui ei contradicunt, ꝙ odimus quæ odit, ꝙ diligimus quæ diligit. Malle nos propter eum odia inimicorum eius perpeti: q̄ contra eum habere pacem eorum. Omnes igitur ſcripturæ eiuſmodi quæ ad captationem faciendam congruunt, ſiue ipſa captatio per ſupplicationem, ſiue per poſtulationem, ſiue per inſinuationem fiat: alienæ ab orationis vſu habendæ non ſunt: quia licet aliquæ illarum narrationes petitionem non habeant: habent tamen oēs: affectus virtutum, quos in nobis accēdūt: p quos q orāt, citius q̄ per vocis petitionē impetrāt.

Captandę a deo beneuolētię modus.

De diuerſis affectuum modis, & quibus pſalmis qſq̨ adaptet. Cap. VII.

V

QVia igitur in affectibꝰ pietatis eſt omnis virtus orandi, enumeremus aliquot ex ipſis & exemplis demōſtremꝰ: vt quia omnes enumerare non poſſumus (infiniti enim ſunt affectus) quid tamen in omnibus laudabile ſit & deo acceptum, ex qbuſdam coniiciamus.

Affectꝰ varii.

Eſt affectus dilectiōis, cū forte mens vel videns vel reminiſcens id quod amat: ſubito amoris igne corripitur. Eſt affectus admirationis: cum aliquid nouum & admirabile contemplans in ſtuporem excitatur. Eſt affectus congratulationis: cum acceptabile aliquid & beneplacitum videns, quadam hilaritate ꝑfunditur. Eſt affectꝰ humilitatis: quando ex conſideratione infirmitatis ſuæ: ab elatione ſua ſponte comprimitur. Eſt affectus mœroris: quando ex conſideratione malorū ſuorum, quodammodo contabeſcens infirmatur. Eſt affectus timoris: quando ex conſideratione imminentium pœnarū concutitur. Eſt affectus indignationis: quando in odium aduerſariorū ex ipa iniquitatis eorum magnitudine inflāmatur. Eſt affectus zeli: quādo ex amore iuſtitię ad deſiderium vltionis accēditur. Eſt affectus bonæ præſumptionis: quando ex noua aliqua & ſingulari fidutia ad vendicandum plus ſolito quippiam animatur.

X

Affectuum diſcretio.

De iſtis affectibꝰ primi tres ad iſtđ pręcipue genus ſcripturarum pertinent: in quo fit laudatio. Quia ſcilicet ex commemoratione bonitatis: ſurgit affectus dilectiōis, ex commemoratione potentiæ & fortitudinis: ſurgit affectus admirationis, ex commemoratione autem alicuius proſperi euētus & facti felicis: ſurgit affectus congratulationis. Tres ſequentes ad illud genus pertinent: in quo fit cōmemoratio īfelicitatis & miſerię. Quia videlicet affectus hūilitatis ſurgit ex cōmemoratiōe ꝓprię infirmitatis, affectus doloris, ſurgit ex cōmemoratione malorū p̄ſentiū, vel ex recordatiōe p̄teritorū. Affectus timoris ex p̄uiſione futurorū. Tres vltimi affectus, illi magis ſcripturarū generi cōgruūt: in quo fit inuectio & accuſatio in aduerſarios videlicet cōtra neqtiam illorū: indignatio, cōtra iniuriā: zelus, ꝓpter malitiā: maior de dei miſericordia p̄ſumptio. Exēpla ſingulorū hæc ſunt: ex affectu dilectiōis canit pſalmus: diligā te dñe. (Pſal. 17.) Ex affectu admiratiōis canit pſalmus: dñe dñs noſter. (Pſal. 8.) Ex affectu congratulationis canitur pſalmus: omnes gentes. (Pſal. 46) Et in his omnibus eſt laudatio. Ex affectu humilitatis canitur pſalmus: In te dñe ſperaui. (Pſal. 30.) Ex affectu doloris canitur pſalmꝰ: vſquequo dñe obliuiſceris. (Pſal. 12.) Ex affectu timoris canitur pſalmꝰ: dñe ne in furore. (Pſal. 6.) & in his omnibus eſt mixta querelę deprecatio. Ex affectu indignationis canitur pſalmus: quid gloriaris in malitia. (Pſalm̃. 1.) Ex affectu zeli canitur pſalmus: deus vltionum dominus. (Pſal. 93.) Ex affectu bonę p̄ſumptiōis canitur pſalmus: Iudica me domine, quoniam &c. (Pſal. 25.)

Qꝫ in eodem Pſalmo ſæpius ab vno affectu in alium fiat tranſitus.

Caput. VIII.

Y

SCiendū tamen eſt hāc proprietatem ī omnibus pſalmis nō eſſe: vt per totam ſeriem vnius affectus extendat: ſed ſæpe de alio affectu fit tranſitus in alium: ſcđm ꝙ mentes orantium diuerſis modis affici ſolēt. Hoc aūt qualiter p ſingulos cognoſci poſſit, explanare: prolixioris operis tractatū expetit. Volumꝰ tñ hoc in aliquibus exempli cauſa demōſtrare. Forte cogitare cœpi q̄ta ſit felicitas eē cū deo: quāta itē ſit miſeria viuere in hoc ſclo, quanta demū calamitas ſemp cruciari in inferno: & ex hac meditatione mea ſubito amore cęleſtis patrię attractus, ipo affectu ducēte ī hęc verba decurro. Btūs vir q nō abiit in cōſilio impiorū, (Pſalm̃. 1.) cuiꝰ pſalmi totā ſeriē ſi ſcđm ītimū cōpūctiōis ſenſum ingrimus: quid aliud niſi hoc vbiq̨ dicentem inuenimus? Felices qui nūq̄ a deo receſſerūt: felices qui ſemp cū eo ꝑmāſerunt, felices qui in eius obſequio fideles & deuoti pſtiterunt. Nam infelices & miſeri illi ſunt: qui ſe ab illo elōgauerunt, & cum illo perſeuerare noluerunt: vel qui poſt ad illum nō redierunt. Gratias illi q̄tū pſtiti: cōfuſio mihi quātū diſceſſi. Nunc autem quātū ꝓpe ſum elōgare nolo: quātum lōge ſum redire cupio. vtinā ad illum pueniam, vtinā ab illo nunq̄ recedā: adiuua me deus meꝰ. Affectus igitur iſte dilectionis eſt ſurgens ex laudatione. Itē exēplū alteriꝰ.

Cogitaui mecum q̃ta eſſet potẽtia dei
ac deinde admirari cœpi veſaniam ho-
minum qui mortales ſunt, & tamen vo
luntati eius obuiare minime ꝑtime-
ſcunt. Ex hac itaq; admiratione cõpul
Pſal. 2. ſus ſum exclamare & dicere. Quare fre
muerunt gentes. & eſt admiratio mix-
ta indignationi: quia veſaniam admira
mur, ꝑſumptioni indignamur: vel cer-
te in nobiſmetipſis dum foris aſſultus
vitiorum crebros & importunos aſpi-
cimus, & intrinſecus de dei adiutorio
prẹſumimus: ipſam tentationum nr̃a-
rum moleſtiam cum quadam indigna-
tione arguimus dicẽtes. Quare fremue
runt gentes. Et eſt ſumma totius pſal-
mi ad hoc tendens: vt per dei potenti-
am confirmati, inſolentes aduerſitates
contemnamus: & tanto nos aduerſa-
riis noſtris fortiores: quanto deo vici-
niores ſumus, prẹſumamus. Illorum in
teritũ feſtinũ attẽdamus: dei magnifi-
cẽtiã cõtra eorũ ſupbiã frangẽdã oppo
namus, cũ omni reuerentia animũ no-
ſtrum ad obſequium illius ſubiiciamꝰ:
ſemper ſupra nos admirantes eius po-
tentiam, infra nos deſpiciẽtes eorũ in-
ſolentiam. Hic eſt affectus admiratiõis
indignationi mixtus: ex laudatiõe ſur
L gens. Sequentis Pſalmi ſeries non ſecũ
dum vnum affectum texitur: ſed ſæpe
de affectu in affectum trãſit. verbi gra
tia. In anguſtiis conſtitutus quantum
ſemper in dei miſericordia cõfidebam
cogitare incipio: quia tamen quodam
modo me ab eo derelictum video, ex
affectu doloris in hæc verba prorum-
Pſal. 3. po. Domine quid multiplicati ſũt qui
tribulãt me: multi inſurgũt aduerſum
me. Rurſumq; ex affectu doloris ĩ affe-
ctũ bonẹ ꝑſumptiõis recurrẽs aio. Tu
aũt dñe ſuſceptor meꝰ es. vt & mẹrorẽ
ꝑ fidutiã releuẽ: & fidutiã ꝑ mœrorem
caſtigẽ. Et qs oẽs virtutes pſalmoꝝ: qs
illas ignitas cõpũctiões ſctõrũ affectuũ
enumerare loquẽdo poteſt? quibꝰ mens
in oratione accenditur: & gratiſſimum
deo ſacrificiũ in ara cordis adoletur.

¶ Hugonis de Sãcto Victore Libel
li de modo orandi,
Finis.

# M. HVGO
nis de Sancto Victore de amore ſpon-
ſi ad ſponſam Libellus prior.

IBo mihi ad M
mõtẽ myrrhẹ, Cãti. 4.
& ad colles li- Alia lr̃a
bani: & loquar Vadam
ſpõſẹ meẹ. Spõ & thu-
ſus quidã hic ris &c.
loquiť, q ſpon
ſam habet: &
ſpõdet ſe viſi-
taturũ eã. No
ta ergo ꝙ non
ſemꝑ domi eſt ſponſus iſte: cauet enim
forte ne vileſcat amor ſuus: Et quia ci
tius in tẹdiũ veniret ſi ſemꝑ ꝑſens eẽt,
ideo aliquãdo ſe ſubtrahit, aliqñ ad tẽ
pus recedit: vt dũ reqrať abſẽs, ſtrictiꝰ
teneať ꝑſẽs. Et tũc forte aberat, qñ hẹc
dicebat. Sed ne rurſum longior mora,
aliquatenus obliuionem gigneret, redi
re diſponebat: & ait. Ibo mihi. Secũ lo-
N quitur qđ facturus eſt: quia ad dicẽdũ
dulce eſt quod dulce eſt ad faciendum
& neſcio quo pacto qđ multũ cupimꝰ,
nunq̃ loqui faſtidimus. Ibo inquit mi-
hi. Sibi vadit, quia ſingularis amor par
ticipem ſecreti non recipit. Sibi vadit
quia non vult ſodalẽ itineris, q nõ pa-
titur cõſortẽ amoris. Sed quæris quiſ-
O nã ſit iſte talis ſpõſus, & quẹ ſpõſa eiꝰ?
Spõſus eſt deus. Sponſa eſt anima. Tũc
autem ſponſus domi eſt, quando ꝑ in-
ternũ gaudiũ mẽtẽ replet: tũc recedit,
qñ dulcedinẽ cõtẽplationis ſubtrahit.
Sed qua ſilitudine aĩa ſponſa dei diciť?
P Ideo ſponſa, qa donis gr̃arũ ſubarrata.
Ideo ſpõſa, qa caſto amore illi ſociata.
Ideo ſpõſa, qa ꝑ aſpirationẽ ſpũs ſcti ꝓ-
le virtutũ fœcũdãda. Nulla ẽ aĩa q̃ hu
ius ſpõſi Arrã nõ accepit. Sed ẽ q̃dã Ar
Q ra cõis, q̃dã ſpecialis. Cõis arra eſt ꝙ na
ti ſumꝰ, ꝙ ſentimꝰ, ꝙ ſapimꝰ, ꝙ diſcer-
nimꝰ. Spãlis arra eſt ꝙ regñati ſumꝰ, ꝙ
remiſſionẽ pctõꝝ cõſecuti ſumꝰ, ꝙ cha
riſmata virtutũ accepimus. Et qđ qſq;
habet, hoc cuiq; arra ẽ. Arra ẽ diuiti di
uitiẹ ſuẹ: qbꝰ foueť, ne eũ moleſtia pau-
ꝑtatis frangat. Arra eſt paupi pauptas
ſua: qua caſtigať, ne abũdãs ꝑ incõtinẽ



tiam diffluat. Arra eſt forti fortitudo
ſua: qua roboratur, vt ad bonum opus
conualeſcat. Arra eſt debili debilitas
ſua: qua frangitur ne malum perficiat.
Arra eſt inſipienti ſimplicitas ſua: qua
humiliatur ne ſuꝑbiat. Et omnino
quicquid in hac vita, humana fragili-
tas tolerat, hoc pius conditor quãtum
in ſua bonitate eſt, vel ad correctionẽ
prauitatis, vel ad profectum virtutis
diſpenſat. Ideo in omnibus gratias age
re debemus: vt dum vbiq; ipſius miſeri
cordiã agnoſcimus ſemꝑ ĩ eius amo-
R re proficiamus. Ibo inquit mihi ad mõ
tem Myrrhæ &c. Myrrha quæ amara
eſt ad guſtandum, & corpora mortuo-
rum a putredine ſeruat: ſignificat mor
tificationem carnis. Libanus, quod no-
men interpretatur decandidatio, ſigni
ficat munditiam carnis. Hæc ergo eſt
via ꝑ quam ſponſus ad ſponſam ve-
nit, Mons myrrhẹ, & colles libani: quia
primum ꝑ abſtinentiam concupiſcen
tiam carnis occidit: deinde ꝑ mundi-
tiam cordis ignorantiam mẽtis abſter
git. Poſtremo quaſi tertio die ad collo
quiũ ſpõſus veniens, deſiderio ſui ani-
mam accendit, ideo conuenienter di-
xit Montem myrrhæ, non collis Myr-
rhẹ, & colles non montem libani: quia
in afflictione debemus eſſe conſtantes,
& in ſucceſſu virtutum humiles. Alti
tudo enim montis eminentiam ſignifi
cat magnanimitatis: & mediocritas col
S lis, temꝑantiam humilitatis. Item ꝙ
montem ſingulari numero poſuit, &
colles plurali: ſignificat ꝙ in mortifica
tione exterioris delectatiõis parum eſt
quod ꝑdimus: & in illuminatione
mentis intrinſecus multiplex eſt bonũ
quod inuenimus. In monte myrrhæ ac
cipimus fortitudinem contra carnis
concupiſcentiam. In collibus libani ac
cipimus illuminationem mentis con-
tra ignorantiam. In colloquio ſpon-
ſi accipimꝰ caritatem contra maliuo-
T lentiam & cordis obdurationem. Po-
tentia ad patrem, ſapientia ad filium,
caritas appropriať ad ſpm̃ſctm̃. Qñ ei
ex fragilitate ꝑccamus, ꝑccamꝰ ĩ pa-
trẽ, q̃ſi cõtra potẽtiã. Qñ ex ignorãtia
ꝑccamus, ꝑccamus in filiũ, q̃ſi contra
ſapientiã. Qñ vero ex maliuolẽtia ꝑc
camus, peccamus in ſpm̃ſctm̃, q̃ſi cõtra
dilectionẽ. Ideo ꝑccare in patrẽ & filiũ
hic ſiue in futuro remittiť: qa q ex fra-
gilitate vel ex ignorantia ꝑccat, ſicut
aliquã excuſationẽ habet in culpa, ita
etiã aliquã remiſſionẽ hr̃e debet ĩ pœ-
na, ſiue ĩ hoc ſeculo ſi pœnituerit, vt fa
ciliꝰ cõſequať indulgẽtiã: ſiue ĩ futuro
ſeculo ſi in malo pſeuerauerit vt tole-
rabiliorẽ ſẽtiat pœnã. Qui vero ex ma
litia ꝑccant eoꝝ pctm̃ nullã habet ex-
cuſationẽ: & ideo pœna eorũ remiſſio-
nem hr̃e non debet: qa ſiue pœnituerit
in hoc ſeculo, plena ſatiſfactiõe mulctã
di ſũt, ſiue nõ pœnituerit plena dãna-
tione in futuro ſeculo puniẽdi: & ideo
hi tales, nec hic nec in futuro ſeculo
remiſſionem accipiunt, non quia pœni
tẽtibꝰ venia denegeť: ſed qa pleno pec-
cato plena retributio debeať. Loquar
(inquit) ſponſæ meæ. Duobus modis V
loquitur deꝰ ad animam. Aliter ad for
nicariam, & aliter ad ſponſam. Aliter
ad fœdam, aliter ad pulchram. Aliter
ad ꝑccatricem, aliter ad iuſtificatam.
Illius fœditatem increpat: huius pul-
chritudinem laudat. Illam increpãdo
timore concutit: Iſtã laudãdo ad amo-
rem accendit. Illi loquitur quando ei
maculas ſuas oſtendit: iſti loquitur, qñ
dona quæ contulit ei ad memoriam re
ducit. Illiꝰ tenebras illuminat, vt agno
ſcat quid ſit, & defleat quod fecit. Iſtã
affectu dulcedinis internẹ tangit, vt re
colat, quid accepit: & non obliuiſcatur
eum qui dedit. Loquar (inquit) ſpon-
ſẹ meẹ. Si ego ſponſus ſum, ſi ad ſpon- X
ſam locutus ſum. ſcitote ꝙ prẹter amo
rem nihil loqui poſſum. Poſtq̃ igiť hẹc
ſecũ dixerat ſpõſus, continuo iter arri
puit, veniẽſq; & videns ſponſam mox
quaſi ex eius ſpecie in admirationẽ tra
ctus ĩ hẹc verba ꝓrupit? † Tota ſpecio- † Tota
ſa es proxima mea &c. vel cum ꝓcedẽti pulchra
hoc cõiungiť: loquar ſpõſẹ meẹ. ſic. ſ. to es ami-
ta ſpecioſa es ꝓxima mea &c. Sed illud ca mea
gratiꝰ accipiť, tota ſpecioſa es proxima &c.
mea. ideo tota ſpecioſa, quia ꝓxĩa. ſi nõ
eſſes proxĩa nõ eſſes tota ſpecioſa. Vi-
dete quid dixerit. Tota inquit ſpecio-
ſa es proxima mea. Omnis anima vel

auerſa eſt a deo, vel conuerſa ad de-
um. Auerſarum autem alia eſt remota;
alia remotiſſima. Conuerſarum vero
alia propinqua, alia proxima. Quæ re-
mota eſt, turpis quidem eſt, ſed non to
ta. Quæ remotiſſima eſt: tota turpis ē.
Item quæ propīqua eſt ſpecioſa eſt: ſed
adhuc non tota: quæ proxima eſt tota
ſpecioſa eſt. Tota ſpecioſa es proxima
Z mea;& macula non eſt in te. Totus ſpe
cioſus ē cui nihil deeſt pulchritudinis.
Totꝰ ſpecioſus ē cui nihil īeſt turpitu
dinis. Ego totus ſpecioſus ſum, quia oē
quod pulchrum eſt in me eſt. Tu tota
ſpecioſa es: q̄a nihil quod turpe eſt, in
te eſt. Macula non eſt in te. Veni ad li-
A banum ſpecioſa. Inuitat eam & vocat:
quia & ideo ad eam venit, non vt cum
illa permaneret, ſed vt illam ad ſe tra-
† De li- heret. Veni † ad libanum, veni ad liba-
bano. num † venies, coronaberis. Bis inuitan
† Veni. do dicit veni, tertio affirmando ſubiū
git venies. Sed hæc quid eſt affirma-
tio niſi congratulatio, qua bono pro-
poſito noſtro congaudet? Ac ſi diceret.
Obœdientiam laudo, propoſitam deo
deuotionem nō ignoro. Voco & reſpō
des, inuito & parata es. Ergo venies.
B Sed quare dicit bis veni? Vt qui ex-
tra ſe eſt, primum ad ſe redeat: qui in
ſe eſt, ſupra ſe aſcendat. Primum in no
bis eſt: & præuaricatores ad cor redire
monet: deinde ſupra nos eſt, vt iuſtifi-
catos ad ſe inuitet. Veni inquit veni.
Veni foris intro ad te. Veni intus, in-
terius & plane intrinſecus ſupra te ad
me. Veni ad libanū ſpōſa, veni ad liba-
C nū. Veni de libāo veni ad libanū. Veni
de libano decādidato: ad libanū nō de
candidatum, ſed candidum. Veni de
corde mundato ad mundatorem cor-
dium, non mundatum, ſed mundum.
Non peruenis ad me ſi remanes in te
aſcende ſupra te & inuenies me. Veni
D es & tranſibis ad montem *Seyr*, vel *Sa*
*uir*. *Seyr* interpretatur hiſpidus vel pi
loſus *Sauir* vero nocturna auis vel fœ
tor, & *Seyr* idē q̄ & Edom, id eſt Eſau.
Eſau & Iacob duo erant fratres. Eſau
prior natus, ſed poſtea nato Iacob ſup
plātatus. Eſau venator & ſtudiis agre-
ſtibus deditꝰ fuerat: Iacob vir ſimplex

domi habitabat. Quid autē hi duo fra-
tres niſi duos motus q̄ in homine ſunt
deſignant? Hoc eſt concupiſcētiam car
nis & ſpiritus. Scimus autem quod di
cit apoſtolus. Nō prius quod ſpiritua
le: ſed quod carnale eſt, prius eſt. Hoc
eſt Eſau prius naſcitur. Cum vero con
cupiſcentia ſpiritus roboratur, tunc
concupiſcentia carnis marceſcit. Hoc
eſt Eſau a poſt genito Iacob ſupplan- E
tatur. Item concupiſcentia carnis qua
ſi Eſau venator, foris paſcitur: concu-
piſcentia vero ſpiritus quaſi Iacob vir
ſimplex intus delectatur. Eſt ergo *Se*- F
*yr* piloſus carnis motus turpis & inde
corus. Et bene piloſus, quia ſicut pilus
in carne radicem fugit: ſed excreſcen-
do carnem excedit, ita carnis motus
de neceſſitate oritur, ſed excreſcendo
in voluptatem vſq; profluit. Et quem-
admodum pilus p̄cidi ſine dolore po
teſt, euelli ſine dolore nō poteſt: ſic ap-
petitus carnis quantum ad ſuperflui-
tatem pertinet, quaſi extra ſenſum car
nis, ſine detrimēto præciditur, ſed quā
tū ad neceſſitatē ſpectat, q̄ſi intra carnē
ſit, nō ſine detrimēto extirpat̄. Ecce di G
ximus q̄d ſit *Seyr*: nūc q̄d ſit mons *Seyr*
videamus. Habet enī *Seyr* iſte montē.
habet & vallē: & (vt plus dicā) habet
mōtē, habet campū, habet vallē: ſed in
valle eſt debilis, in campo eſt fortis, in
monte inſuperabilis. *Seyr* in monte eſt
appetitꝰ carnis ī neceſſitate. *Seyr* ī cā-
po ē appetitꝰ carnis ī ſatietate. *Seyr* in
valle ē appetitꝰ carnis ī voluptate. Qñ
ad viuēdum tm̄ caro ſuſtētamentum
accipit, *Seyr* in monte eſt. Quando ve-
ro ad robur nutrimētum quærit, *Seyr*
in cāpo eſt. Qñ aūt ad laſciuiendū de-
licias poſcit, *Seyr* ī valle ē. Quare ergo H
in mōte inſupabilis ē: q̄a ſuſtētamentū
carnis in hac adhuc mortalitate degē
tibus neceſſarium eſt. Quare in campo
fortis? quia & robur carnis aliquando
profectibꝰ animę vtile eſt. Quare ī val-
le debilis: quia voluptas carnis ſem-
per ſuperflua eſt. In valle prohibetur,
in campo conceditur, in monte remu
neratur. In valle ſeruit, in campo pu-
gnat, in monte regnat. In valle eſt lu-
xuria, in campo eſt temperantia, in



monte parſimonia. In valle adiuuante
gratia facile calcatur: in campo cum
difficultate vincitur: in monte ne ſu-
perari valeat, ipſe ei cottidianus no-
ſter defectus vires iugiter ſubmini-
ſtrat. Qui ſuperflua reſecat, *Seyr* in
valle conculcat. Qui vero de neceſſa-
riis aliquid minuit, *Seyr* in campo vin
cit. Qui autem ad ſuſtamentum tm̄
naturę neceſſaria tribuit, quaſi *Seyr* in
I monte exactori obſequium reddit. Sci-
endum tamen ꝙ *Seyr* iſte ibi ſine diffi
cultate vincitur, vbi periculoſiſſime
dominatur: vbi vero prorſus inſuꝑa
bilis eſt, ibi ſine periculo tolerari po-
K teſt. Si vero legatur *Sauyr* quod inter
pretatur nocturna auis vel fœtor, ad
eundem carnalem motum congrue re
ferri poteſt. Qui vel ideo nocturna
auis dicitur, quia occultus venit dum
ſub ſpecie neceſſitatis irrepit volupta
tis illecebra: vel quia per delectatio-
nem carnis naſcitur excæcatio mētis.
Nocturna ergo auis eſt occultus & im
L prouiſus motus carnis. Quare vero
concupiſcentia carnis fœtor dicatur,
hoc iam expoſitione nō indiget. Et her
M mon. Hermon interpretatur Anathe-
ma eius. Cuius eius? Ipſius anathema-
tis. Ergo quaſi anathema diceret̄ ana-
thematis. Primum ergo nobis quęren
dum quid ſit anathema, deinde quid
ſit anathema anathematis adiungen-
dū. Anathema eſt ſeparatio. Anathe-
ma anathematis, ſeparatio ſeparatio-
nis. Et fortaſſe ſi ſeparatum eſſe ma-
lum ſit, tum ſeparatum eſſe a ſeparato
N bonum erit. Quis autem melius po-
teſt dici anathema q̄ apoſtata angelus,
qui ſe primum per ſuperbiam a ſocie-
tate ſupernæ illius ciuitatis ſeparauit,
ex demerito præuaricationis ſuæ: dum
vero capitis membrum eſſe noluit ab
vnitate corporis illius præciſus, caput
O iniquorum omnium factus eſt. Conſtat
autem ꝙ omnis homo ſecundum pri-
mam generationem qua in peccato cō
cipitur, & in peccato naſcitur, huius
capitis membrum eſt, & ad illius ſo-
cietatem ꝑtinet: Sed quiſquis per ſa-
cramenta fidei regeneratus membrum
Chriſti efficitur, ab vnitate huius cor

poris ſeparatur. Quis eſt ergo anathe-
ma niſi diabolus & membra eiꝰ? & qui
ſunt a nathema anathematis, niſi qui
ſeparati a corpore diaboli, facti ſunt
membra Chriſti? Quid ſignificet Her-
mon iam diximus, nunc quid ſignifi-
cet mons hermon videamus. Nam quē
admodū ſupra de *Seyr* dictum eſt: ita P
& nunc de Hermon dici poteſt: ꝙ vide
licet alii ſunt mons hermon, alii cam-
pus hermon, alii vallis hermon. Vallis
hermon dici poſſunt qui ꝑ fidem qui
dē a diabolo iam ſeparati ſunt, ſed ad-
huc ꝑ vitam carnalem in infimis de-
ſideriis proſtrati iacent. Campus Her- Q
mon ſunt hi fideles qui medium quen
dam ſtatum tenentes nec ꝑ volupta-
tem carnis in imo depreſſi ſunt, neq; ꝑ
ſpiritualem conuerſationem ad ſupna
erigi poſſunt. Mons vero hermon ſunt R
ii qui non ſolum per fidem a diabolo
ſunt ſeparati, ſed etiam per eminenti-
am virtutis, & per conſtantiam men-
tis contra diabolum ſunt erecti. Et hi
profecto ſunt quibus antiquus hoſtis
magis inuidet: quos non ſolum a ſe di
uiſos, ſed etiam cōtra ſe erectos videt.
Hi ſunt ergo quos iugiter perſequēdo
opprimere nititur: quos & a ſe receſ-
ſiſſe, & contra ſe ſtare conſpicatur. Iſti
ergo tanto grauiores tribulationes ſæ
pe ſuſtinent, quantomagis cōmunem
omnium hoſtem ſibi ſingulariter infe-
ſtū habēt. Nihil ergo melius ꝑ mōtem
*Seyr* q̄ parſimoniam: nihil melius per
montem Hermon q̄ patiētiā ſanctorū
accipimus. Seq̄tur deinde. A cubilibus Cant. 4.
leonū. Quid ꝑ cubilia leonū niſi (vt ita
dicā) ſopita crudelitas itelligit̄? Et q̄d S
eſt ſopita crudelitas, niſi carnis volup
tas: q̄ imprudēs quos nūc q̄dē delectat
ꝑ expientiā, poſt vero cruciat, priꝰ ꝑ cō
ſciētiā, deīde ꝑ pœnā. Attēde quō nūc T
in delectatiōe carnalis voluptatis dor-
mit vēturę dānatiōis pœna. Fauus (in
q̄t *Salomon*) diſtillās labia meretricis: Prou. 5.
& nitidiꝰ oleo gutt̄ eiꝰ: nouiſſima autē
illiꝰ amara quaſi abſynthū: & līgua eiꝰ
acuta q̄ſi gladius biceps. Et rurſū. Si q̄s Prou. 9.
eſt puulꝰ declinet ad me: & vecordi lo-
cuta eſt Aquę furtiuæ dulciores ſūt, &
pāis abſcōditꝰ ſuauior. Et ignorauit ꝙ

gigãtes ibi ſunt,& in profundis infer-
ni conuiuæ eiꝰ.Et dñs ad beatũ Iob de
Iob.40. antiquo hoſte loquens ait. Sub vmbra
dormit in ſecreto calami,ĩ locis humẽ-
tibꝰ. In illis enĩ mẽtibꝰ diabolꝰ pauſat,
quę intus a calore diuini amoris frigi-
dę,foris natant in fluxu carnaliũ volu
ptatũ:ꝗ oblectamẽta nũc qdẽ mollia vi
dent̃ ꝑ expiẽtiã,poſt vero crudelia ſen-
V tient̃ ꝑ pœnã. Nũc ſiquidẽ leo cubat &
dormit:qa mẽtibꝰ carnaliũ nũc ꝑ dele-
ctationẽ pc̃tĩ diabolus blandũ ſe ſimu-
lãs nõdũ q̃lis faturꝰ ſit,oñdit. Sed tũc
euigilare incipiet,qñ eos quos illicitis
nũc delectatiõibꝰ ſeducẽs ſpõtaneos te
X net in culpa,poſt apte ſęuiẽs ĩuitos tra
†De mõtibꝰ pardorum. het ad tormẽta.Seqtur.†A mõtibꝰ leo
pardorũ.Leopardus a leone & pardo ꝓ
creat̃.Leo crudelis eſt,& pardus macu-
loſus.Si ergo leo ꝓpter crudelitatẽ dę-
mones:pardus ꝓpter varietatẽ cõgrue
hęreticos deſignat:q & vnitatẽ fidei di
uerſis & peruerſis dogmatibꝰ ſcindũt:
quaſi quibuſdam maculis corpus infe-
ctum gerunt. Qui ſunt ergo leopardi
niſi ſuperbi amatores huiꝰ ſęculi,quos
primum diabolus ꝑ doctrinam hęre-
Y ticorum ad perfidiam generat,ac dein
Montes leopardorum. de ꝑ huius mundi amorem ad vitia ĩ
flammat.Montes leopardorum diuitię
ſunt & pompę huius ſęculi, in quibus
ſe praui extollunt, & electorum vitam
acrius inſectantur: quando eos in hoc
ſęculo abiectos,& ſe ſublimes aſpiciũt.
Bene ergo dicitur ad ſponſam. Venies
& tranſibis ad montem Seyr & hermõ
a cubilibus leonum,a montibus leopar
Z dorum. Sed quid eſt de cubilibus leo-
num ad monten Seyr,niſi de incontinẽ
tia ad caſtitatem: de voluptate ad par
ſimoniam? Et quid eſt de montibꝰ leo-
pardorũ ad mõtem Hermon, niſi de ſu
perbia ad humilitatem:& de crudelita
te ad patiẽtiam?Et nota quod dixit de
cubilibus non de cubili: de montibus
non de monte: & ad montem non ad
montes.De cubilibus ergo ad mõtem,
de montibus ad montẽ: hoc eſt de mul
tis ad vnum progredimur:quia quan-
tomagis mundum fugiẽdo deo appro-
pinquare incipimus,tãtomagis in vnũ
congregamur.Quod nobis &c. Amen.

# DE FRV

ctibus carnis & ſpiritus, & eorum co-
mitibus & oĩm deſcriptionibus, opuſ-
culum elaboratum:quod licet a maie-
ſtate dicendi & a grauitate ſententia-
rum.M. Hugonis a Sancto Victore fri
geat:ipſi tamen aſcribitur. Cuius hæc
ſunt Capita.

D tribꝰ virtutibꝰ theologicis & q̃tuor cardialibꝰ ex hũilitate naſcẽtibꝰ.C.I.
De pariũ ĩter ſe & cũ ĩparibꝰ collatiõe, vt virtutũ cũ virtutibꝰ,vitioꝝ cũ vitiis,ac virtutũ cũ vitiis. Cap.II.
De ſuꝑbia & eius comitibꝰ. Cap.III.
De vana gloria & eius comitibus. Caput. IIII.
De inuidia & comitibus eius. Cap.V.
De Ira & comitatu eius. Cap.VI.
De triſtitia ſeu acidia & comitate eiꝰ. Caput. VII.
De Auaritia & comitatu eiꝰ.Ca.VIII.
De ingluuie ventris ſeu gula & dę comitatu eius. Cap.IX.
De luxuria & comitatu eius. Cap.X.
De humilitate & eius comitibus. Caput. XI.
De prudentia & comitatu eiꝰ.Ca.XII.
De iuſtitia & comitatu eius.Ca.XIII.
De fortitudine & comitibus ipſius. Caput. XIIII.
De temperantia & eius comitibus. Caput. XV.
De fide & eius comitibus. Cap.XVI.
De ſpe & eius comitibus. Cap.XVII.
De caritate & cõitatu eiꝰ. Ca.XVIII.
De dilectione & eius ratione duplici. Caput. XIX.& Vltimum.

In opuſculũ de fructibꝰ carnis & ſpi
ritus ad humilitatis cõmẽdationem
Prologus.

CVm omnis di- A
uinę pagię ſer-
mo id intendat
vt homini bo-
num humilita
tis perſuadeat,
& ſuꝑbię ma-
lum declinãdũ
attẽtius ſuade-
at:prȩſertim cũ
in altero ſalutis & vitę, in altero ruinę



principium ſit: neceſſarium videtur ip
ſius humilitatis & ſuꝑbiæ fructũ & ef
ficaciam quaſi formam quandam viſibi
lẽ virtutum cultori facie tenus oſtẽde-
re:quatinus alterutrius ſpeciei,ſuꝑbiæ
vel humilitatis imitator cognoſcat ex
fructuum qualitate quid mercedis aſſe
quatur ex vtriuſlibet executione.Duas
itaqꝫ arbuſculas fructu & aſcenſu diſſi
miles & rudi & nouello cuilibet cõuer
ſo,adiũctis vitiorum ſiue virtutũ pau-
cis diffinitiunculis proponimꝰ: ex qua
rum radice fructuũ prouentus pateat,
& quæ arbor ex duabus eligenda ſit al-
B lectus fructu diſcernat.Et quidem ſuꝑ-
bia fructus carnis radix eſt: fructꝰ ſpiri
tus humilitas. Quę diuerſitas inſpecta
radicũ:fructũ earum moderabiliter q̃rẽ
tis appetitũ oſtendit. Deniqꝫ vetꝰ Adã
ſe collocat in arce vitioſę arboris. No-
uus Adam principatum obtinet prouẽ
tus ſpiritualis.Si ergo præſtantius de-
teriori, id eſt bonum malo altrinſe-
cus coniunxeris quod in his emineat,
qđ præponderet valenter intellexeris.
Collatis enim qualitatibus contrario-
rum cito meliorum ęſtimatio patebit.
Perſpectis igitur radicibꝰ ramis & fru-
ctibus noſtris arbitrii tui ſit eligere qđ
volueris.

De tribus virtutibus theologicis
& quatuor cardinalibus ex humi
litate naſcentibus. Cap.I.

C CVnctarum enim vt p̃-
dictum eſt virtutũ fũ-
damentum eſt humili
Luc.12. tas:quia omnis qui ſe
Matt.5. humiliat exaltabit̃. Et
pauperibus ſpiritu re-
Virtutes theologicę. gnum cælorum aperitur.Prima autem
virtutum humilitati fides accedit:qa ĩ
poſſibile eſt ſine fide placere deo:& iu-
ſtus ex fide viuit. Sed fide quid profi-
cis ſi ſpe non quęris qđ fide complecte-
ris?Qđ enim nondum videmus ſpera-
mus,& ſpes non confundit. Quia vero
ſperando amamus qđ iam fide tenemꝰ
ſpei caritas ſuccedit:& ſic fides quę ꝑ
dilectionem operat̃,recte ꝓcedit. Quali
Virtutes cardinales. ter autem iſtæ tres virtutes,id eſt ſpes,
fides,& caritas diſtinguendæ,tenendæ
ꝙ ſint:prudentia docet & informat:Iu

ſtitia ornat & cõſummat.Fortitudo re
tinet & roborat: & ne excurrant in ni-
mia nec incompetenter intra ſuos ter-
minos coarctentur,Temperantia mode
ratur & diſcernit.Si ergo has quatuor
virtutes addas tribus ſuperioribus,ſe-
ptenarius iſte virtutum numerus ple-
nitudinem ſeptiformis gratiæ ſuis exe
cutoribus adducit:per quam vitiorum
compago diſſoluitur,corpus diaboli ſu
ꝑatur:& per ſemitam iuſtitiæ fons &
origo virtutum omnium aditur.

¶De parium inter ſe & cum impari
bus collatione,vt virtutum cum virtu
tibꝰ,vitiorum cum vitiis ac virtutum
cum vitiis. Cap.II.

SI adiunxeris ſimilia ſi- D
milibus partium ęqua
litas vtriuſqꝫ partis ex
cellentiam ꝑhibet.Si
vero diſſimilia contu-
leris magis patet diuer
ſitas alterius.Sicqꝫ coniunctio parium,
differẽtiam arcet partium ſingularum,
& diuerſa qualitas vtriuſqꝫ creſcere vi
detur ex vtroqꝫ.Cõfer album nigro,ſa-
pientem ſtulto,ſuperbum humili,malũ
bono:& ex ipſis contrariis diſtantibus:
argumentum propriæ naturæ videtur
accedere ſingulis ſpeciebus. Sic de fru-
ctibus præmiſſarum arborum conſide-
ra.Quantæ enim ſit amaritudinis cum
germine ſuo radix ſuperbię,facile ꝑui
detur ex ſanctæ humilitatis vberi dul-
cedine.Itaqꝫ qui vitiorum furias,virtu
tum oppoſitione debellare ꝓpoſuit, ad
rem eſſe nouerit naturas eorũ vel qua
litates ſubtili examine conſiderare:qui
bus inſpectis,tota vis eoꝝ conſiderabi- Humilitas.
tur in triũphis humilitas. Igitur quæ
ex virtutũ pr̃cipatu altiſſimũ obtinet E
locum ſeptiformi virtutum theologi-
carum & cardinalium corona cĩgitur.
Ex quibus aliæ virtutes quaſi de fonte
quodam deriuatæ ſuis executionibꝰ ꝑ
fectionem quandam inducunt & bra-
uium oſtendunt qđ pugnantibus qui-
dem promittitur,exhibetur aũt vincẽ
tibus.Cui humilitati ſumma vitiorum Suꝑbia.
occurrens ſuperbia,in phalãge ſua mor
tis oſtendit materiam:& ſequacibꝰ rui
nam certam.Vtriuſqꝫ igitur comitatꝰ,

natura vel effectu diſtãtes non pigeat
cõſiderare, vt reprobatis per rationem
vitiis per virtutem poſſit triumphare.

F De ſuperbia & eius comitibꝰ. Ca.III.

Supbiæ deſcri=ptio.

SVperbia eſt ſingularis
excellentię,tumentiſq;
animi ſuper omnes cœ
tus quædã glorię & ſu
pereminẽtię appetitio.
Cuius comitatus prin
cipales iſti ſunt.
Luxuria.
Ventris ingluuies.
Auaritia.
Triſtitia.
Ira.
Inuidia.
Vana gloria.

G ¶Quequidẽ ſeptẽ vitia principalia(vt
aliquid de ſeculari ſcientia loquamur)
ſubalterna genera(iuxta quẽdã modũ)
dicere poſſumus: id eſt vt ſint ſpecies
ad ſuperiora,id eſt ad ſuperbiã vnde p=
cedũt. Genera vero ad inferiora,id eſt
ad vitia ex ipſis prodeũtia. Verbi gra=
tia, Dicimꝰ ſuperbiæ malum quoddam
genus ſubſtantiuũ eſſe: & vitia de ſup=
bia manantia,ſpecies quaſdam ſubſtan=
tiuas,vt ſunt animal & homo equꝰ&c.
ſed iuxta aliquid. Sicut dicimꝰ noctem
tenebras multiplicare,& ſilentiũ mali=
tiam tegere:cum in altero lux, in alte=
ro vox intermiſſa ſit:& multa his ſimi=
lia. Neminẽ autẽ hic fucus & externus
color offendat: quem idcirco poſui vt
fontem & riuum,id eſt ſuperbiam cum
ſuis appendicibus eo melius oſtẽdam.
Nunc itaq; annexis diffinitiunculis,de
ſuperbiæ malitiæ procinctu & comita=
tu videamus.

De vana gloria & comitibus eius.
Cap.IIII.

H VAna gloria eſt placen=
di deſiderio mota vtri
uſq; hominis incompe
tens agitatio. In eius
comitatu ſunt Hypo=
criſis, inobœdientia,ia
ctantia,nouitatũ præſumptio,arrogan
tia,iocacitas,pertinacia.

Hypo=criſis. Hypocryſis eſt virtutum ſimulatione
clauſum vitium ex arte palliare.

Inobœdiẽtię eſt ex duritia mẽtis obſti= Inobœ=dientia.
natæ ei cui parere debeas iuſta imperã=
ti nolle obtemperare.

Iactantiæ eſt faſtu mentis id agẽre,ma= Iactãtia.
iora q̃ ſint de te inaniter prædicare &
promittere.

Nouitatũ pręſumptionis,eſt cõtra qua Nouitatum pręſumptio
litatem ſui ordinis aut virium ſingula
ri tumore noui aliq̃d attentare.

Arrogantiæ eſt venditare quę non ha= Arrogãtia.
bes, & gloriari ex eo q̃d non acceperis
placendi hominibus cupiditate.

Iocacitas eſt per quam leuitas interior Iocaci=tas.
ſtulta verborum effuſione mõſtratur.

Pertinacię eſt ex irrõnabili & ĩflexibili Pertinacia.
mẽtis obſtinatiõe meliori nolle cedere.

De Inuidia & comitibus eiꝰ.Cap.V. I

INuidia eſt quæ feruĩ= Inuidia.
dum in dolore reddit
animũ ob alterius bo=
num & honorẽ, ea vi=
dere nolentem.In cuiꝰ
comitatu ſunt odium,
afflictio, exultatio, malitia,detractio,
amaritudo,ſuſurratio.

Odiũ eſt,q̃d motum irati animi moro= Odium.
ſius & tenacius ſpe vĩdictæ mordaciter
abſcondit:& hominẽ ipſum non tm̃ vi
tia eius maleuolentia perſequitur.

Afflictio in pſperis, eſt odientis animi Afflictio
cruciatus ex profectu minus ſibi placẽ
tis deſcendens.

Exultatio ĩ aduerſis,eſt ex caſu alteriꝰ Exulta=tio.
ob conceptum ſemel odium immodicę
lætitiæ oſtentatio.

Malitia eſt alieni damni ſine ſpe boni Malitia.
ex eo obtinendi deſiderium.

Detractio eſt alienę glorię & famę mor Detra=ctio.
dax & inuida per verba aut ſigna dimi
nutio.

Amaritudo eſt ſpiritalis expers gaudii Amari=tudo.
quędam diſtractę mentis ſolitudo & ex
alieno bono ægrotatio.

Suſurratio eſt per quã vel odioſę adula Suſurratio.
tionis vel derogatiõis ſibilo quodã,al=
ter in odium alteriꝰ excitatur.

¶De Ira & comitatu
eius. Cap.VI. K

IRa eſt ſtrictus concita= Ira.
ti animi furor vlciſcen
di libidine feruens. Eiꝰ
comites ſũt clamor,bla
ſphemia,contumelia,luctus,temeritas,
furor,indignatio.



Clamor. Clamor eſt perpetrati facinoris ſonora,
& inuerecunda exprobratio.

Blaſphemia. Blaſphemia eſt cum quadam probroſa
irreligioſitate conuicioſorum iaculata
in aliũ maledictio:aut eſt diuini vel hu
mani nominis diminutio iurando vel
exprobrando facta.

Contu=melia. Contumelia eſt cum mœroris liuore &
amaritudinis imperio alienæ infamiæ
manifeſtatio.

Luctus. Luctus eſt qui exacerbato animo,quod
minus in ſuperiorem poteſt vltionis,in
ſe fletibus ſatiſfacit.

Temeritas. Temeritas eſt rationis expers procacis
animi indiſciplinatus excurſus.

Furor. Furor eſt effrenata conceptis intrinſe=
cus aduerſis animi impatiẽtis & ĩpotẽ=
tis rabies.

Indignatio. Indignatio eſt turbida quædã ex inſolẽ
ti maliuolẽtia in inferiorem deſpectio.

De triſtitia ſeu acidia comitatu &
L eius. Cap.VII.

Triſti=tia. TRiſtitia eſt ex fruſtrato
rebus contrariis voto
turbatæ mẽtis anxietu
do,& rei bonę bene ge=
rendę tædiũ.Eius comi
tes ſunt:deſperatio,rã=
cor,torpor,timor,acidia, querela, puſil
lanimitas.

Deſperatio. Deſperatio eſt ad vitę ſtatũ vel virtutũ
reditum fracta ſpei gubernatio: vel eſt
ſpei de ſalute aut venia obtinenda ab=
iectio.

Rancor. Rancor eſt ex atra bili aut nimia pigri
tia virium animi & corporis eneruatio
& corruptio.

Torpor. Torpor eſt languentis animi pigritia,
remiſſa motio.corpis totiꝰ hebetudo.

Timor. Timor eſt per quẽ menti fluctuãs angu
ſtia ex cõtrarioꝝ expectatiõe generat̃.

Acidia. Acidia eſt ex nimia cõfuſione animi na
ta triſtitia ſiue tædium vel amaritudo
animi nimia:qua iocunditas ſpiritalis
extinguit̃,& quodã deſperationis prin
cipio,mens in ſeipſa ſubuertitur.

Querela Querela eſt latentem cordis moleſtiam
verbis impatientibus aperire,& ſe mi=
nus poſſe q̃ poſſit oſtendere.

Puſilla=nimitas Puſillanimitas eſt ex rerum aduerſarũ
tædio iners & inconſiderata fracti ani=
mi deiectio.

¶De auaritia & comitatu eius.
Cap.VIII. M

AVaritia eſt glorię diui Auari=tia.
tiarum ſeu quarũlibet
aliarum rerum inſatia Periu=rium.
bilis & inhoneſta cupi
ditas.Eius comites ſũt
philargyria,violentia,
vſura,fraus,rapina & fallacia.

Philargyria ẽ p quã ſingulari appetitu Philar=gyria.
pecuniæ corradendę continentię frena
laxantur:interp̃tat̃ eñ amor argenti.

Periurium eſt fraudulenta cõmodi cõ= Periuri=um.
ſequendi aut damni deuitandi gr̃a ve=
ritatis agnitę abnegatio peierãdo facta.

Violentia eſt per quã malitia ſeu iniu= Violen=tia.
ria commodi gratia in inferiorem po=
tenter & per vim exercetur.

Vſura eſt pecuniæ aut alterius rei mu Vſura.
tuo datæ cum fœnore receptio.

Fraus eſt per quã familiari rei,inopiæ Fraus.
vł malitiæ cauſa,clandeſtina ſurreptio
ne conſulitur.

Rapina eſt ex auidę mẽtis pueniẽs im= Rapina.
petu,violenta alienarũ rerũ direptio.

Fallacia eſt per quã motibꝰ deceptoriis Fallacia
veritas rei palliatur,vel odium alteriꝰ,
vel propriũ cõmodum intenditur.

¶De ingluuie ventris ſeu gula &
comitatu eius. Cap.IX. N

VEntris ĩgluuies eſt im De gula
moderata qualiſcunq;
ciborum potuũve hiã
tis concupiſcentiæ ſa=
tiſfactio.Eius comites
ſunt,ebrietas,crapula,
mentis hebetatio, languor, delicatio,
obliuio.

Ebrietas eſt per quam menti quędã ſui Ebrietas
obliuio generatur ex ſuperfluorum po
tuum indulgentia.

Crapula eſt ſolius corporis cauſa illece Crapula
broſus & auidus ciborum appetitus.

Mentis hebetatio eſt acutæ rationis ob Hebeta=tio.
tuſio carnalis intemperãtiæ craſſis ſen
ſibus inducta.

Languor eſt voracitatis vitio cõtracta Lãguor.
ægrę mentis deſidia.

Delicatio eſt cibi aut potus lauti deli= Delica=tio.
cioſi,& cari vltra ſtatum & neceſſita=

tem appetitio.
Obliuio Obliuio eſt p quã aīo vitiis ob gulã ſe pulto honeſtatis & ſalutis negligentia inducitur.
O
Luxuria ℂDe Luxuria & comitatu eius. Ca.X.
Vxuria ẽ ex īmūdis de ſcẽdẽs deſideriis lubrica & effrenata mentis corporiſve proſtitutio. Eius comites ſunt, voluptas, laſciuia, ignauia, petulantia, titubatio, blanditiæ, delicię.
Voluptas Voluptas eſt cũ quadã lubrica ſuauitate ad illicita fœdę mentis inclinatio.
Laſciuia Laſciuia eſt indecẽs mot⁹ diſſoluti corporis in loco verecundo ex intemperãtia carnali prodiens.
Ignauia Ignauia eſt de virtutũ laudabili exercitio lãguida vtriuſq; hominis deiectio.
Petulantia. Petulãtia eſt ex carnaliũ cogitatuũ cõceptione totius corporis laſciuus in rẽ amatam impetus.
Titubatio. Titubatio eſt lubricę carnalitatis inſtãtia fracti animi vitiũ exteri⁹ pdiẽs, aut ex imodica venere mẽbrorum vacillatio.
Blãditię Blanditiæ ſunt cum quadam dulcedine vitioſorum delectaminum ſenſualis extrinſecus facta exhibitio.
Delicię. Delicię ſunt corporalis illecebroſitatis cũ quadã ſuperfluitate vſurpatio.

ℂExplicitę ſunt diffinitiones vitiorum. Sequunt̃ diffinitiones virtutum.

P
ℂDe hũilitate & ei⁹ comitib⁹. Ca.XI.
Ognito iã horrẽdo pcinctu Supbię q trahit ad ſiniſtrã: humilitatis exercitũ attende q ducit ad dexterã. Ciuibuſ q; cognitis Babylonię ciues attende Hieroſolymę.
Humilitas. Humilitas eſt ex intuitu pprię cõditionis vel conditoris voluntaria mẽtis inclinatio. Eius autem hi ſunt comitat⁹ principales.
Prudentia.
Iuſtitia.
Fortitudo.
Temperantia.
Fides, Spes, & Caritas.

De prudentia & comitatu eius. Cap.XII.

Q
Prudentia. Rudẽtia eſt ĩ ſui cuſtodia boni maliq; puida ſagaxq; dignoſcentia. Eius aũt comites ſũt: timor dñi, alacritas, cõſiliũ, memoria, itelligẽtia, prouidentia, deliberatio.
Timor domini. Timor dñi eſt in fide & bonis moribus diuinorũ præceptorum vigilãs cuſtodia. Initiũ ſiquidẽ ſapiẽtiæ timor eſt dñi.
Alacritas. Alacritas eſt animi ad bonũ opus perficiẽdum lęta & circũſpecta prõptitudo.
Cõſiliũ. Cõſiliũ ẽ examinãdarũ gubernãdarũq; cauſarum ſubtilis animi proſpectus.
Memoria. Memoria eſt ad mẽtis intuitũ imaginaria qdã repręſentatio pteritorum.
Intelligentia. Intelligentia eſt ſtatũ pſentiũ rõnabili viuacitate penſitare & dinoſcere.
Prouidẽtia. Prouidẽtia eſt per quã ſubtilitate ſagaci futurorum euentus colligitur.
Deliberatio. Deliberatio eſt ante qdlibet iceptũ plena maturitatis & ſolertię cõſideratio.
R
ℂDe Iuſtitia & comitatu ei⁹. Ca.XIII.
Iuſtitia. Vſtitia eſt p quã cõmunitatis gratia tenet̃, & ſua cuiq; dignitas non negat̃. Cuius comites ſunt, lex, ſeueritas, æqtas, correctio, iuriſiurãdi obſeruatio, iudicium, veritas.
Lex. Lex eſt per quam facienda iubent̃, & nõ facienda prohibentur.
Seueritas. Seueritas eſt p quã iudiciaria vindicta ſequẽdo veri rigorem diſtrictius in pec cantem exercetur.
Æqtas. Æquitas eſt lãce iuſtitię ex ęquo librata digniſſima meritorum retributio.
Correctio. Correctio eſt erroris inati vel cõſuetudine introducti freno rõnis inhibitio.
Iuſiurãdum. Iuriſiurãdi obſeruatio eſt quæ plebeſci to ciuibus pmulgato trãſgreſſionẽ ei⁹ temerariã arcet pſtito iuramẽto de cõſeruatione illius perpetua.
Iudiciũ. Iudiciũ eſt per qđ ex audiẽtia meritorũ dignũ reddit̃ vel ſuppliciũ vel meritũ.
Veritas. Veritas eſt p quã pbabili ratione dictũ aliqđ vel factũ immutatũ profertur.
S
ℂDe fortitudine & comitib⁹ ipſi⁹. Ca.XIIII.
Fortitudo. Ortitudo eſt immobilis inter aduerſa animi laborũ & periculorum ſuſce-



ptio: Cuius comites ſunt, magnanimitas, fiducia, tolerantia, requies, ſtabilitas, conſtantia, perſeuerantia.
Magnanimitas Magnanimitas eſt generoſa quędã excellentia animi res difficiles & arduas pulchre & fortiter adminiſtrãtis.
Fiducia Fiducię eſt ex virtutũ cõſciẽtia immotam mentẽ inter aduerſa ſibi conſtituere & de bono exitu confidere.
Tolerantia. Tolerantia ſeu patientia eſt diuturna alienę iprobitatis vl' moleſtię ſufferẽtia.
Reqes. Requies eſt per quã menti qdã ſecuritas ex cõtemptu perfunctorię varietatis affertur.
Stabilitas. Stabilitas eſt mẽtis fixa nulla locorum vl' temporum varietate per diuerſa iactatæ retentio.
Cõſtãtia Conſtãtia eſt ſui ſimilis & ſtatu ſuo dignus, perpetuus, & immot⁹ vitę tenor.
Perſeuerantia. Perſeuerãtia eſt: q virtutum quadã perfectione (longanimitate pficiente) con firmat animũ ne ante conſecutum finem deſiſtat ab incepto.
T
Temperantia. ℂDe tẽperãtia & ei⁹ comitib⁹. Ca.XV.
Emperantia eſt in illicitos animi ipetus rationis firma & diſcreta dominatio. Eius comites ſunt diſcretio, morigeratio, taciturnitas, ieiunium, ſobrietas, afflictio carnis, cõtemptus ſeculi.
Diſcretio. Diſcretio eſt in diiudicandis rerũ cauſis prouida humanorum motuum moderatrix ratio.
Morigeratio. Morigerationis eſt ſeruata propria virtute ſe iuſte pieq; moribus ſe cum commorantium contemperare.
Taciturnitas. Taciturnitas eſt cũ quadam fructuoſa animi quiete a verbis etiam vtilib⁹ linguæ ſuæ coercitio.
Ieiuniũ. Ieiuniũ eſt interiorũ vigilantia, diſcreta parcimoniæ cuſtodia.
Sobrietas. Sobrietas eſt pura ab illecebris vtriuſq; hominis temperãtia, dicta q; ab ebrietate ſeorſum ac ſeparata ſit.
Afflictio carnis. Afflictio carnis eſt per quã laſciuę mẽtis ſeminaria caſtigatione diſcreta cõprimuntur.
Cõtẽpt⁹ ſeculi. Contemptus ſeculi eſt ex intuitu caducorũ ratione inductus amor ęternorũ.
V
ℂDe fide & eius comitibus. Cap.XVI.
Fides. Ides eſt in ſtudio ſancto q ex pmiſſorũ veritate ad iuiſibilia futura mẽtẽ facit pẽdere. Eſt eñ argumentũ rerũ nõ apparentium. Eius comites ſunt: religio, munditia, obœdiẽtia, caſtitas, reuerentia, continentia, affectus.
Religio. Religio eſt per quã reuerenti famulatu cęrimonię diuini cult⁹ exercentur.
Munditia. Munditia eſt conſummata integritas vtriuſq; hoīs intuitu diuini vel amoris vel timoris.
Obœdiẽtia. Obœdientia eſt inixa pio ſtudio pprię voluntatis voluntaria abnegatio.
Caſtitas Caſtitas eſt per edomitas vitiorum furias munda & honeſta totius corporis habitudo.
Reuerẽtia. Reuerentia eſt caſtus deo exhibitus ob fidem quam de eo habemus cultus.
Continẽtia. Cõtinẽtia eſt p quã carnaliũ affectuum impetus conſilii moderamine refrenãt̃.
Affect⁹. Affectus eſt cõcepto p fidẽ ſancto gaudio pii amoris in proximũ effuſio.
X
ℂDe ſpe & eius comitibus. Ca.XVII.
Spes. Pes eſt animi mot⁹ immobiliter ad ea q certa ratione expetit accipienda ſuſpenſus. Cuius comites ſunt cõtẽplatio ſupernorũ, gaudium, modeſtia, confeſſio, patientia, cõpunctio, longanimitas.
Cõtemplatio. Contemplatio ſupernorũ eſt per ſubleuatæ mentis iubilum mors carnalium affectuum.
Gaudiũ. Gaudiũ eſt ex cõtẽptu præſẽtiũ veniẽs feſtinę mẽtis iocunditas ſpiritualis.
Modeſtia. Modeſtia eſt pudici & honeſti habitus de laudabili profectu verecundia.
Cõfeſſio Confeſſio eſt per quã animæ morbus latens ſpe conſequendæ veniæ in dei laudem aperitur.
Patiẽtia Patientia eſt ęternę reſpectu glorię voluntaria & iſupabilis cõtrariorum ppeſſio.
Compũctio. Compunctio eſt quoddam animæ ſuſpirantis incendium natũ vel timore ſupplicii vel amore præmii.
Longanimitas. Longanimitas eſt ad cõplenda iuſta deſideria infatigabilis laborum ſuſtinentia.
ℂDe Caritate & comitatu ei⁹. Cap.18.

Y

Caritas. CAritas eſt mentis affectus & piꝰ amor ad deũ & proximum feruẽter & ordinate porrectus. Eius comites ſunt, gratia, pax, pietas, manſuetudo, liberalitas, miſericordia, indulgẽtia, compaſſio, benignitas, concordia.

Gratia. Gratia eſt in qua mutuę beniuolẽtię alteriꝰ ad alterũ affectuoſus cultꝰ oſtẽdit.

Pax. Pax eſt concordantium in bono animorum ordinata tranquillitas.

Pietas. Pietas eſt ex benignę mentis dulcedine gratia omnibus auxiliatrix affectio.

Manſuetudo. Manſuetudo eſt ꝑ quam mãſueti vel modeſti tranquillitas animi, nulliꝰ improbitate limitem ſuę quietis excedit.

Liberalitas. Liberalitas eſt ꝑ quam liber animus ĩ largitione poſſeſſorum nulla tenacitate coarctatur:

Miſericordia. Miſericordia eſt clemens & æqualis in omnes dignatio, & in afflictos compaſſibilis animi inclinatio.

Indulgẽtia. Indulgentia eſt remiſſio reatꝰ alieni ex ſui conſideratione deſcendens.

Compaſſio. Compaſſio eſt ꝑ quam ex proximi dolore condolẽti animo quædam afflictio generatur.

Benignitas. Benignitas eſt cum quadam ſplendida morum ſuauitate diligentis animi feruida conſpectio.

Concordia. Concordia eſt conueniẽtia in recto animorum indirupta quædam & vnita cõplexio.

Finis Deſcriptionũ vitiorũ & virtutum principalium, & comitum eorundem.

¶De dilectione & eius ratione duplici Cap. XIX. & vltimum.

Z

QVotidianũ de dilectione ſermonem ſerimus, ſi forte ſcintillet ĩ cordibus noſtris, & exardeſcat ignis flãmam faciens, aut totum cõſumens, aut purgans totum. Ex eo nanq totum eſt quod bonũ eſt, & totũ quod

Dilectionis riui duo. malum eſt, ex eo eſt. Vnus fons dilectionis intus ſaliens duos riuos infundit. Alter eſt amor mundi, cupiditas: Alter eſt amor dei, caritas. Mediũ quippe eſt cor hominis, vnde fons amoris erũpit.

Cupiditas. Caritas. Et cum per appetitum ad exteriora decurrit: cupiditas dicitur: cum vero deſiderium ſuum ad interiora dirigit, caritas nominatur. Ergo duo ſunt riui q de fonte dilectionis emanant. Cupiditas & caritas. Et omnium malorum radix cupiditas, & omnium bonorum radix caritas. Inuenimus autem illud qđ noſtra deſideria ſic multiphariam diuidit: & cor vnũ in diuerſa diducit: aliđ

Amor. non eſſe præter amorem. Qui cum ſit motus cordis ſecundum naturam ſingularis & vnicus: ſecundum actionem autem diuiſus cum ſe inordinate mouet, id eſt ad ea quæ non debet: cupiditas dicitur. Cum vero ordinatus eſt, caritas appellatur. Magnam rem commẽdare volumus, ſi tamen valemꝰ qđ volumus. Omnipotens deus qui nullo ĩdiget quia ipſe ſummum & verum bonum eſt: qui nec de alieno accipere poteſt quo creſcat, quoniam ex ipſo ſunt omnia: nec de ſuo amittere quo decidat, quoniam in ipſo immutabiliter cõſiſtunt vniuerſa: ipſe rationalem ſpiritum creauit ſola caritate nulla neceſſitate vt eum ſuę beatitudinis participẽ faceret. Porro vt idem aptus eſſet tanta beatitudine ꝑfrui fecit in eo dilectionem. Speciale palatium quodãmodo ꝑ hanc ſenſificans ad guſtum dulcedinis internæ: quatinus ꝑ ipſam videlicet dilectionem ſuę felicitatis iocũditatẽ ſaperet, eiq infatigabili deſiderio inhęreret. Per dilectionem ergo copulauit ſibi deus creaturã rationalẽ vt ei ſemꝑ inhęrẽdo: ipſum quo beatificãda erat bonũ, & ex ipſo quodãmodo ꝑ affectũ ſugeret: & de ipſo ꝑ deſiderium biberet, & ipm ꝑ gaudiũ poſſideret. Igit ꝑ amorẽ ſociata eſt factori ſuo creatura rõnalis ſolũ q eſt dilectiõis vinculũ qđ ligat vtroſq in ipm & tãto feliciꝰ quãto fortiꝰ. Propter qđ etiã vt ĩdiuiſa ſocietas & cõcordia ꝑfecta vtrobiq haberet: geminatꝰ eſt nexꝰ ĩ caritate dei & ꝓximi vt ꝑ caritatẽ dei oẽs vni cohęrerẽt

Caritas duplex. ꝑ caritatẽ ꝓximi oẽs ad inuicẽ vnũ fierẽt, vt qđ de illo vno cui oẽs ĩhærebãt, qſq ĩ ſemetipo nõ caperet, pleniꝰ atq ꝑfectiꝰ ꝑ caritatẽ ꝓximi ĩ altero poſſideret: & bonũ oĩm fieret totũ ſingulorũ.










# M. HVGO

nis de S. Victore de Nuptiis Libri duo: quorum prior eſt de Nuptiis carnalib⁹ vitandis: poſterior de Nuptiis ſpiritualibus amplexandis: quorum poſt prologum hęc ſunt in priorē libellū Capita.

De nuptiis carnalibus vitandis ſuaſoribus Theophraſto, atq; aliis philoſophis & oratoribus cum latinis tum grecis. Cap.I.
Muliebris commercii, & carnalis coniugii deteſtatio, adductis ſacræ ſcripturæ teſtimoniis. Cap.II.
Inuitatur amicus ad cōpunctionē cordis & fontem lachrymarum, vt deuitet illecebras carnis. Cap.III.
De vxore ſpirituali. i. vita contemplatiua vel actiua quæ patri & matri. i. deo & eccleſię placeat ducenda: Libri Secundi. Cap.I.
Qualiter vxor iā ducta ſit habēda, aut ſi diſplicuerit repudianda. Ca.II.
De nuptiis ſpūalib⁹ & earū ferculis, ornamētis, miniſtris, ac cōſūmatiōe. III.

## Prologus.

A D Vm te cariſſime, mundi huius agitari fluctib⁹ cōſpicio, timeo ne aut pondere diuitiarum pſſus, aut iuuētutis impetu cōpulſus: periculum ſcyllę voraginis incurras. Amor etem̄ mulieris eſt quaſi q̄dam vorago mortis, velut vnda ſubmergens. Ligat amor mulieris, ſed tunc grauius quū īdiſſolubili nodo cōiugii ſtringit. Mittimus ergo ſummitatē funiculi ſpūalis vt traharis ne vinculo cōiugii tenearis. B Summitas funiculi ſpūalis eſt ſermo ſanctę exhortationis. Hier.38. Hoc funiculo Hieremias īfixus ī limo ciſternę veteris, extract⁹ reſpirauit. Trahit Hieremias & educit ciſterna, & mūdat a cōtagione luti, quū mundo peccator exiēs p pœnitentiā abſoluit a labe peccati Hieremias trahit funiculo ſuo luto veterib⁹ pānis: nos aūt veterū patrū trahimur exēplis. Audi igit dilecte mi, q̄ ſūt incōmoda nuptiarū, nec philoſophorū tm̄, ſed etiā diuinoꝝ monitis acquieſce. vtrorūq; em̄ exēpla poſituri ſum⁹.

## De nuptiis carnalib⁹ vitādis ſuaſoribus Theophraſto atq; aliis phīs & oratoribus cum latinis tū gręcis. Cap.II.

C FErt aureolus Theophraſti liber de nuptiis. In quo q̄rit an vir ſapiens vxorē ducat. Et cū definiſſet, ſi pulchra, ſi bene morata, ſi honeſtis parētibus: ſi & ipſe ſanus ac diues: ſi ſapiens inire aliq̄n matrimoniū: ſtatim intulit. Hęc aūt raro in nuptiis cōcurrūt vniuerſa. Non eſt igit vxor ducēda ſapienti. Primū em̄ ſtudia philoſophię impediri: nec poſſe quenq̄ libris & vxori pariter inſeruire. *Nuptiarū incōmoda.* Multa ſunt q̄ matronarū vſib⁹ neceſſaria ſunt: pcioſæ veſtes, aurū, gēmę ſumpt⁹, ancillæ, ſupellex varia, lecticę: D deinde p totas noctes q̄rulæ cōqueſtiones: *Vxorū querelę.* Illa ornatior pcedit ī publicū: hęc honorat ab oībus: ego in cōuentu fœminarum miſella deſpicior. Cur aſpiciebas vicinā? Quid cū ancilla loq̄baris? De foro veniēs q̄d attuliſti? Non amicū habere poſſumus, non ſodalē: alterius amorē vxor ſui odiū ſuſpicat. Si doctiſſimus pceptor ī qualibet vrbium fuerit: nec vxorē relinq̄re, nec cum tali ſarcina illuc ire poſſumus. E Pauperē alere difficile eſt: diuitē ferre tormētum. Addeq; nulla eſt vxoris electio, ſed qualis aduenerit talis ſit habēda: ſi iracunda, ſi fatua, ſi deformis, ſi ſuperba, ſi fœtida, q̄dcunq; vitii eſt, poſt nuptias diſcimus. Equus, aſin⁹, bos, canis & viliſſima queq; mancipia, veſtes & lebetes, ſedile ligneū, calix & vrceolus fictilis, pbātur prius & ſic emunt: Sola vxor nō oſtēditur ne ante diſpliceat q̄ ducat. Attēdēda eſt ergo ſemp eius facies & pulchritudo laudāda: ne ſi alterā inſpexeris ſe exiſtimet diſplicere. F Vocāda eſt dn̄a, celebrādus natalis eius, iurādū eſt p ſalutē illi⁹, vt ſit ſupſtes optādū, honorāda eſt, nutrix & gerula, ſeruus paternus & altricius & pcurator calamiſtrat⁹: & ī longā ſecurāq; libidinē exectus ſpado, ſub q̄bus noībus adulteria deliteſcunt

Quoſcunq; illa dilexerit,ii gratis amandi.Si totã ei domũ regẽdã commiſeris, ſeruiendũ eſt:ſin aliqd tuo arbitrio reſeruaueris,fidẽ ſibi haberi non putabit & in odiũ vertit & iurgia. Et niſi cito cõſulueris parabit venena anus.Aurifices & auriolos & inſtitores gẽmarum ſericarũq; veſtiũ ſi introduxeris piculũ pudicitiæ eſt.Si phibueris,ſuſpicionis iniuria.Verũ quid pdeſt diligẽs cuſtodia:cũ vxor impudica ſeruari non poſſit,pudica nõ debeat? Infida eñ cuſtos eſt caſtitatis neceſſitas: & illa vere pudica dicenda eſt, cui licuit pccare ſed noluit.Sit pulchra aut deformis vxor, vtriq; vrget incõmodo q eã ducit. Pulchra eñ cito adamatur: fœda cito concupiſcit.Difficile cuſtoditur,qd plures amãt:moleſtũ eſt poſſidere,qd nemo habere dignetur.Minore tñ miſeria deformis habet,q̃ formoſa ſeruat. Nihil tutũ eſt in quo totius populi vota ſuſpirant.Alius forma,alius ingenio,ali9 facetiis,alius liberalitate ſollicitat: ſicq; aliquo tãdẽ mõ expugnat,qd vndiq; in

G ceſſit. Q3 ſi ppter diſpẽſatiõnẽ domus, & lãguoris ſolatia & fugã ſolitudis ducat vxor,mlto meli9 ſeru9 fidelis diſpẽſat, obœdiẽs authoritati dñi & diſpẽſationi ei9 obtẽpẽrãs,q̃ vxor q̃ in eo ſe exiſtimat dominã,ſi aduerſus viri volũta

H tẽ.i.ſi qd placet nõ qd iubet faciat. Aſſidere ãt ægrotãti magis poſſũt amici & vernulę bñficiis obligati,q̃ illa q̃ nobis iputet lachrymas ſuas: & hæreditatis ſpe vẽdat illas:cũ & ſollicitudinẽ iactãs & curã, languẽtis animũ deſperatione cõturbet.Quę ſi lãguerit,coegrotandũ eſt cũ ea,& nunq̃ ab eius lectulo recedẽdũ.Aut ſi bona fuerit & ſuauis vxor(q̃ tamen rara aut nulla eſt) cũ parturiente gemimus: cũ periclitante torq̃mur. Sapiẽs aũt nunq̃ ſolus eſſe põt. Habet eñ ſecũ oẽs q ſunt,quiq; potius fuerũt boni:& aĩm liberũ quocunq; vult trãſ

I fert:qd corpore nõ põt cogitatione cõ

Liberos & cætera nuptiarũ bona vilipẽdit.

plectit.Et ſi hoĩm copia defuerit,loquitur cum deo.Nunq̃ minus ſolus erit,q̃ cũ ſol9 fuerit.Porro liberorũ cauſa vxorẽ ducere vel ne nomẽ noſtrũ intereat: vel vt habeamus ſenectutis pſidia & vt certis vtamur hæredib9 ſtolidiſſimũ ẽ.

Quid eñ ad nos recedẽtes e mũdo ptinet ſi noĩe nro ali9 nõ vocet: cũ & fili9 non ſtatim,patri ſuo vocabulũ referat: & innumerabiles ſint q eodẽ appellent noĩe?At quę ſenectutis auxilia ſunt nutrire domi illũ q aut prior te forte moriat:aut perſiſſimis morib9 ſit,aut certe cũ ad maturã ętatẽ veneris tarde ei videaris mori.Hęc & huiuſmodi Theophraſtus edifferẽs,quẽ noſtrũ non moueat ad quietã cõtinẽtię vitã?Quieta ẽ eñ cõtinentię vita quam nõ inquietat vxoris ſuſpicio,nõ ſollicitant ancillarũ ſumptus: nec cõturbat filiorũ puerſitas.Quę mũditię gignit florẽ,puritatis parit fructũ,bonę cõſcientię pfert odorẽ.Hęc tergit carnis maculas, aĩam ſincerat,reſtringit cogitationũ fluxus.

Hacten9 Theophraſt9. Cęlibat9 bona.

Si quis aũt vxoris nõ eſt expertus ĩcõmoda,experto credat.Cicero eñ rogat9 ab Hircio,vt poſt repudiũ Terẽtię ſororẽ ei9 duceret non acquieuit dicens: non ſe poſſe & vxori & phiæ pariter operã dare.

Cicero.

Fertur & Socrates duas vxores habuiſſe,Xantippen & Mironen neptẽ Ariſtidis.Quę cũ eũ crebro cõuiciis aggrederent,nouiſſime verterũt impetũ ĩ eũ & male mulctatũ,tãdẽq; fugiẽtẽ diu pſecutę ſunt.

Socrates.

Sed forſitan putet aliquis cõcordię pudiſſe,ſi pauperẽ ducat vxorẽ.Marcus Cato Cenſorius habuit vxorẽ Paulã,humili loco natã,vinolẽtã,ĩpotẽtẽ,&(qd credere facile poſſet nemo) Catoni ſupbã. Philippũ regẽ Macedonũ,cõtra quẽ Demoſthenis philippicę,ĩtroeũtẽ ex more cubiculũ vxor excluſit irata.Quid igit dilecte mi? nũ doctior es Catone?nũ Philippo rege potẽtior? Nõ acqeſcit mulier ſupba viro ſapiẽti: nec potentem veretur irata.

Cato.
K Philipp. Maced.

Totæ Euripidis tragœdię in mulierum maledicta ſunt vnde & Hermione loquit: Malarũ me mulierũ decepere cõſilia.Scribit Herodotus q mulier cũ veſte deponat verecundiã.

Euripides. Hermione. Herodotus.

Qd ſine teſte gerit,q̃ſi nõ fecerit,obliuiſcit.Si qs aũt teſtis adfuerit:ipa tñ artificio lĩguę fateri cogit eũ nõ vidiſſe qd viderit. Qd verbis excuſare non valet,hoc lachrymis excuſat.Blãditur oculis,ſeducit oſculis,amplexib9 inſtat & vincit.Amat in muliere forma,nõ aĩa.Amor ãt formę,viriles

L Formæ amatio.



eneruat aĩos:non attendit cui adhęſerit:ratiõis expers eſſe dinoſcit. Scripſerunt ſicut legiſſe recolo Ariſtoteles & Seneca de matrimonio libros: in quib9 amorẽ formę vterq; accuſat.Amor(inquiũt)formæ rationis obliuio eſt & ĩſanię pximus philtrũ,fœdũ minimeq; cõueniẽs aĩo ſapiẽtiũ:turbat cõſilia,altos & generoſos ſpũs frãgit:a magnis cogitationib9 ad humillimas detrahit: q̃ruloſos,iracũdos,temerarios,dure ĩperioſos,ſeruiliter blãdos,oĩbus inutiles etiã ipſi nouiſſime amori facit. Nã cũ fruendi cupiditate inſatiabilis flagrat: plurima tẽpora ſuſpicionib9,lachrymis,conqueſtionib9 perdit:odiũ facit ſui,& ipſe

Plato.

nouiſſime odiũ eſt. Tota amoris ĩſectatio apud Platonẽ poſita eſt & oĩa ei9 incõmoda Lyſias explicauit: vt qui nõ iudicio,ſed furore ducat:& maxime vxorũ pulchritudini grauiſſim9 cuſtos ac

Seneca.

cubet.Refert pterea Seneca cognouiſſe ſe quẽdã ornatũ hoĩem q exiturus ĩ publicũ faſcia vxoris pectus colligabat: & ne pũcto qdẽ horę pſentia ei9 carere poterat potionẽq; nullã niſi alternis tractã labiis vir & vxor hauriebãt.Alia deinceps nõ minus inepta faciẽtes: in quę ĩprouida vis ardẽtis affect9 erumpebat. De hoc eodẽ exẽplo dicit Hieronymus

Hieron.

cõtra Iouinianũ. Origo qdẽ amoris honeſta erat ſed magnitudo deformis. Nihil aũt intereſt ex q̃ honeſta cauſa quis

Sextus.

inſaniat.Vñ & Sext9 in ſentẽtiis.Adulter eſt(inquit) in ſuã vxorẽ amator ardẽtior.In aliena quippe vxore oĩs amor turpis:ĩ ſua nimius. Sapiẽs vir iudicio debet amare cõiugẽ nõ affectu: vt regat ĩpet9 voluptatis ne pceps ferat ĩ coitũ. Nihil eñ fœdi9 eſt q̃ vxorẽ amare pin

M Cæteris aĩantib9 Coit9 eſt ſatietas hoĩ pene nulla.

de atq; adulterã. Certe q dicũt ſe cauſa rei familiaris & gñis hũani vxorib9 iũgi,& liberos colere imitet ſaltem pecudes,& poſtq̃ vxorũ vẽter intumerit,nõ pdãt filios,nec amatores ſe vxorib9 exhibeãt ſed maritos. Ducũt plerũq; vxores nõ cã fornicatiõis vitãdę ſed cã luxurię explẽdę:nec cã prolis,ſed cã pecu

Martia Catonis

nię. Vñ Martia Catonis filia minor,cũ q̃reret ab ea cur poſt amiſſum virũ denuo nõ nuberet.Reſpõdit ſe nõ inuenire virũ q ſe magis vellet q̃ ſua. Quo dicto elegãter oſtendit diuitias magis in vxorib9 eligi ſolere q̃ pudicitiã:& multos nõ oculis,ſed digitis vxores ducere.Optima eſt vxor quã nõ auaritia cõciliat:nec luxuria copulat.Refert Oeconomicus Xenophõtis liber pulcherrimus:in quo de ciuili loquit cõiugio: q; pari labore vir & mulier deſudarẽt in opere.Ille foris victus & cultus humanos q̃reret: illa vero domi curã agereret,ouiũ cæterarũq; pecudũ fœt9 & fructus cuſtodiret.Sed poſt mulierũ labor ĩmutat9 eſt:& q̃ laborare cõſueuerant, dñari cœperũt: & q̃nq; dñũ cõcomitat ociũ.

Xenophon.

Vñ Columella cũ de luxu mulierũ loqret,inqt:Luxu & inertia defluũt. Vt ne laniſicii qdẽ curã ſuſcipe dignẽtur:ſed domi cõfectę veſtes faſtidio ſint puerſaq; cupidine maxime placeãt quę grãdi pecunia & totis pene cenſib9 redimunt.Inſtrumentorũ agreſtiũ cura grauant:ſordidiſſimũ negociũ paucis diebus in villa morari dicũt. Amãt eñ ciuitatũ frequẽtiã: plateaũ plauſus,fori ſpectacula,ocioſorũ,confabulatiões:iter eſſe choreis gaudẽt,videre & videri ſũmũ bonũ exiſtimãt.Quę igit Cariſſime placet tibi,an q̃ ſectat ociũ:an q̃ dominio gaudet,an q̃ labore fatigat?Ocium eñ luxuria,dominiũ ſupbia,laborẽ iurgia ſequunt:his igit & huiuſmodi curis laborat & affligit,q vxoris peſtiferæ conſortia diligit.Reſtat nũc frater Cariſſime vt qui philoſophorũ poſuimus exẽpla,mulieris actus explicando:ad diuiatũ ſcripturarũ teſtimonia trãſeam9.

N Columella.

¶Muliebris cõmercii & carnalis cõiugii deteſtatio,adductis ſacrę ſcripturę teſtimoniis. Cap. II.

CAuſa mali mulier,initiũ culpæ,fomes peccati.Scriptũ ẽ eñ.A muliere ĩitiũ factũ eſt peccati:& p ipſã oẽs morimur. Ipſa eſt q ſubuertit iuſtũ:ſapientẽ decipit: exuperat fortem.Nonne Dauid,virũ ſanctũ,qui leoni & vrſo nõ ceſſit,qui Philiſtei frõtem lapide comminuit,mulieris aſpect9 traxit ad culpam?Quid tam ingẽs Samſoni virtus: vl' qd Salomoni tã laudata pfuit ſapiẽtia? Vicit.n.vtrũq; mulier.Nã

O Eccli.25.

ſicut ignis non ſatiatur cõbuſtilibꝰ: &
auaritia nunq̃ ſatiatur pecunia: ſic ar-
dor mulieris nunq̃ dicit ſufficit. Vxor
ꝓpria, habenti ſolet eſſe faſtidio, aliena
vero nõ ſine piculo adamatur. Propria
exuperat verbis: aliena mollit ſermões
ſuos, & multo labiorũ ſuoꝝ blandimẽ-
to ſeducit cor amantis. Vnde Salomõ,
Proũ.2. Vt eruaris (inquit) a muliere aliena: &
ab extranea quę mollit ſermones ſuos:
& inclinata eſt ad mortẽ domus eiꝰ: &
ad inferos ſemitę ipſius. Omnes qui in
grediunť ad eã non reuertunť: nec app̃
hendẽt ſemitas vitę. Et in eodẽ ſcriptũ
Proũ.5. eſt. Fauꝰ diſtillãs labia meretricis, & ni
tidius guttur eius oleo. Nouiſſima aũt
illius amara quaſi abſynthiũ: & lingua
eius acuta quaſi gladius biceps. Pedes
eius deſcendũt in mortẽ: & ad inferos
greſſus illius penetrãt. Per ſemitã vitæ
non ambulant: vagi ſunt greſſus eiꝰ, &
inueſtigabiles. Nunc ergo fili audi me
& ne recedas a verbis oris mei. Longe
fac ab ea vitã tuã, & ne appropĩques fo
ribus domus eius. Ne des alienis hono
rẽ tuũ, & annos tuos crudeli. Ne forte
impleanť extranei viribꝰ tuis, & labo-
res tui ſint in domo aliena: & gemas in
nouiſſimis qñ conſũpſeris carnes tuas
& corpus tuũ, & dicas. Cur deteſtatus
ſum diſciplinã & increpationibꝰ nõ ac
quieuit cor meũ: nec audiui vocẽ docẽ
tiũ me, & magiſtris nõ ĩclinaui aurem
P meã? In fauo mellis duo ſũt. i. mel et cę
Fauus mellis. ra. In facie meretricis ſimiliter duo, ſci
licet decor & gr̃a: hoc eſt pulchritudo
oris & dulcedo ſermonis. Cęra ſuccen-
dit ignẽ, mel p̃bet dulcedinem. Sic pul-
chritudo meretricis igne libidinis ĩflã
mat carnẽ: blandimẽto vero lenocinan
tis ſermonis ſubuertit mentem. Stillat
mel ex cęra: dũ meretrix verba ſua mol
lit & facit dulcia. Hanc aũt dulcedinẽ:
ęternę mortis amaritudo comitať. Vn
de ſequiť. Nouiſſima illius amara qua-
ſi abſynthiũ: & lĩgua eius acuta q̃ſi gla
dius biceps. Mors ęternę dãnationis p
gladiũ: amaritudo vero deſperationis p
Proũ.6. abſynthiũ deſignať. Cuſtodi ergo ani-
mam tuam a muliere mala & a blãda lĩ
gua extraneæ: nõ cõcupiſcat pulchritu
dinem eius cor tuũ: Nec rapiaris nuti-
bus illius: preciũ eñ ſcorti vix eſt vniꝰ
panis. Diligit mulier, vt decipiat: deci-
pit vt rapiat. Amat qđ habes, nõ quod Q
es. hęc eſt quæ (vt Salomon ait) Vecor Proũ.7.
di iuueni occurrit ornatu meretricio:
pręparata ad capiẽdas animas: garrula
& vaga, quietis impatiens: nec valẽs in
domo conſiſtere pedibus ſuis: nunc fo-
ris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos
inſidians. Apprehenſumq́ deoſculatur
iuuenẽ: & procaci vultu blandiť dicẽs.
Victimas pro ſalute tua deuoui: hodie
reddidi vota mea. Idcirco egreſſa ſum
in occurſum tuum, deſiderans te vide-
re & reperi. Intexui funibꝰ lectulũ meũ,
ſtraui tapetibꝰ pictis ex Ægypto. Aſpſi
cubile meũ myrrha & aloe & cinnamo
mo. Veni inebriemur vberibus & frua
mur cupitis ãplexibꝰ: donec illuceſcat
dies. Non eñ eſt vir in domo ſua: abiit
in via longiſſima. Sacculum pecunię ſe
cum tulit. In die plenę lunę reuerſurus
eſt in domum ſuam. Irretiuit eum mul
tis ſermonibus, & blanditiis labiorũ ꝑ
traxit illũ. Statim eam ſequiť quaſi bos
ductus ad victimã: & quaſi agnus laſci
uiens & ignorans: & neſcit ꝙ ad vincu
la ſtultus trahitur, donec transfigat ſa
gitta iecur eiꝰ: velut ſi auis feſtinet ad
laqueũ: & neſcit ꝙ de periculo animę il
lius agiť. Nunc igitur fili mi audi me:
& attende verba oris mei: Ne abſtraha
tur in viis illiꝰ mens tua: neq́ decipia-
ris ſemitis eius. Multos enim vulnera-
tos deiecit: & fortiſſimi quiq́ interfe-
cti ſunt ab ea. Vię inferi domus eiꝰ. Pe-
netrantes inferiora mortis. Quid dili-
gitur in muliere? forſitan qđ diligi ſo- R
let ĩ quolibet flore. In flore color. In mu
liere decor: ſed vtrũq́ parui tẽporis eſt.
Rubet roſa, lilia candent, viola purpu-
ram imitatur ferrugineã: nec tamen in
hyeme floret roſa, nec redolet liliũ: nec
viola naſcitur: ſed ſicut verna tẽpeſtas
ſola florum pręcipua pulchritudinẽ ve
ſtitur: ſic mulieris iuuentus ſola deco-
ris gratia coloratur. Vt autẽ flos quan
doq́ aut exuriť gelu, aut pruina mar-
ceſcit: ſic decor mulieris aut ĩfirmitate
lãguet, aut ſenio euaneſcit. Mulier oĩs
aut ĩ iuuẽtute morieť: aut erit anus. Si
moriť, ſeqť dolor, ſi eã diligis. Si anũ ex



pectas, nemini vetula placet. Non igiť
amandum qđ tam cito diſplicet: aut
S tam leuiter dimittitur. Illa quæ verti-
cis crines aurea diuidit acu, quę frontẽ
pingit, faciem colorat, gemmis digitos
exornat: erit eſca vermiũ, erit colubri
cibus. Huiꝰ collũ coluber ambiet, anget
anguis vbera. Et quãto pulchrior atq́
tenerior fuerit caro: tanto velocius pu
T trefacta vertetur inſaniẽ. Hęc in terra
patietur. Sed quid ĩ inferno erit? Audi
Eſa.3. Eſaiam loquẽtem de filiabus Sion, quæ
extento collo & nutibus oculorum ele
uatę & in pedibꝰ ſuis compoſito gradu
incedebant: Decaluabit (inquit) domi-
nus verticẽ filiarum Sion: & crinẽ earũ
nudabit. Auferet dominus ornamentũ
calciamẽtorum & lunulas, & torques,
& monilia & armillas & mitras, & diſ-
criminalia & periſcelides & murenu-
las, & olfactoriola, & pallia & acus &
ſpecula. Et erit pro ſuaui odore, fœtor:
pro zona, funiculus: pro criſpanti crine
caluitiũ: pro faſcia pectorali ciliciũ. Hic
vermis, illic ignis, hic putredo illic tor
mentũ ſine termino. Erit tamen ibi ver
mis cõſciẽtię hic nutritus delectationi
bus carnis: qui illic deſperationis dolo-
rẽ commouebit. Ecce qđ amas hõ: ecce
qđ es: & qđ amas. Cinis es & puluis: &
V vento ſupbię ſubleuaris. Nocet vicini-
Vicinitas mulierum. tas mulierum, cohabitatio eaꝝ multos
traxit ad crimẽ: quarũ (vt ait beatꝰ Gre
gorius) vox blãditur auribus & facies
oculis. In paradiſo nocuit mulier: ĩ ter
ra adhuc nocet, trahitq́ ad inferos. Ne
igiť obſtruat cælũ ſapientis eſt ꝓuide-
re. Vnde ĩ eccleſiaſtico legiť. In medio
Eccli.42 mulierum noli cõmorari. De veſtimen
tis enim procedit tinea & a muliere ĩi-
quitas viri. Vnde & ĩ ꝓuerbiis Salomõ
Proũ.6. dicit. Nunquid abſcondere põt homo
ignem in ſinu ſuo, ita vt veſtimenta il-
lius non ardeãt: aut ambulare ſup pru
nas & non comburantur plantæ eius?
Sic qui ingreditur ad vxorem proximi
X ſui, non erit mundus cum tetigerit eã.
Iob.2. Dum ægrotaret Iob, & damna ſubſtan-
tiæ pateretur: dum pro morte filiorum
cor eius doloribus anxiaretur: dũ mo-
leſtia carnis affligereť & teſta ſaniẽ ra-
deret: inter hæc nihil eſt relictũ qđ gra
uius affligeret q̃ vxor ſana & peruerſa.
Ait enim viro ægrotanti? Adhuc ꝑma
nes in ſimplicitate tua. Benedic deo &
morere. In paradiſo (vt diximꝰ) mulier
nocuit: ſed in ſterqlinio (vt audis) non
deſinit. Affuit cũ Petro in prætorio: & Ioan.18.
cum Herode locuta eſt in palatio. In p̃ Mar.6.
torio Petro præbuit negatiõis occaſio
nem: in palatio auſa eſt dicere Herodi:
da mihi in diſco caput Ioãnis Baptiſtę.
Cõmorari igiť cũ leone & dracone ma
gis placeat: q̃ cum muliere neq̃ habita
re. Nequitia eñ mulieris immutat fa-
ciem eius: & occęcabit vultum ſuũ tan
q̃ vrſus: & quaſi ſaccum oſtendet in me
dio proximorum. Ingemuit vir eius: &
audiens ſuſpirauit modicũ. Auerte igi Y
tur faciem tuam a muliere, & maxime
a muliere compta: & ne reſpicias ſpeciẽ
alienam: propter ſpeciem enim mulier
immutat faciem ſuam & multi perie-
runt. Hæc concupiſcẽtia quaſi ignis ex
ardeſcit. In amorẽ Thamar ſororis ſuæ 2.Reg.3.
Ammon filius Dauid exarſit, & periit.
Exarſit & periit in amore Dinæ filię Ia Geñ.34.
cob Sichem filius Emor. Sic ſpeciẽ mu-
lieris alienæ multi admirati, reprobi fa
cti ſunt. Nonne in prouerbiis ſcriptum
eſt de ea? Fouea ꝓfunda meretrix, & pu Proũ.23.
teus anguſtus aliena. Inſidiatur in via
quaſi latro: & quos incautos inuenerit
interficiet. Nonne preciũ ſcorti ſeu me Proũ.6.
retricis: vix eſt vnus panis? Nonne qui Proũ.29
nutrit ſcorta: ꝑdit ſubſtantiã? Ecce duo Z
cõtraria ſi luxurioſus es & auarus. Lar
gũ eñ quærit luxuria: parcũ auaritia:
Hę ſunt illę duæ dominę cõtrarię: de q
bus dicit Auguſtinus, ꝙ contraria præ
cipiant. Dicit auaritia ſerua: luxuria di
cit, eroga. Perdis ſi male erogas: ſi autẽ
non erogaueris, non recipis qđ amas.
Nutrimentũ luxurię cohabitatio mini
ſtrat: præbet vires, ſupponit igni mate
riam. Niſi eñ adiacentẽ ſubtrahas igni
ſtipulam, non ceſſat ignis: ſic luxuria q̃
diu carnalibus deſideriis paſcitur non
extinguitur. Duobus modis ignis extĩ Ignis extinctio.
guitur: ſcilicet dũ ſubtrahuntur ligna,
vel aſpergitur aqua. Sic luxurię flãma,
dum ſubtrahuntur carnis incẽtiua, vel
dum mens irrigať lachrymarũ affluen
tia, ſuffocatur ne noceat.

Inuitatur amicus ad compūctionem cordis & fontem lachrymarum, vt deuitet illecebras carnis. Cap.III.

A Fōs cōpūctiōis

VEni igiť cariſſime ad fontē cōpūctionis, qui oritur in valle humilitatis: qui defluit p decliuia cōuallium.i.p corda humilium. Cuius vnda extinguit libidinis flammā, vitiorū tēperat eſtus, mētiū ſordes lauat, carnalium deſideriorum reſtinguit ſitim. Irrigatur ab hoc fonte, caſtitatis hort⁹: humectanť ab eodē virtutū plantaria. Huius humor nutrit oliueta miſericordię: roſeta martyrii, caſtitatis lilia, inuiolatæ virginitatis violas gignit: & varios moratę iuuentutis emittit flores. Sicut ex aquarū hūore & calore ſolis terra iſta facta fœcundior, copioſiorē cultori ſuo reddit fructū: ſic hort⁹ aīę noſtrę dū lachrymarū affluentia ſuffundiť, dū rore cęleſti & ſancti ſpūs calore vaporať, ſegeti virtutū pſtat incremētū: pululare cogit virgulta iuſtitię: in vineis caritatis botros multiplicat gratiæ: multiplicat & abundantiā vini.i.intelligētiam verbi diuini.

B Mentes humiles

Mentes etem q ſitæ ſūt in conuallib⁹ humilitatis, quas illuminat radi⁹ cōtēplatiōis, p calorē ſcti ſpūs defendunť a tentationis pruina: p humorē cōpūctionis itimę, replenť itelligētia diuina. Sicut riuulus lene ſonātis aquę obiectu lapidū dat ſaltus & quaſi quodā delectabili murmure aures demulcet audientiū: ſic riuulus cōpūctiōis dū pctorū occurrit memoriæ, dat ſingult⁹ & pſalmorum dulce murmur aurib⁹ cordis iſonat. Dū eñ occurrit pctorū memoria, mēs de ſingulis trahit ſuſpiria. Sunt igiť riuuli ſaltus, animi ſingult⁹: pſalmorum vero ruminatio, fluētis eſt aq murmuratio. Sup ripas hui⁹ fontis dulce eſt cōmorari & cōſiderare vultū natiuitatis ſuę quaſi in ſpeculo. Vt ſi qua macula dinoſcať in facie mūdeť aqua. (Ex Iac.1.)

C Fōtis obturatio.

Cōtigit qnq vt fons cōpūctiōis repleatur terra: nec aliquos habeat decurſus: ſed obſtruſis venarū meatib⁹, bitumine & limo plenus ſupabundet. Tūc fōs oppleť terra, cū mēs nihil niſi terrena cogitat: ſicut in Ezechiele diciť de ędificio i mōte viſo. Et terra (inqt) erat vſq ad feneſtras: & feneſtrę clauſæ ſuper oſtia. (Ezec.41.) Per ędificiū ſignať eccleſia: p feneſtras ędificii, eccleſię plati. claudunť feneſtrę: qa terra erat vſq ad feneſtras. In tēti.n. terrenis deſideriis ecclię plati lumen verbi ſubtrahūt ſubiectis: & hoc ē feneſtras eſſe clauſas. Sic fons cōpūctionis dū terra repleť, ſiccať: niſi terra eiiciať. Sed tūc eiicit terra: cū p cōfeſſionē mens abſoluiť a culpa.

D Fontis obſcuratio.

Qñ aūt nouiter purgať, tribus adhuc modis obſcurať. Obſcurať eñ pfunditate, turbať limo, agitať vento. Profunditas fontis eſt lōgæ cōſuetudinis in peccatis aſſiduitas mentis. Limus vero delectatio carnalis: qa licet aīus peccato renūciet, ex cōſuetudine tñ pcedēti, qdā dulcedo delectationis in carne qnq remanet. Agitatur vēto cū mēs nouiter cōuerſa vēto ſuggeſtionū aliquātulū moueť accepto.

E Fontis purificatio.

S3 dū ceſſat vēt⁹: dū limus ima petit, dū illuminať pfunditas fontis, radio cōtemplatiōis: tūc mēs trāquillitatē recipit: & fit illuſtre qđ erat obſcurū. Fit itaq fons purus, fit purior, fit puriſſim⁹. Purus efficiť p cognitionē ſui, purior per cognitionē mūdi, puriſſim⁹ p cognitionē dei.

Cognitio ſui, mūdi, & dei.

Cognitio ſui gñat hūilitatē: cognitio mūdi, ipſi⁹ mūdi deſpectionē, cognitio dei caritatis ardorem. Cognitio ſui illuminat pfunditatē: cōtēpt⁹ mūdi pellit delectationē: ardor vero caritatis ſedat vētorum.i.tētationū cōmotionē. Sic igiť cōgreganť illa tria.ſ. claritas, puritas & trāqllitas. In itelligētia claritas: i cōſciētia puritas, i moribus trāqllitas. Veniāt igiť ad fōtē cōpūctiōis illi q ſedēt ſup flumina Babylonis. Sed quō veniēt? recordādo Siō. Vñ Pſal. Sup flumina Babylonis illic ſedim⁹ & fleuim⁹ dū recordaremur tui Siō. (Pſal.136.)

F Flumia Babylonis & eorū trāſitus.

Qui ſcrutāť fluctus mūdanę cōfuſiōis, qđ eſt eē ſup flumina Babylonis: ſi cōtēplenť cęleſtia, ſolo eorum deſiderio excitēť ad lachrymas. More.n. fluminis, mūdana cuncta tranſeunt. Amittuntur diuitiæ, mutantur honores, ædificia corruunt, precioſæ veſtes conterunť aut conſumunť: amici moriunť, hi gladio, illi ſenio: hi caſu, illi īfirmitate. Euaneſcit pulchritudo, labiť ętas, cito fit de puero iuuenis, de iuuene ſenex, de ſene decrepit⁹. Sic mūdana trāſeūt: & tñ mlti ſequunť ea. Hi



eñ ſedēt ſup fluenta luxurię: illos trahit torrens iracūdiæ: hūc vorago gulæ demergit: illum cupiditatis pfunditas abſorbet. Hunc loquacitatis impet⁹ ſubuertit: illi ocioſitatis ſtagna placet.

G Ocioſitas.

Aſſimulatur ocioſitas ſtagno: qa ſicut ſtagnū abundātiā nutrit piſciū: ſic ocioſitas multitudinē cogitationū. Hęc ſunt mortis flumina tenaci vitiorū luto repleta. Clama igiť cariſſime vt educaris de lacu miſerię & de luto fęcis: vt venias & bibas de fontibus Iſrael: & hauriās aquas in gaudio de fontib⁹ ſaluatoris. (Pſal.39. Eſa.12.)

Fōs cōpūctiōis & q ex eo biberunt.

Fōs cōpūctionis, eſt vnus de fontib⁹ ſaluatoris. In hoc fōte ſalus & ſanitas. Bibit Petrus ex hoc fonte, & ſalutē recepit. Venit Maria Magdalene ad hūc fontē: & ab languore peccatorum multorum ſanata eſt.

H Fōtes.7 Iſrael.

Ad hunc fontē fontes Iſrael defluūt. Septē ſunt eñ fontes Iſrael quibus vidētiū deū mētes irriganť.i. ſeptē ſunt ſancti ſpūs dona: q ſunt ſpūs ſapiētię, & intellectus: ſpūs cōſilii, & fortitudinis: ſpūs ſciētię, & pietatis: & ſpūs timoris dñi. De fonte ſapiētiæ pcedit aq doctrinę. Spūs intelligētię emittit riuulū puidētię. De fonte cōſilii, pcedit vena ſolatii. De fonte fortitudinis, robur boni operis. Emittit fons ſcientię gemitū doloris: Qui eñ addit ſciētiā, addit & laborē. (Eccl's.1.) Reddit autē fons pietatis, decurſum cōpaſſiōis. Riuulus vero timoris, fructum cōfeſſiōis. Anima itaq deū ſitiens compūgiť timore: compūgiť & amore. Dū eñ cogitat vite pſentis exilium, vel dū recolit inferni ſuppliciū: tūc affligiť lachrymis, vexať ſuſpiriis. Cum vero longa mœroris anxietate cōſumpta, de venia ſecuritas naſciť, aut cōtēplatione cęleſtiū mens delectatur: tunc eſt oneri tranſeūdi ad regnū dilatio, & cruciať mens deſiderio.

I Ex his igiť quatuor affectionibus animi tanq ex quatuor riuulis, quorum duo deſcēdūt ex ſuperiori irriguo, duo vero ex inferiori aſcēdūt: fons cōpūctionis augmentať & creſcit. Hęc eſt terra quā dedit Caleph Axę filię ſuę ſedēti ſup aſinū, ſuſpiranti q & dicenti. Da mihi pater benedictionem. Terram auſtralem & arentem dediſti mihi: iunge & irriguā. Deditq ei pater ſuus irriguū ſuperius, & irriguū inferius. (Ioſue.15.) Axa qualibet aīam fidelē: Aſinus eidem aīæ ſubiectā carnem: Terra auſtralis ardorē exprimit bonæ mētis. Irriguū ſupius & irriguū inferius duo genera compūctiōis, timoris & amoris. Gemitus ſuſpirātis, dolorē pœnitentię deſignat. Per irriguū ſupius igiť, & irriguū inferius, timor & amor intelligiť. Dū.n. ex conſideratione præſentis miſerię, vel ex recordatiōe gehēnalis pœnę, profluimus lachrymis, tūc quaſi geminos aquęductus ex irriguo inferiori .i. ex timore ad fontē cōpūctiōis dirigimus. Cū vero anim⁹ foras mittit timorē, & mens emoliť per amorē: dum cruciať mentē dilatio, & aīus accendiť deſiderio: tunc quaſi ex irriguo ſupiori.i. ex amore duo riuuli ad fontē cōpūctionis deſcendūt.

K Hęc eſt hęreditas Axę filię Caleph, filii Iephone: q duxerit eam vxorem tali ditabiť hęreditate. Caleph cor interpretať Iephone conuerſio, qui eñ conuertunť ad cor, irrigua compūctionis poſſident, & auſtrali terra delectanť.i. bonę menti, q calore ſpūs ſancti feruens flagreſcit dominať. In his riuulis aīæ ſordes abluuntur & carnis ignamenta purganť. In inferiori irriguo animę veſtes a groſſioribus ſordib⁹ mūdanť: in ſuperiori mundiores fiunt: i auſtrali vero terra ſiccanť. Timor lauat, amor mūdat, calor ſiccat. In inferiori irriguo timor, in ſuperiori amor, i auſtrali ē calor. Timor ex pœna, amor ex deſiderio, calor ex igne. Senſualitas timet: ratio delectatur. Animus radio contēplationis illuminať. In vno ſordes deponuntur: inaltero munditia recipiť: in tertio candor. Timor exprimit actionum peccata. Amor delicta cogitationum eliminat. Ignis vero meditationū humorem carnalium voluptatum exſiccat. Vnde Pſalmiſta. Et in meditatione mea exardeſcet ignis. (Pſal.38.)

L Poteſt & aliud de hac inūdatione & mūdatione aquarum ſpiritualiū p ſimilitudinem dici. Solent etenim materiales panni, prius aqua frigida poſtea vero calida lauari: & ſic ad radios ſolis vt ſiccentur poni. Aqua miſceť cineri, colať (vt ita dicā) per pannū, ne cinis trāſeat: & ſic q lauātur citius mundantur. Cum enim per

amorem cæleſtiũ deſiderioꝝ cõpũctio-
nis lachrymæ excitantur,tunc quaſi ad
ignẽ ponitur aqua. Cum carnalis fragi
gilitas attendit,tunc quaſi cineribꝰ aq̃
miſcetur. Colat per pannũ & cõmouet
cinis,dum per memoriã mortis cõſide-
rat animꝰturbationẽ carnalis fragilita
tis.Per hoc igit cõpũctionis lixiuiũ aię
ſordes abluũtur:homicidii videlicet ſã
guis,inuidię venenũ,luxurię fœtor,le-
uitatis puluis,cupiditatis fumus, pan
M nus meſtruatę,voluptatis cœnũ. Lõge
digreſſi Chariſſime cœptũ reliqmꝰ iter,
more viatoris:qui iuxta viã fontẽ repe
riens ponit latus ſup ripã,florido gra-
mine delectat,cõſpicuas mirat aquas,ſi
tim releuat,vię refrigerat ęſtũ:lota fa-
cie,lauat manus & pedes. Sic qui fontẽ
cõpũctionis reperit,animæ faciẽ lauat:
quia mẽtis ſpeciẽ decorat. Lauat & ope
ra manuũ,lauat & affectꝰ cogitationũ,
quibus quaſi pedibꝰ mens ad optata p-
gredit. Immorari diutius liberet circa
fontis huius fluenta,ſaltẽ loquẽdo:niſi
propoſiti noſtri finis inſtaret.

¶De nuptiis ſpũalibus. Lib.II.

De duplici vxore & duplici vita.Ca.I.

N SVrgamus igit
& reuertamur
ad rẽ:vt q pau-
lo ante carna-
liũ nuptiarum
patefecimus in
cõmoda,Nunc
ad dulces ſpũa
lis cõiugii am-
plexus puoce-
mꝰ ſociũ.Cauẽ
dũ aũt primũ eẽ moneo ne illicito frua
tur cõiugio:neve talẽ ducat q̃ aut ma-
tris aut patris offendat animum.Iſaac
Gen̄.26. duos habuit filios: & vterq; duas ha-
buit vxores.Eſau enim duxit Iudith fi
liã Beeri Ethei,& Baſemath filiã Elon
eiuſdẽ loci:quæ ambę offenderant ani-
Gen̄.29. mũ Iſaac & Rebeccæ. Iacob vero filias
Laban Lyam & Rachel ſibi cõiugio ſo-
ciauit. Quid autem hi duo fratres niſi
duos motus qui ſunt in hoĩe deſignãt,
hoc eſt concupiſcẽtiam carnis & ſpũs?
Quid vxores Eſau niſi propriæ laudis
amorẽ & mũdi ſapientiã? Quid vxores
Iacob:niſi actiuã & cõtemplatiuã deſi- O
gnãt vitã? Ad hoc pertinet qđ dicit.Fa Gen̄.25.
ctus eſt Eſau vir gnarus venãdi: Iacob
aũt ſimplex habitabat domi vel ĩ taber
naculis. Venator carnẽ ſequit & carne
veſcit:qa cõcupiſcẽtia carnalis ſectãdo
carnalia carnalibꝰ deſideriis paſcit:ani
mus vero ſpiritalis quaſi Iacob vir ſim
plex in tabernaculis morat, qa intꝰ ſpi
ritalia meditãdo delectat Eſau feras:Ia
cob ſequit oues,hic ſãguinẽ fundit:ille
lac pbet hic lanã ille pilos ĩutiles: hic
gerit arcũ vt vulneret, & ponit laq̃os
vt decipiat:Ille baculũ tenet ſuſtẽtatio
nis p conſolationẽ, & virgã directionis
per correctionẽ. Probans quoq; Eſau q Gen̄.28.
nõ libenter acciperet pater ſuus filias
Chanaan,duxit vxorem abſq; his quas
prius habebat,Melech filiã Iſmaelis fi-
lii Abrahã.Erat eñ Iſmael ancillę filiꝰ
q̃ eſt Agar.Agar carnem,Iſmael carnis
appetitũ, filia Iſmaelis curam deſignat
carnis.Duxit itaq; filiam Iſmaelis q cu
rã carnis in deſideriis facit. Vxores Ia-
cob ſolę laudant: in vna fœcũditas ĩ al
tera facies cõmẽdat. Quibuſdã tñ ſola
Rachel:qbuſdã ſola Lya placet. Amant
eñ qdã cõtẽplatiõis pulchritudinẽ, qe
tẽ ſilentii,lectionis ſpeculũ,cõſciẽtię pu
ritatẽ,pię meditatiõis cõſolationẽ.Ca-
ritati diuiæ q̃ſi vultui Rachelis ĩhęrẽt:
aſpectibꝰ animi tãq̃ voluptuoſis ãplexi
bus illius aſtringunt. Aliis vero ſolius
Lyę fœcũditas placet.Generãt verbo p
dicatiõis filios:hos nutriũt lacte cõſo-
lationis,illos vero paſtu cibi fortioris.
Neceſſario ſeruiũt labori,curã rei fami
liaris gerũt,nẽceſſaria fratribꝰ ſubmini
ſtrãt:& ſunt q̃ſi vela aut ſaga cilicina,q
bus tota pulchritudo tabernaculi a vẽ
to & pluuia cuſtoditur. Apud nos aũt
vtraq; ducit.i.Rachel & Lya:ne ĩtolera
bilis ſit labor Lyę neu qes Rachelis ha-
beat tædio:ſ; cõſtitutis horis ſibi ĩuicẽ
ſuccedãt. Succedat labor orõni,orõ la-
bori,lectio meditationi,meditatio pdi-
cationi.Sic ad Rachel Iacob qñq; intra
bat: ſed ad Lyam ſępius ĩtrare cõſueue
rat. Ducẽda eſt igit vxor q̃ ſũmi patris P
aĩm nõ offẽdat: q̃ gaudiũ felicitatis nõ
cõturbet ęternę.Hoc.n.ĩterptat Yſaac,
gaudiũ ſiue riſus.Itẽ cauẽdũ eſt ne talẽ



ducas quã lex phibeat. Poplo etem̃ Iſ-
rael exeũti de ægypto cũ ſeptẽ gẽtes.i.
Chananęos & Pherezeos cũ qnq; reliqs
Exo.23. gẽtibꝰ expugnaret dñs:ait Nõ iibis fœ
dus cum eis:neq; ſociabis cõiugia:filiã
tuam nõ dabis filio eius, nec filiam eiꝰ
accipies filio tuo:quia ſeducet filiũ tu
Moralr. um.Patet moralis ſẽſus.De ęgypto ex-
eunt qui mundo renũciant: expugnãt
illas ſeptem gẽtes & poſſident terram
earum, qui terram cordis ſui liberãt a
dominio ſeptem principalium vitioꝝ.
Fœdus vero cum eis non inire, eſt con
ſenſum delectationi nõ pręberę. Conu
bia non ſociare, opera delectationũ nõ
adimplere.Filii autem & filiæ Chana-
neorum, ſunt opera eorum peruerſa &
ſuggeſtiões vel cogitationes praue. Fi
lii & filiæ Hebræorum, ſunt opera bo-
na & piæ cogitationes.Coniunguntur
ſiquidem hę duę nationes inter ſe con
trarię,mutuo quando opus bonũ ſug-
geſtioni,aut cogitatio bona operi neſa
rio conſentit.Sed hebręi filium Chana
nei filia ſeducit:cum boni conſiliũ ope
ris ſuggeſtio pueria ſubuertit. Sic Euę
ſuggeſtio primi parentis mutauit con
ſilium:porrexit voluptatis pomum: &
ad inobœdientiæ promouit tranſgreſ-
Spũalr. ſum.Qꝫ ſi ſpũaliter intelligat, Eua cot
tidie primo parenti offert pomum: qa
caro ſpiritui ſuggerit voluptatis affe-
ctum.Pomo enim voluptas carnis p ſi-
Pomo compa-ratur voluptas. militudinem cõparatur. In pomo enĩ
tria ſunt.ſ.odor,color,& ſapor. Et ĩ vo
luptate tria.ſ.fauor,honor,& amor.Fa
uor itaq; mũdi eſt quaſi odor pomi: co
lor,honor:ſapor,amor. Sicut enim na-
ribus dulcis odor attrahitur: ſic totis
deſideriis animi famæ ſęcularis fauor
affectatur. Sed caret pomum pulchri-
tudie coloris:ſi voluptas priuetur ho-
nore mundanę poteſtatis.Odorem ve-
ro ſapor ſequitur:quando opere deſide
rium voluptatis impletur. Monſtrat
diabolus Euę pomi colorem per ſugge
ſtionem : odorat Eua per delectationẽ:
Adam per delectationis amorem cõſen
tit.Hæc in nobis cottidie fiunt.Sugge
rit enim diabolus,delectatur caro,ſpi-
ritus conſentit. Adhibenda eſt igit cu
ſtodia ne dãnetur ſenſualitas, ſed ſuc-
cumbat: ne ſtultitia carnis animũ pri-
uet virtute rationis.

Qualiter vxor iam ducta ſit haben-
da,aut ſi diſplicuerit repudianda.

Caput.II.

IN caſſum forſitan hor- Q
tor te Chariſſime, ne du
cas vxorem:quia fortaſ
ſis aliquã duxiſti. Si au
tem duxiſti, vide vtrũ
placeat, caue ne ſit an-
cilla,ne adultera,ne fœda. Per Moyſen
etenim ſcriptum eſt.Si acceperit homo Deu.24.
vxorem & habuerit eam & non inue-
nerit gratiam ante oculos eiꝰ propter
aliquam fœditatẽ, ſcribet libellum re-
pudii & dabit ĩ manum eius,& dimit-
tet eam de domo ſua: Cunq; egreſſa al
terum maritum duxerit & ille quoq;
oderit eam, dederit q libellum repu-
dii & dimiſerit eam de domo ſua, vel
certe mortuus fuerit,non poterit pri-
or maritus recipere eam vxorem, quia
polluta eſt & abominabilis facta coram
domino. Audi chariſſime quid de addu
cto exemplo Beatus Gregorius dicat. Grego.
Homo (inquit) vxorem accipit cum
actionis terrenæ ſuſcipit curam. Cuiꝰ
cum cognouerit fœditatem,dat libellũ
repudii & dimittit eam de domo ſua:
quia ſępe ipſa terrena actio quę priuſq̃
haberetur fortiter amabatur,cum ha-
bita fuerit eius fœditas agnoſcitur:cũ
ſcilicet eſſe per peccatum polluta vide-
tur.Dimittit ergo eã vir de domo ſua,
vt amorem eius abiiciat de mente ſua.
Quę egreſſa alterum virum accipit:qa
terrenam actionem quam tu deſeris
alius concupiſcit: ſed fortaſſe etiam
ipſi in odium quandoq; ventura eſt,vt
eam vtiliter dimittat.Bene autem di-
citur dimiſerit eam, vel certe mortuꝰ
fuerit: quia vnuſquiſq; terrenam, aut
dimittet,aut morietur,id eſt aut nõ ei
ex animo ſuccumbãt:aut ppter ea fun
ditus in animę vita ſuccũbet. Siue er-
go eam ſequens maritus dimiſerit ſiue
mortuus fuerit, maritus prior eam in
vxorem non poterit recipere: quia pol
luta eſt: vt videlicet iis qui ſemel ter-
renam curam,atq; pſentis vitę intẽtio
nem reliq̃rit,ad eam vltra nullo modo

redeat:quoniam ipē iam ſuo iudicio ſe
polluit,qui eam prius ideo deſeruit,qa
R pollutam eſſe cognouit. Habes nũc Ca-
riſſime cauſam ſeparationis idoneam.
Cauſa enim ſeparatiõis:eſt occaſio fœ-
ditatis fœtoris. Sed fœtoris aſſiduitas
fortaſſis quid, & pręcipuę vel quãtum
cuilibet noceat dinoſcere non permit-
tit:nec fœtorẽ curę ſecularis diſcernũt
nares niſi quæ fragrantiam conſueue-
rint boni odoris,ſed qui remotus eſt a
fœtore,qui moratᷣ inter odoriferos vir
tutum flores: & bonorum operum ve-
lut aromatum reficitur odore, qui car
nis munditia delectatur: & puritatem
cordis obſeruat: talis peccati fœtẽtem
nebulam ſentit & contaminantem ſu-
perfluitatis euitat labem. Eiice igitur
vxorem, & ſic eiicies cum vxore fœto-
rem, id eſt de domo mentis curam ex-
pelle ſecularem. Non enim ſane habi-
tabunt ſimul animus ſpiritualis & cu
ra ſecularis:ſed tum ſeparatur animus
a terrenis,dum cæleſtibus inhæret, dũ
interius diuinæ contemplationis rore
ſuffunditur, & gratiæ ſpiritualis dul-
cedine fruitᷣ, cito & facile peccati peſſi
mum diſcernit odorẽ. Veni igitur ca-
riſſime, vt curras adoleſcens cũ adole-
ſcentulis:& dicas.In odore vnguento-
Canti.1. rum tuorum currimus: adoleſcentulæ
dilexerunt te nimis. Curramus igitur
vt vngamur. Sũt enim quidam qui nõ
S currunt: quia nimii fœtoris aſſiduita-
Curren te imbuti fragrantiam virtutum non
tium va ſentiunt.Sunt alii qui lento paſſu ince
rietas. dunt: & ſic aut vix aut nunq̃ perueni-
unt.Lento ſiquidem paſſu gradiuntur
quia minorũ virtutum gradibus inni-
tuntur. Sunt & alii qui currunt quoq;
duæ ſpecies: ſunt ſcilicet qui currũt &
perueniunt,alii vero qui dum currunt
quibuſdam occurrunt & confabulãtur
eis:ſed dum morantur, quo tendebant
obliuiſcuntur. Currebat Corneliꝰ:cur
rebat & Zacchęus:vterq; fide & opere
currebat. Currũt Ananias & Saphira:
currunt & non perueniunt. Currunt ĩ
terdũ fruſtra ſeculares,currũt & clau-
ſtrales. Illi enim detinentur quandoq;
delectamentis mundi ne exeant a mun
do:iſti vero reuocantur delectationibꝰ

carnis vt redeant ad mũdum. Impedi-
unt ergo curſum boni operis, offendi-
cula miſerę carnis. De hoc curſu dicit Gala. 5.
apoſtolus.Currebatis bene quis vos ĩ-
pediuit? Infirmi currunt vt ſani fiant:
qui enim delectantur odore vnguento
rum, tactu ſanantur eorum. Odor vn-
guentorum:fragrantia virtutum ẽ,vn
ctio eorum exhibitio eſt bonorum ope
rum. Vnguenti ſiquidẽ ſpiritalis tres T
ſpecies eſſe dicuntur : prima videlicet Vnguẽ-
per quam tumores comprimuntur: ſe- torũ ſpe
cunda per quam confractiones ſolidan cies.
tur: tertia per quam dolores extrahun
tur. Vnguentum etenim humilitatis
tumorem curat elationis. Vnguẽtum
conſolationis, lęſionem refouet fractæ
mentis. Vnguento autem confeſſionis
ab intimis vis extrahitur ĩueterati do
loris. Sed tunc operatur citius quãdo
aſſiduæ exhortationis manu fricatur.
Tenet etiam quandoq; medicinalis po Confeſ-
tionis ſimilitudinem cõfeſſio: ſicut enĩ ſio.
per potionem curantur interiora ven
tris:ſic per confeſſionem infirmæ pur-
gantur vitia mentis. Curãtur itaq; cõ
traria contrariis: ſubintrant enim vir
tutes recedẽtibus vitiis. hic eſt autem
adoleſcẽtularum curſus: virtutum ſci
licet profectus. Currant ergo iuuenes
& virgines ſenes cum iunioribus. Sed
qui plus diligit velociꝰ currir. Pręcur
rit ſponſa,id eſt anima perfecta : ſubſe-
quuntur adoleſcentulæ,id eſt minus ꝑ
fectæ.

De nuptiis ſpiritualibus, & earũ
ferculis,ornamentis, miniſtris ac
conſummatione. Cap.III.

VNde veniũt,&quo cur V
rũt? Ex Ægypto ad nu Nuptiæ
ptias. Ad cuius nupti- ſummi
as? Summi regis filii. ſponſi.
Qui ſunt qui ad eas ve
niunt? Pauperes & me-
retrices,ſtulti, & ignobiles: & tamẽ do
minus nuptiarum partitur eis mune-
ra ſua diuidens ſingulis ꝓut vult.Nec
tantum trahit eos odor vnguẽtorum, Fercula
ſed etiam ſapor ferculorũ. Fercula enĩ nuptia-
illa deum ſapiũt. Ibi audiẽt noua amo lia.
ris cantica.Canit enim ſponſa. Oſcule Cãtica.
tur me oſculo oris ſui. Ibi enim vide- Cãti.1.



Eſa.33. bunt regẽ in decore ſuo,ſpecioſum for
ma prę filiis hominum. Ibi tãgent fim
pſal.44. briam veſtimenti eius vt ceſſet fluxus
ſanguinis.i.fluxa voluptas carnis. Sic
omnes animi ſenſus aliquid de eo bene
Senſuũ ſentiunt.Olfactus odoris fragrantiam
refectio. ſentit,guſtꝰ ſaporis dulcedinem: viſus
regꝭ pulchritudinem: auditus delecta-
bilia,tactus ſuauia, ſed hęc ĩ animo ſpi
ritaliter quandoq; reperiuntur. Animꝰ
enim odorat dũ ſpiritalia cogitat: Au-
dit dum attẽdit: videt dum intelligit:
guſtat dum delectatur:tãgit dum ope-
ratur. Veniunt igitur ex Ægypto ani-
mę ad nuptias: quæ mundo renuncian
tes deo ſpiritaliter coniungũtur vt ge
nerẽt ſobolem virtutum per temporis
incrementum. Quæ fuerant pauperes,
quia diuitiis cæleſtibus diu caruerant:
meretrices,quia in domo mẽtis ſuæ lu
panar libidinoſę voluptatis erexerant:
Stultę, quia mundi ſapientiam ſecutæ
fuerant:ignobiles,quia peccato ſeruie-
rant. Sed Chriſtus pauperẽ ditat: igno-
bilem ſublimat: meretricem facit vxo-
X rem :ſtultam ſapientem. Veni ergo ca-
ornamẽ riſſime,vt videas miniſtros nuptiarum
ta nup- indutos purpura & byſſo,roſarum flo-
tiarum. res & lilia conuallium tenentes, tala-
res tunicas habentes: baltheis cinctos,
diuerſa portantes fercula. Hi qui byſſo
veſtiũtur & tenent lilia ſunt iuſti qui
nimio labore munditiam carnis quęſie
Byſſus runt. Byſſus de terra naſcitur & fit ex
linum. lino quod cum eradicatur,ĩ aquã mit-
titur:Inde extractũ ad radios ſolis ſic-
catur:ſiccatum malleis frangitur: fra-
ctum manibꝰ fricatur,ferri patitur di-
uiſiões vt ab ariſtis & ſtupa ſeparetur:
ducitur in filum,fit tela,tranſit in vſũ
veſtiũ.Sed byſſus non dicitur niſi ſub-
tilitatem fili & tenuitatem cum cãdo-
Moralr. re comitetur. Anima autẽ iuſti indui-
tur byſſo,& operatur linum:cum mens
ſeparata a terrenis deſideriis operatur
bonum:ſub aquis diu tenetur & poſtea
ſole ſiccatur:quia poſt peccatũ lachry-
mis irrigata radio contemplationis il
luminatur. Sed qui talis eſt malleũ pa-
titur,manibus fricatur,a ſtupa diſiun-
gitur:quia tribulationem perſequenti-
um non veretur, ſed tribulationis aſſi

duitate purgatur. Cum autẽ linũ tra-
hitur in filum a læua in dexteram tra
ducitur manu:vertitur,ſaliuis hume-
ctatur: ſic mens cum a vitiis ad virtu-
tes trahitur,manu & ſaliua,id eſt exẽ-
plo boni operis & verbo exhortationis
ad bonum conuertitur. Quidam vero Lineave
lineis induuntur & nõ byſſo:qui enim ſtimẽta.
non tm̃ peccata carnis quæ ſunt quaſi
groſſiora fila relinquunt, ſed etiam co
gitationũ delicta ſubtiliter examinãt:
hi byſſo induuntur: his enim filis tela
texitur religionis. Induuntur hi tuni-
ca talari & cinguntur baltheis. Tuni-
ca talaris eſt in bonis operibus perſeue Talaris.
rantia longanimitatis. Baltheus quo
renes cinguntur eſt caſtitas, per quam Baltheꝰ.
luxurię fluxa refringũtur, Hæc eſt igi-
tur tunica Ioſeph. hic ẽ balthęꝰ Iona-
thę. Alii vero purpura veſtiuntur,quæ Purpu-
colorem ſanguineũ imitatur:hãc pur- ra.
puram primus tinxit Chriſtus. Hac in
dutus primus Chriſto miniſtrauit Ste Y
phanus. In ſpiritalibus ſiquidẽ nuptiis Sancto-
diuerſa diuerſi miniſtrant. Confeſſores rum di-
abluendis manibus aquas præbent,lu- uerſa mi
minaria ſuccẽdunt. Scriptum eſt enim niſteria.
de his. Sint lumbi veſtri pręcincti : & Cõfeſſo
lucernę ardẽtes in manibus veſtris. In rum.
tus enim ardent per affectum caritatis Luc.12.
exterius vero lucẽt per exemplum bo-
ni operis. Hi dant aquas manibus: non
enim tm̃ deflerent ſua peccata, ſed eti-
am aliena: hoc eſt enim dare aquã ma-
nibus:lachrymis ſuccurrere peccatorũ Martyꝝ.
reatibus. Martyres vero diuerſa carni
um genera miniſtrant. Stephanus car-
nes lapidatas,Ioannes oleo frixas. Lau
rentius igne aſſas. Vincentius ſale cõ
ſperſas. Hippolytus diſſipatas:dat Ioã
nes caput in diſco. Iacobus ſuum pre-
bet percuſſoribus. Portat Dionyſius ſu
um propriis manibus. Sabinus abſciſ-
ſas manus. Sed & virgines miniſtrant Virgi-
teneras carnes. Agathe vbera. Hagne num.
vſtulata latera. Margareta carnes vir-
gis cęſas. Tecla flammis ereptas. Ibi au
ditur Mariæ tympanum : & Dauid cũ Z
cantoribus citharam percutit. Poſt di- Nuptia
uerſa autem diuinę ſcripturæ fercula, rũ cõſũ
poſt tympanũ mortificatæ carnis: poſt matio.
dulce melos citharæ,quę morum con-

cordiam deſignat, anima quæ Chriſto
nubere quęrit, intrat thalamum ſuum
id eſt mentis ſecretum: parat lectulum
conſcientiæ, ſpargit virtutum flores &
Canti. 1. dicit. Ecce tu pulcher es dilecte mi &
decorus: lectulus noſter floridus: tigna
domorum noſtrarum cedrina: laquea-
Lectulꝰ ria cypreſſina. Si noſter eſt, ergo cõmu
cõis. nis. Quibus? Spõſo & ſpõſę, id eſt Chri
Conclu ſto & cuilibet fideli animę. Tu vero ca
ſio opis. riſſime, exue te ſolicitudĩe ſeculari: ex-
orna thalamum mentis tuæ virtutum
floribꝰ: & fac animam tuam talem quã
ſummi regis adoptet filius. Qui cũ pa
tre & ſpiritu ſancto viuit & regnat per
ęterna ſecula. Amen.

Expliciti ſunt libelli duo ad ſoda
lem vxorem ducere parantem, al-
ter de nuptiis carnalibus vitan-
dis, alter de ſpiritualibus ample-
xandis. Deo gratię.

## M. HVGO
nis de Sancto Victore de vanitate mũ
di, & rerum trãſeũtium vſu libri. IIII.
In quorum duobus collocutores ſigna
tos inueni ſingulis literis. D. & I. Qui-
bus docens & interrogans. Lib. ſcđo ad
literam. Q. ſatis indicant intelligendi.

Sequitur itaq; Lib. I. D.

A O Munde immũ-
do, quare ſic di
leximus te, hic
cine eſt fructꝰ
tuus? Hæc pro
miſſio tua? Hęc
de te ſpes nr̃a?
Quare ĩ te ſpe-
rauimus? Qua
re tibi credidi
mus? Quare de te cogitare voluimus?
Ecce quomodo decepti ſumꝰ. Nihil re
liqui habemus, inanes remanſiſimus. O
munde immũde quare ſic dileximꝰ te?
IN. Quid vides o homo? D. Nihil me
lius q̃ fugere. IN. Non ſatis intelligo
quid dicere velis, video tamẽ, ſicut iſte
tuus ſtupor indicat ꝙ vel graue aliqd
pateris, vel nouum vidiſti, vel malum
moliris. Ne igitur abſcondas quicquid
illud ſit: quia ſi periculum eſt ſimul li-
beraſti me. Sin autẽ nullũ eſt periculum
& vane conturbaris, forſitan conſola-
bor te. D. Conſurge, & aſcende & aſpi-
ce mecum: & oſtendam tibi mirabilia
magna, antiquis vetera, pręſentibꝰ no-
ua, & poſteriora futuris. IN. Quando
rem ipſam videro de qua loqueris, tũc
melius fortaſſe intelligam quid dicere
velis. Nunc igitur oſtende mihi quo
aſcendere debeam, vt & ego videre poſ
ſim mirabilia iſta de quibus tu ſic con
turbaris. D. Oculus carnis q̃to ſublimi
or & in altiore loco cõſtitutus fuerit, B
tãto amplius per viſionem in latum ſe Acies
diffundit. Facilius quippe deſuper in- humani
ſubiecta acie viſionis expanditur, quã oculi.
do omnia quodammodo coram poſita
intuetur: ſed hęc quidẽ eo ipõ quo per
corporis inſtrumẽtum emicat, multis
ac variis modis, nullo etiam foris ĩter-
ueniente obſtaculo, in ſemetipſa caſti-
gat. Nam quia anguſta eſt, maxima cõ-
prehendere non ſufficit: & quia hebes
eſt, minima non diſcernit: quia autem
pigra eſt, cum in remotiſſima extendit
etiam ſi intercurrat, ſola tamen ſpatii
longinquitate hebetatur: quia vero p-
ſpicax non eſt intima queq; non pene-
trat, ſed ea ſola quæ in rerum ſuperfi-
cie ſunt conſtituta oberrat. Sed nec ea
quæ preterita ſunt reſpicere, nec ea q̃
futura ſunt, poteſt prouidere. Hoc ego
dixi, vt ſcias q̃tas anguſtias corporea
hæc viſio patiatur: quæ niſi coram po-
ſita intueri non valet. In his quoq;, eã
& maxima quantitate excedunt, & mi
nima ſubtilitate fugiunt, & remota lõ
ginquitate euadunt, & intima, obſcuri
tate ſubducunt. Nolo igitur vt cogi-
tes viſionem huius oculi quando au-
dis te ad vidẽdum inuitari. Habes ali-
um oculũ intus multo clariorem iſto:
qui pręterita, preſentia, & futura ſimul
reſpicit: qui ſuæ viſionis lumen & aciẽ
per cuncta diffundit: qui occulta pene
trat, ſubtilia inueſtigat: luce aliena ad
videndum non indigens, ſed ſua ac p-
pria luce proſpiciens. Quia igitur ea
quæ tibi demonſtraturus ſum, carnis
oculus ſimul comprehendere non po-
teſt, ad hanc viſionem non carnis, ſed



cordis oculus pręparandus eſt. Conſti-
tue igitur te quaſi in quadã mẽtis ſpe-
cula, & eius aciem in arcã huius mun
di circunquaq; luſtrãdam dirige, vt to
tus contemplãti coram poſitus ſit mũ
C dus: & inde tibi vniuerſa demonſtrabo
quæ prius vel nõ viſa ignoraſti, vel vi
ſa non quomodo oportuit, conſideraſti
In. Vere nunc fateor ꝙ nihil vniuer-
ſorum aſpectui cernentis abſconditur,
cum cordis oculus ſtudioſe ad viden-
dum aperit. Quãdo autem carnis ocu-
lum ad vidẽdum aperio, q̃libet late cũ-
cta pateant, in comparatiõe totius mi-
nimum eſt quod compręhendo. Sed ec
ce dum conor, q̃tum valeo, cor ſurſum
erigere: inuenio me hucuſq; nõ ſolum
corpore, ſed corde quoq; deorſum fuiſ
ſe. Nam q̃to magis contemplandis qui
buſdam mundi rebus affectu & cogita
tione ſuccubui: tanto ad contemplan-
dam, rerum vniuerſitatem minus ido
neus minuſq; expeditus fui. Nunc igi-
tur ab his quibus hactenus inhęrebam
mentem exuo, & quaſi depoſito onere
leuatus ſim, cunctis me ſtatim ſuperio
rem agnoſco. Neſcio enim quo pacto
mirabili, ſubito in me hoc factum ſit,
vt dum ſtudeo nullis ſpęcialiter per
cupiditatem inhærere, cunctis incipi-
am per contemplationem ſuperexcel-
lere. Incipe igitur, quia mundum iam
D vniuerſum coram me cõſtitutum aſpi
cio: & quicquid ex omnibus mihi de-
monſtrare volueris ſine mora ac diffi-
cultate videbo. D. Vides igitur mun-
dum iſtum. I. Video & bene. Nũq̃ tam
bene vidi, quia nunq̃ tam diligẽter cõ-
ſideraui. D. Quid ergo tibi videt? Qua
lis eſt ſpecies eius. I. Pulchra valde. Mi-
ror tale opus dei. D. Deum in cunctis
mirabilem inuenis, omnes hoc iam co
gnouerunt. Sed ſileamꝰ interim de ope
ribus dei: opera hęc hominum tanta ac
Mũdus. talia videns, mundum admirari cœpi-
ſti. Nam & hoc ſcire debes ꝙ mundum
hic accipio non hanc ſolummodo ſpe-
ciem diuini operis, ſed mutabilitatem
humanæ in hoc mundo conuerſatiõis.
Dic igitur mihi opera hominum, quæ
vides, qualia ſunt? Quid tibi videtur. I.
Magnum quoq; ĩ his decorem aſpicio:
& dum conſidero quid homo ſit miror
quõ talia facere poſſit. D. Si bene cõſi-
derares qd ſit hõ, nõ mirareris ꝙ talia
facere poſſet: Sed ꝙ in talibꝰ cõſideret.
Sed qa mũdũ attẽdere cœpiſti, nec di-
gnitatem hominis nec vilitatem hũa-
ni operis: idcirco tam ſtulte & inordi-
nate ammiraris. I. Q̃uis multum con-
tra meam exiſtimationem loquaris: fie
ri tamẽ poteſt vt & ego deceptus ſim,
& tu verum dixeris. Volo igitur ma-
gis auſcultare q̃ contẽdere: vt ſi aſſer-
tionem tuam probare potueris, ĩpudẽ-
ter reſtitiſſe non pœniteat: ſi autẽ non
poteris, prudenter tacuiſſe non noceat
Dic ergo quæ ſit dignitas hominis: q̃
vilitas humani operis. Quia profecto ſi
id quod foris apparet ſolum ĩſpicitur,
homo ipſe opere ſuo nec q̃titate maior
nec forma decentior nec tempore diu-
turnior ĩuenitur. D. Primum de operi E
bus hominum tecum diſputare volo.
Vides igitur vniuerſa opa hominũ q̃-
ta & qualia ſunt. I. Magna & admiran-
da ſatis mihi vidẽtur: ſed nunquid tu
aliter exiſtimas? D. Prorſus aliter exiſti
mo: & aliter te quoq; exiſtimare volo.
I. Non ſum tam pertinax quin liben-
ter a veritate vinci velĩ: tm̃ perge quo
libet & ſequar te. D. Reſpice oĩa & con
ſidera diligenter ſingula. I. Reſpicio &
conſidero: & quid in his omnibus de-
mõſtrare velis expecto. D. Quid vides?
I. Nauigãtes video in mari, & magnam Nauigã
tranquillitatem maris: magnamq; ſere tes.
nitatem aeris: ventis quoq; ſecũdis le-
niter ſpirantibus, optato curſu nauigi
um ferri. Viros autem per nauẽ diſcũ-
bentes ad epulas & canẽtes in lyris &
tibiis & citharis omni genere dulcis
cantilenę auditum mulcentes. Ipſis eti
am aquis melodia reſultãtibus: piſces
maris, greges circunducere & exultan
tibus alludẽdo lętitiã augere. D. Quid
tibi videtur. I. Quid? niſi magnum gau
dium, magna iocunditas & (ſi eſſe poſ
ſet diuturna) magna fœlicitas. D. Iſtđ
ergo eſt propter quod mundus placet
tibi. I. Et cur diſplicere debeat ignoro.
D. Fige pauliſper oculum & noli decli-
nare ĩtuitum dum videas finem. I. Per-
ſequor euntes & quid ſequatur expe-

F ctó.D. Quid vides? I. Timeo dicere qđ
tamen celare non poſſum.D.Quid igi-
tur vides? I. Video vndiq; nigreſcere cę
lum & acri ventorum concurſu nubes
agitari & conturbari:mare fluctibꝰ ītu
meſcere,& quaſi ab vno curſum fundo
totum in cumulū ferri:E heu quid lau
daui? D.Quid eſt? I. O miſeri quid vo-
bis cum mari.Quare fallaci ſereno cre-
didiſtis? Quare in dubio ſecuri fuiſtis?
Quare tranquillitatem ęquoris ſuſpe-
ctam non habuiſtis? Quare pfido ele-
mento vitamveſtram committere non
timuiſtis? Quare ſoliditatē littoris de-
ſeruiſtis? Quare ſecurum iter in terra
non tenuiſtis? Quid vobis lucra tanto
periculo acquiſita? Ecce q̃ exiguum bo
num ſecuti eſtis & ecce q̃tam calamita
tem incurriſtis, & quia verum malum
quod vobis imminebat prouidere no-
luiſtis ab appetitu fallacis boni q vos
trahebat animos non cohibuiſtis.O in
felices & miſeri.Ecce illa lætitia veſtra
quomodo tam cito mutata eſt : & vi-
ta veſtra ad quam miſeriam deuolu-
ta eſt. Prius vobis inaniter exultanti-
bus piſces maris alluſerunt : nunc vos
naufragos & miſerabiliter abiectos pi-
ſces maris in paſtum accipiūt.D.Quid
G tibi videtur quale eſt hoc opus homi-
num? I. Vanitas eſt & vanitas vanita-
Negoci tum. D. Conuerte te nunc ad aliud &
antes. vide.I.Cōuerſus ſum & video.D.Quid
vides? I. Video homines pergentes viā
ſuam multis & magnis mercibus onu-
ſtos : camelos innumerabiles onera di-
uerſa portantes,plauſtra plurima & bi
gas non paucas in comitatu euntium.
Omnem ſpeciem pigmentorū atq; aro
matum ibi video:omnia genera precio
ſarum veſtiū agnoſco: ingentes maſſas
metallorum oīm & omnē lapidem pre
cioſum ibi conſpicio : equos & mulos
& mancipia, greges armentorum & pe
corum, abſq; numero. D. Vnde putas
iſti veniunt, aut quo vadunt? I. Vide-
tur ꝙ homines de regiōe logīnqua ad-
ueniant,& omnes has rerum copias in
exteras nationes lucri cauſa commu-
tandas traducant. Apparent autem vi
ri feruentes & alacres & q̃tum ex ipſo
eorum gaudio datur intelligi, proſpe-
re incedentes. D. Quid tibi videtur? I.
Studium ſatis laborioſum ego video:
ſed rerū nouitas & lucri cupiditas dul
cia laborantibus ſolatia pręſtāt.D.Ex-
pecta & videbis,tantus labor q̃tum ca
piet fructum.I. Fructus pręſens eſt,ſi ꝑ
manens eſſe poteſt.D.Suſtine parumꝑ,
quod futuꝝ eſt cito veniet.I. Iam lon-
gius proceſſerūt.D.Quid vides? I.Cu- H
neum armatorū de fauce prodire ego
video,& timeo ne inſidiæ ſint. D. Ti-
mor tardus dolorē nō effugiet.I. Vno
pariter impetu deſcendunt & quaſi vi
ri latrones ad diripiendam prędam ve
niunt.Iam viatores noſtros anxios, &
trementes circa ſarcinas ſuas conglo-
bari video: arma capeſſere quemq; e re
gione ſui oneris aduētum hoſtium ex-
pectare,omnia circunſpicere, nullū ho
minem pręter eos hinc aut illinc pate
re:loca circum omnia longe lateq; de-
ſerta eſſe:omnem hominum conuerſa-
tionem procul conſiſtere: auxiliū nul-
lum vel ſperari poſſe. Vndiq; hoſtes cō
currere,vno animo impetū facere,mul
titudine plures,cupiditate fortes, ſoli
tudine audaces. Quid miſeri fruſtra
contenditis? Quid reſiſtitis? Quid ī ſu
premo ꝑiculo cōſtituti,vitam cum re-
bus ꝑdere vultis? Hei mihi, iā alios ne
cari,alios ſpoliari ꝓſpicio,alios mortu
os cadere,alios vix nudos effugere vi-
deo. Sed vtrū ſic cadētes an ſic effugi-
entes magis miſeros dicam ignoro.Illi
enī moriēdo a miſeria liberāt,iſti mor-
tē effugiēdo ad alterā miſeriā reſeruā-
tur.Quos potius plāgā? Quos magis
arguā? Plāgā moriētes & arguā fugiē-
tes. Nōne etiā rectiſſime & illi de tali
morte arguēdi, & iſti de tali fuga plan
gēdi ſunt? Quia & illos in mortē miſe
ram traxit auaritia : & iſtos fugiētes a
morte,excipit morte maior miſeria.D.
Quid tibi videt̃ quale eſt hoc opus ho
minis? I. Vanitas eſt & vanitas vanita-
tū. ¶D.Adhuc cōuertere ad alia & vi- I
de.I.Cōuerſus ſum & video. D. Quid Diuitis
vides? I.Video domū diuitis.D.Quid domus.
ibi vides? I. Rerū oīm affluētiā. Natos
ꝓficiētes,ſeruos alacres, fœcūdos gre-
ges,horrea plena,apothecas redundan-
tes:in vita ſanitatem,in abūdantia pa-



cem,in pace ſecuritatem, in ſecuritate
fœlicitatem.D.Quid tibivideturǃ I.Ni
hil ego hic dolendum vel timēdum vi
deo. Prioribus tamen exemplis edoctꝰ
temere deinceps quempiam beatifica-
re nō pręſumo. Volo potius a te audi-
re quid exiſtimandum ſit. D.Talem er
go fœlicem putas? I.Cur nō putem ne-
ſcio.D.Quid ergo plꝰ fœlicē facit mľta
poſſidere,an paucis indigere? I. Magis
paucis indigere, q̃ multa poſſidere.D.
Ergo felicius eſt nullis indigere? I. Feli
cius plane.D.Non ergo felix exiſtimā-
dus eſt homo ſi multa poſſidet, ſed ſi
multis nō indiget. Sed tamen felicem
homines vocant qui habet vnde neceſ
ſitatem ſuppleat:quia exꝑti ſunt q̃ mi-
ſer ſit ille quem in ſua neceſſitate rerū
K inopia coanguſtat.D.Si mala pauperis
& diuitis comparare volueris,diuitem
magis q̃ pauperem miſerum agnoſcis.
Diues enim q̃to plura poſſidet, tanto
maiorem ſollicitudinem habet.Et cum
ſolus præ omnibus ſollicitudinis pon-
dus ſuſtineat,aliis amplius q̃ ipſi pro-
ſunt ea quæ vel cupide quærit vel aua
re conſeruat. Hunc enim ſine intermiſ
ſione ſuarum æſtus curarum exagitat.
Timet ne parta deficiant:quoniam ta-
metſi magna eſt rerum poſſeſſio,nō eſt
tamen minor diſtrahentium multitu-
do. Timet violentiam potentū,ſuſpectā
habet fidem familiarium,ſemꝑ īminen
tes pauet inſidias exterorū: & quod ſe
ſcit cum odio omnium poſſidere, hoc
miſera quadam & infelici contentione
contra omnes nitit̃ defendere: ſicq; fit
vt dum ſe ſtudio prauitatis a commu-
ni oīm ſocietate ſeparat, cūctis odioſꝰ
& ab oīm caritate alienꝰ fiat.Certū eti
am habet ꝙ ſiqñ eū rerū abūdātia de-
fecerit,nulla eum alienę compaſſionis
miſeratio exceptura ſit. Rerum ſuarū
ipſum quidē cura non deſerit,ſed vſus
ad alienos tranſit interim,vt ſæpe illis
etiam largiri neceſſe ſit a quibꝰ nec ho
L norem,nec gratiam,nec vtilitatem ſpe
Mentis rare poſſit. Cum retinet maledicitur,
crucia- cum tribuit vanis adulationibus irri-
tus. detur: Sed mens conſcia non minus ir
riſione ſui q̃ maledictione offenditur.
Semper acerba, ſemper triſtis, ſemper
puſillanimis, ſemper cura pręſentiū oꝑ
preſſa,& timore futurorum anxia: ī bo
nis pręſentibus non confidens, ſed ſem
per mala imminentia metuens.In tan-
tis ergo doloribus & perturbationibꝰ
mentis,quæ quęſo poteſt vera eſſe ſani
tas,aut delectatio carnis? Quod fomen
tum corpori acerbum nō redditur,vbi
conſcientia talibus aculeis laceratur?
Hæc eſt felicitas diuitum,quam tu dū
falſa foris bona cerneres laudare cœpe
ras,quia veram intus miſeriam non vi
debas.I.Si ſic diuiti eſt,inimicus ſibi fit
qui mľta poſſidere cōcupiſcit.D.Quid
ergo tibi videtur : Quale eſt hoc opus
hominū? I.hoc quoq; vanitas eſt & va-
nitas vanitatum. ¶D.Conuerte nunc
te ad alia & vide. I. Conuerſus ſum & M
video.D.Quid tu vides? I.Video nup- Nuptia
tias celebrari.D.Quid tibi in eis vide- rum vti
tur? I.Magna lętitia ibi eſt, magnus or litas.
natus,& apparatus multus : & (vt qđ
mihi videtur non taceam) hoc opus
idcirco cæteris operibus hominū bea-
tius iudico, quoniam ipſum pręcipue
eſt quod per dilectionis vinculum pa-
cem & concordiam parit animorum.
Hoc ſocietatem commendat ; amorem
ſanctificat,amicitiam ſeruat. Hinc fru
ctus prolis oritur : hinc generis noſtri
propago dilatatur:hic mortis dirę ne-
ceſſitati reſiſtitur,& damna patrum in
filiis reparantur. Nam cur illud com-
memorem ꝙ in hoc ſolo carnis concu-
piſcentia, quæ alio nec ſine magno la-
bore cohiberi,nec ſine turpitudine la-
xari poteſt, ita honeſte atq; pudice cō
iugali commercio excipitur, vt qua-
ſi nulla caſtitatis damna ſentiantur.
Nam etſi ipſa concupiſcentia experi-
ri voluptatem ſuam ſinitur : nulla ta-
men pudicitiæ confuſio generatur.
Quis ergo tot ac tanta bona contem-
nenda exiſtimet,niſi qui ea quæ hoc ex
cepto, mala ſequuntur non videt? D. N
Recte de bonis nuptiarū iudicare poſ- Nuptia
ſes, ſi etiam mala earum attēderes. Nā rū mole
quia ſolum bona, & non mala nuptia- ſtię & va
rum conſideras,idcirco in earum con- nitates.
ſideratione rectam iudicii cenſurā non
ſeruas. Negari enim non poteſt, ali-
qua qdē bona nuptiis ineſſe:ſed ſi dili-

genter conſiderare volumus, plura eis
mala admixta inuenimꝰ. Nam illa ani
morum concordia q̃ rara ſit quis igno
rat? Immo vero velociter cũ perteſum
fuerit ſocietatis idipſum quod cõcor⸗
diam generare debuerat, odii & diſcor
diæ fomitem ſubminiſtrat: & tãto iam
miſerabilius ſimul viuere incipiunt, q̃
to diſcordes ab inuicem ſeparari mi⸗
nus poſſunt. Hinc rixæ cottidianæ, &
iurgia crebreſcũt: poſt dura verba di⸗
ra verbera ſuccedunt. Neuter alterum
effugere poteſt: Vna domus, vna men⸗
ſa, vnus lectus: in quo nihil durius eſt
q̃ nec concordem ſocium, nec hoſtẽ ha
bere ſeparatum. Nam ſicut iis quibus
in caritate mens vna ẽ, nihil obſtat eti
am ſi corpore ſeparati ſunt: ita magnũ
tormentum eſt iis qui corporaliter ſo
ciati ſunt, ſi animo conuenire non poſ
ſunt. Preterea quod de ꝓpagatione ho
minum teſtimonium laudis adduxiſti,
nos ſic quidem verum eſſe concedimꝰ:
vt tamen officium nuptiarum non ſa⸗
nitatis gaudium, ſed ĩfirmitatis reme
dium oſtendamus: maius enim eſſet vt
nullus viuens moreretur, q̃ vt quiſq̃
morienti ſucceſſurus naſceretur. Nũc
autem qualiſcunq; infelicitati noſtræ
conſolatio tribuitur, quãdo ii qui mo⸗
rientes retineri non poſſunt, per naſcẽ
tes reſtaurantur: vt quia ſemper ꝑma⸗
nentes habere non poſſumus, ſaltẽ ſem
per ſuccedentes habeamꝰ. Suſcipiamꝰ
ergo, immo ſuſtineamus qualecũq; hoc
doloris noſtri remedium, ſed nõ in eo
putemus eſſe felicitatis oblectamentũ.
Laudamus potionem quam quidẽ non
ſine amaritudine bibimus, non ſine tor
tione eructamus: quia maiorem & pe⸗
riculoſiorem per eam amaritudinẽ ex⸗
pellimus. Si conſideramus delectatio⸗
nem concũbentis, conſideremus etiam
anguſtiam parturientis. Et vt interim
taceamꝰ alias moleſtias & incõmodita
tes quæ voluptatem carnis ſequũtur:
quia ipſa & vigorem naturalem fran⸗
git & omnem virtutem atq; decorem
corporis tam intus q̃ extra emarceſce
re facit: Quis dicere poteſt, niſi qui ex⸗
pertus eſt, q̃tus labor, q̃ta moleſtia, ſit
infantes excipere: & pręter cęteras mi⸗

O
Bonum
ꝑlis ele
uatur.

P
Coitus
mala.

ſerias, quæ magis tacendæ ſunt, lacta⸗
re, educare, nutrire, pueros ĩſtruere di⸗
ſciplina pariter & ſcientia informare:
& ad legitimam vſq; ætatem perduce⸗
re? Quis non ſatis care vnius noctis de
lectationẽ emiſſe ſe dicat quã tot anno
rum labore & cura recompẽſat? Si hoc
nubentes attendere vellent, certe ĩ nu
ptiis magis flendum q̃ ridẽdum ſibi fo
re cognoſcerent. Nũc autem quaſi mo
dica eis concupiſcentiæ eſca in hamo
anteponitur: vt ad diram laboris & do
loris neceſſitatem capiantur. Tale eſt
gaudiũ quod vides. I. Nihil per omnia
contradici poteſt: validę ſunt rationes
tuæ. D. Quid ergo tibi videtur: Quale
eſt hoc opus hominum? I. Vanitas eſt
hoc quoq; & vanitas vanitatum.
¶D. Conuerte adhuc te ad aliud & vi
de. I. Conuerſus ſum & video. D. Quid
vides? I. Scholam diſcẽtium video. Ma
gna eſt multitudo, diuerſas ibi ætates
hominum conſpicio: pueros, adoleſcen
tes, iuuenes, ſenes: diuerſa quoq; ſtudia
Alii ad formata noua elemẽta atq; vo⸗
ces ĩſolitas edendas rudem adhuc lin⸗
guam inflectere diſcũt. Alii verborum
inflexiones, compoſitiões & deriuatio⸗
nes primum audiendo cognoſcere, de⸗
inde conferendo adinuicem atq; iden⸗
tidem repetendo memorię commenda
re ſatagũt. Alii cęras ſtylo exarãt. Alii
figuras variis modis & diuerſis colori
bus in membranis docta manu calamũ
ducẽte deſignant. Alii autem acriori,
& feruentiori quodam ſtudio de ma⸗
gnis (vt videtur) negociis diſcepta⸗
tiones quaſdam adinuicem exercẽt: &
ſe quibuſdam verborum innexionibus
& gryphis viciſſim fallere contẽdunt.
Calculantes etiam quoſdam ibi video,
Alii tenſum in ligno neruum percuti
entes diuerſorum ſonorũ melodias ꝓ⸗
ferunt. Alii vero quaſdam deſcriptio⸗
nes & menſurarum formas explicant.
Alii curſus & poſitiones ſiderum & cę
li conuerſionem quibuſdam inſtrumen
tis manifeſte deſcribunt. Alii de natu⸗
ra hęrbarum, de conſtitutionibus ho⸗
minum, de qualitate rerum omnium &
virtute pertrectãt. In his autem omni
bus licet nõ vna ſit diſcẽdi forma, vna

Q
Schola⸗
ſticorũ
ſtudia.



tamen omnibus eſt proficiendi volun⸗
tas, hoc autem ſiue ocium negocioſum
ſiue negocium ocioſum appellandũ ſit,
cunctis humanis actiõibus tuo quoq;
iudicio ꝑferendum exiſtimo: eo ꝙ nihil
tranſitorium, nihil caducũ, ſed qđ ęter
num eſt ſapientię decus per id mentibꝰ
inſeritur & radix eius amplius nõ era
dicanda plantatur. D. Imago veritatis
fallit te. Nam & iſta eſt cõſuetudo mũ
di huius: vt id quod magis ad animos
hominum illaqueãdos pręparat ne ca
ueri aut vitari poſſit quadam ſimilitu
dine veritatis intexat. Error enim q̃to
manifeſtius agnoſcitur tanto citius re
probatur. Occultus autem dũ foris ſpe
ciem veritatis erexit, intus venenũ fal
ſitatis infundit. Talia ſunt iſta non ſa⸗
pientiæ, ſed dementię humanæ ſtudia:
quibus imprudẽtes & ſtulti tam inuti
li q̃ pertinaci labore naturas rerum in⸗
quirunt: auctorem vero ſuum & natu⸗
rarum ſimul omnium artificẽ ignorãt,
& tamen quęrere negligunt: quaſi ſine
deo, aut veritas poſſit inueniri aut fe⸗
licitas poſſideri. Et vt apertius adhuc
agnoſcas q̃ infructuoſa, immo q̃ perni⸗
cioſa ſint ſtudia hæc: animos nõ ſolum
ad cognoſcendam veritatem non illu⸗
minãt, ſed ne veritatem agnoſcere poſ
ſint, prorſus excæcant. Rapiunt enim
cor hominis & quodammodo extra ſe⸗
metipſum abducunt: vt dum ad alia q̃
ad rem non pertinent cõſideranda tra
hitur, ad circunſpectionem ſui minime
reuertatur. Sic ſolent aues capi, quibꝰ
in tenebris tetrę noctis hinc quod in⸗
tueantur lumen oſtenditur, hinc quo
capiãtur laqueꝰ pręparatur. Quid er⸗
go prodeſt homini ſi rerum oĩm natu⸗
rã ſubtiliter inueſtiget, efficaciter cõ⸗
prehendat: ipſe aũt vñ venerit, aut quo
poſt hanc vitã iturus ſit nõ cõſideret,
nec intelligat? Quid enĩ ẽ iſta vita mor
talis, niſi via quędã? Trãſeuntes enĩ ſu
mus & ea q̃ in hoc mundo ſunt quaſi a
latere tranſeũdo cõſpicimus. Quid er⸗
go, ſi noua aliqua & ignota nobis trãſ
euntes cernimus: nunqđ ad ingrẽda ea
aut ſubſiſtere, aut ab itinere nr̃o decli⸗
nare debemus? Hoc faciũt iſti quos tu
vides, q̃ quaſi ſtulti viatores, propoſiti

R
Studio⸗
rum va
nitas.

ſui obliti ſunt: & ad ingrenda hęc q̃ vi
dẽt ignota, quaſi in via cõſederũt. Iãq;
vſu & aſſiduitate huius vanitatis adeo
a ſemetipſis exulãt, vt nec in via ſe eſſe
meminerint, nec patriã requirant. I. Si ſic
eſt (vt dicis) oĩbus aliis iſtos miſerabi
liores iudico: quorũ vita tãto errore ĩ
uoluitur, vt nõ ſolũ alii, verũetiã ipſi ĩ
ſtudio ſuo decipiantur. D. Prorſus ſic
eſſe & conuerſatio eorum ꝓbat & finis
demonſtrat. Conuerſatio quidẽ, qua ni
hil turpius: finis vero, quo nihil infeli⸗
cius eſſe põt, vt morientes ſpem ſalutis
nõ habeant qui viuentes per iter virtu
tis incedere nolebant. I. Vere fateor ꝙ
omnino ineptũ eſt illũ ſapientem dice
re qui q̃libet ad alia oculũ habeat aper
tum, ſuũ tamẽ interitũ aut ꝓuidere ne
queat, aut cauere detrectet. Q; autem
eiuſmodi homines nec cautelam inſtã
tium, nec prouidentiam habeant futu
rorũ, lubrica eorũ vita & diſſoluta cõ⸗
uerſatio necnõ & infames greſſus ſatis
demonſtrant. D. Quid ergo tibi videt̃,
Quale eſt hoc opꝰ hominum? I. Video
plane ꝙ & hoc vanitas, & vanitas va⸗
nitatum eſt.

De vanitate mundi. Liber. II. D.

LOngũ eſt ꝑ ſingula va
nitatẽ huius mũdi de⸗
monſtrare. Scias tamẽ
ꝙ ex iſtis oĩbus quę vi
des nihil ꝑmanẽs ẽ, ſed
tranſeunt vniuerſa, &
reuertunt̃ illuc vñ orta ſunt. Oĩa ſicut
initiũ, ita habent & finẽ, ſed diſſimili⸗
ter currũt & nõ æque perueniũt. Alia
recens orta ſunt, alia iam olim occide⸗
runt, alia inter mediũ ꝑtranſeunt, alia
ortis naſcentia ſuccedunt: ſimul tamẽ
oĩa defluunt, & ad vnũ locum tendũt.
O magnum flumẽ quo raperis? Paruus
eſt ortus tuus: de fonte exiguo manas:
de vena modica erũpis. Curris & cre⸗
ſcis: deſcendis & abſorberis. Curris, ſed
deorſum: creſcis ſed ad interitũ: venis
& ꝑteris: ſed effluis ſed abſorberis. O
vena quę non deficis: o curſus qui non
requieſcis: o vorago quę non repleris?
Quantum vanitas ſubiicit, Quantum
mortalitas trahit: tãtũ ĩſanabilis mors
deglutit. Nec illa edere nec iſta trahe⸗

S

Eccl's. 3.

re neq; hæc vnq̃ ceſſat abſorbere. Sem-
per pręſentia tranſeunt, ſemper futura
ſuccedunt: & quia cõtinuus eſt ſucceſ-
T ſus, perpetuus ſtatus eſſe putatur. Sũt
enim oculi mortalium depreſſi, & cur-
ſum vniuerſorum non reſpiciunt: atq;
in exiguis rerum particulis defixi, q̃d
agatur in toto non attendunt, Breuis
eſt etiam vita hominis ſuper terram &
dies eius incerta ſorte percurrũt. Mẽs
vero tenebris ſuis obuoluta non mul-
tum valet, aut futura proſpicere, aut p̃
terita meminiſſe. Cunq; ſolum iis quæ
coram poſita ſunt occupata tenetur, ĩ-
nouatio p̃ſentium aufert ei pręterito-
rum memoriam. Hic eſt q; homines cũ
de mutabilitate rerum aliquid audiũt,
continuo ſtupent & admirantur quaſi
nouum aliquid acciderit: quia pfecto
hoc ſermo loquentis improuidis men-
tibus nouum ingerit quod in rerũ cur
ſu iam olim vetꝰ fuit. Sic ergo mutabi
litas rerum pręſentium ſemper vetus
eſt, ſemperq; noua. Vetus iis qui pridẽ
illam experimento vel ratione didice-
runt: noua iis qui nũc primum vel ex-
perimento excitati vel doctrina admo
niti illam cognoſcere incipiunt. Sed &
futuris poſterior, erit iſta cognitio: q̃a
ii quoq; qui poſt nos futuri ſunt, non
mox vt mũdo vti cœperint, niſi poſt lõ
ga experimẽta iſtam mutabilitatis eiꝰ
cognitionẽ habebũt. Reſpice ergo hũc
mundum miſerum & magis miſeros q̃
diligũt, cum iſte eſt quẽ putauimus ali
quando nobis eſſe amicum in quo no-
bis tempora lõga promiſimus, vitã qe-
tam, trãquillam pacem, felicitatem p-
petuam. Iſte eſt cuius pulchritudinem
dileximus, cuius ſpeciem laudauimus,
cuius iocunditatem concupiuimus, cu
ius gloriam deſiderauimus, cuius gau
V dium amplexi ſumus. Certe vides nũc
q̃ ſint vana hæc omnia & nunq̃ ſapien
tibus, aut virtutis amatoribus appetẽ-
da. Vbi enĩ ſunt patres noſtri? Vbi ſũt
illi diuites & potẽtes quos olim in hu
ius mundi gloria elatos vidimus? Vbi
poſtremo ſunt omnes dę quorum ami
citia & familiaritate p̃ſumebamꝰ? Ecce
tranſierũt vniuerſi añ nos: & nos ſoli-
relicti ſumus poſt eos. Cogitemus nũc

ſeculũ illud p̃teritorũ tẽporũ, q̃n cũ il
lis fuimꝰ, & q̃ futura adhuc fuerãt ne-
ſciebamꝰ: q̃n vnũ nobis cũ illis erat p-
poſitũ, vna volũtas, vnũ deſideriũ, vna
manſio, vna dilectio, vnus amor vitæ,
vna mortis expectatio. Mõ ſublati ſunt
illi a nobis & quaſi p̃currẽtes citiꝰ hic
exierunt, vbi erant exules: & citiꝰ illuc
peruenerũt vbi ſunt ciues. Nos igitur
ſi illos p̃ñtes vere dileximus, nunc ĩ eo
rum abſentia amorẽ noſtrũ comprobe
mus. Sequamur deſiderio vbi illi ſunt:
& citius ad eos peruenire, ſimulq; cum
eis eſſe deſideremus. Infideles pariter,
& inconſtantes eſſe comprobamur, ſi p
pter amorem p̃ſentiũ prioris dilectio-
nis obliuiſcimur. O ſeculũ antiquũ vbi X
es? Olim enim eras dilexi te: & modo
iterũ cũ non es diligo te: neq; vnq̃ trã
ſitus tuus amorem tui minuere potu-
it apud me. Quando eras dilexi te, vt
permaneres: modo autem quando non
es, diligo te: non tamen volo vt huc re
uertaris ad me. Miror ipſe deſiderium
meum: & affectum meũ conuenio, nec
comp̃hendo. Quid ergo diligo in te ſi
nolo, vt ſubſiſtas, nec opto vt redeas?
Quis eſt affectus iſte tam extraneus, tã
inauditus: vbi res diligitur & p̃ſentia
eius non amatur? Quis explicet cordi
meo q̃ ſit iſta dilectio? Scio quidem, q;
diligo te: neq; tamen volo vt reuerta-
ris ad me. Et ideo fortaſſis iterum redi
re te nolo: quia ibi potius vbi tu es te-
cum eſſe deſidero. Olim ergo peruerſe
dilexi te: quia vbi ego ſum, te vt mecũ
tranſires eſſe volui: nunc cõſideratius
diligo te, quia ibi tecum eſſe volo, vbi
ſemper ſubſiſtas. Ego in exilio ſum, tu
in p̃ria es: & idcirco de te cogitare nũ-
q̃ faſtidio: q̃a p memoriã & recordatio
nẽ tui quodãmõ mẽte ad patriã recur
ro. O q̃ dulce eſt in terra aliena p̃teri-
torũ meminiſſe! Nõ ſaturat̃ mẽs deſide
rio: ſeq̃t̃ p̃teritorũ ſemitã: videt intꝰ vi
am qua trãſeat: videt finẽ quo tẽdat: vi
det locũ quo pueniat: videt portũ vbi
regeſcat. I. Sicut olim cũ mũdũ iſtũ exi Y
ſtimaui ſtabilẽ ſpẽs eius me accẽdebat
ad amorem p̃ſentium: ita nunc mirum
in modum eius mutabilitas me prouo
cat ad deſiderium futurorũ. Rapior af



fectu & trahor deſiderio quo currunt
omnia: etiam nunc in rebus hoc ipſum
q; tranſeunt diligo, quia ex ipſa muta-
tione & exemplo vniuerſorum ad trãſ
eundum hinc amplius inardeſco. Videẽ
tur mihi in quodam procinctu eẽ vni-
uerſa, & totius naturæ quaſi clamor ex
hortatiõis aures meas pulſat ſimul cur
rentium, vt ad finem ſuum cuncta per-
ueniant. D. Ergo cognoſcis omnia quę
in hoc mundo ſunt caduca, eſſe tranſi-
toria? I. Res ip̃a probat etiam ſi ego nõ
cognouerim. D. Quid ergo illis erit q̃
in iſtis confidunt? I. Quid niſi vt ina-
nes & vacui remaneant cũ pertranſie-
rint ipſa quæ diligunt? D. Bonum eſt
ergo fugere hinc & certiorem manſio-
Z nem quęrere? I. Nihil melius, ſed quęſo
te edoce me quo extra mundum ibimꝰ
vt cunctis quæ in mundo ſunt tranſeũ
tibus nos ſtabiles permanere poſſimꝰ?
D. Interim conſidera mundũ hunc vni
uerſum, propter mutabilitatem rerum
omnium quaſi diluuium quoddam de
currentium aquarum. I. Video plane
nihil eſſe ſtabile, ſed omnia ire in præ-
ceps. D. Deinde cogita amatores huiꝰ
mundi quaſi quoſdam naufragos qui
merſi in huius ſali profundo deorſum
rapiuntur. I. Nihil conuenientius dici
poteſt: ſic ſunt omnes qui tranſitoria
diligunt: cum iis quibus inhærent de-
A fluunt. D. Puto autem te non ambige-
re quin apud deum nihil prętereat, ſed
omnia immutabili ęternitate ſubſiſtãt.
I. Nemo eſt qui ambigat. D. Cõtempla-
re ergo deum quaſi ſurſum in ſummo:
mundum autem hũc deorſum in imo.
Illum in eodem ſemper ęternitatis ſuę
ſtatu conſiſtere: Hũc autem curſu mu-
tabilitatis ſuę ſemper fluere atq; inſta
bilem eſſe. I. Manifeſta res eſt: proſeque
re incœptum tuum. D. Deinde conſide
ra humanum animum quaſi in quodã
medio collocatum qui quadam condi-
tionis ſuæ excellentia & huic quæ de-
orſum eſt mutabilitati ſupemineat, &
ad illam quę ſurſum eſt apđ deum ve-
rum immutabilitatem necdum pertin
gat. I. Pulchra eſt & admodum placet
diſpoſitio iſta. D. Si autem animus iis
quæ deorſum tranſeunt ſe per cupidi-

tatem immerſerit, ſtatim per infinitas
diſtractiones rapit̃, & a ſemetipſo quo-
dammodo diuiſus diſſipatur. I. Perq̃ B
periculoſa ẽ iſta diſtractio. At ſcire ve-
lim vtrum quiſq̃ ita late diſperſus rur
ſum colligi poſſit. D. Poteſt omnino ſi
ſe iterum erexerit & hæc infima excu-
tiens, rurſus eſſe ſecum didicerit. Tan
to deniq; amplius quiſq; animo ĩ vnũ
colligitur, q̃tomagis ima deſerens co-
gitatiõe & deſiderio ſurſum eleuatur:
donec tãdem omnino immutabilis ſit,
cum ad illam vnam, & ſummã immu-
tabilitatem peruenerit. Aſcendit ergo
animus ab hac infinita diſtractione q̃
deorſum eſt: tantoq; magis (vt dictum
eſt) in vnum colligitur q̃to magis ſur
ſum eleuatur, donec ad veram & vni-
cam (quę eſt apud deum) immutabili
tatem perueniat: vbi perpetuo ſine om̃i
mutabilitatis viciſſitudĩe requieſcat.
I. Quia prius de diluuio mẽtionem fe- C
ceras videtur mihi quaſi nunc conſe-
quenter quandam ſpecialis arcę formã
in corde humano effingas. Sane mihi
diligentius cõſiderãti admirabilis ap-
paret fabrica iſta & q̃uis adhuc neſciã
propter quid ad illam ſermonẽ diuer-
teris, exiſtimo tamen magnum aliquid
eſſe quod demonſtrare conaris. Tria ſi
quidem proponis mihi hactenꝰ tam ĩ-
cognita q̃ inaudita: nunc autem tam ĩ
ſolita q̃ admirãda. Primum eſt vniuer-
ſus mundus iſte cum omnibus quæ in
eo ſunt in modum decurrẽtium aqua
rum p̃terfluens: cuius inundationes &
motus mutabilitatis, ſiue diluuio oĩa
occupanti, ſiue mari magno compare-
mus, res ipſa ſimillima eſt. Secundũ eſt
cor humanũ ab his tranſitoriis & mu-
tabilibus ſe erigens & paulatim colli-
gens ſe in vnum, vt vbi mutabilibus p
ximũ eſt, ibi quaſi arca deorſum in fun
do latũ appareat: coadunatur autem,
& quodammodo in vnum colligatur,
vbi magis æternis & immutabilibꝰ ap
propinquat. Deinde in ſupremo & ter
tio loco deum conſtituis, vt arcã cor-
dis humani deorſum hũc fluctuanti ſa
lo inſidentẽ, & quaſi gubernator diri-
gat, & quaſi anchora teneat, & q̃ſi por-
tus excipiat. Video itaq; hæc tria imo

quaſi diluuiũ quoddã, mũdũ iſtũ ĩ me-
dio quaſi arcã quãdã, cor humanũ ĩ ſu
premo quaſi gubernatorẽ deum. Porro
arca hęc nõ ſolũ nouitate, ſed magnitu
dine quoq; me ad ſtuporẽ excitat, quã
tãtę ĩmẽſitatis eſſe cõſpicio, vt & deor
ſum fũdus eiꝰ aqs huiꝰ diluuii ĩſideat,
& cacumẽ eiꝰ ſurſum vſq; ad deũ ptin
gat. Verũ hęc qd ad ꝓpoſitũ nr̃i ſermo
nis ptineãt q̃uis ſine cauſa te ea cõme
moraſſe nõ exiſtimo, ſcire tñ pleniꝰ cõ
cupiſco. D. Recolis qd primũ tibi pſua
dere cœpim? I. Recolo. Dixiſti enĩ mun
dũ iſtũ fugiẽdũ eẽ, & qđ ſpes ĩ eo habẽ-
da nõ ſit. Propterea ꝙ nihil oĩm q̃ ĩ eo
ſunt, diu ſubſiſtere ac pmanere poſſit.
Qđ cũ manifeſta & irrefragabili veri-
tate mihi cõprobaſſes, cœpi ego quoq;
hoc vehemẽter velle, & quo hinc fugiẽ
D dũ eſſet nulla potui rõne inuenire. De
inde tu quędã ĩducere cœpiſti vtrũ ad
demõſtrãdũ hoc neſcio vbi diſtinctiõe
quadã pulchra ſatis & artificioſa mun
dũ hunc quaſi diluuiũ quoddã in imo,
cor humanũ quaſi arcã quandã in me-
dio, deũ vero quaſi gubernatorẽ cõſti-
tuiſti in ſupmo. D. Profecto hęc idcir-
co adduxi vt tibi piclitanti viã ſalutis
oſtenderẽ & quaſi vere naufrago vel ĩ
diluuio arcã, vel ĩ mari nauẽ pparare.
Cũ enĩ in medio fluctuãtis huiꝰ ſali p
fundo iacteris, quomodo putas aut pi
culũ euadere, aut ad portũ puenire po
teris, niſi huiꝰ ſalutaris ligni (ſiue hoc
arcã, ſiue nauẽ nomines) adminiculo
trãſueharis? I. Nouę iſtę ſi'itudines tuę
in nouã ãbiguitatẽ me ptrahũt. Si enĩ
totus mundus mare vel diluuiũ eſt, ad
quẽ locũ extra mundũ nauigabimꝰ vbi
trãquillã & ſtabilẽ mãſionẽ ĩueniamꝰ?
Pręterea ſi cor hoĩs arca, & nauis eſt, q̃
rõne hõ vel intrare cor ſuũ vel cũ cor
de ſuo mũdũ trãſnauigare põt? Poſtre-
mo cũ deus quẽ tu portum eſſe dixiſti
ſurſum ſit, q̃lis erit curſus iſte vbi mo-
re ĩſolito & inaudito & iter nauis ſur
ſum dirigitur, & nauigans a ſemetipſo
E portatur? D. Quando mentis oculum
ad inuiſibilia erigere volumus, ſimili-
tudines viſibilium rerum quaſi quędã
cognitionis veſtigia reſpicere debemꝰ.
In ſpiritualibus ergo &, inuiſibilibus
cum aliquid ſupremũ dicitur: nõ qua-
ſi localiter ſupra culmen, aut verticem
cæli conſtitutum, ſed intimum omniũ
ſignificatur. Aſcendere ergo ad deum
hoc eſt intrare ad ſemetipſum: & nõ ſo
lũ ad ſe intrare, ſed ineffabili quodam
modo ĩ intimis etiã ſeipm trãſire. Qui
ergo ſeipm (vt ita dicã) interiꝰ ĩtrãs,
& intrĩſecus penetrãs trãſcẽdit: ille ve
raciter ad deũ aſcẽdit. Qñ aũt hõ p ſen
ſus carnis ad viſibilia iſta, q̃ trãſitoria
ſunt & caduca, cõcupiſcẽdo exit: tunc
nimirũ a dignitate cõditiõis ſuę quaſi
ad infima q̃dã & abiecta deſcẽdit. Qđ
ergo intimũ eſt hoc eſt ꝓximũ & ſupre
mũ & æternũ: & qđ extremũ eſt, hoc ẽ
infimũ & lõginquũ & trãſitoriũ. Ab ex
tremo itaq; redire ad intimũ, hoc ẽ ab
imo aſcendere ad ſupmũ: atq; a diſpſio
ne confuſionis & mutabilitatis colligi
in idipſum. Quia vero mundum hunc
extra nos, deũ autẽ ĩtra nos eſſe cogno
ſcimus: ob hoc a mũdo ad deũ reuertẽ-
tes & quaſi ab imo ſurſum aſcẽdẽtes p
noſmetipſos tranſire debemꝰ. Sicq; ipſi
quodãmodo inter vndas nos trãſuehi
mus, qñ ab iis q̃ foris mutabilia ſũt, ad
nos ingreſſi ſtabilitatẽ inuenimus. I. O F
arcã ſalutarẽ, o portũ felicẽ! btũs q hoc Arcę cõ
tẽpeſtuoſu; ſalũ illęſus põt euadere & menda-
ad illã vnicæ qetis trãqllitatẽ puenire. tio.
Optarẽ in illã ĩgredi: optarẽ in illa ſal-
uari: optarẽ ĩ illa pduci. Doce ergo ob
ſecro quõ qſq; cordis ſui arcam intra-
re debeat, & cũ in illa fuerit quid agen
do periculũ euadere, & ad portũ opta-
tæ quietis poſſit peruenire. D. Quia ſe
mel rerum ſimilitudines in loquendo
ſuſcepimus, iuſtũ eſt vt in decurſu no
ſtri ſermonis ꝓut res poſtulat deiceps
eas teneamꝰ. Mũdus diluuiũ eſt: cor au
tẽ hoĩs ſi per amorem mundanorum ſe
deorſum ĩclinat naufragatur inter flu
ctus ſeculi, & mutabilibus admixtum,
inter labẽtia fluit geminoq; ſalutis pi-
culo & per affectũ ĩfimorũ ꝓfunde mer
gitur, & per occupationẽ plurimorũ la
te diſſipatᷣ. Si vero rurſum ſe ab amore
p̃ſentiũ p deſideriũ erexerit æternorũ,
ac per cõſiderationẽ propriã cogitatio
nes ſuas ad ſemetipm collegerit, iam
quodãmodo fluctibus rerũ ſupenatat



& cuncta tranſitoria quaſi ſubterlabẽ-
tia calcat: atq; in eo ꝙ ſe paulatim per
gradus virtutũ, magis ſemp ac magis
ſurſum erigit & in vnũ colligit, quãdã
arcę formam ſpiritualiter in ſe expreſ
G ſam repſẽtat. Quædã ergo corda ſurſũ
ſunt, q̃dam ſemetipſa deorſum demer-
ſerũt. Deorſum ſunt illa corda q̃ confi
gurantᷣ huic ſeculo: Surſum vero ſunt
illa q̃ cõuerſationẽ ſuã hñt in cælo. De
orſum ſunt quę terrena ſapiũt: ſurſum
ſunt quæ iugiter meditantur cœleſtia
Secundũ id ergo cui per amorẽ cõiun-
gitur cor hominis ſurſum ac deorſum
eſſe iudicatur. Et recte extra ſemetipm
eẽ dicitur, quãdo ad exteriora & trãſi-
toria hęc expetenda dilabitᷣ. Tunc autẽ
ad ſemetipſum reuertitᷣ qñ ea q̃ ad ſuã
ſalutem pertinent meditatur. Sunt er-
go quędã quę amando & cogitãdo cor
hoĩs deorſum p̃mitur, ſciſſumq; p varia
diſſipatur: & ſunt iterũ q̃dã q̃ amando
& meditãdo ſurſum eleuatur, & ad ſe-
H metipſum colligitur. Propter qđ opor
tet nos omnium rerum ſpeciem ĩ duo
diuidere & in altera parte opera cõdi-
tionis, in altera vero opera reſtauratio
nis collocare. Et vt breuiter diſtinctio-
nem horum ſignemus: Opera cõditio-
nis ſunt elementa mũdi huius, quę fa-
cta ſunt, vt ſtanti homini ſeruirẽt. Ope
ra reſtaurationis ſunt ſacramenta in-
carnationis verbi, quæ ad remedium
data ſunt vt lapſum erigerẽt. Hęc duo
opera tm̃ differẽti tempore facta ſunt
q̃tum dignitate ſe præcedunt. Opera
enim conditionis quaſi exiguum aliqd
diuinę virtutis indicium breui in pri-
cipio mundi tempore, hoc eſt ſex diebꝰ
perfecta ſunt. Opera vero reſtauratiõis
a principio ſeculi vſq; ad finem nõ ni-
ſi ſex ætatum emenſo ſpatio quaſi exi-
mia quædam maieſtatis & diuinitatis
inſignia perfici, aut conſummari poſ-
ſunt. Opera ergo cõditionis ad tẽpus
data, poſt ĩ ſeruiturẽ facta ſunt. Opa ve
ro reſtauratiõis in ppetuũ data ſũt ad
ſalutẽ. Propter qđ electi opa reſtaura-
tiõis magis diligũt: reprobi autẽ opera
conditionis operibus reſtauratiõis an
teponunt. Reprobi viſibilibus inhęren
do cum tranſeuntibus defluunt: Electi
vero viſibilia & tranſitoria contẽnẽdo
ad ęterna conſcendũt. Illi per viſibilia
ab inuiſibilibꝰ corruũt. Iſti a viſibilibꝰ
ad inuiſibilia aſcẽdũt. De opibus ergo
conditionis ſubter defluentibus electi
quaſi de quodam naufragio emergũt:
& per opa reſtaurationis. i. ſacramenta
ſalutis ſuæ ſubuecti quaſi in quadã ſa-
lutari arca mergi amplius oĩno nõ poſ
ſunt. Quia igitur homo opera cõditio
nis peruerſe amando diſperſus fuerat:
& per opera reſtaurationis colligẽdus
erat, ipſa quidem reſtaurationis ope-
ra ſic facta ſunt vt & multa quidem eſ
ſent, non tamen infinita: quatinus cor
hominis veræ adhuc ſtabilitatis impa
tiens & varietate reficerẽt & paucita-
te in vnũ cõgregarẽt. Et ſicut prius hõ
per viſibilia a cõtemplatione dei ceci-
derat: ita nunc per viſibilia dei opa ad
monitus ad ipſum iterũ cõtẽpladũ re-
ſurgere cõſueſcat. Quia rurſum ipa re K
ſtauratiõis opa q̃dã p hoĩes, q̃dã p ãge-
los, q̃dã p ſemetipſum opatꝰ eſt deꝰ: cũ
de opibꝰ hoĩm ad opa angelorũ, & iteꝝ
de opibꝰ angelorũ ad opa dei cõtẽplan
da tranſimus, quaſi de prima manſione
ad ſecundam, & de ſecunda ad tertiam
manſionem in ſpirituali arca aſcendi-
mus: & tandẽ ipſum ſupremum in quo
arca conſummatur cubitum tangimꝰ:
qñ p opa dei ad eiꝰ cognitionem pueni
mus. Arca aũt in lõgitudine trecẽtorũ Arcę q̃-
cubitorũ porrigitᷣ: qa (ſicut dictũ eſt) titas &
opa reſtauratiõis nr̃æ a principio mun diſpoſi-
di vſq; ad finẽ p tria tpa, naturę, legis & tio.
gr̃ę, quaſi p tres cẽtenarios extenditur.
Latitudo autem eius in quinquaginta
cubitos, & alitudo in triginta defini-
tur: quia omnis multitudo fidelium in
quibus & propter quos hæc facta ſunt
per ſepties ſeptem, id eſt quadraginta
nouẽ vno adiecto capite, xp̃o exprimitᷣ:
& oĩs ſumma geſtorũ q̃ a principio de
us fecit propter hominem, in triginta
voluminibus diuinę paginæ continetᷣ.
Docebo ergo te qd facias. Calca & con
temne caduca & tranſitoria: & ecce de
diluuio emerſiſti. Conſidera iugiter &
meditare reparationis tuæ ſacramen-
ta, & diuinæ pietatis tibi impenſa be-
neficia: & in Arcam intraſti. Quando I

autem cogitationem tuam ab exordio
mundi vſq; ad finem ſeculi in contem
plationem mirabilium dei ducis:& qđ
propter noſtram ſalutem vel ſub natu
rali lege,vel ſub ſcripta,vel tãdem ſub
gratia operatus ſit perpẽdis,quaſi. ccc.
cubitorum lõgitudinem in corde tuo
metiris.Quando autem vniuerſitatem
fidelium conſideras,quaſi in mẽſuram
quinquaginta cubitorum cor tuũ dila
tas.Qñ vero ſciam diuię ſcripturę ſtu
dio & aſſiduitate cõprehẽdis,in altitu
dinẽ triginta cubitorũ cor tuũ erigis.
Longitudo igiť arcę in tẽpore eſt: lati-
tudo in multitudine: altitudo in ope-
rum quantitate.Siue etiam longitudo
conſiderari poteſt in geſtis, hoc eſt hi-
ſtoria:latitudo in ſacramẽtis, hoc ẽ al-
legoria:altitudo in virtutibus, hoc eſt
tropologia:vt ĩ his finibꝰ cõcludať oĩs
Hugo de arca. ſcriptura diuina.De his ſcriptiõibꝰ in
alio quodã libro quẽ de arca cõpoſui-
mus pl'a diximꝰ:q̃ oĩa hic recapitulare
nõ oportet. Hoc aũt ſolũ reſtat vt ĩtre
mus in hoc ſalutare habitaculũ:q̃tinꝰ,
& mala iſta q̃ foris ſunt effugere,& de-
lectatiões illas dulcedinis dei quas ip̃e
abſcõdit diligẽtibꝰ ſe,ĩtus valeamꝰ in-
uenire.Hęc eſt enĩ domꝰ dei & cella vi
Canti. 1. naria,quo rex ſpõſã ſuã ĩtroduxit vt or
dinaret in ea caritatẽ ſuã: quã ſi ſemel
ingreſſi fuerimꝰ, poterimꝰ deo iuuãte
tã facile ĩ illa iocũditate vniuerſa mũ-
di huius oblectamẽta deſpicere, q̃ ĩ illa
M ſecuri aduerſa nõ timere.I.Quõ ĩtrabi
mus in domum dñi?D.In multitudine
miſericordię eiꝰ.I.Quid eſt in multitu
dine miſericordię eiꝰ?D.Quia multa ẽ
miſeria nr̃a: idcirco multitudo mĩę no
bis eſt neceſſaria.Quotiẽs enĩ mens ad
ſemetipſam redire,ſuoſq; affectꝰ & co-
gitatiões pariter ad ſecretũ ĩternę cõ-
tẽplatiõis retrahere nitiť,tot obſiſten-
tes aditũ ei ĩgrediẽti p̃cludũt, quot vi
tę veteris deſideria ad priſcę cõſuetu-
dinis diſcurſus erroreſq; ip̃am retrahẽ
do ſtabilẽ eẽ nõ ſinũt. Sed expctẽda eſt
atq; ĩploranda diuina mĩa:q̃ nos p̃mo-
ueat quotiens ab ingreſſu quietis inti
mæ nr̃a miſeria nos retardat.I. Ecce in
gredimur in domum dñi: q̃diu p̃mane
bimus in ea?D.Donec tranſeat iniqui-
tas,donec ceſſent aquæ diluuii : in ar-
ca nos eſſe oportet poſtea,ſecuri exibi-
mus: quia finito hoc ſeculo nõ erit am
plius qđ timẽdũ ſit:qñ nec mundus fo
ris caducum, nec hõ intus corruptum
aliqd hẽbit.I.Et poſtq̃ ingreſſi fuerimꝰ N
in domũ dñi,qđ ibi faciemus?D.Erimꝰ
in pace perpetua & iocũditate. Omnes
enĩ qui ibi manẽt, non laborãt neq; ſol
liciti ſunt:quia nec ĩdigẽtia illic eſt p̃-
ſentiũ,nec timor futurorũ.I. Quid er-
go faciemus ibi,ſi non laborabimus?D.
Vnum eſt ibi oĩm cõtemplari mirabi-
lia dei & laudare eum ĩ operibus ſuis.
Et ſi oneroſum tibi non eſſet vnũ exẽ-
plũ p̃ponerẽ in quo queẽadmodũ in illo
interiori cordis habitaculo cõuerſari
debeas patẽter demõſtrarẽ.I. Immo ve
ro hoc vehemẽter expeto : nec oneroſũ
vllatenus eſſe poterit qđ deſiderantem
animũ ad effectũ deſiderii ſui perducit
D.Habitaculum illud interius, qđ pro O
pter varias rerũ ſimilitudines,nunc ar
cam nũc domũ appellare ſolemꝰ, quaſi
domꝰ eſt diuitis patriſfamilias: animꝰ
autem quaſi filius delicatus, qui in do
mo patris ſui tantum delicate nutriť,
q̃tum tenere diligitur. Conſideremus
ergo quomodo viuat paruulus in do-
mo patris ſui:quia in domo dei opor-
tet & nos taliter conuerſari. Ipſe nãq; Mat. 18.
dicit : Niſi efficiamini ſicut paruulus Paruuli
iſte nõ intrabitis in regnum cælorum. ſtudia.
Quid ergo paruulus facit? D. Non eſt
ſollicitus,nec concupiſcit,ludo ſimpli-
ci & innocenti exercet ſe:intantum do
meſtica diligit vt ad regnum etiã trãſ
latus magis antiqua requirat , & ſoli-
tis intereſſe deſideret. Cognoſcit poſ-
ſeſſionem patris ſui, nunc in campo,
nunc in orto,nunc in pomeriis, nũc in
pratis:nunc ad fontes , nunc ad vine-
as diſcurrit. Singulis anni tempori-
bus proprias delectationes habet. In
vere arantes , & ſeminantes ſequitur:
in ęſtate metentes:& in autumno vin-
demiantes comitatur. Vbiq; paſtum,
vbiq; iocum , vbiq; refectionem , vbiq;
delectationem inuenit : & præter illas
cottidianas,& domeſticas epulas, qui-
bus domi paſcitur , etiam foris ciba-
riis ſeruorum nonnunq̃ deguſtatis,



ad priores delicias renouatur.Gaudet
nouellos fructus decerpere,& ſpicas ĩ-
maturis adhuc granis igne toſtas con
fricare : botros matureſcentes eligere,
auicularum nidos explorare:& vl' oua
vel pullos inuentos cum magno gau-
dio & tripudio domum deportare : &
quaſi de ſua venatione,licet tenui,ma-
gis q̃ de alienis copiis refectionem quę
rere.Si forte cognouerit patrem ſuum
quoq̃ iturum , ſiue ad villam , ſiue ad
caſtellum,ſiue ad nundinas, ſiue ad ſo
lennitates & in proximo rediturum,
optat ſimul ire vt illa noua & inſolita
videat:vt reuerſus poſſit ſodalibus ſu-
is narrare quæ viderit:quis cultus ho
minum,quis ſitus locorum,quę magni
tudo vrbium,quę cęlſitudo domorum,
quæ copia rerum venalium,quid inue
nerit , quid emerit,quid attulerit.Re-
uerſurus ergo libenter exit: ſed ſi quis
in exiliũ vñ reditꝰ ãplius ſperari nõ poſ
ſet,ire eũ cõpelleret,nõ ſine magno ge-
mitu & dolore de p̃ria domo exiret. Li
benter ergo exit vt redeat,videre ea q̃
foris ſũt:aliqñ appetit vt vel ditior, vl'
recẽtior ad ſua reuertať.Mãſionẽ ãt p-
petuam non niſi in domo patris ſui, &
cum domeſticis eius inter quos natus,
& cum quibus enutritus eſt habere de
ſiderat: cum illis viuere , & inter illos
ſeneſcere,ab illis optat nec in morte ſe
parari: vt nec moriẽs deſerat quos vi-
uos & notos & caros habebat.Hãc cu-
pit ſemper habere ſocietatẽ, hanc man
ſionem,has delicias,hanc iocunditatẽ.
Nihil extra hæc requirit: nihil ampli-
us concupiſcit.Taliter ſtudeamus con
uerſari in domo domini: & inueniemꝰ
pacem pariter & requiem & iocundi-
tatem.Simus ſimplices aliena non con
cupiſcentes , delectationes quas nobis
deus pręparauit quę in domo eius in-
ueniuntur magis q̃ oblectamenta mũ-
di huius amantes. In eis iugiter exer-
ceamus cor noſtrum.Lætificemus ani-
mum noſtrum , accendamus affectum.
Habemus ibi fontes luc idiſſimos:habe
mus prata florida , campos planos , &
ſpatioſos:vineas vberes, greges fœcun
dos, meſſem fertilem , pomaria fructi-
fera,hortos irriguos, & omnium deli-
ciarum genera quæ mens bene poteſt
appetere vel feliciter poſſidere. I. Dic P
oro apertius, quęnã ſint hęc quæ reci-
taſti oble ctamenta.D.Arbores fructife
ræ ſunt homines iuſti bonorum operũ
exempla nobis ad refectionem portan-
tes:fontes ſunt ſapientes : campi , hu-
miles.Vineæ per diſciplinã ſemetipſos
excolentes, diuerſis virtutibus q̃ſi hor
ti & prata vernantes, meſſe laboris ſui
alios reficientes, & gregem fideliũ ver
bo & exemplo alios ad fidem trahen-
do , & quaſi pariendo multiplicantes.
Has delicias in domo dei extrinſecus
habemus,exceptis illis ſingularibꝰ epu
lis , quibus mater gratia nos intrinſe-
cus cottidie ſaginat & reficit. Ingre-
diamur ergo nũc & dominus dux erit
nobis,vt dirigat greſſus noſtros in ſe-
mita mandatorum ſuorum:vt recolen
tes miſerationes eius quę a ſeculo ſũt,
in eius amore excerceamus cor noſtrũ,
& accẽdamus deſiderium. Cum autem
ingreſſi fuerimus, ego ducam te pręce
dens per omnia a prima fronte domus
vſq; ad interiora penetralium : in lon-
gum,& latum , & altum , vniuerſa lu-
ſtrabimus cœnacula & triſtega : tandẽ
conſcendemus & non ceſſabimus do-
nec ad ſolium regis perueniamus.De-
ambulabimus per cuncta opera reſtau-
rationis noſtræ ab exordio vſq; ad con
ſummationem ſeculi,ſecundum decur
ſum temporum euẽtus rerum, & facta
hominum.Cunq; intrinſecus quę ſunt
cõtemplati fuerimꝰ: ego aliqñ apiã fe-
neſtrã Arcæ,& alternatĩ ea q̃ foris ſũt
reſpiciẽtes in aquis huius diluuii ocu
los mẽtis renouabimꝰ.Magis enĩ dele-
ctabile erit alternis vicibꝰ,nũc ea q̃ eua
ſimus quaſi de quadã ſtatiõe mala p̃ſpi
cere,nũc ea q̃ ĩuenimꝰ & poſſidemꝰ bõa
reductis ad interiora oculis cõſiderare
I.Arctiꝰ ip̃a bõa amabimꝰ , ſi viciſſĩ mi
ſerię quoq; & pic'li ſemp reminiſci , ſẽp
moneri ſtuduerimus.D.Tuũ ergo erit Q
ex omnibus q̃ vel intrinſecus vel ex-
trinſecus videris mirabilia , q̃tum vo-
lueris & dignum iudicaueris interro-
gare, meum autem erit q̃tum voluero
tuis ĩterrogationibus r̃ndere.Introdu
cã ãt primũ te ĩ p̃tẽ ſup̃iorẽ domꝰ,hoc ẽ

in frontẽ quæ eſt ad orientem,vt in-
greſſus noſter ſimul fiat ab initio mun
di,& ab initio ſeculi.Nam quia longi-
tudo domus trecentorum eſt cubitoꝝ,
ſuperior frons orientem tangit, inferi
or autem vſq; ad occidẽtem peruenit.
Latus vero ſiniſtrum ad auſtrũ:& dex-
trum ad aquilonem reſpicit:quia diui
na prouidentia decurſum rerum ſic or
dinauit , vt ea quæ in principio ſeculi
Oriẽtis ratio. facta ſunt in oriente quaſi in principio
mundi fierent:tandemq; decurrentibꝰ
temporibꝰ ad finem ſeculi rerum ſum
ma ad occidentem deſcenderet,hoc eſt
ad finẽ mundi:Ideo primꝰ homo poſtq̃
creatus eſt,poſitꝰ eſt in paradiſo,in pla
ga orientali : vt inde quaſi a principio
mũdi per omnes terras proflueret vni
uerſa propago generis humani. Dein-
de caput regnorum primum in orien-
te apud Aſſyrios fuit: nouiſſimis autẽ
temporibus ſeculi ad Romanos in oc-
cidente poſitos poteſtas ſumma deſcẽ-
dit.Incipientibus ergo nobis ab origi-
ne rerum omnium, & per opera reſtau
rationis ſcđm lõgitudinem arcę decur
rentibus ad finem & cõſummationem
vniuerſorum,ſemita ſtrata eſt per me-
dium ſeculi vt tranſeuntibus a latere
hinc inde pateant quęcunq; ſiue ad aq
lonem,ſiue ad auſtrum,hoc eſt ad dex-
tram & ſiniſtram quaſi extra arcam in
diluuio fiant.Spatioſa quidem, ſed nõ
faſtidioſa erit iſta deambulatio,vbi in-
trinſecus tantarum rerum varia oble-
ctatio tranſeuntibus erit obuia: & rur
ſum per feneſtram proſpicientibus fo-
ris tam mirabilis confuſio & fluctua-
tio mutabilitatis mundanę, oculis lon
ge lateq; de alta ſpecula, ac firmiſſima
ſtatione intuentibus erit ſubiecta.I.Ec
ce ad principium mundi ingredimur:
ſed ego cum oculos retrorſum flectere
incipio quaſi extra mũdum & ante tẽ-
pora quid ſit ſcire cupiens nihil video.
D.Ab alto exordio interrogatiões tuę
initium ſumunt.

¶Finis Lib.II.

¶Sequitur Liber.III. qui intermiſſis
rebus tranſeuntibus,inquirit de di-
uinis:interloquuntur autẽ. A.&.R.
id eſt(vt ego ĩterp̃tor) Aĩa & rõ.A.

QVotiẽs dei ęter R
nitatẽ mẽtevol
uo , q̃l'r aut vbi
ante rerũ oĩm
principiũ exti-
terit,nullatenꝰ
cõp̃hendo. Vbi
enĩ eſſe potuiſ-
ſet,cũ nõ eẽt ali
quid vbi eẽ po-
tuiſſet?Hoc itaq; meã cõſiderationẽ p-
turbat ꝙ inuenire nõ poſſum vbi deus
fuit qñ p̃ter deũ nihil fuit.R. Si cõſide
res oẽ qđ eſt & ppẽdas totũ hoc vbi ẽ,
qs extra locꝰ erit?Totũ capiat cũ nihil
ſit qđ totũ nõ capiat. Si ergo vniuerſi
tatis locũ nõ ĩuenis quõ vniuerſitatis
auctorẽ loco cõcludis?Nõ enĩ ꝑpterea
deus mũdũ fecit vt mũdus contineret
deũ,q̃ſi ſtabilis eẽ nõ potuiſſet fulcimẽ
to carẽs: ſed ſicut ęternitate totũ p̃ceſ
ſit,ita ĩmẽſitate totũ excedit nullo ĩdi-
gẽs, ſi neq; opis ſui pfectiõe cõſũmatꝰ:
cui ſine illo,&cũ nõ eẽt nihil defuit, &
ex illo cũ factum eſſet nihil acceſſit.A. S
Quare ergo fecit Deꝰ creaturã ſi bonũ
eiꝰ auctũ nõ eſt p creaturã?R.Caritate
nõ neceſſitate fecit deꝰ opa ſua: nõ vt
ab eis bonũ ſuũ augeret,ſed vt eis bo-
nũ ſuũ ĩpẽderet. Fecit enĩ rõnalẽ crea-
turã vt eã ĩ ſe btĩficaret:cui qdẽ ad ob
ſequiũ cętera oĩa ſubiecit, ſeip̃m ĩ p̃mi
um ad glĩam ꝑponẽs.Vt ergo laus dei
cõſũmata eẽt , viſibilia & ĩuiſibilia oĩa
vno cõmercio ſociauit: qa rõnalẽ crea
turã quã ad glĩam ſuã cõdiderat ptim
iuſſit ĩ ſua puritate pſiſtere,ptĩ eã cor-
poreis ĩdumẽtis & terrenis mãſiõibus
copulãs,luteã materiã fecit ad vitę ſẽ-
ſum vegetare.Hæc aũt diſpẽſatio crea
toris magnę fuit machĩatiõis prĩcipiũ
qa ĩ eorũ cõditiõe prius oñdere voluit
qđ poſtmodũ ĩ eis ipſe ex dignatiõe fa
cturꝰ fuit.Ad oñdẽdã ergo ęternã cari
tatẽ,facta ſũt exẽplaria noua:& ĩfimo- T
rũ ſũma imis ſociata ſunt : qa ſũmarũ
ima ſũmo oĩm ſociãda ſunt:vt qđ eſſet
corpꝰ ſpũi hoc eẽt ſpũs cõditori.Nam
qa ĩ rebꝰ cõditis nihil excellẽtiꝰ ẽ ſpũ,
nihil terra ĩfirmiꝰ vel corruptibiliꝰ in
uenit:dũ corpi hũano de terra facto &
orruptibilẽ materiã hñti rõnalẽ ſpm̃,



id eſt aĩam rõnalẽ ſociã tribuit:in vnũ
quodãmõ cõſortiũ ſũmis ima cõiũxit,
p̃mittẽs ſcilicet futurę ſocietatis exem
plum:vt qđ tunc eſſet in cõditione cor
pus ſpiritui,hoc poſtmodũ fieret ex di
gnatione aſſumptus ſpiritus ſibi.Sicut
enim excellentiam ſpiritus infirmitati
corporalis naturæ cõiũxerat vna crea-
tionis conditio:ita humilitatẽ creatu-
ræ ſpũalis ſociare debuerat excellentię
V creatoris vna pietatis dignatio. A. Cũ
conſtet rationalẽ ſpiritũ qui ad vegetã
dum corpus humanum datus eſt,excel
lẽtiorem fuiſſe ſi in ſua puritate ꝑſti-
tiſſet,quõ ad caritatem facientis perti-
nuit qđ ad depreſſionem patientis ac-
ceſſit?R.Qm̃ ad hoc in parte humilia-
ta eſt vt in toto ſublimaretur rationa-
lis creaturæ conditio:vt mirabiliꝰ poſt
modum ſublimis fieret, quo ſine miſe-
ria prius ex pte humiliata fuiſſet.Quia
enim omnis illa natura ſociãda fuerat
in gloria excellẽtiæ creatoris: expedie-
bat vt prius diſceret quantum infra il
lum eſſet ꝑ naturam quæ copulãda il
li fuerat & quodãmodo coęquanda ꝑ
gratiam:vt inde amplius diligeret mu
nus gratiæ in gloria,quo verius cogno
ſceret conditionẽ naturæ in humilia-
tione ſua.Comprobauit ergo deus po-
tentiam ſuã fingendo hominẽ quã poſt
modum exhibiturus erat hominẽ glo-
rificãdo,vt ſciret homo ꝙ ſi potuit deꝰ
tam diſparem naturam corporis & ani
mæ ad vnam fœderationem atq; amici
tiam coniungere:nequaq̃ ei impoſſibi-
le futurum rationalis creaturæ humi-
litatem licet longe inferiorem , ad ſuæ
gloriæ participationem ſublimare . Et
ſi tanta fuit ſapientia conditoris in ſo-
cietate animæ ac corporis tempꝑanda,
vt tam excellenti naturæ non ſolũ pœ-
na non ſit vel miſeria inferioris conſor
tium,ſed hoc ei pro ſumma pœna con-
ſtet,cum ab ea lege mortalitatis addi-
cta morti,cogĩ pati diuortium:quãto
magis ineffabilis erit,cum ſibi factã na
turam eandem ꝑ caritatem vniens,il
lam veram ſummeq; beatam vitam,vi-
tæ alteri a ſe factæ ad æternam vitã in
fundens,felicem beatamq; vnionem nũ
X q̃ diſſidium paſſuram efficiet? A. Mul-
tum tamẽ caritatis priuilegio refraga-
ri videĩ,ꝙ ſpiritualis natura luteę ſub
ſtãtię copulata eſt : qa licet exẽplũ illis
profuerit ad agnitionem caritatis q in
ſua puritate ꝑmanſerunt:tamen quã
tum illis detraxerit gloriæ q humilia-
ti ſunt,conſtat . Quapropter quantum
illi amplius gratiæ debent,qui ſine de-
preſſione edocti ſunt:tantũ iuſtę quere
lę aduerſus caritatem habere vidẽtur
qui propter aliorũ eruditionẽ ſunt hu
miliati.R.Sed recompẽſatur glorifica-
tioni qđ datum nõ eſt humiliationi:&
tanto in exaltatione amplius accipiũt,
quanto minus in cõditione acceꝑrũt.
Quia em̃ ꝑ terrã carnis, puritati alio
rũ homo ſubiicitur:poſtmodum p glo-
riam eiuſdem carnis ad conſortium an
gelorum ſubleuatur:vt non ſolũ de ſui
clarificatione ſpiritus gaudeat, ſed vt
illius quoq; gloria,cuius infirmitas ei
detrimento fuiſſe viſa eſt, in augmen-
tum glorificationis accedat.Sic igitur
plus angelis in conditione datũ eſt:ſed
hominibus in glorificatione ampliꝰ eſt
collatũ:quia in eo quoq; ad gloriã con
ſcendunt:in quo paulominus humilia
ti a gloria inferiores fuiſſe viſi ſunt: vt
in vna caritate ſimiliter gaudeant qui
ad vnã caritatem vocati,& ad vnã cla-
ritatem conditi,vnam gloriæ menſurã
diſſimili licet diſtributione ꝑcipiẽtes
exultant.Ergo deus ſpiritum rationa- Y
lem quẽ ad ſuam gloriam condiderat,
ita(vt dictum eſt) diſpari ſorte diſpo-
nens partim iuſſit in ſua puritate ꝑſi
ſtere,partim vt corporibus terrenis ſo
ciatus ad vitam ea & ſenſum animaret
illis quos in ſua puritate reliq̃rat ſur-
ſum in cęlo manſionem conſtituens:il-
los vero quos corporibꝰ terrenis ſocia
uerat deorſum in terrena habitatione
diſponens:vtriſq; regulam obœdientię
ꝑponens,quatinus & illi ab eo vbi erãt
non caderent : & iſti ab eo vbi erant ad
id vbi illi erant aſcenderent : vt cũ iſti
ꝑueniſſent,illi non diſceſſiſſent ſupra
id qđ facti erãt ad id qđ facti erant ꝑ-
tingerent, vt cum eo eſſent a quo facti
erant.A.Quia propoſitum noſtrum ad
hominis cõditionẽ ſpecialiter reſpicit,
ad ea quæ de ipſo poſt hæc dicẽda ſunt

Z narrationẽ deflecte. R. Poſuit ergo deꝰ
hominem in paradiſũ quaſi in locũ di-
ſciplinę & ſcholã virtutũ: vt ibi ꝑ obœ
dientiam mandati exercitaretur, acce-
pturus ſi perſiſteret p̄miũ: ſi præuarica-
retur, pœnam. Quapropter in paradiſo
ſolum bonum, ſed nõ ſummum poſitũ
eſt: vt ĩ eo qđ ſolum erat bonum, a pu-
ritate virtus inciperet: in eo aũt qđ ſũ
mum non erat bonum, eſſet quo exerci
tata ꝓficeret. Sed quia homo prçuaricã
do obœdientiam deſeruit, ſentẽtia ma
ledictionis percuſſus, in ea quã incorru
ptam acceperat natura pœnam morta-
litatis, quã ad oẽm poſteritatem ſuam
tranſmitteret, ſeminãdam accepit. Hĩc
omnes homines ex radice vitiata mor-
tales procreati, teſtimoniũ primę præ-
uaricationis afferimꝰ. Et q̄uis quidem
per gratiam ad vitam renaſcamur, oẽs
tamẽ per naturã ad mortem naſcimur
A & damnationem. A. Proceſſus ſeculi de
Eua. inde qualis fuit? R. Protoplaſtus Adam
Cayn. eiectus a ſede paradiſi vt pater fieret q
F in latitudine & altitudie reperiri. Quod ſi etiā ſcire delectat, quot quadratorū ſiue pedū ſiue cubitorū fuerit embadion .i. arca, multiplica maius latꝰ ꝑ minus, & quot a ſūma inde excreuerit: tot quadratorū erit area. Verbi gr̄a. Dic qnquagies trecēti, fiūt qndecim milia, tot cubitorū quadratorū eſt area. Et ſic de aliis. Si huius tetragoni diagonalē lineam q̄ris, hęc tibi ſit regula. Multiplica vtrūq̄ latus. i. maius & minꝰ, vnūquodq̄ ꝑ ſe, ac deinde illius ſummę q̄ inde excreſcit in vnū coaceruatę latus q̄re & hoc ꝑ diagonio habeto. Verbi gr̄a. Dic trecēties trecēti fiūt nonaginta milia. Dic qnquagies qnquaginta fiunt duo milia qngenti. Huiꝰ ſummę latus eſt trecēti. iiii. & ſemis vnū, hoc eſt non integrū. Si dimidiū huius ſumis, habes cētū qnquagīta duo & ſemis vno minꝰ. Hęc eſt q̄ extendit̄ ab angulo vſq̄



ad mediū. Si hāc habueris ꝑ baſe & ī medio arcę in altitudinē trigīta cubitorū Ratetū erexeris, & de ipſo rateto a ſupmo tertię māſiōis ſurſum qndecī ſumpſeris, & hoc ꝑ Rateto habueris, eiq̄ ꝑdetenꝰ hāc baſim ſcḋm Geometricalē regulā cōpaueris: videbis mirabili rōne oēs angulares hypotemiſas ī mēſurā centū qnquagīta duorū & ſemis ꝑuenire. Simil'r ſi baſim a frōte hicinde venientē cū Rateto cōtuleris, videbis ēt hypotemiſas a frōtibꝰ ꝓcedētes in centū. L. duo ſemis porrigi. Quę aūt a lateribꝰ veniūt Hypotemiſę in. xxviii. & ſemis extēdunt̄ hn̄tes baſes. xxv. cubitorū. Regula īueniēdi hypotemiſā hęc ē, vt Ratetū ī ſe multiplices, ſil'r baſim in ſe, & has ſūmas ſimul cōponas & illius nūeri q̄ īde excreſcit latꝰ ꝑ hypotemiſa hēto. In hac aūt arca hypotemiſę vicē gerūt tigna obliq̄ ab imo ad ſupiora

Ratetꝰ porrecta. Ratetꝰ ē ſtylꝰ ī medio arcę ere

Baſis. ctus vſq̄ ad ſupmū cubitū. Baſis ē linea iacēs ab āgulo arcę vſq̄ ad Ratetū por

Diagonalis linea. recta. Diagonalis linea vocat̄ q̄ ꝓtēdit̄ ab āgulo ī āgulū illi oppoſitū. In trigonis his & tetragonis multa alia īueni-es ad ſubtilitatē geometricę diſciplinę ptinētia: q̄ oīa nos ꝓpter faſtidiū decli-

G namus. Sūt alii q̄ dicūt ī arca nō fuiſſe niſi tres māſiōes, & ex his vnā ſemel camerată, mediā bicamerată, ſupmā tricamerată: & aiūt has diſtīctiōes māſionū ſcripturā appellaſſe cœnacula: ipſas aūt māſiōes tres triſtega. Et hāc formā nos idcirco potiꝰ q̄ reliq̄s depinximꝰ: qa nō facile altitudinē parietū ī plano demōſtrare potuimꝰ. In hac enī forma tigna hicīde ſurgētia paulatī cōtrahunt̄ donec in cacumine ad vnius cubiti menſuram conueniunt.

De arca eccleſię ſeu eccl'ia. Cap. IIII.

H

Arca q̄ eſt eccleſia. HÆc ſcḋm literam dicta ſūt de arca Noe. Reſtat nūc vt videamꝰ q̄ ſit arca eccl'ię, vel vt expſſiꝰ loquar, ipſa eccl'ia arca eſt, quā ſūmꝰ Noe. i. dn̄s noſter Ieſus Chriſtꝰ gubernator & portꝰ iter ꝓcellas huiꝰ vitę regēs ꝑ ſe ducit ad ſe. Trecētorū cubitorꝝ lōgitudo, pn̄s ſeculū deſignat: qḋ tribꝰ tpibꝰ decurrit. i. tpe naturalis legis, tpe ſcriptæ legis, tpe gr̄ę: ꝑ q̄ ſancta eccl'ia a principio mūdi vſq̄ ad finē, a pn̄ti vita ad futurā gl'iam tēdit. Quīqūgīta cubitorū latitudo vniuerſos fideles ſignificat q̄ ſub vno capite ſūt cōſtituti. i. xpō. Nā qnquagīta cōſtat ex ſepties ſeptē. i. quadragīta nouē q̄ nūerꝰ vniuerſitatē fidelīu deſignat, & vno ſupaddito qḋ ſignificat xp̄m q̄ eſt caput eccl'ię ſuę, & finis deſideriorū nr̄orū. Propter qḋ ī vno cubito cōſūmat̄. Altitudo trigīta cubitorū ſignificat trigīta volumina diuinæ paginę. i. vigīti duo veteris teſtamēti, & octo noui, in qbꝰ ſūma oīm cōtinet̄ q̄

I deus vel fecit vel facturꝰ eſt ꝓpter eccleſiā ſuā. Tres māſiōes ſignificāt, tres

Ordīes tres fidelium. ordines fideliū q̄ ſunt ī ſc̄tā eccl'ia: quorū primi vtūt̄ mūdo, licite tamē. Sc̄di fugiūt & obliuiſcūt̄ mūdū. Tertii iam obliti ſunt mūdū & ii ſunt ꝓpinq̄ deo. Qꝛ ī ſupioribꝰ arca cōtrahit̄, ī iferioribꝰ dilatat̄, hoc ſignificat ꝙ in ſc̄tā eccl'ia maior eſt nūerꝰ carnalē vitā ducētiū q̄ ſpūaliū: ita vt ſemp q̄to pfectiores tāto ſint pauciores. In ſupmo ad vniꝰ cubiti mēſurā arca contrahit̄: qa xp̄s caput eccl'ię ſuę q̄ eſt ſc̄tus ſc̄orū ꝑ naturā cōſimilē iter hoīes eſt: & ꝑ virtutē ſingu

K larē ſupra hoīes eſt. Cētū anni in qbus ędificata eſt arca, idē ſignificāt qḋ cētū cubiti. Nā cētū anni ſignificāt tp̄s gr̄ę: qa ſc̄tā eccl'ia q̄ ab initio mūdi cœpit ī tpe gr̄ę ꝑ imolationē agni īmaculati redēptionē accepit. Tūc nāq̄ fabricata ē arca, qn̄ de latere Xp̄i in cruce pēdētis in ſanguine & aq̄ ꝑfluxert̄ eccl'ię ſacramēta. Qn̄ agnus īmolatꝰ ē, tūc ē ſpōſa agni nata. Qn̄ Adā ſoporatꝰ ē, tūc Eua fabricata ē. Aſcēdit ſpōſus nr̄ thalami ſui lectū: dormiuit, moriendo exhibuit qḋ ab īitio ꝑfuit: fecit qḋ ab īitio fuit. Vide an idē dicere velit ſcriptura qn̄

Agnus. Apo. 13. logt̄ de fabricatiōe huiꝰ arcæ hoc ē eccleſię! Quid dicis! A. In libro (igt) vitę agni q̄ occiſus ē ab origię mūdi. Quid eſt hoc! In fine ſeculi ī carnē venit filiꝰ dei: ꝑmiſit ſe crucifigi ꝑ ſalute hoīm, ꝑmiſit ſe occidi, ꝑmiſit ſe īmolari. In fine ergo ſecl'i occiſus ē agnꝰ: ſemel enī tm̄ eſt occiſus: & quō ſtare pōt qḋ dicit̄ occiſꝰ ē ab origię mūdi! Nūqt priꝰ potuit

occidi q̄ incarnari? Nihil adhuc morta
le habuit,& quō mori potuit? Qꝫ ſi ab
initio occiſus eſt:priꝰ occiſus ē q̄ ĩcar-
natꝰ ē. Si ab ĩitio occiſus ē:nō iã ſemel,
ſed ſępe, ĩmo ſemꝑ occiſus ē. Nã qđ ab
initio fuit ſemꝑ fuit: & qđ ab ĩitio ē,ſē
per ē. Sed fortaſſe ſi dixeris. occiſus ē ab
initio.i.iis q fuerũt ab ĩitio:hoc ē ad re
dēptionē,ad ſalutē,ad recōciliationem
eorũ q fuerũt ab initio:ita vt ꝑ hoc qđ
dicit̃ ab initio determines nō tp̄s occi-
ſionis ſed ſalutis:iã incōueniens nullũ
erit:ſi & ſemel & ab initio dicat̃ eē oc-
ciſus. Priꝰ etiã mors eiꝰ ꝓfuit, q̄ fuit:
priꝰ ꝓmiſſio,ac deĩn exhibitio. Ab ini-
tio ergo ſcl'i occiſus ē: qa ab initio ſcl'i
illi fuerũt,ꝑ qbꝰ in fine ſcl'i occiſus eſt.
Sed tñ qñ induit decorē.i.carnē ĩmacu
latã,carnē ĩpollutã,carnē ſpecioſam de
virgineis mēbris aſſumpſit: & p̄cinxit
ſe fortitudine.i. ꝑ crucis trophea aeri-
as ptãtes debellauit:ex tũc pata ē ſedes
eiꝰ,ex tũc redēpta ē eccl'ia eiꝰ,ex tũc re
ducta ē ouis q̄ ꝑierat,ex tũc cęleſtis re-
gni aditꝰ patefactus ē:q priꝰ clauſꝰ fue
L rat. Vides ergo nũc quō arca & trecen
torũ cubitorũ lõga ē,& tñ nō trecētis,
ſed centũ annis fabricata ē: qa eccl'ia q̄
ab ĩitio ſcl'i fuit,ĩ fine ſcl'i redēpta ē. Qꝫ
vero ſexies lõga ē ad latitudinē ſuam
hęc arca& decies ad altitudinē ſuã,hu
mani corꝑis ĩſtar oñdit ĩ quo xp̄s appa
ruit:Nã & ip̄a corpꝰ eiꝰ ē. Corꝑis eĩ lõ
gitudo a vertice vſq; ad veſtigiũ ſexies
tãtũ habet quãtũ latitudo q̄ ē ab vno
latere vſq; ad alterũ latꝰ:& decies tan-
tũ quantũ & altitudo,cuiꝰ altitudinis
męſura ē ĩ latere a dorſo ĩ vētrē: velut
ſi iacentē hoĩem metiaris ſupinũ ſiue ꝓ
nũ: ſexies tãtũ lõgitudinis eſt a capite
vſq; ad pedes,quãtũ latus a dextra ĩ ſi-
niſtrã, vel a ſiniſtra ĩ dexterã:& decies
quãtũ latꝰ a terra. Sexies ē nũerꝰ qnq̄-
genariꝰ ĩ trecētis: & ſex ętates ſũt ĩ tri
bus tꝑibꝰ ſcl'i. Vel Trecēti ſignificãt fi
dē Trinitatis. vel crucē ꝑpter Tau: qđ
in nũeris trecētos ſignificat, & adhuc
apđ ſuos formã retinet crucis. Quinq̄-
ginta remiſſionē pc̄tõrũ deſignãt:trigĩ
M ta mēſurã ętatis plenitudinis xp̄i. Secũ
dũ illã ſnĩam qua ĩtrĩſecus altitudinē
arcę diſtinguimꝰ in qnq; mãſiōes, arca
eſt eccl'ia,& qnq; mãſiōes ſunt qnq; ſta-
tus:tres p̄ñtis vitę & duo futuræ. Pri-
mus ſtatꝰ ē illoꝝ hoĩm q dicunt̃ carna
les,de qbꝰ dicit apl's. Nō potui loq vo- 1. Cor. 3.
bis q̄ſi ſpũalibꝰ ſed q̄ſi carnalibꝰ:lac vo
bis potũ dedi nō eſcã. Sc̄ds ſtatꝰ ē illo-
rũ hoĩm q vocant̃ aĩales de qbus dicit
rurſũ. Aĩalis hō nō ꝑcipit ea q̄ ſũt dei. 1. Cor. 2.
Tertiꝰ ſtatus eſt ſpiritalium de quibus
ait. Spiritalis diiudicat omnia: & ipſe Ibidem.
a nemine iudicatur. Quartꝰ ſtatus eſt
animarum exutarum a corpore. Quin
tus ſtatꝰ eſt in anima & corpore reſur
gentium qui ſup̄mus eſt & cubito ſu-
p̄mo contiguus. Qꝫ tres inferiores mã N
ſiones ſecundum altitudinem parietũ
in directum aſcendunt & verſus ſupre
mum cubitum non inclinantur:hoc ſi
gnificat ꝙ quantũlibet in hac vita pro
ficimus, adhuc tamen a facie condito-
ris noſtri quaſi auerſi ſumus: quia & ꝑ
meritum aſcendimus,ſed per præſenti
am contemplationis ad ipſum non in-
clinamur. Vnde recte in canticis canti Canti. 2.
corum ſponſa dilectum ſuum poſt pa-
rietem ſtare commemorat: quia quan-
diu huius corruptionis tegmine circũ
damur,quaſi quodam pariete interpo-
ſito ab eius facie prohibemur. Quarta O
autem & quinta mãſio in aſcenſu ſuo
ad vnum colliguntur: quia animæ ſan
ctorum & nunc depoſito carnis onere
in contemplatione ſui conditoris lętã
tur:& cum iterum corpora ſua immor
talia & impaſſibilia receperint:tũc ple
nius & vicinius ei per contemplatiōis
pręſentiam adhęrebũt. Quod enim ar-
ca in tecto ſuo ſurſum in vnum colli-
gitur:quid aliud ſignificat niſi ꝙ cum
ab huius vitę tenebris educti fuerimꝰ:
tunc omnium deſideriorum noſtrorũ
finem ad vnum referemus,quãdo ſicu-
ti eſt,deum videre cœperimus: vt iam
nil libeat niſi eius faciem ſine intermiſ
ſione intueri, eius dulcedine ſine faſti-
dio ſatiari, eius amore ſine defectu per
frui. Hoc eſt enim ad ipſum tendere,&
ad ipſum pertingere: ſemper eũ & per
deſiderium quęrere, & per cognitionē
inuenire,& per guſtum tãgere. Illi mã P
ſioni quæ fundo erat contigua deputa
tus erat fimꝰ animalium, qui recte vi-



tam carnaliũ exprimit, qm̄ ii q carnis
deſideriis inſeruiunt. quid aliud q̄ pu-
tredo fiunt? Secunda abhinc manſio cō
tinet cibaria animalium:ꝑ quæ cōue
nienter deſignantur ii qui in ſancta ec
cleſia quendam medium ſtatum tenēt:
qui neq; prorſus per illicita deſideria
carni ſuccumbunt: neq; per cōtemptũ
mundi ad dignitatem ſpiritalium ꝑ-
tingere poſſunt. Hi autem dum a ſpiri
tualibꝰ ſpiritualia comparãtes pro ero
gatione verbi dei doctoribus ſuis ter-
renæ ſubſtantię ſubſidia reddunt,quid
Q aliud q̄ ſanctorum animalium apothe
ca fiunt? Tertia deniq; mãſio aĩalia qui
dē tenet ſed ĩmãſueta:ꝑ quæ deſigna
tur vita ſpũaliũ:q quãdiu ĩ hac corru-
ptiōe tenētur & legi dei per rationem
ſubiecti ſunt,& tamen in ſua carne por
tant ꝑ quod adhuc legi dei contradi-
cunt. Animalia ergo ſunt quia viuunt
ꝑ rationē mētis: ſed ĩmãſueta ꝑ illi
R cita deſideria carnis. In quarta manſio
ne ſũt mitia animalia: quia ſicut dicit
Rom. 6. apoſtolus: Qui mortuus eſt iuſtificatꝰ
eſt a peccato. Et ſecundũ prophetę ſen
Pſal. 145 tentiam. In illa die peribunt oēs cogi-
tationes eorũ. Qm̄ vbi a vĩculis carnis
corruptibilis exeunt, deinceps ab illici
S tis deſideriis mãſueſcũt. Quĩtã mãſio-
nē hō tenet & volatilia. Per hoĩem de-
ſignat̃ viuacitas rōnis & ĩtelligētię: in
volatili exprimit̃ agilitas ĩcorruptibi-
1. Cor. 15. lis naturę. Qñ ergo mortale hoc ĩdue-
rit ĩmortalitatē:& corruptibile hoc ve
ſtierit incorruptionē:tũc mēte ꝑiter &
corꝑe ſpiritales affecti,ſcđm modulum
nr̃m, & ꝑ mētis illuminationē oĩa ſcie-
mus,& ꝑ corꝑis ĩcorruptibilis leuitatē
vbiq; eē poterimꝰ. Volabimꝰ mēte ꝑ cō
tēplationē:volabimꝰ corpore ꝑ incor
ruptionem. Diſcernemus mente & (vt
ita dicam) diſcernemus & corpore:qñ
ipſi ſenſus noſtri corporei vertent̃ ĩ ra
tionem,ratio in intellectum, intellectꝰ
tranſibit in deũ:cui nos cōiungemur ꝑ
vnũ mediatorē dei & hoĩm dñm Ieſum
T xp̄m. Qꝫ aũt forma arcę deſuꝑ ad ſimi-
litudinē curtę pyramidis vſq; ad ſum-
mũ cacumen nō ꝑuenit:hoc ſignificare
pōt,ꝙ qcqd infra deũ eſt minꝰ ꝑfecto ē:
qa & ip̄e redēptor nr̄ ſcđm formã ſuſce
ptę humanitatis minor p̄re eſt: & ipſe
hoc p̄ri ꝑ obœdiētiã ſubiicit, qđ ipſe a
p̄re ꝑ ęqualitatē maieſtatis nō accepit.
¶Si qs aũt voluerit indagare myſteria V
nũerorũ quos ſupra in altitudine vni-
uſcuiuſq; mãſiōis diſtribuimꝰ: videbit
cōgrue quaternariũ primę mãſioni de Quater
putatũ,Quia enĩ corpus hũanũ ex q̄tu narius.
tuor elemētis cōpōit̃.& ex quatuor hu
morũ cōplexione cōpaginat̃:recte,car-
naliũ vita q voluptatibꝰ corporis de-
ſeruiũt,ꝑ quaternariũ exprimit̃. Dehĩc Quina-
qnariꝰ ꝑpter qnq; ſēſus apte aĩales ho rius.
mines figurat:q q̄uis flagitiis carnali-
bus turpiter non ſubiaceãt, qa tñ q̄ ſit
delectatio ſp̄s nō nouerũt:ea q̄ foris ad
delectationē ſenſuũ ꝑtinēt ſequunt̃ &
diligũt. Senariꝰ ꝑpter ꝑfectionē oꝑrũ Senariꝰ.
ſpũalibus cōgruit. Septenariꝰ qa reqē ſi Septena
gnificat,aĩarũ eſt in ſpe requeſcētiũ,& p̄ rius.
ſtolãtiũ gloriã reſurrectiōis. Octonariꝰ Octona
qa ſignũ ē btĩtudinis,illis cōuenit q iã rius.
receptis corꝑibꝰ btã ĩmortalitate lętã X
tur. Eſt adhuc aliđ qđ dicere poſſumꝰ Volũta
de tribus primis mãſionibꝰ:habet nãq; tes tres,
vnuſqſq; noſtrũ tres volũtates in ſe:q̄-
rũ p̄ria ē carnalis,ſcđa aĩalis, tertia ſpi
ritalis. Carnalis volũtas eſt laxare fre-
na cōcupiſcētię:deſideriis carnalibꝰ ꝑ
oĩa ſine retractatiōe obœdire:Legi non
ſubeſſe:neminē timere:qcqd libuerit fa
cere. Cui ecōtrario cōcupiſcētia ſp̄s ad
uerſata, ita deſiderat tota ſpiritalibus
ſtudiis ĩhęrere,vt etiã neceſſarios car-
nis vſus oꝑtet excludere. Inter has igi
tur vtraſq; cōcupiſcētias aię volũtas ĩ
meditullio quodã tēꝑatiore cōſiſtēs,
nec vitioꝝ flagitiis oblectat̃, nec virtu
tũ doloribꝰ adqeſcit:ſic q̄rēs a paſſiōibꝰ
tēꝑare carnalibꝰ, vt nequaq̄ cōſenti-
at dolores neceſſarios ſuſtinere:ſine q-
bꝰ deſideria ſp̄s nequnt poſſideri:donũ
caſtitatis deſiderãs obtinere abſq; caſti
gatiōe vel maceratiōe carnis: ſine vigi
liaꝝ labore,cordis puritatē acqrere:hu
militatē Xp̄i ſine honoris mũdãi iactu
ra exhibere. Poſtrēo ſic vult futura cō-
ſeq bona vt nō amittat p̄ñtia. Quę vo- Y
lũtas nunq̄ nos ad ꝑfectionē verã ꝑdu
ceret,ſed ĩ tepore quodã teterrimo col
locaret: niſi hũc tepidiſſimũ ſtatũ ĩtrĩ-
ſecus hęc inſurgētia bella dirumꝑerēt.

Nam cum huic voluntati famulantes volumus noſmetipſos paululum relaxare, confeſtim aculei carnis inſurgentes, nequaq̄ nos in illa qua delectamur teporis puritate innoxia ſtare permittunt, ſed ad illam quam horremus, frigidam & plenam ſentibus vitiorum p̄trahunt viam. Rurſum cū ſuccenſi feruore ſp̄s opera carnis volumus extinguere ſine vllo reſpectu fragilitatis humanę, & noſmetipſos totos ad ī moderata virtutum ſtudia cordis elatiōe cōferre: ībecillitas carnis interpellans ab illa rep̄henſibili nimietate ſp̄s reuocat ac retardat, & ita fit vtraq̧ concupiſcētia tali colluctatiōe alterna ſibimet repugnante, vt anime voluntas quæ nec totam ſe carnalibus deſideriis dedere, nec virtutum laboribus vult deſudare, quodam iuſto moderamine temperetur, quadam ęqualitatis libra in ſtatera noſtri corporis conſtituta: quæ ſpiritus carniſq̧ examine, nec a dextra mētem ſpiritus ardore ſuccēſam, nec a lęua carnem vitiorum aculeis p̄pōderare permittens, tepidum illum animalis voluntatis ſtatum excludit: & ad illud quartū qđ volumus ſalubriter venire cōpellit, vt virtutes nō ocio & ſecuritate, ſed iugi ſudore & contritione ſp̄s acq̄ramus: ne ī illo pniciosiſſimo tepore pmanētes, ab ore ſuo nos euomere īcipiat deꝰ. Hāc vero luctā carnis & ſp̄s & fructus eiꝰ apoſtolus manifeſtat vbi dicit. Dico autē ſpiritu ambulate & deſideria carnis nō pficietis. Caro enī cōcupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpūs aduerſus carnē. Hęc autē ſibi inuicem aduerſantur vt nō q̄cūq̧ vultis illa faciatis.

Z Moraliter autē. Quiſq̧s ſe ab huius mundi delectatiōe ſepare & virtutibus operā dare cōtēdit coopante dei gratia ędificare debet intꝰ ędificiū virtutum cuius lōgitudo in fide trinitatis trecētos cubitos habeat: ī latitudine caritatis, q̄nq̄gīta: in altitudine ſpei q̄ in xp̄o eſt, trigīta: vt ſit ī bona opatiōe lōgꝰ, in dilectiōe āplꝰ, in deſiderio altꝰ: vt cor ſuū habeat vbi xp̄s ē in dextera dei ſedēs. Vn̄ & ipſiꝰ crucifixi caput in altitudine crucis poſitū ē, manꝰ aūt in latitudine expāſę ſunt, vt affectꝰ cordis nr̄i vſq̧ ad inimicos diligēdos extēdat. In longitudine crucis corpꝰ crucifixi poſitū eſt vt nō ſit remiſſa opatio nr̄a, ſed extenſa vt pſeueret vſq̧ in finem.

¶Finis Libri. I. Sequūt Capita ſcđi.


De arca ſapientiæ. Cap. I.
De Oſtio & feneſtra eiuſdē arcę. Ca. II.
De quatuor modis exeundi per actionem. Cap. III.
De quatuor modis exeundi per contēplationem. Cap. IIII.
Quomodo ramus oliuę deportetur ad arcam ſapientię. Cap. V.
De tribꝰ māſiōibꝰ arcę ſapīę. Cap. VI.
Qꝫ columna in medio arcę huius erecta ſit. Cap. VII.
De diuerſitate arcā aſcēdētiū. C. VIII.
De ligno & libro vitę ī colūna. Ca. IX.
De duobus quæ ſunt in ligno: & rurſum de libro & ligno vitę. Cap. X.
De diuerſis libris: & quis liber vitæ dicatur. Cap. XI.
De tribus libris. Cap. XII.
De tribus verbis. Cap. XIII.
De tribus lignis vitę. Cap. XIIII.
De tribus libris vitę. Cap. XV.
De tribus verbis. Cap. XVI.
De tribus paradiſis & comparatione triū lignorū q̄ ſunt ī eis. Cap. XVII.
De arbore ſapiētię & vero ligno vitæ: eiuſq̧ īcremētis & p̄fectu. Ca. XVIII


De arca ſapiētię. Cap. I.

QVod dicere volumꝰ de arca ſapiētię ita diſtīguēdū ē ab iis q̄ ſcđm allegoriā ſupius aſſignata ſūt eccleſię: vt qđ ibi demōſtratū ē ī re, hoc hic q̄rat in cogitatiōe. A Hn̄t enī q̄ddā eē ſuū res in mēte hoīs, vbi illa etiā q̄ ī ſe ipſis vel iā p̄terieīt vł adhuc futura ſūt, ſimul ſubſiſtere pn̄t. Et ī hoc quodāmō rōnał aīa ſiłitudinē ſui creatoris hēt: q̄a ſicut in mēte diuina oīm rerū cauſę ęternałr ſine mutabilitate & diſtīctiōe tpali ſubſtiterūt: ita etiā ī mēte nr̄a p̄terita, præſentia, & futura p cogitationem ſimul ſubſiſtūt. Si ergo p ſtudiū meditatiōis



aſſidue cor noſtrum inhabitare cœperimus: iam quodāmodo temporales eē deſiſtimus, & quaſi mortui mundo facti intus cum deo viuimus. Tūc q̄cq̄d fortuna extra molit̄ facile cōtēnimꝰ: ſi ibi fixū ē deſideriū nr̄m, vbi mutabilitati nō ſubiacemꝰ. Vbi nec p̄terita relinquamꝰ, nec expectemus futura: vbi nec cupiamus huiꝰ vitę pſpa, nec timeamꝰ aduerſa. Habeamꝰ ergo rectas, hēamus vtiles & caſtas cogitationes: q̄a de tali

B materia fabricabimꝰ arcā nr̄am. Iſta ſūt ligna q̄ in aquā miſſa natāt, ī igne poſita ardēt: q̄a tales cogitatiōes fluxꝰ carnaliū delectationū deorſū nō p̄mit, ſed flāma caritatis īcēdit. Nec timeas hūc ignē in tectis tuis. Væh tibi ſi nō arſerit ex eo tabernaculū tuū. Poſtea bituminabis arcā tuā intꝰ & extra. Extra vt māſuetudinē exhibeas: intꝰ vt caritatē nō amittas. Nullatenꝰ enī ī ſecreto cōſciētię tuę ſuauiter pauſare poteris: niſi priꝰ malos, & extra p māſuetudinem tolerare, & intꝰ didiceris p caritatē nō odiſſe. Bitumē calidę naturę ē, & naſcit̄ de terra fulminata: & caritas p̄creat̄ in

C aīa timore diuini iudicii pcuſſa. ¶Deinceps videamus de mēſura arcę qualiter fieri poſſit in nobis, diximus ſupra trecētos cubitos p̄ſens ſeculū deſignare. Si ergo tu cogitationē tuā duxeris ab exordio mūdi vſq̧ ad finē: & ptranſiens cōſideraueris q̄ & quāta deꝰ mirabilia p̄pter electos ſuos opatꝰ ſit, vel adhuc opaturꝰ: trecētorū cubitorū longitudinem in corde tuo metiris. Si cogitatione percurris eccleſiam & vitam fidelium contemplatus eam tibi ad exēplum proponis, & in latitudinē q̄nquaginta cubitorū cor extēdis. Si vero diuinę paginę, q̄ triginta libris continet̄: ſciām adeptus fueris: in altitudinē tri-

Mēſura arcę in nobis.

D ginta cubitorū cor tuū erigis. Hæc eſt arca quā ædificare debes. Iſti ſunt termini patrū tuorū quos tibi tranſgredi nō licet: quos altiſſimꝰ cōſtituit iuxta nūerū filiorū iſrael, q̄n̄ ſeparabat filios Adam & gētes diuidebat. Hęc ē terra quā īhabitare debes & paſci ī diuitiis eiꝰ. Req̄eſce ergo ītra hos parietes: ſub hoc tecto mane: hīta ī domo hac, p̄cella & tēpeſtas foris ſeuit, q̄cunq̧ p̄dieris naufragiū patieris. Si ſupbe p ſapiētiā tuā diuina ſecreta rimari conaris, q̄ nobis deꝰ p ſcripturā ſuā apire noluit: altitudinē trigīta cubitorū trāſcēdis. Si vſq̧ ī finē ſcłi nō credis eccłiam duraturā, ſed aliq̄n̄ dei deſtituendā auxilio: tu centū cubitorū lōgitudinē trāſis. Si freq̄nter de amatoribꝰ huiꝰ mūdi, & de vana cōuerſatiōe illorū cogitare delectaris. L. cubitoꝝ mēſurā trāſgrederis.

De oſtio & feneſtra huiꝰ arcę. Ca. II.

ARca diluuii, ſicut iā dictū eſt, cordis nr̄i ſecretū ē: in quo latere debemus a ſtrepitu huiꝰ mūdi. E Sed q̄a ipſa nr̄ę cōditiōis īfirmitas diu nos in ſilētio intimę cōtēplationis pauſare nō patit̄: exitū habemꝰ p oſtiū & feneſtrā. Oſtiū ſignificat exitū p opationē, feneſtra exitū q̄ fit p cogitationē. Oſtiū deorſum ē: feneſtra ſurſū: q̄a actiōes ad corpꝰ ptinēt, cogitatiōes ad aīam. Hic eſt ꝙ p feneſtrā aues exierūt: p oſtiū beſtię & hoīes. F Qꝫ aūt p auē aīa ſignificet̄ & p hoīem corpus: habemꝰ ex libro Iob vbi dicit̄. Hō ad laborē naſcit̄: auis ad volatū. Q̄m ſic nati in hac vita ſumꝰ, vt ſi volumus aīam p cōtēplationē ſubleuare, neceſſe ſit corpus per excercitia laboris atterere. Qꝫ vero oſtiū in latere poſitū dicit̄, hoc ſignificat ꝙ nunq̄ a ſecreto cordis noſtri per operationē exire debemus ex propoſito intentionis: ſed ex accidenti occaſione neceſſitatis. Et fortaſſis non ſine cauſa hoc de feneſtra tacuit ſcriptura: quia etſi per cogitationē aliquando voluntate exire liceat: nunq̄ tamen per operationem foras prodire debemus, niſi ex neceſſitate. Quod etiā p hoc cōuenienter inuitur ꝙ hō ipſe q̄n̄ voluit feneſtrā aperuit, vt aues emitteret. Oſtiū vero foris a deo & clauſum & rurſum aptū ab eo eſſe legitur, vt homo exiret.

Iob. 5.

De quatuor modis exeundi p actionem. Cap. III. G

QVatuor aūt modis eximus p actionē. Actiōes nāq̧ alię ſunt carnales id eſt q̄ ad vſū corpis ptinēt: alię ſpūales q̄ pti

nẽt ad ĩſtructionẽ mẽtis. Ad vtraſq; bo
ni & mali exeũt. Qui ad explẽdã volu-
ptatẽ terrenis actiõib⁹ foris ĩſeruiũt: ſi
miles ſũt ĩmũdis aĩalib⁹, q̃ de arca exie
rũt. Qui aũt eas ad vſũ neceſſitatis ad-
miniſtrãt: aĩalia qdẽ ſũt, ſed mũda. Qui
vero eccl'iaſtici regiminis curã, q̃ vide-
licet actio ſpũalis ẽ, agẽdã ſuſcipiũt, &
a ſecreto ĩternę q̄etis, nõ ex ãbitiõe, ſed
ex p̃cepto obœdiẽtię ad publicũ pdeũt:
ſil'es ſũt Noe q exiẽs de arca ſacrificiũ
obtulit: qa ſæpe tales eo magis p abſti-
nẽtiã oẽs ĩ ſe carnis mot⁹ occidũt, quo
grauiora ĩternę q̄etis dãna p occupatio
nẽ ſe ptuliſſe cognoſcũt. Illi ãt q ppter
gloriã ppriã honores in eccl'ia ſuſcipi-
unt, & cũ ſe ĩ ſublimi poſitos vidẽt cę-
teros deſpiciũt, & ĩfirmiorib⁹ qbuſq; ĩ
eccl'ia poſitis ex cõpaſſiõe cõdeſcẽdere
nolũt: ſil'es ſunt Cham, q denudati p̃ris
verẽda deriſit: & ab hoc meruit ſenten
tiã maledictionis accipere.

De quatuor modis exeundi per con
templationem. Caput. IIII.

H
Primus. QVatuor etiã modis exi
mus p cõtẽplationẽ. Pri
mus mod⁹ ẽ qñ cõſide-
ramus oẽm creaturam
qd ſit ex ſe: & ĩuenim⁹
oĩa eſſe vanitatẽ: qa oĩs
creatura ſicut de nullo ad eẽ venit: ita
& quotidiana ĩmutatione ĩdicat, q̄ q̃tũ
in ſe eſt ad nihilum tendit.

Secũd⁹. SEcũd⁹ mod⁹ ẽ, qñ cõſideram⁹ qd ſit
eadẽ creatura ex dono creatoris, &
cernim⁹ ĩ ea diuinę rõnis ſil'itudinẽ: qa
ipſa q̃ p ſua cõditiõe mutabilitati ſub
iacẽt, dũ hoc ex bñficio creatoris acci-
piũt vt nũq̃ prſus eẽ deſinãt, quodãmõ
op⁹ tpale ęťni opificis imitať ſtabilitatẽ

Terti⁹. TErti⁹ mod⁹ eſt qñ cõſideram⁹ quõ
vtať de⁹ miniſterio creaturarũ ad
implẽda iudicia ſua ſiue p ſua mĩa bñ
ficia largiẽdo, ſiue p nr̃o merito ſuppli
cia. In hac aũt cõſideratiõe ĩuenim⁹ oĩa
eſſe inſtrumẽtũ diuinæ diſpẽſatiõis, &
nr̃ę prauitatis argumẽtum. In hoc gñe
contemplationis audimus omnẽ crea-
turã tribus vcibus nobis loquentem.

I
De tri- PRima vox dicit accipe: ſcd̃a dicit
bus vo- redde: tertia dicit fuge. Accipe bñ
cib⁹ crea ficiũ: redde debitũ: fuge ſuppliciũ. Pria
turarũ. vox ẽ famulãtis, ſcd̃a ãmonẽtis, tertia
Cœli. cõminãtis. Vox famulãtis eſt: Cœlũ di
cit. Miniſtro tibi lucẽ in die vt vigiles;
tenebras ĩ nocte vt pauſes. Ego ad oble
ctationẽ tuã gratas tẽpoꝝ viciſſitudi-
nes pario: tẽpore veris & ęſtatis feruo-
rẽ, autũni plenitudinẽ, & algorẽ hye-
mis. Ego alternãtib⁹ ĩcremẽtis dieꝝ, &
noctiũ ſpatia ſil'i rõne diſſimil'r extẽdo:
vt & varietas tollat faſtidiũ, & rõ piat
Aeris. oblectamẽtũ. Aer dicit. Vitalẽ tibi p̃beo
flatũ, & oẽ gen⁹ auiũ ad tuũ mitto ob-
Aquæ. ſeqũ. Aqua dicit. Potũ tibi p̃beo, ſordes
purgo, arẽtia vegeto, & diuerſorũ gñа
Terræ. piſciũ ad tuũ eſũ miniſtro. Terra dicit.
Ego te porto, ego te nutrio, pane cõfor
to, vino lętifico, oĩgẽis fructib⁹ oblecto,
diuerſis aĩalib⁹ mẽſas tuas repleo. Vox
Mundi. admonẽtis ẽ. Mũd⁹ dicit. Vide hõ quõ
amauit te q ppter te fecit me. Seruio
tibi qa fact⁹ ſũ ppter te: vt & tu ſerui-
as illi q fecit & me & te. Me ppter te,
& te ppter ſe. Si ſẽtis bñficiũ, redde de
bitũ. Accipis benignitatẽ: redde Carita
tẽ. Hoc tribuit & hoc exigit de⁹. Vox
Ignis. cõminantis ẽ. Ignis dicit: A me cõbure
Aquæ. ris. Aq̃ dicit. In me ſubmergeris. Terra
Terræ. dicit. A me abſorbeberis. Infern⁹ dicit.
Inferni. A me deglutieris. Quia oĩs creatura ſi
cut ex cõditiõe ſua hoĩ famulať, ſic eti
am pctõrib⁹ p malorũ meritorũ cõſcia
cõminať, vt ĩ ſingl'is creaturis ppti ti
meãt, qd̃ ſe meruiſſe cognoſcũt. Propť
Prou. 28 qd̃ etiã dictũ eſt: q̄ nemine pſeq̄nte fu-
git ĩpius: qm̃ ita eſt ĩ ſecuritate ĩpi⁹ pa
K uidus ſicut iuſtus in ſupplicio ſecur⁹.

Quart⁹ QVartus modus contemplatiõis
mod⁹ ex eſt, quãdo inſpicimus creaturas,
eundi. ſecundum hoc q̄ homo eis vti poteſt
ad explendam carnalis concupiſcentię
voluptatem: & in eis cogitamus non
Gene. 3. naturalis infirmitatis ſubſidium, ſed
libidinis oblectamẽtũ. Hoc oculo Eua
lignum vidit q̄ eſſet pulchrum viſu &
ad veſcendum ſuaue & tulit de fructu
eius & comedit. Qui hoc modo per co
gitationem exeunt ſimiles ſunt coruo
qui reuerſus non eſt: qa dum foris qd̃
male delectat ĩueniũt: ad arcam cõſciæ
L ampli⁹ redire nolũt. Reliqua vero tria
cõtẽplatiõis gña ĩ exitu colũbę figura-
ta ſũt: q̃ cũ emiſſa eẽt & nõ ĩuẽiret vbi



requieſceret pes ei⁹ reuerſa ẽ ad veſperũ
portãs ramũ oliuę virẽtis ĩ ore ſuo. Va
cua exiit, ſed vacua nõ rediit: qa foris ĩ
uenit qd̃ intus nõ habuit: nec tñ foris
amauit, quod intro detulit.

Quõ ramus oliuę deportet ad arcam
ſapientiæ. Caput. V.

M
Ramus RAmus oliuæ virẽtis bo-
oliuæ. nũ mẽtis affectũ demon
ſtrat: qa ſępe ſcti viri q̃to
magis foris opa diuina
aſpiciũt, tãto magis int⁹
in amore cõditoris ĩnar
deſcũt. Dũ eni reꝝ pñtiũ mutabilitatẽ
aſpiciũt: cõtinuo oĩa q̃ ĩ hoc mũdo pul
chra videť, eis ĩ cogitatiõe vileſcũt: &
q̃ſi reuertẽtes oliuã ĩ ore deferunt: qm̃
eo ardẽti⁹ cõditoris ſui ſpẽm concupi-
ſcũt, quo ĩ rebus cõditis qd̃ delectaret
min⁹ ĩuenerũt. Delectabil'r int⁹ mẽs pa
ſciť, qa delectabil'r foris nõ teneť: & q̃ſi
ad arcæ ſuę portũ reducta iã ſecura tri
pudiat, q̃ in mũdi fluctib⁹ pri⁹ naufra-
N ga erat. Sil'r in ſcd̃o gñe cõtemplatiõis
quotiẽs ĩ reb⁹ viſibilib⁹ ĩuiſibilẽ dei vir
tutẽ & ſapiẽtiã ãmirari diſcim⁹: q̃ſi ra-
mus oliuę ab aq̄s ad arcã reportam⁹: qa
in reb⁹ mutabilib⁹ extra nos illũ agno
ſcim⁹, quẽ ĩ nobis ĩmutabil'r diligam⁹.
In tertio itidẽ cõtẽplatiõis gñe dũ iu-
dicia ei⁹ foris attẽdim⁹, ĩ timore ei⁹ &
amore int⁹ renouamur. In primo ergo
materia vanitatis ĩſpecta in nobis gñat
cõtẽptũ mũdi: ĩ ſcd̃o ſimulacrũ rõnis,
laudẽ dei: ĩ tertio ĩſtrumẽtũ diſpẽſatio
nis tiorẽ & amorẽ dei: ĩ q̃rto fomes cu-
Exeũdi piditatis ĩcẽtiuũ libidinis. Hũc igť exi
pícula. tũ caueam⁹, ne egrediamur temere. Ne
mo de cõſcia ſua cõfidat. Dina int⁹ vir
go, int⁹ caſta, int⁹ colũba fuit: ſed qa co
lũba ſeducta fuit nõ hñs cor egreſſa fo
ras colorẽ pariter cũ noĩe mutauit. Sic
Gen̄. 34. enĩ ſcriptũ eſt. Egreſſa eſt Dina vt vide
ret mulieres regiõis illi⁹. Quã cũ vidiſ
ſet Sichem filius Emor Euei princeps
terræ illius, adamauit & rapuit eam, &
dormiuit cũ illa vi opprimẽs virginẽ.
Quæ vi opprimitur, patet q̄ non ideo
exit vt corrũpatur: ſed tamen quia te-
mere exiit pudicitię ſuæ damna etiam
inuita ſuſtinuit. Quod aũt ſubiungiť:
conglutinauit eam ſibi: hoc eſt coruus
cadauer inuenit & amplius ad arcam
redire noluit.

De tribus manſionibus arcę ſapien-
tiæ ſiue intellectualis. Cap. VI.

O
TRes manſiones in intel Manſio-
lectuali arca, quæ ſigni- nes tres
ficant tria genera cogi
tationum, rectum, vtile
neceſſariũ. Si ego dilige
re cœpero meditationẽ
ſcripturarum, & libẽter cogitauero de
virtutibus ſanctorum, & de operibus
dei: & de aliis quæcũq; ad emẽdationẽ
morũ ſiue ad excercitationẽ mẽtis per
tinẽt, iã in arcę mãſione p̃ria eſſe cœpi
Sed ſi bonũ qd̃ noui adhuc imitari diſ
fero & detracto: tunc dicere poſſum q̄
recta ſit cogitatio mea & inutilis: quia
bonum quidem eſt quod de aliis cogi-
to & quod in aliis cognoſco: ſed ĩutile
mihi, ſi illd̃ ad exẽplũ viuẽdi nõ traho.
Quia aliena virtus mihi non pdeſt, ſi P
illã (quantũ poſſum) imitari neglexe- Eccl'i. 20
ro. Theſaurus abſcõdit⁹, & ſcĩa abſcon
dita, q̃ vtilitas ĩ vtriſq;? Sciam abſcõdo
ſi bonũ qd̃ noui ope nõ oſtẽdo: & ideo
mihi nõ põt pdeſſe qd̃ cũ ſciam habe-
re diſſimulo. Si autẽ operã dedero non
tm̃ vt ſciam, ſed etiã vt agam q̃ bona
ſunt & vtilia: & ĩ hoc ſedulo fuerit co
gitatio cordis mei, q̃tin⁹ virtutes q̃s in
aliis iã amare & ãmirari didici, meas
faciã p excercitiũ diſciplĩę, & formã re-
cte viuẽdi: tũc poſſũ dicere q̄ vtilis ſit
cogitatio cordis mei: & tũc aſcẽdi ĩ ſe-
cũdã mãſionẽ: & cor meũ in vnũ iã ma
gis collegi vt nõ diſcurrat p ea q̃ vana
ſũt & ad vtilitatẽ nõ ptinẽt. Reſtat ter
tiũ: vt cũ hr̃e cœpo opa virtutũ, elabo-
rẽ quoq; ipſas virtutes hr̃e: hoc ẽ vt qd̃
foris demõſtro ĩ ope, ĩtus poſſideã ĩ vir
tute. Alioqn nõ multũ mihi pdeſt hr̃e
opa: niſi etiã virtutes opeꝝ habeã. Si er
go ad hoc cogitationẽ cordis mei ĩſti-
tuo, vt qcq̄d boni ĩ me foris hũanis ap
paret aſpectib⁹, diuinis ĩt⁹ ſatagã pñta Q
re obtutib⁹: tũc aſcẽdi ĩ tertiã mãſionẽ. Virtus
vbi virtutes ſũt q̃ ſũt neceſſarię. Sed ĩ- neceſſa-
ter has oẽs p̃cipue vna neceſſaria eſt. i. ria cari-
Caritas, quę nos deo cõiũgit: & ideo in tas.
ſupremo arca advnum colligiť: vt iam
vnũ cogitemus, vnum expectem⁹, vnũ

deſideremus dñm noſtrũ Ieſum Chri-
ſtũ. In prima ergo manſione eſt cogni-
tio,in ſecunda opus,in tertia virtus:in
ſupmo pmium virtutis dñs Ieſus xp̃s.
Hos gradus habes in Pſalmo vbi dicit,
Pſal. 118. Bonitatẽ & diſciplinã & ſciam,ſi con-
uertas, ſciam & diſciplinã & bonitatẽ
doce me dñe Ieſu Chriſte.

De colũna ĩ medio arcæ huiꝰ erecta.
Caput. VII.

R COlũna in medio arcæ
erecta ĩ altitudinẽ. 30.
cubitoꝝ, cui vniuerſa
fabrica initiẽ, cuiꝰ pci
ſio ſurſum p quadrũ ĩ
ſingulis lateribꝰ vniꝰ
cubiti menſurã habet: ipſa eſt lignũ vi
tæ,qđ plantatũ eſt in medio paradiſi.i.
dñs Ieſus Chriſtus ĩ medio eccl'ię ſuæ,
quaſi pmiũ laboris,q̃ſi merces opis, q̃ſi
meta itineris,quaſi corona certaminis
in cõi oĩbus fidelibꝰ ppoſitus: q de ter
ra ortꝰ eſt & cęlos penetrauit:q ad ima
venit & ſumma nõ deſeruit: q ſurſum
ipſe eſt & deorſum: ſurſum maieſtate,
deorſum cõpaſſione. Surſum vt trahat
deſideriũ:deorſũ vt pſtet ſubſidiũ. De-
orſum ĩtra nos:ſurſum ſupra nos. De-
orſum qđ a nobis ſumpſit: ſurſũ qđ no
Mich. 4. bis ppoſuit. Iſte eſt mõs domꝰ dñi ppa
ratus ĩ vertice mõtiũ,ad quẽ fluũt oẽs
gẽtes,& de q̃tuor ãgulis arcæ q̃ſi de q̃-
tuor mũdi partibus aſcẽdũt.

De diuerſitate arcã aſcẽdẽtiũ. Cap. 8.

S ALii ſiqdẽ aſcẽdũt de ca-
lore oriẽtis:alii đ calo
re occidẽtis: alii de fri
gore oriẽtis: alii de fri
gore occidentis. Calor
oriẽtis ẽ feruor ſpũal',
calor occidẽtis eſt cõcupiſcẽtia carnis.
Frigꝰ oriẽtis tumor ſupbię,frigꝰ occi-
dẽtis,cęcitas ignorãtię. In calore orien
tis creatꝰ ẽ hõ pprer qđ & poſitus ẽ in
hortis Eden ad auſtralem orientis:ſed
trãſiuit ad frigꝰ oriẽtis quãdo ad illiꝰ
participationem ſe contulit,qui primꝰ
Eſa. 14. ad aquilonem ſedem ſe poſiturum di-
xit. Deinde ad calorem occidentis ceci
Rom. 7. dit: quando poſt peccatum aliam legẽ
in membris ſuis repugnantem legi mẽ
tis inuenit. Tunc quoq ad frigus occi
dentis corruit: quando ignorantię cę-
citate percuſſus, illius cœleſtis panis
eſum obliuiſci cœpit. In calore orien-
tis principium eſt bonę naturæ:in fri-
gore orientis initium culpę. In calore,
& frigore occidentis pœna corporis &
animæ. In calore orientis in alto crea-
tus fuit homo: in frigore orientis ſu-
perbe exaltare ſe voluit homo:& idcir
co in calore & frigore occidentis ad
ima corruit homo. Sed per mediatorẽ
dei & hominum dominũ Ieſum Chri-
ſtum, ecce iſti iam veniunt ab oriente,
& illi ab occidente vt recumbant cum Mat. 8.
Abraham, & Yſaac, & Iacob in regno
cœlorum. Iam clamãt aquiloni vt det: Eſa. 43.
& auſtro ne prohibeat filios dei. Quia
enim Ieſus Chriſtus verus deus & ve-
rus homo eſt:in homine prębet exem-
plum:ex diuinitate remedium. Ex hu-
miliatione ſuſceptę infirmitatis nr̃am,
& ſupbiã reprimit,& illumĩat cęcitatẽ:
ex virtute maieſtatis & aĩas nr̃as cibo
inuiſibili paſcit,& corpa nr̃a p obũbra-
tionẽ ſpũſſcĩ ab ęſtu vitioꝝ ptegit. Idẽ
ergo nobis & lignũ vitę,& liber vitę ef T
ficiẽ:lignũ,qa obumbrat & paſcit. liber
qa increpat & erudit. Increpat elatos,
illuminat cęcos,eſuriẽtes cibat, ęſtuan
tes obũbrat. Audiãt elati increpationẽ
& humilienẽ: audiãt cęci aĩo doctrinã,
& illuminenẽ. Quos exurit ęſtus vitio
rũ,vmbrã petãt vt refrigerẽẽ. Qui eſu-
riũt & ſitiũt iuſtitiã,huc pperẽt vt ſa-
turẽẽ. Nemo ſe excuſet,oĩs hõ cõgruũ
ſuo morbo remediũ inuenit: vbi & ma
lis locꝰ datur,vt ſe corrigãt:& bõis vt
meliores fiãt. Aſcẽdamꝰ ergo oĩ occa-
ſiõe poſtpoſita. Aſcẽdamꝰ alacres,aſcẽ-
damꝰ lętãtes:qa ĩ domũ dñi ibimꝰ. Aſcẽ
damus ad feſta ſupnę prĩę tribus iſrael
ad cõfitẽdũ noĩ dñi in turribꝰ hieruſa
lẽ. Leuemꝰ ſurſũ oculos nr̃os, & videa-
mus purpureas ſemitas ſtratas ĩ lateri
bus mõtiũ ęternorũ: & calles ſupne di
rectos vſq ad portas hieruſalẽ. Ibi ve-
xillum crucis ĩ ſublimi luce,luce roſea
micãs,hoſtes terret & amicos cõfortat
Portę ciuitatis aptę ſũt: & ĩ plateis eiꝰ
voces canẽtium allelu ia. Videbis illuc
aſcẽdẽtes pp'los multos,accĩctos ĩ Pſal-
mis canẽtes ex oĩbꝰ gẽtibꝰ & natiõibꝰ



& lĩguis,alios ĩ veſtitu roſeo fulgẽtes,
alios amictu candido nitentes, alios in
viola ſandicina prælucentes omnis or-
natus ad ſolennitatem. Grandis & ĩnu
merabilis populus qui præparatus eſt
ad diem domini. Ipſe rex ſurſum eſt:&
inuitat nos. Deorſũ eſt:& adiuuat nos.
Excitantur pigri:cõfortãtur timidi:ro
borantur infirmi:& animoſiores reddũ
tur ſtrẽnui. Omnis ętas, vtriuſq ſexus,
omnis conditio concurrunt ex omni-
bus mundi partibus & aſcendunt cer-
tatim cũ alacritate & lętitia videre re-
gẽ in decore ſuo. Cupiũt oẽs,cupiũt ſin
guli ĩ die tãtę ſolẽnitatis apparere feſti
V ui. Loquamur ergo nũc de his gradibꝰ
aſcenſionum quibus in cælum ſcãditur
vt nullum terreat labor itineris,quem
delectat pmium repromiſſionis. Sunt q
dem ibi purpurei aſcenſus quia cum la
bore aſcenditur:ſed ſubſternitur Cari-
Aſcẽſus tas qua labor ipſe alleuetur. Primꝰ ita-
primus. q aſcenſus eſt de frigore oriẽtis,hoc eſt
de tumore ſuperbiæ: quia oportet pri-
mo peccatorem humiliari, & p obœdiẽ
tiam reſurgere,qui per inobœdientiam
Scđus. lapſum incurrerat culpæ. Secũdꝰ aſcen
ſus eſt de calore occidentis:quia neceſ-
ſe eſt deinde vitia carnis calcare, vt nõ
Iudæ. ambulemus ſcđm deſideria nr̃a:& mor
Coloſ. 3. tificare mẽbra noſtra quę ſunt ſup ter-
Tertius rã vt non ſeruiamus vltra peccato. Ter
tius aſcenſus eſt de frigore occidentis:
quia cum iam perfecte affectꝰ carnales
per abſtinentiam & exercitium diſcipli
næ in nobis extinxerimus: tunc libere
meditationi & doctrinæ diuinarũ ſcri-
pturarum vacare poterimus:vt per ſtu
dium lectionis & meditationis rurſus
illuminetur oculus mentis: ſicut dicit
Pſal. 118. Pſalmiſta. Declinate a me malignãtes,
Quartꝰ. & ſcrutabor mandata dei mei. Quartꝰ
aſcenſus eſt de calore oriẽtis,vbi de bo
no pficimus,ĩ meliꝰ:qa nequaq̃ ad pfe-
ctionẽ venire poſſumꝰ, niſi etiã ĩ bonis
q̃ agimus ſine ĩtermiſſione creſcere ſtu
X deamus. Qꝫ autem columnã trigĩta cu
bitorũ altitudinẽ habentẽ in medio ar
cæ ereximus,ſiue ita ad literam factum
eſſe credamus,ſiue non:nihil intereſt ſi
tamen ſpatiũ eiuſdẽ dimẽſionis & quã
titatis ab vno ſurſum patuiſſe intelli-
gamus. Rurſum q per triginta cubito-
torũ altitudinẽ diuinã ſcripturã ſigni
ficari diximus:& poſtea p columnã tri
ginta cubitos habentem in altitudine
Chriſtũ figurari aſſeruimus,contrariũ
non eſt:quia oĩs ſcriptura diuina vnus
liber eſt:& ille vnus liber Chriſtus eſt:
quia omnis ſcriptura diuina de Chri-
ſto loquitur,& omnis ſcriptura diuina
in Chriſto impletur:& legẽdo ſcriptu-
ram hoc q̃rimus,vt eiꝰ facta & dicta at
q præcepta agnoſcentes, qđ iuſſit face
re:& qđ promiſit percipere mereamur.
Sicq & cognitione veritatis & merito
virtutis creſcentes, vſq ad eius cõfor-
mitatem & mẽſuram ętatis plenitudi- Ephe. 4.
nis ipſius ſpecialiter pertingamus.

¶De ligno vitæ & libro vitæ in
columna. Cap. IX.

IGitur vt meliꝰ pateãt Y
quæ diximus,ipſam ſu
pradictam columnã in
medio arcę depinximꝰ:
eidẽq in latere auſtra-
li lignum vitę,in late-
re vero aqlonari liber vitę nomẽ aſcri-
pſimus. Vnde & in eodem latere trigĩ-
ta volumina diuinæ paginæ ſecũdũ or
dinẽ ab vno ſurſum:hoc eſt in ſingulis
manſionibus. x. diſpoſuimus: qa (ſicut
diximus) omnis diuina ſcriptura vnus
ille liber eſt qui liber vitæ eſt. Et ſcien- Z
dum q Chriſtus cũ in gemina natura
vna æterna conſtet perſona, ſecundum
vtrãq naturam & liber vitę & lignum
vitæ congrue dici poteſt: attamen ſpe-
cialiter nobis ſecũdũ formam humani-
tatis aſſumptæ liber vitę factus eſt: qa
in homine præbuit exemplum. Secun-
dum formam diuinitatis lignum vitæ
factus eſt:quia ex virtute diuinitatis p̃
ſtat remedium.

¶De duobus quę ſunt in ligno &
de libro & ligno vitæ. Cap. X.

LIgnum ĩ ſe duo habet A
fructum & folia:fructu
paſcit,foliis obumbrat.
Sic virtus diuinitatis
illuminatarum mẽtiũ
refectio eſt,& infirmã-
tium obumbratio. Liber vitę ad aquilo
nem reſpicit:quia p humanitatem ſal-

uatoris exortum eſt lumen habitanti-
bus in regione vmbrę mortis. Et lignũ
vitæ ad auſtrũ vertit: vt robuſtos gu-
ſtu ſuæ dulcedinis paſcat & prouehat:
&ꝑfiſſimos adhuc ne deficiãt ĩ æſtu tẽta
tionũ ſub alis protectionis ſuę quaſi in
vmbraculo meridiano abſcondat. Hæc
ipſa ſi paululũ ꝓſequamur non ſit one-
roſum. Volumus enĩ nunc more expo-
nentis planis & paucis verbis ſenſum
aperire: nunc more meditãtis: nũc qua
ſi dubitantes: nunc quaſi inuenientes
huc illucꝗ acie mẽtis diſcurrere.

De diuerſis Libris: & quis liber vitæ dicatur. Ca.XI.

B S Vnt autẽ diuerſi libri.
Alii enĩ ſunt libri ſcri-
pti a deo: alii ſcripti ab
hominibus. Libri quos
ſcribũt homines ex ꝑel
libus mortuorũ aĩaliũ
ſiue ex alia qualicũꝗ corruptibili mate
ria fiunt: & cum puſillum durauerint,
ipſi quoꝗ veteraſcũt & quadã ſua mor
te reſoluuntur in nihilũ, nullum de ſe
deinceps relinquẽtes veſtigiũ. Et iſtos
libros oẽs qui legũt moriunt aliquã
do: & nemo ſemꝑ viuẽs inuenit. Ii er
go quia ex mortuis a mortalibus mori
turi fiunt & ſuis lectoribus, ſuis ama-
toribus vitam ſemꝑ ꝑmanentem dare
non poſſunt: nequaq̃ libri vitę: ſed mor
tis potius vel mortuorũ vel morientiũ
appellari digni ſunt. Qꝛ ſi ego talem li
brũ inuenire poſſim, cuius origo æter-
na, cuius incorruptibilis eſſentia, cuius
cognitio ſit vita: cuius ſcriptura inde-
lebilis, cuius inſpectus deſiderabilis, cu
ius doctrina facilis, cuius ſcientia dul-
cis, cuiꝰ profunditas imꝑſcrutabilis,
cuius verba innumerabilia, & vnũ tñ
verbũ omnia: hic ſit liber vitæ. Hos ſic
diſtinguentes altius videbimus.

De tribus libris. Cap.XII.

C T Res ſunt libri. Primꝰ eſt
quem facit homo de ali
quo: ſecũdus quẽ crea-
uit deus de nihilo: ter-
tius quem deus genuit
deũ de ſe deo. Primꝰ: eſt
opus hominis corruptibile: ſecũdus, eſt
opus dei qđ nũq̃ deſinit eſſe: in quo ope
re viſibili inuiſibilis ſapiẽtia creatoris
viſibiliter ſcripta eſt: Tertiꝰ eſt nõ opus
dei, ſed ſapientia ꝑ quã fecit oĩa ope-
ra ſua deus: quã genuit non fecit: ĩ qua
ab ęterno cuncta quę facturus erat ſecũ
dum ſententiam prouidentiæ & pręde
ſtinatiõis præſcripta habuit. Et hic eſt
liber vitæ: in quo quicquid ſemel ſcri-
ptum fuerit, nũq̃ abolebitur: & oẽs qui
meruerint ꝑuenire vſꝗ ad eius inſpe
ctionem viuent inæternum.

De tribus verbis. Cap.XIII.

I Tem tria ſunt verba. D
Primum eſt verbũ ho-
minis qđ prolatum de
ſinit: ſecundũ eſt verbũ
dei. i. opus dei qđ crea-
tum nõ inuariabiliter
ſubſiſtit: nec tamen aliquando deſinit.
Tertium eſt verbum dei, quod genitũ
non creatum, finem & principium ne-
ſcit: neꝗ vllam mutabilitatem recipit:
& hoc eſt verbum vitæ.

De tribus lignis vitæ. Cap.XIIII.

I Tem ſũt tria ligna vi- E
tæ. Primũ eſt arbor illa
materialis quã produ-
xit dñs deus de humo
in principio cum plan Geñ.2.
taret paradiſum ĩ me-
dio eius. Cuius fructum ne poſt ꝑcca-
tum tangeret homo: eiectus eſt a para-
diſo. Secũdũ eſt, dñs Ieſus Chriſtus: qui
ſecundũ formam aſſumptæ humanita-
tis in medio eccleſiæ ſuæ quaſi lignum
vitę in medio paradiſi plantatus eſt. de
cuius fructu quiſquis dignę manduca-
re meruerit viuet inæternũ. Tertium
eſt lignum vitæ qđ plantatum eſt in il
lo inuiſibili paradiſo: id eſt ſapiẽtia dei
cuius fructus cibus eſt beatoꝝ angelo-
rũ. Secũdũ & tertium vnũ eſt lignũ vi-
tæ. Sed ad tertiũ creatꝰ fuit homo: a pri
mo eiectus eſt homo: ꝑ ſecundũ reuo
catur homo. Igitur lignum vitę nõ eſt F
niſi in paradiſo: extra inueniri non po-
teſt: ibi eſt locus eiꝰ: ibi figit radices: ibi
ramos expandit & profert fructũ in tẽ-
pore ſuo. Et credo ꝓpter decurſꝰ aqua
rũ viuentium quia plãtatũ eſt propter
fontem qui orit in medio paradiſi & ir
rigat vniuerſum paradiſũ: & ideo nec



ſiccari radix eius, nec rami areſcere, nec
folia defluere poſſuut: ſed ꝑmanet vi
rens in ꝑpetuum. Habes igitur tres li
bros: tria verba & tria ligna: q̃ ſi in ſin-
gulis ſibi inuicẽ cõparare volueris, vi-
debis q̃ ſit nihil imũ cõparatum cũ me
dio: nec tñ id eſſe põt mediũ cõpatũ cũ
ſummo: qđ imũ eſt cõparatũ cũ medio.

Itẽ de tribus libris vitæ. Cap.XV.

G V Erbi gratia, tres tibi li
bros ꝓ̃ſcripſimus: pri-
mum qui eſt opus ho-
minis: ſecundum q eſt
opus dei: tertiũ, q eſt
nõ opus dei ſed ſapiẽ-
tia dei, ꝑ quã fecit oĩa oꝑa ſua deus.
Dic ergo opus hoĩs, opus dei, & ſapien
tia dei. Inter hæc qualis ſit comparatio
videamꝰ. Certe Salomon cũ reſpexiſſet
ad oꝑa hominũ, & conſideraſſet ea ait
Eccľs.1. ſic. Vanitas vanitatum, vanitas vanita
tum: & omnia vanitas. Quid habet am
pliꝰ homo de vniuerſo labore ſuo quo
laborat ſub ſole? Non ergo ſatis fuit ei
ſolũmodo dixiſſe vanitas: niſi congemi
nãs repetiſſet: vanitas vanitatũ, vanitas
vanitatũ, & oĩa vanitas. Et bñ. Si enĩ
Pſal.38. teſtante Pſalmiſta. vanitas eſt oĩs ho-
mo viuens: merito opus hominis nõ ſo
lũ vanitas dicitur: ſed vanitas vanita-
tũ. De oꝑibus autem dei quid ſẽtiat
Eccľs.3. paulopoſt manifeſtat dicens. Didici ꝙ
omnia opera quæ fecit deus ꝑſeuerẽt
in æternum. Non poſſumus eis quicq̃
addere nec auferre quę fecit deus, vt ti
meatur. Quod factum eſt ipſum ꝑma
net. Quid igitur dicam? Si opera homi
num cũ oꝑibus dei comparare volue
ro: dicam aliquid opus hominis eſſe an
non? Quando conſideratur aliquid ĩ ſe
eſſe videtur: quando comparatur nihil
eſſe videtur: quia inæſtimabile eſt, quã-
tum in comparatione ſuꝑetur. Si ta-
men altius aſcendens opus factori ſuo
comparaueris: minus adhuc inuenis eſ
ſe omne ſpatium temporis comparatũ
æternitati deitatis. Sic etiã ẽ de verbo.

Item de tribꝰ verbis. Cap.XVI.

H A Liud eſt verbũ hoĩs, aliđ
eſt verbum dei, opus dei
non deus, atꝗ aliud ver-
bum dei deus. Sed opus dei quia viſibi
le eſt extrinſecũ verbũ dicit, quaſi oris
prolatio. Sapientia vero dei, quia inui-
ſibilis eſt, intrĩſecũ verbum appellatur:
quaſi mentis conceptio. Et ſicut vox ꝓ
lata ſtatim perit, intellectus autem per
manet: ſic qđ deus fecit variatur: quod
eſt deus non mutatur. Et ſicut ꝑ pro
lationem vocis cognoſcitur cogitatio
cordis: ſic in oꝑe ſuo manifeſtatur ſa
piẽtia creatoris. Opus enim hoc, opus
pulchrũ. Opus deo opifice dignũ: opus
qđ ſapientẽ deceat: opus qđ nemo niſi
omnipotens facere queat: & ideo ſꝑecie
ſua tanq̃ voce quadam virtutẽ ſui cõ-
ditoris proteſtatur & ſapiẽtiam loqui-
tur. Quę ſapientia ſic fœcundauit vni- I
uerſa vt habitet in eis quæ fecit in ſin
gulis tota: & in toto tota nec maior in
toto nec minor in ſingulis: & ideo non
totum maius, non ſingula minus: quia
totum totam & ſingula totam loquun
tur ſapientiã. Verbũ igit loquit verbũ,
ſed verbũ qđ factũ eſt verbum qđ fecit:
verbum qđ tranſit, verbũ qđ mutabili-
tatem non recipit: verbum qđ ſenſu ꝑ-
cipitur, verbũ qđ mũdo corde videtur:
verbum pulchrum, verbum pulcherri-
mũ: verbũ qđ oculos corporis delectat,
verbũ qđ oculos cordis illuminat: ver-
bum creatum, verbũ nõ creatũ, ſed na-
tum: non ore prolatũ, ſed de corde eru-
ctatum: non qđ deſinit emiſſum, ſed qđ
ꝑmanet genitum. Propterea ſi ſapien
tiæ opus ſuum comparas, minus eſt o-
mne qđ trãſit ad id qđ mutabilitatem
neſcit: q̃ vel vniꝰ momẽti iſtãs tpi quã
tũuis diuturno comparatum qđ tẽpo-
ris ãguſtias nõ excedit. Sic eſt de ligno.

De tribus paradiſis & comparatione triũ lignoꝝ q̃ ſunt in eis. Ca.XVII.

T Res ſunt paradiſi. Vnꝰ K
terreſtris: cuius incola
fuit primus Adam ter
renus. Secũdus fidelis
quod eſt eccleſia ſãcto
rum: quã fundauit & ĩ
habitat ſecundus Adam cęleſtis. i. Chri
ſtus. Tertius cæleſtis, qui eſt regnũ dei
& vita æterna & terra viuẽtium: vľ po
tius terra viuens in qua habitat deꝰ. In
primo paradiſo lignum vitæ, eſt arbor

materialis.In ſecundo lignum vitæ,eſt
humanitas ſaluatoris. In tertio lignũ
vitę eſt,ſapientia dei verbũ patris:fons
vitæ & origo boni, & hæc eſt vere vita
æterna. Nũc veniamus ad comparatio-
L nem.Certe lignum vitæ qđ erat in pa-
radiſo terreſtri, corporalem ſolummo-
do vitam ſine defectu vegetare potuit.
Lignum autem vitę fidelis paradiſi.i.Ie-
ſus Chriſtus manducantibus carnẽ ſu-
am & bibentibus ſanguinem ſuum vi-
tam æternam repromittit: & tamẽ idẽ
ipſe exprimere volens quantum diſta-
Ioan.6. ret ſacramentum a virtute,ait.Corpus
nihil prodeſt:ſpiritus eſt qui viuificat.
Quaſi diceret.Si me corporaliter in ſa-
cramento ſumitis:non hoc vobis ſuffi-
cere credatis:niſi etiam me quemadmo
dũ verbũ vitę ſum illuminans animas,
iuſtificans peccatores & mortuos viui-
uificans,ſpiritaliter edere didiceritis.

¶De arbore ſapientiæ & vero li-
gno vitæ eiuſq; incrementis & ꝑ-
fectu. Cap.XVII.

M HOc eſt igiť vere lignũ
vitę verbum patris in
excelſis ſapientia dei:q̃
in cordibus ſanctorum
tanq̃ in paradiſo inuiſi
bili per timorem ſemi-
natur,per gratiam rigatur,per dolorem
moritur,per fidem radicatur,per deuo-
tionem germinat, per compunctionem
oritur,per deſiderium creſcit, per cari-
tatem roboratur,per ſpem viret, per cir
cunſpectionem frondet & expandit ra-
mos,per diſciplinam floret, ꝑ virtutem
fructificat,per patientiã matureſcit,per
mortem carpitur, per cõtemplationem
cibat.Sed quia longius ſermo proceſſit
paululum reſpiremus:ſimul orantes ip
ſam dei ſapientiam,vt nos guſtu dulce
dinis ſuæ dignetur ſatiare:quę nos per
guſtũ amarę mortis non dedignata eſt
redimere.Cui honor & imperiũ in ęter
na ſecula ſeculorum.Amen.

Finitus eſt Liber Secundus.

# INCIPIT

Liber Tertius,Cuius hęc ſunt Capita.

De ſeminatione arboris Sapientiæ per
timorem. Cap.I.
De rigatione arboris Sapientię per gra
tiam. Cap.II.
De putrefactione arboris Sapientię per
dolorem. Cap.III.
De radicatione arboris Sapientiæ per
fidem. Cap.IIII.
De germinatione arboris Sapientię per
deuotionem. Cap.V.
De ortu arboris Sapientię per compun
ctionem. Cap.VI.
De incremento arboris Sapientiæ ꝑ de
ſiderium Cap.VII.
De roboratione eius per Caritatem.
Ca.VIII.
De virore eiuſdẽ ꝑ Spem. Cap.IX.
Quomodo arb.Sapientiæ frondeſcat ꝑ
circũſpectionem,& quæ ad eam perti
neant. Cap.X.
Quõ ꝑ diſciplinã floreat. Cap.XI.
Quõ fructificet ꝑ virtutem. Cap.XII.
Quomodo per patientiam & perſeuerã
tiam matureſcat. Cap.XIII.
Quõ ꝑ mortẽ carpatur. Cap.XIIII.
Et quomodo per contemplationem ci-
bet. Cap.XV.

Prologus.

IN fine præce-
dẽtis libri per
ſimilitudinem
cuiuſdã arbo-
ris demonſtra
uim⁹ qualiter
ſapientia oria
tur & creſcat
ĩ nobis.Hic ip
ſius incremen
ti grad⁹ quos
ibi breuiter & ſummatim perſtrinxim⁹,
latius per ſingula proſequẽdo explana-
bimus.

¶De ſeminatione arboris ſapiẽtiæ ꝑ
timorem. Cap.I.

PRimo igitur ibi de ſapiẽ N
tia dictũ eſt ꝙ per timo-
rem ſeminatur:Et quidẽ
pulchre per timorem ſe-
minatur ſapientia: quia
timor domini principiũ Prou.1.
eſt ſapientiæ.Et ſicut de ſeminib⁹ oriũ
tur germina, ita de timore domini na-



ſcitur ſapiẽtia. Caritas enim ipſa eſt ſa
pientia : quia per caritatem deum gu-
ſtamus: guſtando autem cognoſcimus
Pſal.33. ſicut dicit Pſalmiſta. Guſtate & videte
quoniã ſuauis eſt dominus. Timor au-
tem domini ipſe ad nos Caritatem ad-
ducit : quia dum docet timere pericu-
lum,facit amare præſidium. Conſidera
tis enim pœnis inferni & tormẽtis quę
damnatos expectant,ſubito animus ter
rore concutitur:ac deinde ad ſe reuer-
ſus ac viam euadendi quærens, ſtatim
illum ex deſiderio requirit per quẽ in-
ſtans periculum euadere ſe poſſe agno-
ſcit:Quem poſtq̃ inuenit,ex affectu di-
lectionis amplectitur: tunc ille horror
primum intolerabilis ex amore mitiga
tur:& ſic de timore caritas quidem na
ſcitur:ſed per caritatem timor cõſumi
O tur. Præterea timor domini poſtq̃ ve-
nit ad cor facit pauperem ſpiritu: Pau-
pertas autem ſpiritus duplex eſt. Nam
ſunt & corporales diuitiæ in affluẽtia
rerum temporalium: & ſunt ſpiritales
diuitiæ in poſſeſſione virtutum. Vter-
q; ergo apud deum diues eſſe conuinci
tur. Vterq; a regno cælorum prohibe-
tur:& ille videlicet qui tẽporalibus his
& perituris bonis ſupfluo abundare cõ
cupiſcit: & ille qui quaſi magnum ali-
quid de ſe æſtimans ſua ſe virtute glo-
riatur ſtare. Sed timor domini ad men
tem veniens,dum pondus futuri exa-
minis & q̃ diſtrictus,vẽturus ſit iudex
nobis in cogitatione anteponit : omnẽ
mox terrenæ cõcupiſcentię delectatio-
nem extĩguit:& noſtram infirmitatem
vtiliter ad memoriam reuocans,q̃ hu-
milia de nobis ſentire debeamus oſten
dit.Sopito deinde terrenorum deſide-
riorum ſtrepitu continuo mens ad qe-
tem internæ pacis cõponitur: & vt ca-
pax eſſe poſſit cæleſtis ſapientiæ ex ipſa
P ſua tranquillitate præparatur. Sapien
tia eñ habitare neſcit niſi in corde pa-
cifico:& ideo illi in quibus adhuc ter-
rena deſideria perſtrepũt,quę ſit ſapiẽ-
tia non nouerunt.Nam ſicut beat⁹ Iob
Iob.28. teſtatur.Mare loquitur ſecum non eſſe
ſapientiam:quia mentes quas curæ car
nales exagitant,nõ comprehẽdũt eam:
ſed qui minoratur actu ipſe inuenit eã.
Quia dũ animus ab exteriorib⁹ abſtra-
ctus ad ſeipſũ colligiť, robuſtior ad cõ
templanda æterna ſubleuatur.Sic ergo
timor dñi facit pauperẽ ſpiritu:pauper
tas ſpiritus tranquillat cor: tranquilli
tas cordis ĩchoatio eſt ſapiẽtię cęleſtis.

¶De rigatione arboris ſapientiæ
per gratiam. Cap.II.

SEcundo dictũ eſt ꝙ per Q
gratiam rigatur.Sicut
enim timor ſimilis eſt
ſemini:ita gratia ſimi-
lis eſt humori, q rigat
ſemen iactum in terrã,
& germinare facit. Poſtq̃ eñ mens ho-
minis quadã (vt ita dixerim) violentia
a delectatiõe carnali per timorẽ abſtra-
cta fuerit neceſſe eſt vt ſtatim iam ali-
quid ſpiritalis gaudii prægustare inci-
piat:ne ſi omnino a delectatione aliena
remanſerit,quaſi ſemen aridũ abſq; hu
more ad germen ſapientię conualeſce-
re non queat. Fit igitur diuina gratia
aſpirãte,vt cum animus perfecte a cor
poreis paſſionib⁹ & deſideriis terrenis
exutus fuerit,quadam ſtatim ĩſolita læ
titia ꝑfundať:vt eo amplius amarũ eſſe
agnoſcat qđ deſeruit,quo magis dulce
ſentit eſſe qđ inuenit.Hæc eſt gratia,q̃
iactum in cor hominis per timorem ſe-
men ſapientiæ, deſuper infuſa rigat: qa
illas mentes internæ dulcedinis deſide
rium trahit,quas nullus concupiſcen-
tiæ carnalis affectus foris religauit.Di
catur ergo de ſapientia:ꝑ timorẽ ſemi-
natur,ꝑ gratiã rigať,quia timor primũ
carnalis delectationis affectũ ab aĩo ꝓ-
cidit:ac deinde gratia eũdẽ animũ qua
ſi iã defœcatũ & purũ a ſordibus ſpiri-
tali delectatione perfundit. Tertio di-
ctum eſt ꝙ per dolorem moritur.

¶De putrefactiõe arb.ſap.ꝑ dolorẽ.III.

SIcut ſemina germina- R
re nõ poſſunt, niſi pri⁹
in terra computreſcãt
& quodãmodo moriã-
tur:ita nos germen bo
num proferre non poſ
ſumus, niſi prius per ſalubrem quen-
dam & viuificum dolorem huic mun-
do moriamur. Dolor hic eſt de præ-
ſentis vitæ exilio. Et bene poſt per-

ceptionem gratiæ,dolor naſcitur:quia
tunc vere in quibꝰ malis ſimus agno-
ſcimus,quando per infuſionem diuinæ
gratiæ illuminati dulcedinem ſpirita-
lium bonorũ aliquatenus deguſtare va
Eccl'ſ.1. lemus. Vnde Salomon dicit. Qui addit
ſcientiam addit & dolorem. Quicunq;
enim ſpiritalium bonorum dulcedinẽ
non nouerunt:carnalis concupiſcentię
paſſiones etiam tunc amãt cũ affligũt:
& idcirco gratia cor præuenit vt exci-
tet illud:vt agnoſcat homo exilium ſu
um,& flere diſcat mala quæ tolerat. Et
inde eſt ꝙ poſt acceptũ donum gratiæ
continuo menſ ad lamenta ſoluit̃,dolo
re paſcitur,fletibus delectatur:& tanto
iam impatientius mala pręſentia tole-
rat,quanto ardentius e vicino ammo-
nita ad bona futura ſuſpirat. Iam non
ſolum mũdum deſerit,ſed fugit: nõ ſo-
lum poſtponit,ſed odit:& quę prius ti-
more coacta ea quæ illicite poſſidebat
dereliquit: nũc ſalubri dolore cõpũcta
etiam iis quę humanę conditionis ĩfir-
mitas exigit,neceſſitatibus inſeruire ĩ-
gemiſcit. Et ſicut prius per timorem ab
illicitis mũdi actionibus ſe ſeq̃ſtrauit:
ita nunc omnem mundi ſpeciem (quan
tum poſſibile eſt) in hac adhuc mortali
tate viuenti,a cogitatione funditus ex
cludit. Quarto dictum eſt ꝙ per fidem
radicatur.

De radicatione arb. Sap. per fidẽ.
Cap. IIII.

S TRia ſunt genera homi-
num. Infideles,infirmi
in fide,fideles. Infideles
ſunt gentes quæ igno-
rant deum:quę nõ cre-
dunt euãgelio Chriſti:
qui præter hanc vitam qua tẽporaliter
hic viuit̃ aliã vitam nullã eſſe arbitran
tur. Hi in terra radices figunt: quia eo
magis pſentibus inhiant quo bona per
petua quæ ſequuntur minus nouerũt.
Terrena ambiunt,felices hic eſſe q̃rũt:
quia poſt hanc vitã ſe nihil futuros eſ-
ſe exiſtimant. De numero iſtorum fuit
ſtultus ille qui in libro Iob,per Eliphaz
ſubſannatur. Vidi (inquit) ſtultum fir
Iob.5. ma radice, & maledixi pulchritudini
eius ſtatim. Stultus eſt qui ignorat ad
quid factꝰ ſit:qui præter id quod videt
nihil eſſe credit:q quę ſibi mala reſtant
præuidere neſcit: atq; hæc peritura &
falſa quædam bona, quaſi ſemper ſint ꝑ
manſura,diligit. Hic aliquando firmi-
ter radicatus eſſe videtur, dum tempo
raliter floret:ſed ſapiens eius pulchri-
tudini ſtatim maledit:qa poſt hæc mo-
mentanea bona ad quæ ſit mala rapien
dus agnoſcit. De hoc quoq; ſtulto pſal
miſta dicit. Dixit inſipiẽs in corde ſuo Pſal.52.
non eſt deus:& deinde annumeratis cõ
plicibus eius. Nõ eſt (inquit) timor dei
ante oculos eorum. Quomodo enim ti
mere deum poſſint: qui eſſe deum non
credunt? Vnde conſequenter oſtendi-
tur ꝙ eos ad quos dei timor non perue
nit,etiam ad ipſum principium ſapien T
tiæ pertingere non contingit. Nũc iam De infir
videamus de iis quos ſecundos nume- mis in fi
rauimus an ſint radicati aut vbi fixe- de.
rint radices ſuas. Non videntur ii ha-
bere radices. Infirmi enim in fide ſunt
quibꝰ iam aliquid perſuaſum eſt de ve-
ritate, ſed adhuc in quadã ancipiti mẽ
tis ſentẽtia fluctuãtes; iis quæ in ſacro
eloquio de futuris premiis bonorũ vel
pœnis malorum referuntur nec omni-
no contradicunt,nec prorſus acqeſcũt.
Vident enim quædam in hoc mũdo ſic
geri ex quibus & deum eſſe, & huma-
na curare poſſit intelligi:& ꝙ cũcta ho
minum facta ſiue bona ſiue mala refer-
uentur ad iudicium. Hoc ergo conſide
rantes timere incipiunt quod minatur
deus:atq; hoc timore percuſſi quod iu
bet facere,& quod prohibet vitare pro
ponunt:& fit nonnunq̃ vt cum ad tem
pus hoc timore exercitati fuerint, iam
non ſolum timeant quod minatur deꝰ:
ſed etiam quodam mentis affectu appe
tere incipiãt quod promittit. Sed cum V
rurſum malos in hoc mũdo florere cõ-
ſpiciũt & multa alia in hac vita, ita cõ
fuſo ordine volui vt nequaq̃ mundus
per prouidentiam dei gubernari,ſed o-
mnium rerum euentus fortuitis ſub-
iacere caſibus videantur: continuo ze- Pſal.72.
lare incipiunt pacem peccatorum, &
in hoc mundo ipſi quoq; florere con-
cupiſcunt. Tacitis ſibi cogitationi-
bus dicunt, vanum eſſe timere iudi-



cium nihil eſſe quod ſtulti homines de
pœnis ĩferni & de ſuppliciis malorum
cõfinxerunt:ex timore non ex veritate
hoc proceſſiſſe:cum vtiq; deus ſi ita diſ
tricte facta hominum penſaret,tã mani
feſtis indiciis hoc declararet, vt nemo
X deinceps ambigere potuiſſet. Poſtremo
autem valde eſſe a ratione alienum, ꝓ
incertis certa relinquere:& ſectãdo in-
uiſibilia quædam,quæ vtrum vere ſint
an decepti homines ea ita eſſe finxerũt,
nemini vnq̃ ſcire datũ eſt:certa & præ-
ſentia bona quæ cõmune hominum iu
dicium & ſenſus probat non ſolum bo
na eſſe,ſed etiam humanæ naturæ val-
de neceſſaria, quadam improba prę́ſum
ptione contemnere: maxime cum hæc
omnia deus non niſi ad vtilitatem ho-
minum creaſſe ꝓbetur. Et idcirco deo
non fieri iniuriam ſi vtãtur bonis quæ
non ob aliud niſi vt homines eis vterẽ
tur creauit. Iſti ergo tales qui fidem ſu
am non niſi ſecundum incertos rerum
euentus penſare nouerunt, nõ poſſunt
eſſe ſtabiles: quia ſicut quadam mentis
leuitate facile verbo veritatis ad tem-
pus credunt:ita etiam facile in tempo-
re tentationis a fide veritatis recedũt:
quia facile cum tentantur falſum eſſe
perſuadetur: vnde & prius dubitabant
etiam cum ſtare videbantur. Taliũ ho
minum typum in ſe propheta expreſſit
Pſal.72. cum diceret. Mei autẽ pœne moti ſunt
pedes, pœne effuſi ſunt greſſus mei.
Quia zelaui in peccatoribꝰ pacẽ pecca-
torũ videns. Et paulo poſt. Quomodo
(inquiunt) ſcit deus: & ſi eſt ſciẽtia in
excelſo,quia ipſi peccatores & abundã-
tes in ſeculo obtinuerunt diuitias. In-
terrogant eñ iſti & dubitant & quibuſ
dam cogitationum ſuarum æſtibus cir
cunferunt̃ neſcientes ad quam partem
potius ſententiã ſuæ mentis inclinent.
Credere non poſſunt & negare nõ prę-
Y ſumũt. Aſſertio dubia eſt:& fides ſuſpe
Fideles. cta. Qui autẽ fideles ſunt,ii radices ha
bent:ſed non ſicut increduli radices fi-
gunt in hoc mundo,ſed ſunt per fidem
& dilectionẽ radicati & fundati ĩ deo.
Iſti ſunt vinea domini Soreth,vinea fi-
delis,vinea iuſta: quã ipſe bonus agri-
cola plantauit,immo trãſplantauit: qa
de Ægypto trãſtulit:& eiecit gentes & Pſal.79.
plantauit eam. De his alibi dominus ꝑ
prophetam dicit. Plãtabo eos ſuper hu Amos.9.
mum ſuam,& non euellam eos ampliꝰ.
Humus namq; & patria noſtra deꝰ eſt:
in quo plantamur, quando ei per deuo
tionem mentis adhęremus dicentes cũ
Pſalmiſta. Mihi autem adhęrere deo bo Pſal.72.
nũ eſt:ponere in domino deo ſpem me-
am. De qua videlicet humo ampliꝰ non
euellimur,ſi vſq; in finem in eius dile-
ctione permanemus. De hac quoq; radi
catione ſpiritꝰ ſanctus per prophetam
dicit. Qđcunq; reliquũ fuerit de domo Eſa.37.
Iudę mittet radices deorſũ & faciet fru
ctum ſurſum. In reliquiis enim domus Z
Iudæ fideles ſignificãtur: qui radicem
deorſum mittunt: quia omnem cogita
tionem cordis ſui ad ĩterna gaudia de-
figunt. Fructum autem ſurſum faciũt:
quia in ſuperna patria quã in hac vita
per amorem ſemper requirunt, vitæ do
na poſtmodum in retributione percipi
unt. Quod ergo infideles negant,& de
quo infirmi in fide dubitant, fideles &
credunt & expectant. Et qđ infideles di
ligunt:infirmi autem in fide zelãt,hoc
fideles fugiũt. Fides igitur eſt per quã
radicat ſapientia: quia per fidem firma
tur animus & cõſtabilitur affectꝰ. Qui
autem in fide hæſitat, hic neq; in timo
re dei neq; in amore dei perfectus eſſe
poteſt. Aliter enim timemus quod ſu-
ſpicamur, aliter timemus quod credi-
mus. Quod credimus perfecte timemꝰ:
quod autem ſuſpicamur, hoc plerunq;
idcirco timere negligimus,quia ex ip-
ſa noſtra dubitatione in quandam per-
nicioſam ſecuritatem cadimus: vt iam
id ſolum eſſe iuſtum credamus quod a
noſtra cupiditate non diſcordare cerni
mus: ita vt ſæpe mens noſtra decepta
hoc potius vẽturum eſſe exiſtimet qđ
magis ſibi euenire deſiderat. Vt igitur
nec timor remiſſus, nec affectus tepi-
dus ſit: neceſſe eſt vt firmam & incon-
cuſſam fidem habeamus: per quam fir-
miter radicati ea quæ in tribus præce-
dentibus accepimus bona,cõfirmemꝰ.

De germinatione arb. Sap. ꝑ de-
uotionem. Cap. V.

A QVinto loco adiunctũ eſt
ꝙ per deuotionẽ germi-
Deuo- nat. Deuotio eſt feruor
tio. bonæ volũtatis,quẽ mẽs
cohibere nõ valẽs certis
manifeſtat indiciis.Hæc
diuidit̃ in tria:in zelũ,& cõpaſſionẽ, &
Zelus. beneuolentiam.Zelus eſt dũ pro amore
iuſtitię defenſorem vltro ſe offert ani-
mus calumniã veritatis pati non ſuſti
Compaſ nẽs.Compaſſio eſt qñ miſeriis aliorum
ſio. condolemus. Beneuolentia eſt qñ prõ-
Beneuo pta voluntate bñficia rogati annuimꝰ.
lentia. Et pulchra eſt ſimilitudo. Germinare
eñ grana tunc dicimus,qñ natura qua
dam occulta vi ĩtegrũ rũpit vt germẽ
prodeat,qđ intus latuit.& nõ ſecus bo
na voluntas celare ſe non valẽs quadã
(vt ita dicã) violẽtia ad exhibitionem
boni operis foras exit.

¶De ortu arb.ſapientiæ per com-
punctionem. Cap.VI.

B SExto loco de ſapientia
dictũ eſt ꝙ ꝑ cõpũctio-
nem oritur. Hic mihi
Mat.13. occurrit euangelica il
la parabola in qua re-
gnũ cęlorum theſauro
abſcondito in agro comparat̃.Regnum
quippe cęlorũ eſt vita æterna.Vita aũt
æterna Chriſtus eſt:Chriſtus aũt ſapiẽ
tia eſt:ſapiẽtia vero theſaurꝰ eſt.Et hic
theſaurus eſt abſconditus in agro cor-
dis humani vbi factus eſt homo ad ima
ginẽ & ſimilitudinẽ creatoris ſui.Quo
niam ita cõditum eſt cor hoĩs, vt in eo
tanq̃ in ſpeculo quodã ſuo diuina ſapiẽ
tia reluceret:& q̃ ĩ ſe videri nõ potuit ĩ
C ſua imagine viſibilis appareret.Magna
prorſus dignitas hoĩs portare imaginẽ
dei,& illius in ſe iugiter vultũ aſpice-
re,atq; eũ ſemper ꝑ cõtẽplationẽ pręſen
tẽ habere.Sed poſtq̃ primus ille parens
vetitum aſſecutus,& interdictum tan-
gens delectationem ſuam in terrã ſpar
ſit:peccati puluis ſuperiectꝰ cordi hũa-
no ꝓcioſũ theſaurũ iſtũ ab oculis ñris
abſcondit:& caligo ignorantiæ obpen-
ſa lumen ſapientiæ ĩtercepit.Et hoc eſt
3.Reg.8. illud quod in templo Salomonis figu-
ratum eſt,vbi legit̃ ꝙ poſtq̃ perfecit Sa
lomon omne opus ad ędificationem do
mus domini,& conſummata ſunt vni-
uerſa quæ ad inſtructionem domus per
tinebant:continuo nebula impleuit do
mum:ita vt ſacerdotes miniſtrare non
poſſent.Salomon quippe interpretatur
pacificus:& ſignificat illum qui eſt pax
noſtra,qui reconciliauit nos deo in ſan
guine ſuo.Et quia idẽ ipſe Ieſus Chri-
ſtus dominꝰ noſter ſapientia eſt patris:
Salomon deo templum ędificat:quia ꝑ
ſapientiam dei cor hominis factum eſt,
vt in eo quaſi ĩ templo deus habitaret.
Hæc eſt ſapiẽtia quæ ædificauit ſibi do D
mum: quia deſcendens in orbem terra
rum delicias ſuas dicit eſſe cũ filiis ho
minum.Sed hęc domꝰ,vt ædificata eſt,
nebula impletur:quia homo conditus,
ac deinde peccando ab illa internæ con
templatiõĩs ſpecula corruẽs,in has mi-
ſeras præſentis vitæ tenebras labit̃:vbi
digne deo miniſtrare nõ valet:quia ca-
ligine ignorantiæ obuolutus quid agẽ
dum vel vitandũ ſibi ſit ex magna par-
te iam non videt.Abſconditus eſt ergo
theſaurus iſte in agro cordis noſtri:qui
tunc inuenitur,quando ſapientia orit̃.
Sapientia aũt orit̃,quando veritas ma-
nifeſtatur.Veritas aũt manifeſtat̃: quã
do ignorantia pellitur.Ignorantia aũt
pellitur,qñ mens illuminatur.Pulſa au
tem ignorãtia veritas manifeſtat̃. Ma-
nifeſtata veritate ſapiẽtia oritur.Oriẽ- E
te ſapientia theſaurus inuenit̃. Hęc cõ Compũ
punctio & quaſi palus acutꝰ terrã cor- ctio.
dis noſtri fodit: & quaſi ignis rubiginẽ
exurit: & quaſi ſplẽdor tenebras pellit.
Per hanc debemus fodere altos puteos
in cordibus noſtris, eiicientes omnem
terrenitatem a nobis: vt poſſimus in-
uenire theſauros abſconditos, & occul
tam venam aquarum viuentium. Sic
Abraham: Yſaac,& Iacob patres noſtri
puteos foderunt,quęrentes aquam vi-
uam ſapientiæ:& quando allophyli pu
teos illos abſentibus eis terra repleue-
runt, ipſi rurſum foderunt, rurſumq;
aquam viuam quęrebant:& hoc frequẽ
ter faciebant.Ita & nos ſi maligni ſpiri
tus corda noſtra ſtudio compunctio-
nis ab omni terrenitate emũdata rur-
ſus inſidiantes terra repleuerint, ite-
rum fodere ea per cõpunctionẽ iterũq;



emũdare debemus.Et hoc tãdiu facere
oportet,quouſq; aquã viuã inueniamꝰ
& quouſq; theſaurum ꝓcioſum reperia
mus. Cũ aũt inuenerimꝰ abſcõdere eũ
debemus:qa cito amittitur qđ incaute
manifeſtat̃.Theſaurũ aũt inuentũ ma-
nifeſtat: qui acceptũ donũ ſapientiæ in
F oſtentatione portat. Theſaurũ autẽ in
uẽtum abſcondit, qui accepto dono ſa
pientię non foris in oculis hoĩm,ſed in
tus corã deo inde gloriari q̃rit. Opor-
tet etiam nos ire & vẽdere omnia quæ
habemus & emere agrũ iſtũ: quia qui-
cũq; ille eſt cui interna gaudia iã reue
lata ſunt,pro contuitu eorum libenter
debet contẽnere omnia quę in hoc mũ
G do ipſum delectare poterunt.Sed inter
hęc ſollicite conſiderandũ eſt iis, qui ſa
pientiam quęrunt,ꝙ non ob aliud, ſed
ꝓpter ſeipſam quærenda eſt ſapientia.
Nihil enim melius eſt ſapiẽtia, & ideo
indignus eſt ſapientia q aliud q̃ ipſam
per ipſam obtinere intendit: qui nõ vt
poſſideat, ſed vt vęnalem proſtituat ſa
pientiam quęrit.Pręterea ſi Chriſtꝰ eſt
ſapientia, qui ſapientiam pro humana
laude quęrit:ſimilis eſſe conuincit̃ pro
ditori Iudę,qui Chriſtũ vendidit. Quę
ramus ergo theſauros abſcõditos,quæ
ramus ſapientiã,quęramꝰ Chriſtũ, ſed
nõ ſicut Iudas q Chriſtũ q̃ſiuit vt ven
deret nõ vt poſſideret. Quæſiuit enim
Chriſtũ Iudas,& inuenit & tenuit:ſed
Matt.28 nõ retinuit,qa vẽdidit.Sed ſanctę mu-
lieres ad ſepulchrũ cũ aromatibꝰ veniẽ
tes Chriſtũ q̃ſiuerũt & inuenerunt,te-
nuerũt & retinuerũt:qa nõ quærebant
vt vẽderẽt,ſed vt poſſiderẽt. Dicamus
ergo de ſapientia,per timorem ſemina
tur,per gratiã rigat̃,per dolorẽ morit̃,
ꝑ fidem radicat,per cõpũctionẽ oritur.
H Hi gradus vident̃ mihi ſignificari vbi
iubet̃ Abrahã exire de terra ſua, & de
cognatione ſua, & de domo patris ſui:
& tunc demũ terra ei demonſtranda ꝓ
Geñ.12. mittit̃.Exi(inq̃t dñs)de terra tua & de
cognatione tua, & de domo patris tui:
& veni in terram quã mõſtrauero tibi.
Igitur per timorem eximꝰ de terra no-
ſtra,per gratiam eximus de cognatiõe
noſtra,per dolorem de domo patris no
ſtri egredimur,per fidem & deuotionẽ
dominũ ſequimur: ac ſic deinde in ſe-
xto gradu terra nobis promiſſa per cõ
punctionem demonſtratur. Per timorẽ
relinquimus cẽſum terrenũ:per gratiã
& dolorẽ mutamus affectum: per fidẽ
& deuotionem confirmamus animũ:ꝑ
compunctionem inuenimus deſideriũ.
De terra noſtra eximus cũ ea quę foris
poſſident̃ terrena bona derelinquimꝰ.
De cognatione noſtra eximꝰ: qñ vitiis
quę in nobis & ex nobis nata ſunt abre
nunciamus. De domo patris noſtri exi
mus quando mundũ oẽm & ea quæ in
mũdo ſunt prorſus a cogitatione no-
ſtra ſequeſtramus,& oẽm animi inten-
tionẽ in ſola æterna defigimus. Pater I
noſter ſecundũ illam natiuitatem qua
in peccatis nati ſumus diabolus eſt,qa
ſecundũ natiuitatẽ ad eius dominium
ꝑtinemus,qui author eſt peccati. Eius
domus eſt mũdus iſte, qa merito ſuæ ꝑ
uerſitatis mũdi huius & eorũ q mũdũ
iſtũ amãt princeps factus eſt. Egreſſis
aũt de terra noſtra & de cognatiõe no
ſtra,& de domo patris noſtri,alia a do-
mino terra oſtenditur:quãdo nobis ꝑ-
fecte huic mũdo mortuis quiddã iam
de futuris gaudiis quaſi de longe odo
rare conceditur. Afflatus enim ſpiritu
ſancto inſolito gaudio animus hilare-
ſcit:& miratur quale ad guſtãdum eſſe
poſſit,qđ tã mire etiã ꝑ odorẽ reficit.

¶De incremẽto arb.ſap. per deſideriũ.

SEptimo loco adiunctũ K
eſt,ꝙ ꝑ deſiderium cre
ſcit. Sicut eñ cõpun-
ctio incẽdio compara-
tur:ita deſiderium ſi-
mile eſt fumo q de in-
cendio naſcitur: qui in directum aſcen
dit,& quanto magis ſurſum tollit̃, tã-
to amplius extenuatur: tãdemq; eleua
tus in ſublime ab oculis intuẽtiũ pror
ſus ſubducitur. Poſtq̃ enim per ignem
compunctionis rubigo peccati a men-
te fuerit conſumpta, & ille internꝰ ful
gor in corde micare cœperit,confeſtim
animus in quandam contemplationis
ſpeculam ſubleuatur: ibiq; quodãmo-
do ſeipſo altior effectus,quandam (vt
ita dixerim)lucidam regionem & ter-
ram nouam eminus proſpicit: qualem

nunq̄ antea vel vidiſſe ſe meminit vel
eſſe exiſtimauit. Miratur & ipſe qui vi
det,& prę gaudio pręſentis luminis p̄-
teritas ignorãtię ſuę tenebras accuſat:
miratur ſubter ſe in imo quo proſtra-
tus iacuit: miratur ſuper ſe in ſummo
quo eleuatus tendit.Gaudet ſe tãtũ iã
euaſiſſe qđ doluit:dolet ſe tantũ adhuc
abeſſe ab eo qđ diligit.Conatur igitur
feſtinat,aſcendit, creſcit per deſideriũ,
& quẽadmodum virgula fumi,quanto
magis ſurſum tollitur, tanto amplius
extenuaƭ: ita cæleſtibus appropinquãs
& oẽm terrenę concupiſcentiæ nebulã
euaporans totus ſpiritalis efficitur:tã
demq; ſe humanis ſubducit aſpectib⁹:
dum ad terrena iſta & viſibilia concu-
piſcenda amplius exire recuſans,intus
in abſcondito faciei dñi gloriatur.

¶De roboratione arb.ſap.per Ca
ritatem. Cap.VIII.

L OCtauo loco adiũctum
Caritas. eſt,per caritatem robo
raƭ. Caritas ſimilis eſt
Vinum. vino. Vinum nãq; eos
quos inebriauerit red
dit hilares , audaces,
fortes,obliuioſos,&quodãmõ inſenſibi
les.Sic Caritas mundando conſcientiã
mẽtem exhilarat:deinde audacem red-
dit,quando per munditiã conſcientiæ,
fidutiam præſtat. Deinde vires auget:
Proũ.28. quia ſicut teſtatur ſcriptura.Fortis eſt
vt leo qui confidit in domino.Conſciẽ
tia enim munda nullis aduerſis ſupera
ri poteſt:quia cũ intus de dei ſemp ad-
iutorio confidit:qcq̄d aduerſi foris to-
lerat facile contemnit & vincit. Obli-
uionẽ quoq; generat quia dũ totã ani-
mi intentionem ad deſideria æternorũ
trahit,omniũ quę tranſeũt memoriam
ab animo funditus euellit . Inſenſibilẽ
reddit:quia dũ mẽtem per internã dul
cedinẽ medullitus replet,quicquid ex-
terius amarum infertur contẽnit,quaſi
non ſentiatur.Caritas ergo ſapientiam
roborat: dũ menti & fidutiam & forti-
tudinẽ, & inſuperabilẽ quodãmodo in
ſenſibilem reddendo conſtantiã p̄ſtat.
Poſſumus ſi volumus in his octo gradi
bus octo beatitudines per ordinem ex-
preſſas notare:ita vt id qđ dictũ eſt per
timorẽ ſeminatur, ꝑtineat ad id qđ di-
citur.Beati pauꝑes ſpiritu,qm̃ ipſoꝝ Matt.5
eſt regnũ cælorũ . Id qđ dictum eſt:per
gratiam rigatur,ꝑtineat ad id qđ dici-
tur.Beati mites,qm̃ ipſi poſſidebũt ter
ram.Id qđ diciƭ,per dolorẽ moritur:ꝑ-
tineat ad id qđ diciƭ.Beati qui lugent,
quoniã ipſi conſolabuntur.Id qđ dictũ
eſt, ꝑ fidẽ radicat, ꝑtineat ad id qđ di-
citur. Beati q̄ eſuriũt & ſitiũt iuſtitiã:
qm̃ ipſi ſaturabuntur.Id qđ dictum eſt
per deuotionẽ germinat: ꝑtineat ad id
qđ dicitur.Beati miſericordes,qm̃ ipſi
miſericordiã cõſequentur. Id qđ diciƭ,
per cõpunctionem oritur:pertineat ad
id qđ dicitur . Beati mundo corde,qm̃
ipſi deũ videbunt.Id qđ dictum eſt:per
deſideriũ creſcit,ꝑtineat ad id qđ dici-
tur:Beati pacifici,qm̃ filii dei vocabũ-
tur. Id qđ dictũ eſt, per caritatẽ robo-
ratur,pertineat ad id qđ dicitur.Beati
qui ꝑſequutionẽ patiunƭ ꝓpter iuſtitiã
qm̃ ipſorum eſt regnũ cælorum.

¶De virore arb.Sap.per ſpem. Ca.IX.

NOno loco adiunctũ eſt, M
per ſpem viret.Spes fu Spes.
turorũ bonorũ in men
te quaſi ſcintillatio q̄-
dã eſt,quæ nutritur in
fomite . Eſt enim ſpes
quaſi memoria quędam inuiſibiliũ gau
diorũ,quę in corde hominis recondita
calefacit illud intrinſecus & non ſinit
areſcere frigore infidelitatis in hyeme
præſentis vitæ. Et q̄diu hęc ſpes viuit
in noſtra mente: nunq̄ areſcit arbor ſa
piẽtię, ſed quẽadmodũ lignum illęſum
ſeruat virorẽ ſuũ, dũ ęqualẽ habet con
tẽperantiã humoris & caloris: ſic ani-
mus areſcere nõ poteſt,quẽ & calor ſpi
ritus ſancti,qui deſuper radiat nutrit,
& ſtudium bonæ operationis quod ſub
tus eſt,rigat.

¶Quomodo frõdeſcat arb.Sap.per cir
cũſpectionem. Cap.X.

DEcimo loco adiũctum N
eſt ꝙ per circũſpectio
nem frondeſcit & ex-
pãdit ramosſuos.Qui
dam ſunt in quib⁹ ſa-
pientia in altum cre-
ſcit : quidam vero in quibus in latum



ſe expandit. In cõtemplatiuis in altum
ſurgit,qui per acumẽ mentis penetrãt
vſq; ad contemplanda ſecreta cæleſtia.
In actiuis in latũ ſe expandit: quia illi
intentionem mentis ſuæ multipliciter
foras ſpargũt ad diſpenſanda terrena.
Sunt vero nõnulli qui per quietẽ diui
nitus ſibi cõceſſam, primo multũ in cõ
templatione excreſcunt: ſed dũ vident
alios ſimpliciores fratres terrenis actio
nibus occupari, eos in cõparatione ſui
deſpiciũt: & cum ipſi ſteriles ſint a bo-
no opere, bona tamẽ opera in aliis non
O pertimeſcunt iudicare.Qui ergo in hu
militate ſtare negligũt, vento elatiõis
cõquaſſati, a faſtigio cõtẽplationis ca-
dũt.Deiectiq; variis patẽt erroribus,&
multipliciter ab illa ĩterna pace diſtra
hunƭ.Quorũ videlicet errorũ pricipiũ
hoc eſt ꝙ infirmitatẽ ſuã humiliter no
lũt agnoſcere, ſed de dei munere quod
acceꝑrũt,incaute ſe extollunt.Neceſſe
em̃ eſt vt in oculis eorũ vileſcant facta
aliena, qui de ſuis meritis ſentiũt tam
immoderata.Nec fieri poſſet,vt vitam
alienã iudicare p̄ſumerent, niſi pri⁹ in
ſe tumuiſſent. Hic igiƭ error ſemel illa
p̄ſus animo,late venena ſua diffundit,
& occulte ſerpens & immiſcens ſe cun
ctis motibus animæ, voluntates immu
tat,conſilia diſſipat,cogitationes intor
quet,& corrumpit deſideria,curaſq; in
ducit ſuperfluas. Et quia ſemel inflat⁹
anim⁹ magna de ſe exiſtimare didicit,
facta ſua ad examen rationis reuocare
cõtemnit:& eo liberi⁹ vitam perſequi-
tur alienam,quo min⁹ in ſe quicq̄ rep̄-
henſione dignũ eſſe credit.Quę tamen
P ſuperbia primũ ſe palliat ſub ſpecie bo
ni zeli,& perſuadet deceptę menti non
eſſe perfectum amatorem iuſtitiæ, qui
cõſenſum præbet culpę alienæ.Eũ au-
tem delicto alieno omnimodo conſen-
tire,qui negligit, dum poteſt delinquẽ
tem arguere. Hoc igitur male prouida
mens errore decepta,totam ſe curioſi-
tati dedit, & paulatim creſcente mor-
bo,dũ primũ errata aliorum immode-
rate ꝑſequi aſſueſcit, poſtremo ad hoc
deducitur,vt quicquid viderit vel ap-
te calumniari, vel ſiniſtre interpretari
conetur:vnde ſi forte aliquos pro com
muni vtilitate aliquantulum ſollicita
ri viderint, hos cupidos vocant. Quos
prouidos eſſe ꝑſpexerint, auaros nomi
nant.Eos autem qui ſe affabiles & hila
res omnibus præbent,vitio adulatiõis
inſeruire dicunt.Illos vero qui ſæpius
triſtitiam vultu præferunt, inuidia ta
beſcere credunt.Et quos alacres & de-
uotos in miniſtrando perſpexerint: le-
ues & inquietos eſſe aſſerunt.Quos de
biles aut graues inuenerint: quaſi pi-
gros & inertes accuſãt.Abſtemios mor
bo hypocriſis laborare:& eos q̄ plus ne
ceſſitati indulgent, luxui deſeruire exi
ſtimant.Et hunc quidem errorem mul
tiplex confuſio ſequitur. Mala ſiquidẽ Q
& peſtilens curioſitas,quæ ſecretũ alie
num improbe ſcrutari contendit,ſæpe
q̄uis nihil inueniat qđ iuſte reprehen-
dere poſſit: ꝑuerſa tamen ſuſpicari nõ
deſiſtit.Si vero aliquid dignũ reprehẽ-
ſione inuenerit: ſtatim tumidã mẽtem
non ad compaſſionem,ſed ad contẽptũ
trahit. Contemptus autem iram exci-
tat:quia typo ſuperbiæ inflatus anim⁹
intolerabile eſſe credit, quicquid ab eo
ſuſtinet quem deſpicit . Deinde ira in
indignationẽ creſcit:indignatio in con
tumeliam procedit:contumelia odium
parit:odium autem inueteratum in in
uidiam tranſit.Inuidia vero animo tę-
dium gignit.Tædium autem cum inſe
derit cordi, quaſi tinea demoliƭ illud,
& ſuffocato gaudio interno in ſemet-
ipſa cõſcientia tabeſcit.Fit ſibiipſi gra
uis animus,& quaſi plumbũ immobilis
permanens ſurſum erigi non valet. Et
qui prius pẽnis contemplationis cęlos
penetrare conſueuerat:nũc graui preſ
ſus pondere ſub ſe cadit. Perhorreſcit
tenebras ſuas quas intus patitur: & ſi
poſſibile eſſet, vellet aufugere ſemet-
ipſum. Igitur relicta cõſciẽtia foras fũ
ditus terrenis ſe immiſcet actionibus:
vt vel occupatus obliuiſci poſſit malo
rũ ſuorum. Et quia leuius eſſe iudicat
omne malũ eo ipſo qđ intus tolerat,iã
miſer etiam dolores ſuæ occupationis
foris amat.Et quia veram dulcedinem
longo tędio palatũ cordisguſtare dedi
dicit,carnalis concupiſcentiæ acetum
ſitiens aĩa cum deſiderio bibit.Inuentã

igit̃ in curis exteriorıbꝰ diabolus corrũ
pit, & iã nullo ſibi iudicio rõnis renitẽ
R tẽ, ad q̃libet erroris p̃cipitia trahit. Sed
qa nũc diximꝰ ad quãta nos mala ſuper
bia p̃cipitat: dignũ eſt vt etiã cõſidere-
mus qđ ſit medicamẽtum p qđ nos gr̃a
diuina reſtaurat. Tale eſt.n. antidotum
hoc: vt non ſolũ priſtinã reformet ſani
tatẽ, ſed & maiorẽ addat fortitudinẽ.
Nõ ſolũ reparet qđ periit, verũ etiã ſu
peraddat qđ defuit. Vnde p oĩa lauda-
bilis & glorioſus deꝰ, ſolus miſericors
& pius, q gratis largit̃ donũ, & gratis
reſtaurat amiſſum, & q indigni eramus
etiã id recip̃ere qđ pdidimꝰ, ſic reſtituit
vt nõ ad interitũ, ſed ad incremẽtũ ce-
S cidiſſe videamur. Igit̃ iſte q p ſapiẽtiã
excreuerat, de altitudine ſua ſupbiuit:
& ideo bonũ eſt ei vt p̃cidatur, & aſſue
ſcat in latũ expandere ramos ſuos. Bo-
nũ eſt ei vt ĩtermiſſo ſtudio cõtẽplatio
nis ad tẽpus foras exire cõpellat̃, & ex-
teriora diſpenſanda ſuſcipiat, vt diſcat
experimẽto q̃ difficile ſit p officiũ exte
rioribꝰ ĩſeruire, & tñ p deſideriũ ĩterio
ra nõ deſerere. Et cũ ſe ad curã ſuſce-
pti regiminis ĩparẽ eſſe agnouerit, tũc
ſciat quid de iis ſenſiſſe debuerat quos
prius in eodẽ loco poſitos incõſiderate
deſpiciebat. Et qa maiorẽ poteſtatẽ ma
ior ſolet ſollicitudo comitari: ipſa eum
cura exerceat, vt diſcat eſſe ꝓuidus &
circũſpectꝰ, & nõ torpeſcat ocio: vt ãte
p̃iculũ animũ firmet: vt nõ ſolũ quid
eueniat: ſed qd euenire poſſit, attẽdat.
Arridẽti fortunę nõ nimiũ credat, ĩ ad
uerſis fidutiã nõ amittat, & qcqd finẽ
habiturũ eſt ſiue bonũ ſit ſiue malũ ęq̃
deſpiciat. Oẽm euẽtũ cõſilio ſuo p̄ueni
at: amicos añ neceſſitatẽ cõpare ſtude-
at, ĩ ꝓprio ſenſu nõ pluſq̃ oportet cõfi
dat, oẽs diligere, nõ oĩbꝰ ęq̃ credere. Ma
ioribꝰ obœdiẽtiã debitã: ęq̃libꝰ dilectio-
nẽ: ſubiectis paternã ſollicitudinẽ ĩpen
dat. Et ſic p diuerſa virtutũ ſtudia ſapi
entię ſuę ramos diffundat: & tũc demũ
arbor illa ſapiẽtię q̃ priꝰ ĩ modũ flexibi
lis arũdinis nudo ſtipite male excreue-
rat: iugi iã ſtudio virtutũ roborata & 
frõdibꝰ circũſp̃ctiõis vndiq; veſtita, rur
ſum ad alta cacumẽ eleuet, tãto tũc me
lior quãto fortior, quãto robuſtior, quã
to exercitatior, quãto circũſp̃ctiõe or-
natior: ita vt etiã ipſa p̃ciſio ſua ei pro
fuiſſe videat̃. Sed qa ipſa ſapiẽtia p cir- T
cũſpectionẽ ramos ſuos expandit, diffi Circũſpe
niamꝰ nũc quoſdã generales modos q- ctionẽ ex
bus circũſp̃ctio exercet̃. Sunt aũt qua ercitan-
tuor. Timor, cura, neceſſitas, affectꝰ. Ti tia.
mor eſt ãxietas periclitãdi. Cura eſt ſol Timor.
licitudo euadẽdi ĩcõmodi, aut cõmodi Cura.
adipiſcẽdi. Neceſſitas eſt debitũ dãdi, Neceſſi.
aut indigẽtia accipiẽdi. Affectꝰ eſt deſi Affectꝰ.
deriũ pfruẽdi. Timor premit, Cura tra
hit, neceſſitas ligat, affectꝰ vulnerat. Sic
ſolent agricolę qñ volũt expandere ra
mos arborũ, aut ſupponere eis põdera
q̃ deorſum p̃mãt, aut ſubtꝰ alligare quę
deorſum trahãt, aut iuxta affigere ſti-
pites & alligare ramos, ne ſurſum ele-
uent̃, ſed in latum ſe diffundãt: aut ipſi
nudo trunco infigere ſurculos, vt ibi
concreſcẽtes arborẽ veſtiãt. Timor igi
tur eſt quaſi põdus ſuppoſitũ. Cura q̃ſi
põdus ſubtꝰ appẽſum. Neceſſitas eſt ſi
milis ſtipiti qui ligat. Affectꝰ eſt quaſi
ſurculus qui infixus vulnerat. Iſta qua V
tuor naſcunt̃ ex quatuor genéribꝰ ma Mala, 4.
lorꝫ quę homo ſuſtinet in hoc mundo.
Quę ſunt ira dei, vanitas mũdi, infirmi
tas humanę cõditiõis, inuidia diaboli.
Ira dei eſt dũ flagellis atterimur. Vani
tas mũdi eſt cũ modũ neceſſitatis exce
dẽdo in voluptatẽ abimus. Infirmitas
hũanæ cõditionis, eſt ꝙ facile lædimur
aduerſis, & difficile ad bona agẽda cõ-
ualeſcimꝰ. Inuidia diaboli eſt dũ ipo in
ſtigãte ad vitia ĩflãmamur. Igit̃ ira dei
timore p̃mit, vanitas mũdi curas ſupflu
as mittẽdo deorſum trahit. Infirmitas
nr̃ę cõditiõis diris nos neceſſitatibꝰ li
gat. Inuidia diaboli illicitis deſideriis
nos ĩflãmãdo vulnerat. Sed ĩ his oĩbus
dei ſeruꝰ exercet̃ ad p̃miũ, & tũc ei quo
q; mala ſubiecta ſeruiũt, cũ eũ affligen
do ꝓbãt non ſubuertunt. Iſtę ſiquidem
paſſiones oẽs, vcꝫ timor, cura, & deſide-
riũ illicitũ malę ſunt, & ipſa quoq; ne-
ceſſitas vitę p̃ſentis a dño militia app̃el
lat̃. Sed deus idcirco hęc ad tẽpus ele-
ctorũ ſuorũ mẽtibus dñari pmittit, vt
cũ p experimẽtũ didicerint quãta miſe
ria falſis iſtis delectationibus inſit, ar-
dentius ęterna illa & vera gaudia req-



rant: quę nulla triſtitia corrũpit. Et ſa-
lubriter aliqñ derelicti pmittunt̃ ad tẽ
pus ſeruire paſſionibꝰ carnis ſuę, vt a-
gnoſcant infirmitatẽ ſuã & de ſe nõ p̃-
ſumãt: & tanto deuotius poſtmodũ di
uinę gratię ſe ſubiiciãt: quãto manife-
ſtius ex p̃cedẽti caſu didicerint ex ſua
X virtute nõ eſſe ꝙ ſtant. Eſt etiã adhuc
Tentari aliud pro quo nõnunq̃ ſeruis dei vtile
qñ vtile eſt vt tentent̃, vt videlicet ipſę tẽtatio
nes eos exerceant & cautiores reddãt:
qa cõflictus vitiorũ exercitia ſunt vir-
tutũ. Et ſicut ſępe cadẽdo diſcit homo
qualiter greſſum figere & caute ambu
lare debeat, & in cõflictu belli q frequẽ
ter plagatus eſt cautius venientẽ ictũ
excipit: ſic qui a diabolo ſępe decipitur
ſubtilius poſtmodũ verſutias eius de-
prehẽdit, & machinationes ſubuertit.
Et hoc eſt ꝙ multos videmus poſt mul
ta ſcelera ad virtutũ ſummã aſcẽdere:
& tãta virtute oẽs diaboli conatus cõ-
tra ſe erectos atterere, vt in quo ſe priꝰ
viciſſe gaudebat, iã nõ ſpoliaſſe, ſed cõ
tra ſe armaſſe potiꝰ videat̃. Hoc quipp̃e
altũ, hoc ſecretũ dei cõſiliũ eſt: vt illud
etiã electis ſuis ꝓficiat ad coronam, qđ
inimicus ſibi gloriabatur cecidiſſe ad
victoriã. Libet itaq; nunc conſiderare
qualiter ex ipſis quas ſupra memoraui
mus paſſionibꝰ exercitia naſcant̃: ac de
inde qualiter p ipſa exercitia circũſpe-
ctio augeat̃. Quatuor.n. ſunt timor, cu
Y ra, neceſſitas, affectꝰ: & ex tribꝰ.i. timo-
re, neceſſitate, affectu, naſcit̃ quartũ.i.
cura. Qđ.n. timemus incidere ſollicite
ſtudemus euitare: & qđ dolemꝰ adeſſe,
ſollicite ſtudemus a nobis remouere, &
qđ deſideramꝰ adipiſci, ſollicite ſtude-
mus obtinere: & ſic poſt affectionẽ paſ-
ſionis, ſeq̃t̃ cura ſollicitudinis, & poſt
curã ſollicitudinis, ſeq̃t̃ conatꝰ in exer
citio opationis, & p exercitiũ opatiõis
creſcit cautela circũſpectiõis. Et qa ex
vitio nr̃æ corruptionis hoc nobis ineſt
vt magis ſolliciti ſimꝰ pro eo adipiſcẽ
do qđ puerſe cupimꝰ, vel eo euitando
qđ ſuperflue formidamus: fit vt caute
lam circũſp̃ctiõis quã in bonis ſtudiis
cõparare negleximꝰ p mala ſtudia faci-
le acq̃ramꝰ. Sęp̃e etenĩ q aĩę mortẽ non
metuit, mori in carne pertimeſcit: & q
perp̃etuos gehennæ cruciatus nõ cõſi-
derat, pœnas temporales pati reformi-
dat. Sęp̃e q illã cõfuſionẽ q̃ ãte dei ocu
los & ſanctorũ angelorũ pctõribꝰ vẽtu
ra eſt, timere adhuc nõ didicit, vilis eẽ
in oculis hoĩm erubeſcit. Et ꝓ his eui-
tãdis laborãt hoĩes q̃ ſeruis dei nõ ſo-
lũ fugiẽda nõ ſunt, imo etiã nõnũq̃ cũ
fructu eorũ agnoſcunt̃ appetenda. Sil'r Z
ſunt multi, q aĩę ſuæ ieiuniũ ignorãt:
& ꝓ cibo vẽtris cõparãdo vehementer
inſudant. Et ſępe hoĩes ꝓ carnalibꝰ de
ſideriis adimplendis plurimos labores
graues & amaros libẽter tolerãt: quos
ꝓ amore ęternę vitę, vl' ad modicũ ſub
ire recuſant, cũ ecõtrario electi ſine in
termiſſione laborẽt & affligant ſemet-
ipſos, ne deſideria carnis pficiant. Qui
etiã neceſſitatibꝰ ſuis nõ ſine timore de
ſeruiũt: timẽtes ne vſq; ad delectationẽ
effluat voluptatis, qđ exigit infirmitas
cõditionis. Carnales aũt qq; q ꝓ adim-
plendis deſideriis ſuis libenter labores
tolerãt: foris nõ tm̃ ope, ſed & mẽte va
gant̃. Et dũ p̃ experimẽta rerum multa
diſcũt: quaſi ex ipſa occupatiõe ſui pru
dẽtiores fiũt. De qbꝰ dñs in euãgelio di Luc. 16.
cit. Filii huiꝰ ſeculi prudẽtiores ſunt fi
liis lucis in gñatione ſua. Sed hi tales
aliqñ miſeratiõe diuina ab errore ſuo
cõuerſi, praua ſtudia deſerũt, ſed prudẽ
tiã quã in prauis ſtudiis didicerũt non
amittũt, & ĩ bonis agẽdis tãto cautio-
res fiũt, quãto ĩ malis pp̃etrãdis prius
ſtudioſiores extiterit. Vñ manifeſte oñ
dit̃ etiã hoc eis ꝓfuiſſe, ꝙ ad tẽpus de-
relicti videbant̃. Propter hoc ſupiꝰ di-
ctũ eſt q̃tuor eẽ q̃ exercẽt circũſpectio-
nẽ, timorem vcꝫ, curã, neceſſitatẽ, affe- A
ctũ. Tres aũt ſũt timores mundani vel Timor
carnales, timor vilitatis, timor pœnę, ti mũdanꝰ
mor mortis: quorꝫ ſinguli ſuas curas ge triplex.
nerãt. Neceſſitas aũt duplex, alia in de Neceſſi-
bito dãdi, alia in indigẽtia accipiendi. tas du-
Aliter.n. dicit̃. Neceſſe eſt tributũ dare plex.
Cęſari: & aliter dicit̃. Neceſſe eſt eſcas
dare vẽtri. Ideo.n. neceſſe eſt vt tributũ
des Cęſari, qa tu dare debes: ideo neceſ
ſe eſt vt eſcas des ventri, quia indiget
accipere. Vterq; tamen exactor eſt, &
Cæſar & venter. Vtrunq; tributum eſt
& eſca & p̃ecunia. Sed ſi propius con-

ſiderate volumus:minꝰ nocet Cęſar tol
lendo pecuniá:q̃ vẽter accipiendo eſcã.
Cæſar eñ ſemel auferendo pecuniã ſol
licitudinẽ tollit: vẽter aũt ſine ĩtermiſ
ſione eſcã exigẽdo nũq̃ nos ſine ſollici-
tudine eſſe permittit. Cæſar auferendo
pecuniam magis nos alleuat: vẽter acci
piendo eſcam per abundantiá, ad vilia
nos inflãmat. Et vt breuiter cõcludam
ego per oĩa miſerabiliorẽ video eũ qui
ſeruit ventri, q̃ illũ qui ſeruit Cæſari.
Neceſſitas ergo alia eſt in debito dan-
B dí, alia in indigentia accipiendi. Et illa
Debito- quidem quę in debito dandi eſt, multis
res varii modis accipitur. Debẽt enim p̃lati ſub
iectis prouidentiam: debẽt ſubiecti p̃la
tis obœdientiã, debẽt ęquales ęqualibꝰ
caritatem fraternã: debent ſapientes in
ſipientibꝰ doctrinã: debent diuites pau
peribus alimoniã. Sed quia ſine prudẽ
tia & circũſpectione, nec iuſte ꝑſoluere
poſſumus qđ debemus, nec petendo im
petrare id quo indigemus: dum iſtis ne
ceſſitatibꝰ ſubiicimur. quid aliud q̃ ad
prudentiã, & ad circũſpectionẽ erudi-
mur! Et ſicut de timoribus dictum eſt.
etiam ſingulæ neceſſitates generãt cu-
C ras ſuas. Affectus eſt deſideriũ ꝑfruẽdi.
Affectꝰ. Deſideriorum alia ſunt bona, alia ſunt
Deſide- mala. Et bona deſideria ſunt ſpiritalia:
ria varia mala deſideria carnalia. Spiritale deſi-
deriũ quaſi vinũ dulce ſuauiter inebri
at: carnale deſideriũ quaſi vinũ acidũ
& intoxicatũ bibẽtes aut in furorẽ ver
tit, aut necat. De illo vino dicit: ꝙ ca-
Pſal.74. lix in manu dñi vini meri plenus vini,
videlicet qđ lętificat cor hoĩs. Et alibi.
Pſal.22. Calix dñi inebriãs q̃ †optimꝰ eſt! Mul-
†ꝓclarꝰ ta de illo vino in ſcriptura dicunt. De
hoc aũt vino dictũ eſt. Fel draconũ vi-
Deut.32 nũ eoꝝ, & venenũ aſpidũ inſanabile: qđ
exprimit de botro amariſſimo, qđ ꝓpi-
nat Babylõ de calice aureo fornicatio
nũ ſuarũ, de quo inebriant oẽs gentes.
De hoc etiã vino dictũ eſt in euãgelio.
Ioan.2. Oĩs homo primũ bonũ vinũ ponit: &
cũ inebriati fuerint, tũc id qđ deterius
Ibidem. eſt. De illo aũt vino dictũ eſt. Tu ſerua
ſti vinũ bonũ vſq; adhuc. Hoc carnale
deſideriũ quaſi peregrinus ſurculus in
fixus mẽti grauiter eã vulnerat. Et hic
2.Reg.12 eſt peregrinus de quo ꝑ Nathã ad Da-
uid dicit, qui ad diuitẽ venerat: ꝓ quo
peregrino paſcẽdo diues relictis cẽtũ ꝓ
priis ouibus vnã ouiculã pauperis au-
ferebat. Deſideriũ eñ carnalis cõcupi-
ſcentię quaſi hoſpes peregrinꝰ ad Da- 2.Reg.11.
uid venerat: qñ deãbulãs in ſolario do
mus ſuę Berſabee vxorẽ Vrię ſe lauãtẽ
cõſpexit & adamauit. Tunc aũt in pa-
ſtu peregrini relictis cẽtũ ouibus ſuis
vnã ouiculã pauperis occidit: qñ reli-
ctis multis vxoribꝰ ſuis ad explẽdã vo
luptatẽ ſuã vnicã Vrię vxorẽ abſtulit.
Peregrini igit ſurculi nudo trũco inſi
gunt vt eũ veſtiant: qa ſępe oĩpotẽs deꝰ
quos ĩ ocio ſuo tepidos & quaſi nudos
a bonis operibus eſſe conſpicit, illicitis
deſideriis ad tẽpus vulnerari ꝑmittit:
vt timorati & circũſpecti fiant. Quali-
ter aũt iſti affectus cũ ſint mali hoĩem
exerceant, difficile eſt agnoſcere, diffici
lius enarrare: ille aũt nouit, qui facit.

¶Quomodo floreat arb. Sap. per
diſciplinam. Cap.XI.

PEr diſciplinã floret. In D
flore tria ſunt. Spes ſpe
cies, odor: q̃ omnia ꝑ ſi
militudinẽ ĩ bono ope
re inuenimꝰ. Sicut eñ
in flore futurꝰ fructus
ꝓmittit: ita in bono opere futurę retri
butionis p̃miũ expectat. Et eos in qbꝰ
bona opera cernimꝰ ad ſortẽ ſupnę re-
tributionis ꝑtinere ſperamꝰ. Item ſicut
flos per ſpeciẽ fulget, & ꝑ odorẽ demul
cet: ita bonũ opus ꝑ exemplũ quidẽ ful
get, quãdo p̃ſentibꝰ laudabile apparet:
eoſq; ad imitationem accẽdit. Per odo
rẽ aũt demulcet, qñ abſentibꝰ & longe
poſitis ꝑ opinionẽ bonę famę ĩnoteſcit.

¶Quõ fructificet ꝑ virtutẽ. Cap.XII.

PEr virtutẽ fructificat. E
Fructꝰ boni opis eſt vir
tus occulta rectę intẽ-
tionis. Sub flore.n.bo-
ni opis qđ foris ꝑ exẽ-
plũ lucet, quaſi qdã in-
tus in mẽte abſcõditꝰ fructus virtutis
latet. Proinde qſqs vacuꝰ a virtute bo
nũ opus in oculis hoĩm foris exhibet,
velut arbor eſt q̃ ſine fructu floret.

¶Quomodo per patientiam & perſeue
rantiam matureſcat. Cap.XIII.



F PEr patientiã & perſeue
rantiam matureſcit. In
choata virtus non pro
deſt niſi ad finẽ ꝑduca
tur. Ac ꝑ hoc qſqs vir-
tutẽ inchoat quaſi quẽ
dã in ſe bonitatis fructũ format: ſed ſi
virtutẽ quã incipit ante finẽ deſerit, ve
lut immaturus & non aptus eſui ante
tẽpus fructus cadit. Et ideo patiẽtia &
ꝑſeuerantia valde nobis neceſſaria eſt,
vt in bono qđ ꝑ dei gratiã recte inchoa
uimꝰ, cõſtãter vſq; in finẽ ꝑſeueremus.

¶Quõ ꝑ mortẽ carpat. Cap.XIIII.

G PEr mortẽ carpit. Quã-
do fructus maturus eſt
tunc diſcerpitur, vt ad
patriſſamilias menſam
veniat. Et nos cum ad
modulũ noſtrę ꝑfectio
nis perducti fuerimus, ab hac vita per
mortem p̃cidimur: vt ad cõuiuiũ regis
ęterni trãſferamur. Et hoc eſt qđ ĩ cãti
co amoris, ſponſa ad dilectũ ſuũ loquit
Cant.5. dicens. Veniat dilectus meus in hortũ
ſuũ, & comedat fructũ pomorũ ſuorũ,
Et ipſe verſavice ad ipſam ibidẽ reſpõ
det. Veni in hortũ meũ ſoror mea, ſpõ
ſa, meſſui myrrhã meã cũ aromatibus
meis. Comedi fauũ meũ cũ melle meo:
bibi vinũ meũ cũ lacte meo. Per mortẽ
ergo carpimur: vt quaſi fructꝰ bene re-
dolentes ad nuptias regis æterni præ-
ſentemur. Nos ibi cibus dei erimus qa
ei cõplacebit in nobis: & ipſe cibus no
ſter erit, qa nos delectabimur in ipſo fa
cie ad faciẽ gloriã eius contemplantes
ita vt illud prophetæ cõpleatur in no
Pſal.16. bis: Satiabor cũ apparuerit gloria eius.
Cõcludamus ergo ſummũ perfectiõis
gradum & dicamus.

¶Quõ ꝑ cõtẽplationẽ cibat. Cap.XV.

H PEr cõtẽplationẽ cibat.
Cõtẽpla Iſte eſt cibus. Iſta eſt re
tio vul- fectio. de qua pſalmiſta
tus dei. dicit. Adimplebis me
Pſal.15. lętitia cum vultu tuo:
delectationes in dexte
ra tua vſq; in finẽ Amen. Ecce arbor ſa
piẽtię noſtræ ꝑ quindecim gradus vſq;
ad ſummũ incremẽtũ peruenit. hic aũt
numerus magni myſterii conſcius eſt.
Primũ quia ex ſeptem & octo cõponit. Quinde
Septenarius vero pręſentẽ vitã, quæ ſe narii per
ptem diebus currit ſignificat. Octona- fectio.
rius aũt: qui poſt ſeptẽ venit, æternã vi
tam deſignat. Septenarius ergo ad ve-
tus teſtamentũ pertinet, in quo ꝓmit-
tuntur bona tẽporalia. Octonarius aũt
nouo teſtamẽto cõgruit, in quo ſpera-
re iubemur æterna. Creſcat ergo per ſe
ptem & octo ſapientia. Per ſeptẽ incipi
at, & ꝑ octo ad cõſummationẽ ꝑtingat.
Prima ſapientia ſit a deo terrena bona
petere. Secũda ſapiẽtia & maxima ſit a
deo deũ deſiderare. Item quindecim ſi
duplicentur triginta efficiũt, & ſapien
tia ſi adiũcta caritate ꝑ dilectionẽ dei &
ꝓximi geminetur, vſq; ad conformita-
tẽ ętatis plenitudinis Chriſti nos per-
ducit. Item in quindecim medius idem
eſt qui octauus, hincinde habens ſepte
narium. Et ſatis claret ꝙ ſeptenariꝰ ad
requiem pertinet, hinc maxime ꝙ ſepti
ma die requieuit dñs ab omni ope qđ Geñ.2.
patrarat. Rurſum per prophetã repro Eſa.66.
mittit deus ſuis dilectoribus ſabbatũ
pro ſabbato, & mẽſem pro mẽſe: hoc eſt
requiẽ ꝓ requie, perfectionẽ pro perfe-
ctione: pro requie mẽtis requiẽ mentis
& corporis, pro requie qua non cõſen
tiunt malis, requiem qua nulla ſentiũt
mala. Item pro perfectione operis perfe
ctionem retributionis. Idem eſt eñ qđ
dicit ſabbatũ pro ſabbato, ac ſi diceret
requiem pro requie: & qđ dicit mẽſem
pro menſe, ac ſi diceret perfectionem ꝓ
perfectione. Prima igitur requies pri- I
mũ ſabbatũ nobis eſſe debet in præſen Sabbatũ
ti vita ceſſare a malo, vt ſecundũ ſabba primum
tum adipiſci mereamur, vt inęternum
requieſcamus cum Chriſto. Sed quiſqs
hoc modo a malis ſabbatizare, propo-
nit, neceſſe eſt priuſq̃ ad illud futurũ
ſabbatum veniat multa in hoc mundo
aduerſa patiatur. Et ideo in arbore ſa-
pientiæ octauo gradu inter ſeptem &
ſeptem, quaſi inter ſabbatum & ſabba-
tum, tolerantia laboris figitur in cen-
tro medię vnitatis cum dicitur per ca
ritatem roboratur. Contra eñ magnas
tribulatiões neceſſaria eſt vł robuſta ca
ritas. Et hoc eſt qđ dominus in euange
lio, cũ ſeptẽ beatitudines enumeraſſet

in octaua ad tolerãtiã paſſionis ammo
Matt, 5, nuit dicẽs. Beati q pſecutionẽ patiunt̃
ꝓpter iuſtitiã qm̃ ipſorũ eſt regnũ cæ-
lorũ. Nã qđ ibi dicit̃, Beati q pſecutio-
nẽ patiunt̃ ꝓpter iuſtitiã, hoc hic dicit̃
ꝑ caritatẽ roborat̃. Sed iã dũ incidẽtiũ
rationũ expoſitionẽ proſequimur, lon-
gius a propoſito noſtro digreſſi ſum⁹.
Vnde & de hoc quoq; veniam poſtula
mus: qa vt verũ fatear, ſępi⁹ in hoc tra
ctatu ſcribenda inuenimus q̃ inuenta
ſcriberemus. Neq; eñ vel in hoc meã
inſipientiam fateri erubeſco. Nunc er-
go ad propoſitum reuertentes de fabri
catione arcæ ſapiẽtię pſequamur.

FINIS Lib. III.

# SEQVItur Lib. IIII. de Arca Noę morali. Cui⁹ hæc ſunt Capita.

Vbi & ex quo ædificata ſit arca. i. do-
mus dei. Cap. I.
De ordine & diſpoſitione cogitationũ
nr̃arũ, q̃ finitę nõ ſunt, vt ex eis con-
ſtruatur domus dei. Cap. II.
De duob⁹ operibus dei. i. cõditionis &
reſtaurationis: in qb⁹ exercẽdus eſt ani
mus, ne a mũdo diſtrahat̃. Cap. III.
Quare in abdito, & obſcure locutus ſit
deus. Cap. IIII.
Quare cum paucis & raro loquatur &
locutus ſit deus. Cap. V.
Qƺ aliter pẽſant electi opera dei, & ali-
ter reprobi, Cap. VI.
Duos eſſe mundos, viſibilem & inuiſi-
bilem. Cap. VII.
De tribus ſpeciebus hominum reſpe-
ctu arcę. Cap. VIII.
Quę ſunt opa reſtaurationis & repara
tionis humanę. Cap. IX.

## ¶Vbi & ex quo ædificata domus dei. Cap. I.

K DE ędificatione
domus domi-
ni loqui volu
mus: ſi tamen
nos q indigni
ſumus, de tan
ta reloq aliqd
digne ſuffici-
mus. Sed etſi
ex nobis ſuffi
ciẽtes nõ ſum⁹, potẽs eſt ille ſufficiẽtiã
nobis pſtare, ſine quo digne de eo, nõ di
cã loq, ſed nec cogitare qcq̃ idonei iue
nimur. Primũ deſignãdus eſt locus in
quo ędificari oporteat domũ dñi. Dein
de ſcribẽda materia. Loc⁹ eſt cor hoĩs,
materia cogitationes mundę. Nemo ſe
excuſet. Nemo dicat nõ poſſum ædifi-
care domũ dño: nõ ſufficit tãtis impen
diis tenuis paupertas mea, cui & ipſe lo-
cus deeſt exuli & peregrino, & in terra
aliena degẽti. Hoc opus eſt regum: hoc
multorũ eſt opus populorũ. Ego vero
quomodo ędificabo domũ dño? Cur ſic
cogites homo? Nõ hoc exigit a te deus
tuus. Nõ dicit tibi vt fundũ emas alie
nũ ad amplificanda atria ſua. Cor tuũ
inhabitare vult: hoc amplifica, hoc di-
lata: dilata inquã, qa magn⁹ eſt dñs &
neſcit in loco anguſto habitare. Dilata
ergo cor tuũ: vt capere poſſis, quẽ cape
re nõ põt mũdus. Dilata cor tuũ vt ha
bere merearis hoſpitẽ deũ: & nõ (ſicut
cõſuetudo eſt inter hoĩes) vni⁹ noctis
hoſpitẽ, ſed ęternũ habitatorẽ. Dilata
ergo cor tuũ. Qđ ſi tu in dilatando de
ficis, ipſe tibi dilatabit: cui ille aliquan
do dilatat⁹ ab eo dixit. Viã mãdatorũ
tuorũ cucurri: cũ dilataſti cor meũ. Et Pſal. 118.
L de ĩpẽſa qd dicã? Nõ neceſſe eſt maria
trãſire, & ignotas exqrere regiones ad
cõparãdos lapides pcioſos, & marmo-
ra electa: nec cedros excelſas inciſas de
libano ꝑ alta maria manib⁹ cõductis ad
uehere, aut neſcio quot numeroſa arti
ficũ milia cõgregare: q & theſauros re
gũ attenuare poſſent. Nihil horũ a te
poſtulat̃ in te, & de te fabricabis domũ
dño deo tuo. Ipſe artifex eris: cor tuũ
locus, cogitationes tuę materia. Nec ti
meas ĩperitiã tuã q hoc a te reqrit ꝑeri
tus eſt artifex, & alios quos vult artifi-
ces facit. Multos ab eo eruditos teſti-
monio diuinarũ ſcripturarũ didicim⁹. M
Ipẽ Noe arcã fabricare docuit. Ipẽ Moy
ſi, ad cui⁹ ſiľitudinẽ arcũ fabricaret, exẽ
plar oñdit. Ipẽ Beſeleel erudiuit. Ipẽ Sa
lomonẽ vt ędificaret tẽplũ noĩ ei⁹ ſapiẽ
tia illuſtrauit. Paulũ quoq; apľm archi
tectũ fecit: & mľtos alios quos enume
rare lõgũ eſt. Et poſtremo nullus doct⁹
fuit qui ab eo non didicit, & qſquis ab



eo diſcere meruit, nemo imperitus re-
manſit. Sed ſi te de operibus eius ali-
quid audire delectat: omnia hæc quæ
vides, ipẽ de nihilo creauit. Ipſe ammi
rabilem mũdi huius machinã fabrica-
uit. Ipſe ſingula quęq; qualiter in for-
mas & ſpecies ſuas producẽda fuerãt
excogitauit, & vniuerſorũ pulchritu-
dinẽ ipſe condidit. Perpende ergo quã
tum in rebus inuiſibilibus poſſit, qui
hęc viſibilia tam mira ratione diſpo-
ſuit. Hũc ergo inuoca, hũc ora, hũc ob
N ſecra: vt te quoq; docere dignetur. In-
uoca eũ, dilige eũ: Hoc eſt enim inuo-
care eũ, diligere eũ, Dilige ergo eum &
ipſe ad te veniet & docebit te ſicut ꝑ-
Ioã. 14. miſit diligẽtibus ſe. Si quis diligit me,
ſermonem meũ ſeruabit: & pater me⁹
diliget eũ: & ad eũ veniemus, & man-
ſionẽ apud eũ faciemus. Non dixit: fa-
cta mãſione veniem⁹: ſed veniem⁹, inqt,
& mãſionẽ apud eũ faciem⁹. Ego ſic in
telligo qđ mũdi cordis amator apud
nos manere nõ poſſit, niſi pri⁹ ipſe ſibi
Prou. 9. in nobis manſionẽ fecerit. Ipſe qppe eſt
ſapientia de qua dicit̃. Sapientia ædi-
ficauit ſibi domũ. Et in alio loco: Ipſa
Prou. 8. ſapientia vbi & vnde domus eius con-
ſtructa ſit manifeſtat, dicẽs. Ego ſapien
tia in conſilio habito & ſenſatis inter-
Prou. 14 ſum cogitationibus. Et alibi: Sedes ſa-
pientię appellatur anima iuſti. Conſtat
ergo ꝙ in corde hominis de cogitatio-
nibus ſenſatis ſapiẽtia ſibi domum fa-
O brefecit. Tria ergo ſunt, loc⁹, materia,
artifex. Et ſicut diximus, locus eſt cor-
hominis: materia cogitationes cordis:
artificiũ aũt duorũ eſt dei videlicet &
hominis, ſimul operant̃ hęc duo. Deus
enim qui dignatur cũ hominibus ha-
bitare nõ dedignatur cũ homine habi
taculũ ſibi pparare. Proinde non debet
homo ſuã imperitiã aut infirmitatem
cõſiderans deſperare: ſed eũ potius qui
ſecũ operari dignatur attendere. Deus
eñ eſt virtus & ſapiẽtia: & non poteſt
aliquis aut cũ virtute deficere, aut cũ
ſapientia ignorare: maxime cũ idẽ ipſe
ſit qui & nobis operãtibus bonũ coope
ratur, & nõ operantibus vt velimus &
poſſimus bonũ operari, largitur. dei qp
pe opus in nobis nobiſcũ eſt: & noſtrũ
opus in nobis ab ipſo eſt. Eius opus in
nobis nobiſcũ eſt: noſtrũ adiutoriũ &
noſtrũ opus ĩ nobis ab ipſo eſt & ipſi⁹
donũ. His dictis ad ea quę ꝓpoſuim⁹ P
veniam⁹: id eſt vt poſtq̃ agnoueris vbi
& vnde, & cũ quo operari debeas: nunc
qualiter operis agnoſcas. In omni ædi In ædifi
ficatione tria ſunt pręcipue cõſideran catione
da, ordo, diſpoſitio, & definita dimẽſio, conſide
habens principiũ & finẽ determinatũ. randa.
Supereſt nũc igitur inquiramus qualẽ
eſſe oportet ordinẽ & diſpoſitionẽ co-
gitationũ noſtrarũ, vt ex eis conſtruat̃
domus dei. Deinde etiã diligenter con
ſiderandũ eſt, qua ratione domus hæc
quã ad inhabitandũ deo ædificamus
definitã dimenſionẽ recipere poſſit: cũ
ipſe eius inhabitator deus infinit⁹ ſit
& immẽſus. Qđ primũ ĩueſtigãdũ ꝓpo
ſuimus primũ proſequamur.

## ¶De ordine & diſpoſitione cogitatio-nũ noſtrarũ quę finitę non ſunt vt ex eis conſtruatur domus dei. Cap. II.

OMniũ rerũ numerus Q
quãtũ ad noſtrę intel
ligẽtię capacitatẽ per
tinet infinitus eſt, qa
a nobis cõprehẽdi nõ
poteſt. Vbi autẽ non
eſt definitio non eſt certitudo: & vbi
certitudo nõ eſt, confuſio eſt. Vbi vero
confuſio eſt, ordo eſſe non poteſt. Hinc
ergo procedit ꝙ dũ corda noſtra ad ap
petitũ terrenarũ rerũ immoderate la-
xamus, oborta mox inaniũ cogitatio-
nũ turba, ita in diuerſa mens noſtra ra
pitur: vt ipſe quoq; naturalis diſcre-
tionis ordo perturbetur. Nã quia res
mũdanæ quas inordinate appetimus,
infinitę ſunt, cogitationes quoq; quas
ex ipſarũ rerũ memoria intrinſecus cõ
cipimus finitę eſſe nõ poſſunt. Nã dũ
per ſingula momẽta alię ex aliis orien
tes multipliciter prodeũt: nec ipſi nos
cõprehẽdere valemus, quo ordine vel
quo modo ad cor veniunt aut a corde
recedunt. Proinde ſi ordinatas & ſta- R
biles ac quietas cogitatiões habere vo
lumus ab hac immoderata diſtractio-
ne corda noſtra cohibere ſtudeamus.
Hoc aũt fieri poterit, ſi certas quaſdã
& determinatas res nobis pſcribam⁹,

in quibus aſſidue intẽtio cordis noſtri
verſari & meditatio exerceri poſſit.
Tria eñ ſunt, id eſt, per infinita diſtra
hi, in eodẽ ſemper perſiſtere, moderate
vagari, quorũ primũ habere nõ debe-
mus: ſecũdũ hic habere nõ poſſumus:
& idcirco ſolũ hoc tertiũ ſupereſt, vt
quia adhuc vere corde ſtabiles eſſe nõ
poſſumꝰ, interim ſaltẽ ab immoderata
diſtractione corda noſtra colligamus:
vt dũ ſemp nitimur minꝰ inſtabiles fie
ri, ſemp magis ac magis incipiamꝰ ve-
S rã ſtabilitatẽ imitari. Et vt qđ loqmur
per exẽplũ manifeſtiꝰ fiat: tres cõſtitua
mus res: vnã in imo, alterã in ſummo,
tertiã in medio. In imo ponamus mun
dũ, in ſummo deum, & in medio collo-
cemus humanũ animũ. Deindę conſi-
deremus deorſum ĩ mũdo iſto, magnã
quãdã & horribilem omniũ rerũ cõfu
ſionẽ, & infinitã humanarũ mentium
diſtractionẽ: ſurſum autẽ apud deum
ꝑpetuam & incõcuſſam ſtabilitatem.
Poſt hæc imaginemur quaſi humanũ
animũ de hoc mũdo ſurſum ad deum
aſcendẽtẽ, & in aſcendẽdo magis ſemp
ac magis in vnũ ſeſe colligẽtem: & tũc
Arcę forma. ſpiritaliter videre poterimus formam
arcę noſtrę quę in imo lata fuit. & ſur-
ſum in anguſtum ſurrexit, quouſq; ad
menſurã vnius cubiti in cacumine ſuo
perueniret. Similiter eñ nos de hoc ꝓ
fundo, de hac conualle lachrymarũ ꝑ
quędã incremẽta virtutũ, quaſi p quoſ
dam gradus ĩ corde noſtro diſpoſitos,
aſcẽdẽtes paulatim in vnũ colligimur:
quouſq; ad illam ſimplicẽ vnitatẽ, & ve
rã ſimplicitatẽ, ęternãq; ſtabilitatẽ quę
apud deũ eſt, ꝑtingamus. Nemo ſub-
ito ꝑfectus fit: ſed proficiendo quiſq;
ad ꝑfectionẽ tendit: qui q̃diu adhuc
habet in quo proficere poſſit nõdũ ad
T ſummã ꝑfectionẽ ꝑuenit. Hic ſi vo-
Reparatiõis humanæ modus. lumus cõſiderare poſſumus modũ re-
parationis noſtrę. Omnipotẽs eñ deꝰ
cui nihil impoſſibile eſt, poſſet vtiq; ſi
vellet eos quibus miſereri ꝓpoſuit de
laboribus & ærumnis, & de ꝑiculis p̄
ſentis vitę quę tentationibus plena eſt,
ſubito & abſq; dilatione ad æternę vi-
tę ſtabilitatẽ trãſferre: ſed vult vt ele-
cti ſui ꝑ varias tribulationes & tẽta-
tiones plurimas purgãdi tranſeant: vt
cũ ꝑ multos dolores ad eum redeunt
diſcant q̃ lõge ab eo peccãdo diſceſſe-
rint. Dũ enim viã ꝑ quã abierãt pec-
cãdo, pœnitẽdo nõ trãſlati, ſed reducti
ꝑgunt, ex ipſa diuturna (vt ita dicã)
itineris fatigatione agnoſcũt: ꝙ de lon
ginquo adducti ſunt. Et hoc totum fit V
vt hominibus gratia dei cõmendetur:
vt tãto ardẽtius deũ diligãt quãto mi
nus ſe ab eo etiã cũ longe fuerint vi-
dent derelictos: ſicut p prophetã Eſaiã Eſa. 43.
ipſe promiſit dicẽs. Adducã ab oriente
ſemen tuũ, & ab occidente cõgregabo
te. Dicam aquiloni da, & auſtro noli ꝓ
hibere. Affer filios meos de lõginquo:
& filias meas ab extremis terrę. Poteſt
vnuſquiſq; noſtrum qui memor eſt vbi
fuerit, & agnoſcit vbi ſit, in ſeipſo for-
taſſis videre quomodo homo ꝑ diui-
nã miſericordiã de lõginquo adducat,
& de diſꝑſione ſui in vnũ colligatur.
Reſtat nũc vt cõſideremꝰ quæ ſint res
illę quas ſupradiximus, in qbꝰ exerceri
oporteat animũ vt paulatim aſſueſcat
ſe ab huius mũdi diſtractione retrahe-
re, vt ad illã ſummã ſtabilitatem, id eſt
contẽplationẽ dei roboratꝰ aſſurgat:
Qđ ſic videri poteſt.

¶De duobus operibus dei. i. cõditionis
& reſtaurationis: in qbꝰ exercẽdus ani
mus ne a mũdo diſtrahaƭ. Cap. III.

X
OMnia opera dei ꝓpter
hominẽ facta ſunt, ſi-
ue ea q̃ ꝑtinẽt ad pri-
mam cõditionẽ hoĩs,
ſiue ea quę facta ſunt
ad hoĩs reparationẽ.
Ad conditionẽ hominis ꝑtinet creatio
mũdi, id eſt cęli & terræ & omniũ q̃ in
primordio facta eſſe legũtur a deo. Ad
reparationẽ hominis pertinet incarna
tio verbi & omnia quæ vel ante ipſam
incarnationẽ ab initio ad ipſam pręfi-
gurandã & pręnũciandã pręceſſerunt:
vel quę poſt eã vſq; ad finem mũdi ꝓ-
pter ipſam prædicandã & credendam
fiunt. Cum autẽ ſcđm illa prima opera
quę ad conditionẽ hominis pertinent,
omniũ deus ſit: quia ipſe omnes crea-
uit, & hęc temporalia bona indiſcrete
omnibus bonis & malis tribuit: ſcđm



illa opera quę ad reparationẽ hominis
ꝑtinẽt, non omniũ deus eſſe voluit:
ſed eoꝝ tñ quos ipſe ante tẽpora ſecu
laria in ꝓpoſito bonę volũtatis ſuę ele
git: vt eos certo tẽpore vocaret, & iu-
ſtificaret & glorificaret in dilecto filio
Deꝰ cur ſe nõ omniũ deũ noĩet. ſuo dño noſtro Ieſu Chriſto. Inde eſt ꝙ
in ſacra ſcriptura ſpecialiter quorũdã
ſe deũ nominat: ſicut eſt illud. Ego ſum
deus Abraham & deus Yſaac & deus
Iacob: quia ſicut dictũ eſt qui oẽs crea-
uit, nõ omnes redimit: ſed alios p miſe
ricordiam ſaluat, & alios per iuſtitiam
dãnat. Igitur ea q̃ ad reparationẽ hoĩs
Y facta ſunt nõ ad oẽs ꝑtinẽt, ſed ad eos
tñ qui ſalui fiunt. Et ſicut nõ omniũ
ſunt, ita etiam nõ apud oẽs facta ſunt:
nec ad omniũ notitiã ꝑuenerunt: ſed
facta ſunt certis quibuſdã locis & tem
poribus, & cũ certis ꝑſonis: ſcđm alti
tudinẽ diuini cõſilii ad hoc ordinatis.
Cũ eñ deus ſcđm omnipotentiã ſuam
Reſtaurationis modus a deo electus. multis modis ad reſtaurationem hoĩs
vti potuiſſet: hunc tñ potiſſimũ elegit
qui noſtrę infirmitati cęteris cõueniẽ-
tior fuit: vt opus miſericordię ſuę non
ſolũ potẽter & iuſte, ſed & ſapiẽter im-
pleret. Primus aũt homo deſeruit crea
torem ſuũ, cũ eũ p cõtẽplationẽ p̄ſentẽ
aſpiceret: nũc autẽ homo creatorẽ quẽ
nõ videt ꝑ ſpeciẽ, quęrit ꝑ fidẽ. Pri-
mus homo ſine labore ſtare potuit &
ſponte cecidit: nũc autẽ ſponte ſurgẽs
homo ad deũ etiã per tormenta redit.
Ordinatiſſimũ igitur eſt de noſtra re-
paratione diuinę diſpẽſationis cõſiliũ:
vt qui ſponte cecidit non coactus ſed
ſponte ſurgat: & qui p liberũ arbitriũ
infirmatus eſt, ſanitatem nõ recuꝑet
donec per liberũ arbitriũ ſanari velit.
Hoc aũt ex nobis nõ eſt vt velimꝰ, ſed
Liberi arbitrii excitatio. deus ĩ nobis hoc operatur. Gratia eñ
dei pręuenit & excitat liberũ arbitriũ
noſtrum vt poſſit velle ſanari, quia ꝑ
ſe nõ poteſt velle ſanari, qui per ſe po-
tuit velle infirmari. Hoc igitur eſt qđ
nũc in electis agitur vt videlicet in p̄-
ſenti vita ad futurã beatitudinẽ p̄pa-
rẽtur, vt homo in hac infelicitate po-
ſitus mereatur ad illã felicitatẽ aſcen-
dere, ſicut primus homo in illa felicita
te poſitus meruit ad hãc infelicitatem
deuenire. Sed & illud meritũ quo ho- Z
mo infelix eſſe meruit tm̃modo ex ho-
mine fuit. Hoc vero meritũ quo felici-
tatẽ æternã meretur, nõ ex homine eſt
ſed gratia dei hoc in hoĩe operaƭ. Non
ergo ſine cauſa fit ꝙ deus hominẽ poſt Deus cognitionẽ ſui tẽperat.
peccatũ a cęcitate ignorãtiæ reuocãs,
ſic cognitionẽ ſuã ab eo tẽꝑat: vt in-
noteſcat quidẽ, & tñ ſemp maneat oc-
cultus. Si eñ ita aꝑte ſe manifeſtaret
hominibus vt nullus de eo dubitare
poſſet, tũc nec fides meritũ, nec infide-
litas haberet locũ. Innoteſcit igitur vt
fides nutriatur: & occultus permanet
ne infidelitas cõuincatur. Occultus p
manet vt fides probetur: innoteſcit vt
infidelitas cõdemnetur. Quia eñ & fi-
deles aliqd habent vnde dubitare poſ
ſent: & infideles vnde credere valerent
ſi vellent iuſte: & illis ꝓ fide reddiƭ pręmiũ, & iſtis pro infidelitate ſuppliciũ.
Placuit autẽ deo vt beatitudinẽ quam
gratis daturus erat homini, prius ho-
minem promereri faceret: ſic tñ vt ab
ipſo eſſet & meritũ & meriti præmiũ.
Differt igitur nũc dare qđ daturus eſt
plenã videlicet ſanitatẽ, plenam cogni
tionẽ, plenã felicitatem: & interim per
fidem illuminat noſtrã cęcitatẽ, vt per
ipſam proficiendo ad manifeſtã merea
mur ꝑuenire eius claritatem.

¶Quare in abdito & obſcure ſit deus.
Cap. IIII.

HOc eſt ꝙ ab initio cum A
paucis raro, obſcure & ĩ
abſcõdito loquutus eſt
deꝰ. Scrutemur ſcriptu
ras, & inueniemus vix
vnq deum in multitudine loquutum:
ſed quotiẽſcũq; hoĩbꝰ innoteſcere vo-
luit, nõ gẽtibus & populis, ſed vel ſin-
gulis vel admodũ paucis & a cõmuni
frequentia hominũ ſegregatis, vel per
nocturna ſilentia, vel in campis, vel in
ſolitudinibus, & montibus ſe manife-
Sãcti ad quos locutꝰ deꝰ. ſtauit. Sic loquutus eſt cum Noe, cum
Abrahã, cũ Yſaac, cũ Iacob, cũ Moyſe,
cũ Samuele, cũ Dauid: & cũ omnibus
prophetis. Deniq; in carne apparens,
q̃uis manifeſte loquutus ſit mũdo, ta-
men diſcipulos vt illis gloriã ſuã ma-
Mar. 9. nifeſtaret, ſeorſum in montem duxit.

Matt.13. Quibus & alibi dicit. Vobis datũ eſt
noſſe myſteriũ regni dei: cæteris autẽ
Matt.10 in parabolis. & rurſum. Qđ dico vo-
bis in tenebris, dicite in luce: & qđ in
aure auditis, prædicate ſup tecta. Sed
nec illi antiquo populo legem dedit in
Ægypto, nec alibi donec eũ eduxiſſet
in ſolitudinẽ ſeorſum. Neq̧ ibi palam
oĩbus: ſed Moyſes ſolus aſcẽdit in mõ-
B tem vt legẽ acciperet. Quid eſt ergo ꝙ
ſemper ĩ ſecreto loquitur deus: niſi ꝙ
nos ad ſecretũ vocat? & qd ꝙ cũ pau-
cis, niſi vt nos colligat? Cõſiderate hęc
duo quę dixi, colligit & ad ſecretũ vo-
cat. Primus homo anteq̃ peccaret non
opus habuit vt ei extrinſecus loquere
tur deus: quia aurẽ cordis intrinſecus
habuit qua vocẽ dei ſpiritaliter audi-
re poſſet: ſed poſtq̃ foris aurẽ ad ſuaſio
nem ſerpentis aperuit, aurẽ intus ad
vocem dei clauſit. Quia ergo homo au
ditũ intus perdidit quo deum loquẽtẽ
audiat: reuocans nos deus ad ſe foris
clamat. Sed cũ loquitur ſemper quaſi
occultari volens ſe ſubtrahit, vt mẽtẽ
humanam & per hoc ꝙ loquitur de ſe
ammoneat: & per hoc ꝙ ſe occultando
fugit ad ſe trahat. Irritat eñ deſideriũ
noſtrũ vt augeat: quia & loquẽdo amo
rem ſui in nobis excitat: & fugiẽdo vt
C ſe ſequamur inflammat. Tale eſt enim
cor hoĩs vt ſi qđ diligit adipiſci nõ va
leat amplius deſiderio ſuo inardeſcat.
Sic in canticis canticorũ Sponſus ve-
Cant.2. nit, ſtat poſt parietem, proſpicit per fe
neſtras, & cancellos: vt quaſi lateat &
nõ lateat. Mittit manũ ſuam per fora-
men, tangit ſponſam, & ſono depreſſo
voce tenui vocat eã & dicit: Veni ami
ca mea, ſponſa mea columba mea. Ecce
hyems tráſiit: hymber abiit & receſſit.
Flores apparuerũt in terra noſtra: vox
turturis audita eſt in terra noſtra. Illa
vt audit ſponſum adeſſe ſurgit mox,
Cant.5. feſtinat, aperit peſſulũ oſtii ſui, & quaſi
venientẽ exceptura brachia ad ample-
ctẽdum parat, vix tolerat, vix ſuſtinet,
vix expectat. Liqueſcit anima eius, ar-
det cor eius, feruent præcordia eius:
exultat, gaudet, tripudiat, iocũdatur,
ruit obuiam venienti. Sed ille cũ iam
teneri putatur declinat & ſubito quaſi
de mediis elapſus amplexibus fugit.
Quid eſt hoc? Dũ nõ quęritur quęrit: D
dũ non vocatur, venit: dũ autẽ quęri-
tur, declinat, & dum vocatur, fugit. Si
non diligit, quare venit? aut ſi diligit,
quare fugit? Diligit autem & ideo ve
nit: ſed quia hic nõ diligit, ideo fugit.
Quid eſt hoc qđ dixi, hic non diligit?
In hoc mundo, in hoc ſeculo, in hac ter
ra, in hac patria, in hoc exilio. Sed vo-
cat nos ad terram ſuam, ad patriã ſuã:
quia non decet talis amor patriã iſtã:
imminutio amoris eſſet vilitas regio-
nis. Iocundus amor amœnũ quęrit lo-
cum: ideo commẽdat nobis terrã ſuã,
ideo laudat patriam ſuam, ideo dicit:
Flores apparuerunt in terra noſtra. vi Cant.2.
neę florẽtes odorem dederũt, vox tur-
turis audita eſt in terra noſtra. Vt cõ
cupiſcamus talem regionem, vt deſi-
deremus talem patriam & ſequamur
eũ. Ibi nos amat, ibi amore noſtro frui
deſiderat, ibi amplecti a nobis poſtu-
lat, ibi ſequentes ſe non fugit, ſed ve-
nientes ad ſe expectat. Offert ergo ſe
dum non quęritur: vt nos ad amorem
ſui accendat. Dum quęritur, fugit: vt
nos poſt ſe currere faciat. Niſi eñ pri⁹
ipſe ſe nobis oſtenderet, nemo eum di-
ligeret. Et niſi dum quęritur fugeret,
nemo eũ ſequi vellet. Flores (inquit)
apparuerunt in terra noſtra, nõ in ter-
ra mea, ſed in terra noſtra: vt eam cõ-
municaret nobiſcum. Quaſi diceret fi-
delis vobis aſſum nuncius: vidi qđ te-
ſtor: Audiui qđ loquor. Nolite timere,
nolite diffidere, nolite hęſitare. Sequi-
mini quo voco, quia inde eſtis vnde ve
nio: non habetis hic manentem ciuita
tem. Peregrinũ eſt qđ incolitis. Aliũde
huc veniſtis: ſi patriæ veſtrę memores
eſſetis vtiq̧ peregrinationem non dili
geretis. Propterea & ego huc veni: vt
hinc vos educerem, non vt vobiſcum
hic permanerem. Et ideo de abſcondi-
to ad vos clamo: quia innoteſcere hic
tñ non permanere volo. Ideo de lon-
ginquo vos voco: quia ad reditũ feſti-
no. Sufficit me tñ proceſſiſſe vt audi-
ri poſſim. Damnũ me pati exiſtimarẽ,
ſi qđ ſupereſt vię pergerem. Grauis eſt
omnis mora. Flores apparuerũt in ter-



ra noſtra. Diſcite quantum vos feſtina
re debetis dum me fugiẽtem cernitis.
Non veniſſem niſi vos poſt me trahere
E vellem. Hęc eſt cauſa quare deus ĩ abſ-
Quare condito ſemper loquatur. Sicut in le-
obſcure ge & prophetis. & in euãgelio per pa-
loquatᷓ rabolas, & ænigmata loquutus eſt. Di-
deus. gnũ eſt enim vt ſub figuris verborum
abſcondantur ſecreta myſticorũ intel-
lectuum: quia cito vileſcerẽt ſi paſſim
omnibus paterent. Ita enim veritas &
per inquiſitionem fideles exercet, & ne
ab infidelibus inueniatur occulta per-
manet. Iſtos dũ difficile inuenitur ma
iori deſiderio inflãmat: illos dũ omni-
no inueniri non poteſt, excęcat. Ex eo-
dem ergo & fideles proficiunt, & infi-
deles cadunt: quia & illi humiliter au
diendo & fideliter ingrendo verba dei
ad agnitionem veritatis perueniũt: iſti
autem vel negligendo vel contemnen-
do, vel praue intelligendo nunq̃ ad ve
ritatem pertingunt. Iam diximus qua
re obſcure & in abſcondito loquatur
deus: nunc reſtat dicere quare cũ pau-
cis & raro loquatur.

¶ Quare cum paucis & raro loquatur
& locutus ſit deus. Cap.V.

F PRimi hominis natura
ita a deo ordinata &
inſtituta fuerat, vt ani
ma quæ corpori præ-
erat, per ſenſus quidẽ
miniſteria corporis fo
ris impleret: ſed intus per rationem
ſemper ad creatorem ſuũ intenderet.
Hoc eſt vt membra corporis ſenſificã-
do foris ad agẽdum quidem moueret:
ſed intẽtionem & deſiderium intus ad
ſolum creatorem dirigeret. & nihil fo
ris ageret qđ ex eius dilectione nõ pro-
cederet, & ad eius dilectionem non per
tineret: ita vt omnem actum & Cari-
tas imperaret, & ratio diſponeret, &
ſenſus impleret atq̧ perficeret. Q̃diu
ergo hunc ordinem naturę ſuę tenuit,
q̃uis foris per actionem variaretur, in-
tus tamen per intẽtionem & amorem
ſtabilis permanſit: quia vnum intẽde-
bat, & propter vnum omnia faciebat:
vnum diligebat, & omniũ voluntatem
atq̧ actionum ſuarum, finem ad vnum
referebat: & indefeſſa mentis acie ad
vnum iugiter reſpiciebat creatorem
ſuum. Vnde nec dubitare de creatore
ſuo poterat, cui ſemper intus per con-
templationem pręſens erat. Cuius vi-
ſio, & per cognitionem cor eius illumi
nauit, & per amorem ſtare & requieſce
re fecit. Sed poſtq̃ merito pręuaricatio
nis ſuę eiectus eſt a facie domini, factus
eſt cęcus & inſtabilis. Cęcus per igno-
rantiam mentis: inſtabilis per cõcupi-
ſcentiam carnis. Quibus ab illo in om
nem poſteritatem tranſfuſis, vniuerſa
mala exorta ſunt. Per ignorantiam eñ
ad hoc tandem deuoluti ſunt homi-
nes, vt creatorem ſuum non agnoſce-
rent: & aut omnino deum non eſſe exi
ſtimarent, aut diuinitatem iis qui dii
non erant attribuerent. Per concupi-
ſcentiam vero infinitis erroribus diſ-
tracti & diſſipati ſunt. Neceſſe enim
fuerat, vt per concupiſcentiam terre-
narum rerum quæ videbantur immo-
derate diffluerent: qui tenebris igno-
rantiæ preſſi, alia inuiſibilia bona eſſe
neſcirent. Volẽs ergo deus ab hac diſ- G
tractione corda noſtra colligere, & ad
interna gaudia contemplanda reuoca-
re, foris loquitur: vt nos intus redire
ammoneat. Sed quia mens viſibilibus
aſſueta, neſcit tã cito ad inuiſibilia cõ
ſurgere: idcirco voluit ipſe quędã etiã
viſibiliter exhibere miracula, in qbus
noſtrũ affectũ enutriret, & ſuam nobis
caritatẽ cõmẽdaret. Hęc autẽ ſunt ſpe
cialiter illa q̃ ad reparationẽ hoĩs perti
nẽt: nã ea quę ad cõditionẽ hoĩs facta
ſunt, magis nobis potẽtiã opificis indi
cãt: ea vero quę ad redẽptionẽ hoĩs fa
cta ſunt, pcipue ad caritatem ſpectãt.
Hęc igitᷓ operatus eſt deus, vt qualẽ er
ga nos haberet dilectionẽ oſtẽderet: &
nos ab amore huius mũdi ad amorem
ſui reuocaret. Hęc igitur opera ita mo
derari voluit ne infinita eſſent, ne ani
mũ noſtrũ qui colligẽdus erat, in occu
patione ſua diſtraherẽt: & tñ multa eſ
ſent, vt eũdẽ animũ pfectę adhuc ſtabi
litatis impatiẽtẽ rerũ varietate dele-
ctarẽt. Propterea elegit vnã gentem &
vnũ locũ vbi ſacramenta nõ ad vnius
gẽtis tñ, ſed ad ſalutem totius mundi

pertinentia initiaret: vt vnitas vbiq;
cõmẽdaretur,& humanus animus in⸗
tus & foris ad vnitatẽ reuocaretur:vt
ſicut ab vno ſaluatore eſt ſalus omniũ,
ita etiã ab vno loco, & ab vno populo
manaret ſalutis initiũ. Qui enim pro⸗
pter nos oĩa fecit ſic vtiq; fecit,ſicut
H magis nobis expedire cognouit. Hæc
autẽ partim per homines,partim p̱ an
gelos,partim p̱ ſemetipſum op̱atus
eſt deus.Plurima per homines,per an⸗
gelos multa, per ſemetipſum pauca.
Propterea vt dũ in meditatione eorũ
humanus animus de factis hominũ ad
facta angelorũ,& de factis angelorũ ad
facta dei aſcendẽdo proficit, paulatim
ſeſe ĩ vnũ colligere aſſueſcat: & quãto
magis multiplicitatẽ euadit,tanto am
plius ad verã ſimplicitatem appropin
quare incipiat. Dũ ergo deus cũ pau⸗
cis & raro loquendo mẽtes noſtras in
vnũ colligit,obſcure autẽ & ĩ abſcõdi⸗
to loquendo ſurſum ad ſe trahit: quid
aliud q̃ (vt ita dicã) inuiſibilis cuiuſ⸗
dam arcę in cordibus noſtris formam
fingit? Quis ergo omnia opera ſua p
pter hominẽ fecerit,alia tamen voluit
eſſe opera illa quę ſanis exhiberẽt obſe
quiũ: atq; alia quę infirmis conferrent
remedium. Poterat enim mũdus ſano
ſeruire,ſed non poterat ægrotum repa
rare. Proinde poſt illam primam rerũ
conditionem,quæ factę fuerant vt ſtã⸗
tibus ſubeſſent,neceſſe erat alia facere
quę iacentes erigerent.Quę tanto pri⸗
mis digniora ſunt:quãto magis neceſ⸗
ſaria:& quãto dignitate pręcedunt,tã
to prolixiori tẽpore currunt.Illa enim
ſex diebus facta ſunt: iſta ſex ætatibus
fiunt. Sex enim diebus facta eſt rerum
conditio:& ſex ætatibus perficitur ho
minũ reparatio.

Quõ aliter penſant electi opera dei, &
aliter reprobi. Cap. VI.

I SEd ſciendum eſt ꝙ op̱a
diuina aliter electi
atq; aliter reprobi pen
ſant. Electi nãq; opera
reſtaurationis p̃ferunt
op̱ibus primę condi⸗
tionis; quia illa ad ſeruitutem, iſta ad
ſalutem facta ſunt. Sed econtrario re⸗
probi plus amant opera conditionis q̃
opera reſtaurationis: quia præſentem
quęrunt delectationem, non futuram
felicitatem. Philoſophi gentilium ſu⸗
perſtitioſa quadã curioſitate naturas
rerum,id eſt opera conditionis inueſti
gando,in cogitationibus ſuis euanue⸗
rũt. Philoſophi Chriſtianorũ opera re
ſtaurationis iugiter meditando,omnẽ
a cogitationibus ſuis vanitatem repel
lunt.Electi reſtaurationẽ ſui cõſiderã⸗
tes, igne diuini amoris inardeſcunt:
Reprobi aũt pulchritudinem rerũ cõ⸗
ditarum peruerſe amantes, ab amore
dei refrigeſcunt. Reprobi dum rebus
tranſitoriis cogitationes ſuas immer⸗
gunt,creatoris ſui obliuiſcuntur.Ele⸗
cti autem creatoris ſui obliuiſci non
poſſunt:de cuius miſericordia ſemper
circa ſui reparationem meditantur.
Reprobi dum temporalibus inhiant,
cognitionem æternorum perdunt.Ele
cti autem dum temporalia dei benefi⸗
cia recolunt, ad agnitionem æternorũ
proficiũt. Reprobi per viſibilia ab in⸗
uiſibilibus cadunt:Electi autem per vi
ſibilia ad inuiſibilia aſcendũt.Sed ſciẽ⸗
dũ eſt ꝙ alia ſunt illa viſibilia de qui⸗
bus aſcẽdũt,alia illa ſunt per quę aſcẽ
dunt.De operibus conditionis,per op̱
ra reſtaurationis, ad cõditionis & re⸗
ſtaurationis auctorẽ aſcendunt.Aſcen
ſus autem iſti non extrinſecus ſed in⸗
trinſecus cogitãdi ſunt,per gradus in
corde de virtute in virtutẽ diſpoſitos.
Qđ ſic fortaſſis facilius intelligere po
terimus.

Duos eſſe mundos viſibilem & inui
uiſibilem. Cap. VII.

SIcut duo opera, id eſt
opera conditionis & K
op̱a reſtaurationis di
ſtinxim⁹: ita duos mũ
dos eſſe intelligamus
viſibilem & inuiſibilẽ.
Viſibilem quidẽ hãc machinã vniuer
ſitatis quã corporeis oculis cernimus:
inuiſibilem vero cor hominis qđ vide⸗
re nõ poſſimus.Et ſicut in diebus Noę
aquę diluuii vniuerſam terrã op̱rue⸗
runt:ſola autẽ arca aquis ſuperfereba⸗
tur:& nõ ſolũ mergi nõ poterat, verũ



etiã quanto amplius aquę intumeſce⸗
bant,tanto altius in ſublime eleuabat:
ita & nũc intelligamus in corde homi
nis cõcupiſcẽtiã huius mũdi eſſe,qua⸗
ſi quaſdã aquas diluuii: arcam vero q̃
deſuper ferebatur,fidem Chriſti: quæ
tranſitoriã delectationẽ calcat,& ad ea
quę ſurſum ſunt ęterna bona anhelat.
Ideo autẽ aquis concupiſcentia huius
mũdi cõparatur:quia fluxa eſt & lubri
ca & ad ſimilitudinem aquæ deorſum
currẽtis,ſemp̱ ima petit,ſuoſq; ſequa
ces inſtabiles & diſſolutos reddit.Si in
trauerit homo ad cor ſuũ,videre pote
rit quomodo ſemper & cõcupiſcentia
deorſum in ea quę tranſitoria ſunt,de
fluat:& fides in ea quę ſurſum ſunt,bo
L na p̱petua tendat.Sed cũ ſcriptura di
cat concupiſcentiã in carne habitare,
fidem ĩ corde: quomodo nos vtraq; in
corde eſſe affirmamus:niſi q̄a tunc car
ne concupiſcere dicimur quãdo corde
carnaliter cõcupiſcimus? Vtrũq; tamẽ
cordis eſt & cõcupiſcere & credere:ſed
aliud habet ex hoc ꝙ terrena diligit,
aliud habet ex hoc ꝙ cæleſtia quærit:
ideo concupiſcentia deorſum eſt,fides
ſurſum. Cõcupiſcentia ex carne cordi
innaſcitur: fides nõ a carne,ſed a deo,
cordi inſpiratur.Proinde dñs cũ fide⸗
Matt. 16 lem Petri confeſſionem laudaret:Caro
(inq̄t) & ſanguis nõ reuelauit tibi,ſed
pater meus qui eſt in cęlis.De cõcupi⸗
Rom. 7. ſcẽtia autẽ Paulus dicit. Nõ ego op̱⸗
ror illud,ſed peccatũ qđ habitat ĩ me.
Et quid ſit ĩ me eodẽ loco determinat.
Scio (inq̄t) quia nõ habitat in me,hoc
eſt in carne mea,bonũ. Rurſumq; pec⸗
catũ ipſum qđ in carne habitare dixe⸗
rat:quid ſit alibi declarat. Spiritu am⸗
Gala. 5. bulate & deſideria carnis nõ p̃ficietis:
vtiq; deſideria carnis cõcupiſcentiam
appellãs. Igitur cõcupiſcẽtia in carne
habitat,hoc eſt deorſum in corde:fides
Nota. vero non in carne ſed in ſpiritu. Illud
tñ diligẽter conſiderãdũ eſt, ꝙ ap̄ls cũ
dixit: Spiritu ambulate, & deſideria
carnis nõ p̱ficietis:& nõ dixit nõ ſen
tietis,ſed nõ p̃ficietis: manifeſte decla⸗
rauit omni homini q̃diu in hac vita
eſt,Concupiſcẽdi neceſſitatẽ ex corru⸗
ptione primę natiuitatis ineſſe:adiuuã
te tñ gratia dei vt eidẽ cõcupiſcentiæ
nõ cõſentiat,nulli ĩpoſſibile.Propterea
alibi dixit. Non regnet peccatũ in ve⸗ Rom. 6.
ſtro mortali corpore.Quaſi diceret:nõ
poteſt fieri vt in veſtro mortali corpo
re peccatũ,id eſt fomes peccati, incen⸗
tiuũ vitiorũ,ſtimulus cõcupiſcẽtię nõ
ſit:ſed adiuuãte gratia dei fieri poteſt,
vt nõ regnet,vt nõ pręſit. Impoſſibile
eſt vt illud nõ ſentiatis: ſed nõ neceſſe
eſt vt illi cõſentiatis. Igitur oĩs homo
quoddã intus in corde ſuo diluuiũ cõ
cupiſcẽtiæ patitur: a quo nullus niſi p̱
arcã fidei liberatur. Vbi malus homo
p̱ ſiccũ ambulans mergitur,& bonus
homo in profundo maris merſus nõ lę
ditur.Periculoſum prorſus naufragiũ
qđ intus eſt. Vęh ei q̄ ibi periclitatur.
Nullus portus illi tutus eſt,nulla ſta⸗
tio ſecura,nulla ſerenitas tranquilla:q̄
intrinſecus concupiſcentię ſuę æſtibus
iactatur & inſatiabili libidinũ voragi⸗
ne abſorbetur.

De tribus ſpeciebus hominũ reſpe⸗
ctu arcę. Cap. VIII.

HIc cõſiderare poſſum⁹ M
tres hominũ ſpecies:
alios q̄ intus diluuiũ
habẽt & nõ arcam:ali
os qui & diluuiũ & ar
cam intus habẽt, ſed
in arca nõ ſunt: alios qui in diluuio &
arcã habẽt,& in arca manẽt.In diluuio
ſine arca ſunt infideles,quos carnis de
ſideria inuoluũt:qui p̃ter hanc vitam
tranſitoriã aliã eſſe neſciũt.In diluuio
arcã habẽt,ſed in ea nõ manent ii,q̄ iã
per fidẽ poſt huius mutabilitatis finẽ
vitã immortalẽ eſſe venturã credere di
dicerunt:ſed poſthabita hac,tẽporaliũ
rerũ delectationi animũ ſuũ ſubiiciũt.
Dicit enĩ ſcriptura. Vbi eſt theſaurus Matt. 6.
tuus ibi eſt & cor tuũ. Vbi eſt delecta⸗
tio tua:ibi eſt & cogitatio tua. Vbi ve
ro eſt cogitatio tua: ibi eſt interioris
hoĩs habitatio.Nã ibi quiſq; ſcđm in⸗
teriorẽ hominẽ habitare dicit, vbi co⸗
gitatione cõuerſatur.Itaq; ii q̄ delecta
tionẽ cordis ſui in vanitate huius mũ
di cõſtituũt,q̃uis arcã fidei habeãt,in⸗
tus tñ naufragi ſunt.Vt aũt taceã cę⸗
teros mũdi amatores,quot modo lite⸗ N

In gentí ratos cernimus qui vocari Chriſtiani
liũ ama volunt, & cum cęteris fidelibus eccle-
tores. ſiã intrãt, & de ſacramẽtis Chriſti par
ticipant : In quoꝝ cordibus ſępius eſt
memoria Saturni & Iouis, Herculis &
Martis: ſiue Achillis & Hectoris, Pollu
cis & Caſtoris, Socratis & Platonis &
Ariſtotelis: ꝗ Chriſti & ſanctorũ eius?
Nugas poetarũ diligũt: & veritatẽ di-
uinarũ ſcripturarũ aut negligunt, aut
(qđ peius eſt) irridẽt & cõtemnũt. Vi-
deãt nũc qđ eis proſit foris eccleſiã in
gredi, & ĩtus in corde a fide fornicari.
Ego eis ꝓnũcio, ꝙ illis in fine ſociandi
ſunt, quos nũc in cogitationibꝰ ſuis ꝑ
affectũ cordis ſibi cõiũgũt: & quoꝝ hic
vitã diligũt, eorũ illic ſupplicii partici
pes erũt. Quid illis prodeſt habere fidẽ,
& nõ manere ĩ fide? Quid illis prodeſt
nauem integrã habere, & in fluctibus
naufragiũ, non dicã pati, ſed ſponte fa
cere? Quid prodeſt veritatẽ cognoſce-
re, & falſitatẽ diligere? Non ſunt tales
qui vere fideles ſunt. Vis ſcire quales
ſint? Audi qualis vnus illorũ fuerit: &
tales omnes intellige. Diſſimiles enim
eſſe nõ poſſunt qui veritate vnũ ſunt.
Pſal. 36. Audi ergo qđ de illo dicatur. Lex dei
eius in corde ipſius, hoc eſt arcã intus
habere: & quia hoc fortaſſis non ſuffi-
Pſal. 1. cit. Audi iterũ. In lege dñi volũtas eiꝰ:
Gal. 5. hoc eſt in arca habitare. Hic perfectus
1. Ioã. 5. eſt qui diligit qđ credit vt habeat fidẽ
operãtẽ ex dilectione quę mũdũ vincit.
Hæc eſt arca in qua nos ſaluari opor-
tet ꝙ ab aquis portari poteſt, ſubmergi
autẽ omnino nõ poteſt: quia hoc mũdo
vtitur quidem ad neceſſitatem, ſed nõ
Pſal. 103. ſuccũbit ei per cupiditatẽ. Hoc eſt qđ
in pſalmo dicitur: Hoc mare magnũ &
ſpatioſum manibus: illic reptilia quoꝝ
O nõ eſt numerus. Animalia puſilla cum
Mare. magnis: illic naues pertranſibũt. Mare
enim in nobis eſt cõcupiſcentia huius
mũdi in qua ſiquæ delectationes inue-
niri poſſunt multis amaritudinibꝰ aſꝑ
ſę ſunt: quę ſcđm affectũ carnalẽ deor-
Repti- ſum ĩ corde noſtro fluũt. Reptilia ſunt
lia. carnales cogitationes diuerſorũ vitio
rũ fœditate deformes. Quas dũ inordi
nate ad cor noſtrũ admittimus, quaſi
quibuſdã mõſtruoſis reptilibꝰ interio-
ra noſtra replemus. Nauis eſt illa arca Nauis.
ſpiritualis, id eſt fides noſtra, quę ĩtrin
ſecus ſurſum ſuſpẽſa calcat cõcupiſcẽ
tiam mũdi. Naues autẽ dixit propter
multas animas. Nam & multæ animæ
vna anima propter vnã fidem & dile-
ctionem: & vna fides multę fides, pro-
pter multas animas fideles: quomodo
dictũ eſt: Fides tua te ſaluam fecit. &
fides mea & fides illius cum tñ vna ſit
fides catholica. Sola ergo nauis fidei
mare tranſit: ſola arca diluuiũ euadit.
& nos ſi ſaluari cupimus non ſolũ ipſa
in nobis ſit, ſed nos in ipſa oportet ma
neamus. Et nemo fidens conſciẽtię ſuæ
dicat. Quid mihi cũ hac arca? Exicca
tum eſt in me diluuiũ carnalis concu-
piſcẽtię. Qui foris eſt, neſcit quid intus
agatur: ſed ſi redierit homo ad cor ſuũ
inueniet ibi tẽpeſtuoſum ſalum ſæuis
inundantiũ paſſionũ & deſideriorũ ma
lorum procellis exagitari: quę totiens
animũ deorſum mergunt, quotiens eũ
per cõſenſum ſibi ſubiiciunt. In omni
eñ homine ꝗdiu in hac vita corrupti
bili viuit, vbi caro concupiſcit aduer-
ſus ſpiritũ, hoc diluuiũ eſt: vel potius
omnis homo in hoc diluuio eſt: ſed bo
ni in eo ſunt ſicut ii qui in mari portã
tur a nauibus: mali vero in eo ſunt ſi-
cut naufragi qui voluũtur in fluctibꝰ.
In bonis quidẽ, aquę huius diluuii in
hac vita minui incipiũt: & ſcđm diffe-
rentiã gratiarũ in ſingulis plus minuſ
ve decreſcũt: plene tñ nũꝗ exiccari po
teſt terra humani cordis ꝗdiu in hac
vita viuũt. Et ideo columba emiſſa nõ
inuenit hic vbi requieſcat pes eius, ſed
ſemper ad arcam reuertitur: quia mẽs
pura dum in hoc mũdo, nihil reperire
poteſt, vbi affectionis ſuę pedem ſecu-
re figat: diu extra cuſtodiam internæ
meditationis morari reformidat: ſed ſi
forte aliquãdo per cogitationẽ exiue-
rit, cito quaſi columba auolans & elon
gans ad ſolitudinẽ cõſcientię redit: ibi
ꝙ a ſtrepitu exteriori, quaſi in arca a
fluctibus requieſcit. Intelligamus ergo P
in nobis eſſe qđ fugimus: in nobis eſſe
quo fugere debemus concupiſcentiam
& fidem. Concupiſcentiam quã fugere
debemus: fidẽ, quã debemus apprehẽ-



dere. De cõcupiſcẽtia aſcẽdere, vt illã ꝓfi
ciẽdo relinquamꝰ: ꝑ fidẽ aſcẽdere, vt illã
tenẽdo in melius ſemꝑ ꝓficiamus. Cõcu
piſcẽtia ꝑtinet ad opera cõditionis, fides
ꝑtinet ad opa reſtaurationis: qa & illa in
ordinate amãdo ꝑ concupiſcẽtiã difflui
mus: & iſta pie credẽdo ꝑ fidẽ ſolidamur.
Et idcirco diuina monita totiẽs clamant
nobis & ſuadẽt mundũ fugere: non vtiꝙ
vt extra cœlũ & terrã exeamus, ſed vt in
cõcupiſcentia mũdi nõ maneamꝰ. Quid
eſt nõ maneamꝰ? Quis manet in concu-
piſcẽtia mũdi? Qui delectationem animi
ſui in ea ponit: q ad eã explendã iugiter
intẽdit. Qui de ea aſſidue cogitat, & ꝓpo
ſitũ animi ſui in ea confirmat. Qui eã ex
deliberatione ſeqtur, atꝙ in ea ꝑ cõſenſũ
delectat̃. Ideo ergo mũdus in ſacra ſcri-
ptura maledicit̃: ideo ĩimicꝰ dei appellat̃
vꝫ non qa ſubſtãtia mundi mala ſit, ſed
qa pulchritudo mũdi aĩas ſeducit. Sub-
ſtãtia eñ mundi fugiẽda nõ eſſet, ſi con-
cupiſcẽtia mundi mala nõ eſſet. Cũ ergo
cõcupiſcentiã mũdi fugimꝰ, ideo fugimꝰ
qa mala eſt: cũ vero ſubſtãtiã mũdi fugi
mus, ideo fugimus nõ qa mala, ſed qa oc
caſio mali eſt. Excogitata eñ mundi ſpe
cie naſcit̃ affectus cõcupiſcẽtię. Proinde
ſi cõcupiſcentiã mũdi declinare volumꝰ,
prius neceſſe eſt memoriã mũdi huius a
cogitatione nr̃a excludamus. In medita-
Pſal. 38. tione mea (ait ꝓpheta) exardeſcet ignis.
Sicut ignẽ ligna nutriũt, ſic cogitatiões
deſideria paſcũt. Si bonę cogitationes in
meditatione fuerint, exardeſcit ignis ca-
ritatis. Si autẽ malę fuerint cogitationes
exardeſcet ignis cupiditatis. Nam ſicut
oculus paſcit̃ ex ſpecie, ſic animus paſcit̃
ex cogitatione: & turpi quodã cõmercio
ĩpudica mẽs deſiderio ſuo fruit̃, dũ quo-
dãmodo intus ꝑ cogitationẽ rẽ cõcupitã
amplexat̃. Fit etiã nõnunꝗ vt qđ frequẽ
ter cogitamꝰ ocioſe, aliqñ concupiſcamꝰ
illicite: reuſꝙ facti iudicat̃ qui ꝑ cõſenſũ
in cogitatione delectat̃. Sicut ergo infir-
Q mi a qbuſdã cibis abſtinent, non qa mali
ſint ipſi cibi, ſed qa ipſis ad vtendũ ido-
nei nõ ſint: ſic & nos terrenarũ rerũ ſpe-
ciem a cogitationibꝰ noſtris arcere debe
mus: nõ qa res ipſę malę ſint, ſed ne ani-
mus noſter q ex ſemetipſo ĩfirmat̃, ex ea
rum rerũ recordatione ãplius corrũpat̃.
Cęterũ ꝗtum ad ipſas res ꝑtinet, qa oĩs
creatura dei bona eſt, nulla res eſt ꝙ cogi
tari nõ poſſit ſine pc̃õ. Rurſumꝙ ſi pra
uos affectus attendimus nulla res eſt, in
qua peccare nõ poſſimꝰ cogitãdo. Nã &
de malo bene, & de bono male, & de ĩmũ
do mũde, & de mũdo ĩmunde poſſumus
cogitare. Cogitationes eñ non ex re de
qua ſurgũt, ſed ex affectu quẽ gignũt iu
dicandę ſunt. Legimꝰ ſanctos viros non
ſolũ cogitaſſe, ſed & loquutos eſſe & ſcri
pſiſſe de rebus ĩmundis: qđ vtiꝙ non fe-
ciſſent, ſi cogitationes rerũ ĩmũdarũ ani
mã inqnarẽt. Nihil intereſt, quale ſit illđ
qđ cogitat̃, ſed qualis ex ipſa cogitatiõe
affectus cõſequat̃: qa cogitatio mentẽ nõ
polluit, vbi delectatio cõſcientiã nõ cor-
rũpit. Expedit tñ nobis (ſicut diximꝰ) vt
obliuiſcamur mundũ iſtũ & deleamꝰ me
moriam eiꝰ de corde noſtro: ne forte dũ
frequẽter de eo cogitamus, ad eius cõcu
piſcẽtiã inflectamur. Satis vt reor apte iã
demõſtratũ eſt, vnde hęc infinita quã pa
timur cogitationũ noſtrarum diſtractio
oriatur, a mũdo vꝫ & cõcupiſcẽtia eiꝰ, Epilogꝰ
hoc eſt ab opibus cõditionis. Rurſumꝙ
qđ ſit illud ꝑ quod colligi poſſunt ĩ vnũ
cogitationes noſtrę: hoc eſt ꝑ opa reſtau
rationis. Et qa (ſicut ſupradictũ eſt) ordo
eſſe non põt vbi finis non eſt: ſupereſt vt
relictis operibus cõditionis: ꝗramus ordi
nem cogitationũ noſtrarũ ibi vbi finitę
ſunt, hoc eſt in opibus reſtauratiõis: hoc
eſt qđ ſupius inueſtigare ꝓpoſuimꝰ qſnã
vꝫ cogitationũ noſtrarũ ordo eſſe debe
ret: quatinus ex eis ſpũalis domus ſapiẽ-
tię in nobis ędificari poſſit. Et qa ex rebꝰ
cogitationes veniũt, oportet vt ex ordi-
ne rerũ ſumatur ordo cogitationũ. Dein
ceps ergo tractare incipiemus de opibus
reſtaurationis relictis opibus cõditionis
de qbus quaſi de quodã ſubterfluẽte di-
luuio ęgreſſi ſumus: & nũc in opa reſtau
rationis, quaſi in arcam ingredimur.

Quę ſunt opera reſtaurationis hu
manę. Caput. IX.

IGitur opera reſtaura- R
tionis ſunt oĩa quæ ab
ĩitio mũdi vſꝙ ad finẽ
ſeculi facta ſunt vel fa-
cienda ꝑ reſtauratione
hoĩm: in quibus & res

geſtas & pſonas ipſas per quas, & propter quas, & apđ quas geſtę ſunt: loca ſimul & tempora, vbi & qñ geſtę ſunt, cõſiderare oportet. In operibus reſtaurationis tribꝰ modis ordo conſideratᷣ: ſcđm locũ, ſcđm tẽpus, ſcđm dignitatẽ. Scđm locũ vt qd prope, qd longe geſtũ ſit. Scđm tẽpus: qd prius, qd poſterius geſtũ ſit. Scđm dignitatẽ: qd hũilius, quid excellẽtius ſit. Hoc poſtremũ in multas partes diuiditᷣ quid ſanctũ, qd ſanctius, qd vtile, quid vtilius, quid honeſtũ, qd honeſtiꝰ: quid pulchrũ, quid pulchrius: qd mirabile, qd mirabiliꝰ quid rarũ, qd rarius: quid difficile, quid difficilius: qd credibile, quid credibilius: quid magnũ, qd maius: quid obſcurũ, qd obſcurius, & ſi qua ſunt talia. Et hic ordo quidẽ q̃ eſt ſcđm dignitatem videtur ad altitudinẽ arcę pertinere: vt ſi dixerimus ea q̃ ſancta ſunt in prima manſione cõputari, q̃ ſunt ſanctiora in ſecũda, quæ vero ſanctiſſima ſunt in tertia: & ſic de cęteris q̃ enumerauimus. Ordo autẽ loci & ordo tẽporis fere per oĩa ſcđm rerum geſtarũ ſeriem cõcurrere videntᷣ: & ita p diuinã prouidentiã videtur eſſe diſpoſitum, vt q̃ in principio temporũ gerebantur in oriẽte, quaſi in principio mũdi gererẽtur: ac deinde ad finẽ pfluente tempore vſq; ad occidẽtẽ rerũ ſumma deſcẽderet: vt ex ipſo agnoſcamus appropinquare finẽ ſeculi, quia rerum curſus iam attigit finẽ mũdi. Ideo primus homo in oriente, in hortis Eden iam cõditus collocatur: vt ab illo principio ppago poſteritatis in orbem pflueret. Item poſt diluuium principiũ regnorũ & caput mundi in Aſſyriis & Chaldęis & Medis in partibus oriẽtis fuit. Deinde ad gręcos venit: poſtremo circa finẽ ſeculi ad Romanos in occidẽte, quaſi in fine mũdi habitantes, ptãs ſumma deſcẽdit. Atq; ita ſerie rerũ ab oriẽte in occidentẽ recta linea decurrente, ea q̃ a dextris vel a ſiniſtris, hoc eſt ad Aquilonẽ vel ad Auſtrũ geſta ſunt ita ſuis ſignificationibus reſpondẽt vt ſi qs diligentius cõſiderauerit p diuinam puidentiã ita diſpoſita eſſe ambigere nõ poſſit. Verbi gr̃a vt de multis pauca dicamus. Ægyptꝰ ab Hieruſalem ad auſtrũ eſt: Babylon vero ad Aquilonem. Ægyptus interp̃tatᷣ tenebrę: & auſter vẽtus eſt calidus. Deſignat ergo ęgyptꝰ mũdum iſtũ in tenebris ignorãtię, & calore carnalis cõcupiſcẽtię poſitũ. Babylon autem interp̃tatᷣ confuſio, & ſignificat ĩfernum: vbi nullus ordo eſt, ſed ſempiternꝰ horror inhabitãs. Legimus aũt ꝙ ille antiquus hebręorũ populus prius ĩ ęgypto in luto & latere ſeruiuit: ac deinde multis annis intercurrẽtibꝰ captiuus in babylonẽ abductus eſt. Quod factũ qd aliud nobis innuit, q̃ totius hũani gñis caſum? ꝙ propter peccatum originale a cœleſti patria exulãdo, prius in hac vita mortali, p ignorantiã & concupiſcentiã ſubditᷣ viciis: ac deinde poſt hanc vitã apud inferos captiuatᷣ in tormẽtis: hoc eſt in Babylone, ad Aquilonẽ ſc꙰: vbi ille primus apoſtata augelus ſedẽ poſuit. Igitur ordo dignitatis ad altitudinẽ arcę ptinet: ordo temporis ad longitudinẽ arcę: ordo loci ad altitudinẽ ſimul & longitudinẽ. Ad longitudinẽ arcę ptinet. Simile eſt regnum celorũ hoĩ patrifamilias: qui exiit primo mane cõducere operarios ĩ vineã ſuã: ſimiliter & circa horã tertiã, & ſextã & nonã & vndecimã egreſſus & videns alios ſtãtes miſit eos in vineã ſuã. Ad latitudinẽ arcę ptinet. In oẽm terrã exiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terrę verba eorũ. Ad altitudinẽ arcę ptinet. Illuc eñ aſcenderũt tribus, tribus dñi, teſtimoniũ iſrael ad confitendũ nomini dñi. Et ne p ſingula eundo moras innectã, breuiter tibi dicã quod dicendum eſt. In his tribus dimẽſionibus oĩs diuina ſcriptura cõtinetur. Hiſtoria eñ longitudinẽ arcę metitur, qa in ſerie rerũ geſtarum ordo temporis inuenitᷣ. Allegoria latitudinẽ arcę metitur: qa in participatione ſacramentorum cõſtat collectio populorũ fideliũ. Tropologia altitudinẽ arcę metitur: qa in pfectu virtutũ creſcit dignitas meritorũ. Poſſumus adhuc, ſi volumus, aliter altitudinẽ arcę diſtinguere, vt doctrina multiplex fiat manẽte eadẽ veritate. Nã & hoc admonitũ lectorẽ eẽ volumꝰ: ſępe nos eandẽ rẽ in hoc tractatu diuerſis modis ptuliſſe propter affluentem doctrinę excercitationẽ: vt omnẽ ſcientię viã prudẽs animus experiatᷣ, hoc tñ obſeruato, vt nihil quod veritati contrariũ ſit, aut ſentiatur aut dicatur. Sicut ergo arca in

S
Ordo ſcđm dignitatẽ.

Ordo loci & tẽporis.

Eden. i. voluptatis.

T

Lõgitudo arcę. Mat. 20.

latitudo Pſal. 18.

altitudo Pſal. 121.

V
Dimẽſiones ſcripturę ſanctę.

Hiſtorię

Allegorię.

Tropologię.

Multiplex ſcripturę ſẽſus.

X
Ordies reſtaurationis.



tres manſiones diſtinguuntur, ita etiam opa reſtaurationis in tres ordines diſtinguũtur. In primo ordine quaſi in prima mãſione eſt vmbra. In ſecũdo ordine quaſi in ſecunda mãſione eſt corpus. In tertio ordine quaſi in tertia mãſione eſt ſpiritus: vel ſi mauis hoc modo dicere. Figura, res, veritas, vt idem intelligas eſſe vmbram & figurã: idem corpus & rẽ: idem ſpiritũ & veritatẽ. Vnde vmbra dicunᷣ illa q̃ ante aduentũ Xp̃i ſub lege naturali & ſub ſcripta lege corporaliter & viſibiliter geſta ſunt, ad p̃figuranda ea quæ nũc poſt aduentũ Xp̃i in tempore gratię corporaliter & viſibiliter gerũtur: q̃ ideo vmbra dicũtur, qa corporalia erant & figura corporalium. Corpus vocãtur ipſa noſtra ſacramenta q̃ nunc in iſta eccleſia viſibiliter gerũtur. Spiritus aũt eſt id qđ gr̃a dei ſub viſibilibus ſacramẽtis inuiſibiliter operatᷣ. verbi gr̃a (vt vnum exemplum ponamus) Mare rubrũ p̃figurauit baptiſma qđ nunc in ſancta eccleſia conſecratur. Ipſum aũt baptiſma viſibile ſignificat emundationẽ criminũ: quã ſpiritusſanctus ſub ſacramẽto quo corpora vnguũtur inuiſibiliter in aĩabus operatᷣ. Mare rubrũ igitur vmbra & figura eſt: baptiſma aũt aquę viſibilis, quod nũc habemus corpus & res: emũdatio vero peccatorũ ſpũs & veritas. Eſt adhuc & alius modus de quo ſupius loquuti ſumꝰ, per quẽ altitudinem arcę diſtinguere poſſumus. Opera eñ reſtaurationis partim p hoĩes, partim p angelos, partim p ſemetipſum opatus eſt deꝰ. In prima ergo mãſione collocamus opera hominũ. In ſecũda mãſione opera angelorũ. In tertia mãſione opera dei. Vel moraliter prima mãſio eſt fides. Secũda manſio eſt ſpes. Tertia mãſio eſt caritas. Vel ſcđm anagogẽ Prima mãſio eſt cogitatio recta. Secunda mãſio eſt meditatio puida. Tertia mãſio eſt contẽplatio clara. Vel ſcđm operationem, prima manſio eſt ſciẽtia, ſecũda mãſio eſt diſciplina, tertia manſio eſt bonitas. Vel ſcđm ſtatus differentes. Prima manſio eſt natura. Secunda mãſio eſt lex ſcripta. Tertia manſio eſt gratia. Hęc eñ tria ſi ſcđm tẽpus conſiderãtᷣ, longitudinem arcę metiuntur, ſi ſcđm dignitatem diſcernũtur, altitudinẽ arcę diſtinguunt quia ſicut tp̃e ſe ſubſequũtur, ita dignitate ſe p̃cedunt. Quę eſt ergo hęc arca de qua tã multa dicũtur: & in qua tã multiplices vię ſcientiarũ cõtinentᷣ? Nũquid putas eſt labyrinthus? Nõ Labyrinthus nec labor intus, ſed reqes intꝰ. vnde hoc ſcio? Quia ille in ea habitat qui dicebat. Venite ad me oẽs qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: & inuenietis requiẽ aĩabus veſtris. Si eñ labor eſt vbi ipſe eſt, quomodo requiẽ inueniunt q̃ ad eum veniũt? Nunc vero in pace factꝰ eſt locus eius: & in Sion habitatio eius. Vbi confregit potẽtias, arcũ, ſcutũ, gladiũ, & bellum: vnde oĩs ſtrepitus & tumultuatio lõge abeſt, & vbi gaudiũ & pax & requies ſemp p̃ſens eſt. Qualis ergo eſt hęc arca? Vis ſcire qualis? Suſtine me vt de multis pauca tibi dicã. Hęc arca ſimilis eſt apothecę oĩm deliciarũ varietate refertę. Nihil in ea q̃ſieris quod non inuenias: & cum inueneris vnũ, multa tibi patefacta videbis. Ibi vniuerſa opa reſtaurationis noſtrę a principio mũdi, vſq; ad finem pleniſſime continentᷣ: & ſtatus vniuerſalis eccleſię figuratᷣ. Ibi hiſtoria rerũ geſtarũ texitur: ibi myſteria ſacramẽtoꝝ inueniuntᷣ: ibi diſpoſiti ſunt gradus affectuũ, cogitationũ, meditationũ, cõtẽplationũ bonorũ operũ, virtutũ & p̃miorũ. Ibi qd credere, qd agere, quid ſperare debeamus oſtenditᷣ. Ibi forma vitę hoĩs, & ſumma pfectionis cõtinetur. Ibi elucent occulta: ibi operoſa apparent facilia: & q̃ per ſe videri poterãt minus congrua, in ordine ſuo cõſiderata probãtur idonea. Ibi quoddã vniuerſitatis corpꝰ effingitᷣ: & concordia ſingulorũ explicatᷣ. Ibi alter quidã mundus huic p̃tereunti & trãſitorio contrarius inuenitᷣ: quia ea q̃ in hoc mundo p diuerſa tẽpora tranſeũt, in illo mundo quaſi in quodã ęternitatis ſtatu ſimul conſiſtunt. Ibi p̃teritis p̃ſentia non ſuccedũt, nec p̃ſentibus futura ſuperueniunt: ſed qcquid ibi eſt p̃ſens eſt: ppter quod & q̃ ibi manent, & ſemp permanẽt, & ſemp gaudent: nihil dolentes p̃teritũ: nihil timentes futurũ: habentes qđ diligunt, videtes qđ cõupiſcũt: & ideo forcaſſis dixit apl's. Prętcrit figura huiꝰ mũdi, forma huius mundi, ſpecies huiꝰ mũdi, pulchritudo huius mundi: quia eſt

Figura res & veritas.

Mariſrubri figu.

Y
Altitudo arcę aliter.

Moralr.

Anagogice.

Scđm opationẽ.

Scđm ſtatus.

Z
Arcę excellẽtia

Labyrinthus.

Matt. 11.

Pſal. 75.

Arca ſimilis apothecę

1. Cor. 7.
Mũdus duplex.

alter mundus cuius figura nõ prçterit:
cuius forma non tranſit:cuius ſpecies nõ
marceſcit:cuius pulchritudo nõ deficit.
Ille mũdus ĩ iſto mũdo eſt,& iſte mũdus
illo mundo minor eſt:qa ille capit quem
capere iſte non põt.Iſtum mundũ vident
oculi carnis:illũ mundũ intrinſecus con
templãtur oculi cordis.In iſto mũdo ha-
bent oblectamenta ſua hoĩes:in illo mũ-
do ineffabiles ſunt delectationes. In hoc
mundo currũt homines & plaudunt ad
ſpectacula vanitatis:in illo mũdo p ęter-
nũ ſilentium exercentur,& iocundantur
mundi corde in contemplatione verita-
tis.Quam &c.

FINIS LIBRI.IIII.De Arca
Morali.Deo Gratię.

# M. HVGO
nis de ſancto Victore Canonici:in libros
priorũ Excerptionum.

## PROLOGVS.

ACcipe Cariſſi-
me frater,excer
ptionũ munus
qđ poſtulaſti.
Inuenies in eo
multa ex mul-
tis libris colle-
cta in vnã ſeriẽ
ordinate diſpo
ſita : ſibi prout
ratio ſenſuũ poſtulat cohęrentia, conti-
nuata & cõnexa dilectionis tuę ſtudio ſa
tis vtilia.Sacrorum nãq; librorũ fertiles
agros peruolãtes,& ex eis optima queq;
colligentes, pauca vel nulla ſimplicitati
tuę ſacræ ſcripturę lectionẽ ingredienti
neceſſaria ṗtermittimus.Per hęc aũt quę
ſcribimus nec grãmaticos docere, nec ſa
pientes volumus erudire:ſed tuę petitio
ni,tuo deſiderio volum9 ſatiſfacere:tuũ-
q; ſtuſtiũ in melius adiuuare.Sed & hoc
tibi notum eſſe volumns ꝙ de his q̃ tibi
ſcribimus nobis gloriam nõ damus, ſed
deo & ſanctis doctoribus: ex quorum li-
bris ea ſumpſimus,licet multa ponamus
quę proprio ſenſu cogitauimus,propriis
verbis dictauimus.Modum ſcribendi ta
lem ſeruamus. Totã ſchedulę huius ſe-
riem in duas partes diuidimus.In prima
parte materiam habemus originẽ artiũ,
ſitum terrarum,curſum hiſtoriarum ab
initio vſq; ad nos decurrentiũ.In ſecũda
parte materiã habemus ſenſus allegoria
rum,& tropologiarum ſcđm ſubiacentis
lineam hiſtoriæ diſpoſitarum.Primã par
tem per decẽ libros diſtinguimus.In pri-
mo libro de origine artium, & diuiſione
earum breuiter diſputamus. In ſecundo
materiam mundanæ & diuinæ ſcriptu-
rę:& quomodo mundana diuinę ſubſer-
uiat demonſtramus,cum quorũdam ad-
iectione.In tertio ſitum terrarum deſcri
bimus.In quarto ſummã hiſtorię diuinę
ab initio vſq; ad natiuitatem Chriſti po
nimus.In quinto ortum,curſum, & occa
ſum regnorum mũdi a tempore quo ab
initio eſſe cœperũt, vſq; ad natiuitatem
Chriſti.In ſexto tractamus de Imperato
rib9 romanis ab Octauiano vſq; ad Tra-
ianũ.In ſeptimo a Traiano vſq; ad Con-
ſtantinum magnũ.In octauo a conſtanti
no Magno vſq; ad Zenonem. In nono a
Zenone vſq; ad Carolum Magnũ.In de-
cimo tractam9 de origine & regibus Frã
corum vſq; ad Carolum,& poſt a Caro-
lo vſq; ad nos. Secundã vero partẽ ope-
ris huius per.xiiii.libros diuidimus. Pri
mus liber tractat de myſteriis rerũ geſta
rum ab initio vſq; ad Abraham. Secun-
dus de myſteriis rerũ geſtarũ ab Abra-
ham vſq; ad Moyſen. Tertius de myſte-
riis rerum geſtarum a Moyſe vſq; ad Io-
ſue.Quartus de myſteriis rerum geſtarũ
a Ioſue ad Helcanam patrem Samuelis.
Quintus de myſteriis rerum geſtarũ ab
Helcana vſq; ad Dauid,vbi ſcriptum eſt
Scidit domin9 regnum Iſrael a te hodie
& tradidit illud ṗximo tuo meliori te.
Sextus de myſteriis rerum geſtarum a
Dauid vſq; ad Salomonem.Septimus de
myſteriis rerum geſtarum a Salomone
vſq; ad trãſmigrationẽ Babylonis.Octa
uus de myſteriis rerum geſtarum quæ
continentur in Eſdra. Nonus de my-
ſteriis rerum geſtarum quæ continentur
in libris Heſter,Thobię,& Iudith.Deci-
mus ſermones diuerſos ſingulos de ma-
teria ſua editos,Cętera quę deinceps po-

Modus ſcribẽdi.

Primę partis diuiſio.

Octauio



nimus de nouo teſtamẽto ſumimus qua
tuorq; libris determinamus.Sicq; totum
opus.xxiiii.libris cõſummamus.Qđ ve-
ro in ſingulis capitulis breuitati ſtude-
mus:Ideo facim9 ne impfectionẽ inchoa
tionis tuę verbis ṗlixioribus oneremus.
Primę aũt partis libros & capitula tali-
ter in ſequentibus ordinamus.

PRimus liber tractat de origine & di
uiſione artiũ cõtinẽs capitula. xxv.

De conditione creaturę rationalis.
Caput Primum.
De tribus bonis. Cap.II.
De tribus malis. Caput.III.
De tribus remediis. Caput.IIII.
De tribus ſcientiis. Ca.V.
De Philoſophia & partib9 ei9. Ca.VI.
De theorica & partibus eius. Cap.VII.
De mathematica & partibus eius.
Caput.VIII.
De arithmetica. Caput.IX.
De muſica & partibus eius. Cap.X.
De geometria & partibus eius. Ca.XI.
De aſtronomia & aſtrologia. Ca.XII.
De practica & partibus eius. Ca.XIII.
De mechanica & partib9 ei9. Ca.XIIII.
De Laniſicio. Caput.XV.
De armatura. Cap.XVI.
De nauigatione. Caput.XVII.
De agricultura. Caput.XVIII.
De venatione. Caput.XIX.
De medicina. Caput.XX.
De theatrica. Cap.XXI.
De Logica & partibus eius. Ca.XXII.
Quomodo legendę ſunt artes.
Caput.XXIII.
De inuentoribus artium. Ca.XXIIII.
De Magica & partibus eius.
Caput.XXV.

# INCIPIT
Liber Excerptionũ Priorum primus.Pri
ma pars continet originem & diſcretio-
nem artium,Situm terrarum,& Summã
hiſtoriarum.

De conditione creaturę rationalis.
Caput Primum.

DEus ſumme bo- A
nus & immu-
tabiliter bon9,
ſciens ſuã bea
titudinẽ com-
municari poſ-
ſe & minui oĩ-
no nõ poſſe:fe-
cit creaturam
rationalẽ vt eã
faceret ſuę beatitudinis eſſe participem.
Fecit aũt eam ad imaginẽ & ſimilitudi-
nem ſuam ſcđm dilectionẽ. Ad imaginẽ
ſuam ſcđm cognitionẽ veritatis. Ad ſi-
militudinẽ ſuã ſcđm amorem veritatis. B
Ad imaginem ſuã ſcđm intellectum.Ad
ſimilitudinem ſuam ſcđm affectum. Sic
opifex fecit deus creaturam rationalem
ad imaginẽ & ſimilitudinem ſuã: vt per
hoc ꝙ facta eſſet ad imaginẽ dei deũ co-
gnoſceret:& per hoc ꝙ facta eſſet ad ſi-
militudinem dei,deũ diligeret: & cogno
ſcendo & diligẽdo deũ poſſideret:& poſ-
ſidendo beata eſſet.Sicut eñ in vno ele-
mento,ſcilicet Igne duo ſunt inter ſe di-
uerſa,& a ſe prorſus remota,ſc; ſplendor
& calor:nec ſplendor eſt calor,nec calor
ſplendor:quia ſplendor lucet & videtur:
& calor ardet & ſentitur : nec ſplendor
ardet aut aliter q̃viſu ſentit̃:nec calor lu
cet aut videtur.Ita in ſpirituali creatu-
ra imago dei & ſimilitudo dei inter ſe di
uerſa ſunt : & a ſe quodãmodo remota.
Nam ſcđm illud originale bonũ quo fa-
cta eſt ad imaginem dei ipſa ſpũalis crea
tura elucet ad cognitionẽ:& ſcđm illud
bonum quo facta eſt ad ſimilitudinem
dei calet ad dilectionem. Iuſſit autem
conditor ipſius partẽ eius in ſua ſimpli-
ci puritate ſubſiſtere,ſ.naturã angelicã:
partẽ vero illius luteis corporibus ineſſe,
naturam videlicet humanam.

De tribus bonis primordialib9 & duo
bus externis hoĩ datis. Cap.II.

TRia bona priordialia de- C
dit deus homini in crea
tione.Primũ bonum fuit
ꝙ eum deus fecit ad ima
ginem ſuã:ſecũdũ ꝙ eum
fecit ad ſimilitudinẽ ſuã.

Tertiū bonum fuit immortalitas corpo-
ris,ſi perſtitiſſet homo in obſequio cōdi
toris.Iſta tria bona fuerūt homini in cō
ditione diuinitus data, & naturaliter &
D originaliter inſita.Fuerūt & alia duo bo
na hoīs quaſi extra eum:vnū ſubtus eū,
alterū ſupra eū.Subtus eū mūdus:ſupra
eum deus. Mūdus viſibile bonū & trāſi-
torium,deus inuiſibile bonū & ęternum.
In iſto fuit homo creatus :in illo beatifi-
candus.Sub deo fuit homo cōditione:ſu
pra mundū dignitate de inferiori bono
receſſurus , ad ſupius bonū peruēturus.
Sunt itaq̄ tria primordialia bona hoīs:
homini ſcꝫ in cōditione data & ſubſtan-
tialiter inſita Imago dei,ſimilitudo dei,
immortalitas corporis ſi perſeuerare vo
luiſſet in obſequio creatoris.

De tribus malis principalibus.
Caput.III.

E SVnt aūt tria mala prī
cipalia quę corrūpunt
tria bona pręcedentia.
Ignorantia,cōcupiſcē-
tia,infirmitas,Ignoran
tia boni, concupiſcētia
mali,infirmitas corporis hūani. Per pri-
mum malū corruptū eſt primū bonū:per
ſecūdū,ſecundū:per tertiū,tertium . Per
ignorantiā nāq̄ corrupta eſt in nobis di
uina imago.Per cōcupiſcentiā diuina ſi-
F militudo. Per infirmitatē immortalitas
corporis.Facta eſt itaq̄ via hoīs tenebrę
Pſal.34. & lubricū & Angelus dñi perſequēs eū.
Tenebrę per ignorantiā:lubricū p̄ cōcu-
piſcentiā:& angelus dñi.i.infirmitas cor
poris corpori ad vindictā immiſſa :perſe
quens eū per mortalitatē:donec in terrā
reuertatur de qua ſumptus eſt.Solet aūt
Concu- piſcētia. ſcđm quoſdā hoc quod hic concupiſcen
Vitium tiam noīamus ſpecialiter vitium dici vt
dicantur tria mala ſic. Ignorantia, vitiū
infirmitas per quę tria mala pręcedentia
bona ſunt corrupta.

De tribus remediis contra dicta tria
mala. Cap.IIII.

G TRia ſunt remedia princi
palia contra tria p̄dicta
mala : vt per tria reme-
dia,tria mala repellant:
tria bona reformentur.
Sunt aūt hęc: ſapientia,
virtus,neceſſitas.Sapientia cōtra ignorā
tiam:virtus contra vitiū:neceſſitas con-
tra infirmitatē.Sapientia eſt comprehē- Sapiētia.
ſio rerum prout ſunt. Virtus eſt habitꝰ Virtus.
animi in modū naturę rationi conſenta
neus.Eſt aūt habitus qualitas veniens p̄ Habitꝰ.
applicationē ſubiecti difficile mobilis :ſi
cut Diſpoſitio eſt qualitas veniens p̄ ap- Diſpoſi-
plicationē ſubiecti facile mobilis. Subie- tio.
ctum dicimus animū qui ad ipam ſuſci-
piendam qualitatē applicat . Neceſſitas Neceſſi-
eſt ſine qua viuere non poſſumus:ſed fe- tas.
licius viueremus.Sūt itaq̄ iſta tria reme
dia,ſapiētia,virtus , neceſſitas cōtra tria
ſupradicta mala,ignorantiā,vitiū, infir-
mitatem.

De tribus ſcientiis.
Caput.V.

PRopter aūt iſta tria H
remedia,inuenta eſt
omnis ars & omnis
diſciplīa. Propter in
ueniendā nāq̄ ſapiē
tiā inuenta eſt theo
rica : propter inue-
niendam virtutem inuenta eſt practica:
propter inueniendā neceſſitatē inuenta Theori-
eſt mechanica. Theorica ignorantiā ex- ca.
pellens,ſapientiā illuminat. Practica vi- Practica
tium excludēs virtutē roborat.Mechani Mecha-
ca pœnuriā cauēs vitę p̄ſentis defectum nica.
tēperat.Theorica in om̄i quod eſt & nō
eſt verum ſcrutari eligit.Practica modū
viuendi recte & diſciplinæ formā ſcđm
virtutū inſtitutionē diſponit.Mechani-
ca res defluentes adminiſtrans,humano I
corpori neceſſaria p̄uidere ſatagit. Oīm
eīn humanarū actionū ſeu ſtudiorū, quę
ratio moderatur,finis & intētio ad hoc
ſpectare debet:vt vel naturę noſtrę repa
retur integritas,vel defectuū q̄bus p̄ſens
ſubiacet vita,tēperetur neceſſitas. Repa
ratur aūt naturę noſtrę integritas,ſapiē
tia,ad quā pertinet theorica: & virtute
ad quā pertinet practica:& tēperatur ne
ceſſitas adminiſtratione temporaliū ad
quā pertinet mechanica.Nouiſſima au-
tem omniū inuenta eſt logica cauſa elo-
quentię:vt ſapientes qui prędictas prin-
cipales diſciplinas inueſtigarent,& vni-
rēt:rectiꝰ,veraciꝰ,honeſtiꝰ illas tractare,



& diſſerere de illis ſcirent rectius p̄ grā-
maticā:veracius p̄ dialecticā: honeſtiꝰ p̄
Theori- ca. rhetoricā.Logica nāq̄ facundię rectitu-
dine veritatē venuſtatem adminiſtrat.
Practica Theorica interp̄tatur contēplatiua. Pra
Mecha- ctica actiua .Mechanica,adulterina. Lo-
nica. gica ſermocinalis.
Logica.

De Philoſophia & partibus eius.
Caput.VI.

K QVatuor igitͤ ſunt ſcien
tię in quas oīs philoſo
phia diuiditͤ.Theorica
Philoſo- practica,mechanica,lo-
phia. gica.Philoſophia eſt a-
mor ſapientię q̄ nullius
indigēs,viuax mēs & ſola primęua rerū
ratio eſt.Philoſophia eſt amor ſapientiæ
bus totius mundi ſpa
tium perambulauit.Pedes ſunt marty
res: qui tot paſſibus terram perambu-
lant, quot bonorum operum exemplis
viam iuſtitię ſequētibus ſe demōſtrāt.
Terram tangunt,cum dignis increpa-
tionibus actus & voluntates terrenas
reprehendunt . Sed dum terra premi-
tur:aſperitate terrę, id eſt terrenorum
crudelitate,pedes vulnerātur:& ſic pe-
des eccleſiæ rubri facti ſunt : quia ſan-
guinem ſuū pro Chriſti nomine mar-
tyres effuderūt. Rubor igitur pedum,
eſt cruor martyrum.

De pennis deargentatis columbę,ad
prędicatores collatis. Cap.VI.

M QVę columba pedes ru-
bros habere dicitur,pē
nas deargentatas ha-
buiſſe verbis propheti
cis demonſtratur. Pen
nę (inquit Dauid ) co
Pſal.67. lumbę deargentatę. Pennę columbę de
argentatæ ſunt prædicatores eccleſiæ.
Eſt autem argentum,diuinum eloqui-
um:tīnitus argenti, dulcedo verbi:co-
lor,candor.Candorem vero argentum
retinet,dum quilibet doctor munditi-
amverbis prędicat,& munditiam in ſe
habet:dum quod docet,diligit:& quod
intus amat,foris operibus oſtēdit.Hęc
ſunt eloquia domini caſta , argentum
igne examinatum. Eloquia domini ca-
ſta,quia nulla ſunt ſimulatione corru-
pta,nullo ſunt ſemine cupiditatis im-
pregnata.Argentum examinatū igne,
ſolidatum, in qualibet perturbatione.
Candor igitur argenteus in pennis,eſt
in linguis docentium lene blandimen
tum ſermonis.

De ſapphirino colore alarum colum
bæ ad contemplatiuos collato.
Caput.VII.

ALarum colorem non re N
peri ſcriptum,ſed ex ſi
militudine materialis
colūbæ poteſt aſſigna-
ri : vt ſi columbam pi-
ctam reſpicias , colorē
materialis columbæ eam habere nō cō
tradicas. Alarum enim ſuperficies ſap
phirino colore ſuperfunditur:quia cæ
li ſpeciem animus contemplantis imi-
tatur.Sed color ſapphirinus, candidis
lineis diſtinguitur,vt ſapphirino colo
re niueus miſceatur.Color enim niue-
us ſapphirino mixtus, deſignat mun-
ditiam carnis, & amorē contēplatiōis.

De coloribus columbę ad mores col
latis. Cap.VIII.

POſteriora dorſi co- O
lūbę deargentatę ꝓ Pſal.67.
pheta cōmemorat ,
& poſtea finem vitę
præſentis in quoli-
bet hoīe moraliter
demōſtrat . In auro
puritatē mētis,in pallore vero auri de
ſignat mortificationē carnis. Eſt enim
pallor aī patiētis & mortificatę carnis
innatꝰ color. Poſteriora igiť colūbę de
argētatę ī pallore auri erūt,dū puritas
mētis,& mortificatio carnis finē cuiuſ
libet moriētis obtīebūt. Sed & ideo co
lor aureꝰ ī poſteriorībꝰ dorſi colūbę co
lori ſapphirino iungiť,qa cōtemplātis
aīm futurę btītudinis gl'ia ſubſeqť. Co
lor igiť aureꝰ in poſteriorībꝰ deſignat
ęternę retributionis munus.

De oculis croceis & cautione colūbę
ad eccl'ię cautionē cōpatis. Cap.IX.

OCuli tui colūbarū.Co- P
lūba ſup aq̄s ſedere ſæ-
piſſime ſolet: vt cū vi-
derit vmbrā ſupueniē
tis accipitris fugiēs de
clinet. Eccl'ia vero ſcri
pturis ſe munit, vt inſidiantis diaboli
fraudes euitare poſſit.Hęc igiť colūba
croceos oculos habet, qa eccl'ia matu-
ra cōſideratiōe futuros caſus oñdit &
ꝓuidet.Color itaq̄ croceꝰ in ocl'is,diſ-



cretionē deſignat maturæ cōſideratio-
nis:Dū enī aliq̄s q̄d agat vl' q̄d cogitet,
mature cōſiderat:q̄ſi croco ſpūales ocu
los adornat.Habet eī crocꝰ colorē ma-
turi fructus.Croceꝰ igiť oculus ē ma-
turitas ſenſus.

¶De colore reliquo columbæ mu
tabili ad mare turbatū & de ma-
ri ad carnem comparato. Ca.X.

Q COlor reliqui corporis
imitatur colorem tur-
bati maris.Mare motu
fluctuum ſæuiēs ebul-
liť. Caro motu ſenſuū
ebulliens ſęuit.Mare ꝑ
turbationibꝰ ſuis arenas mouet & ſub
leuat.Caro delectationibus ſuis animi
leuitatem pulſat . Mare terminos ſuos
egrediens,aquis dulcibus occurrit. Ca
ro laſciuiens lachrymarū dulces riuu-
los obtundit. Mare diuerſis procellarū
turbinibus,nauigantium curſus impe-
dit.Caro ꝓcelloſa recte viuentium mo
res in profundum mergit. Dum tantis
mare tempeſtatibꝰ agitatur : vndarum
colliſione terra fluctibus immiſceť : &
ſic ex colliſione maris & terræ,colorem
mixtum recipit mare. Similiter dū ca-
ro ſuggerit,& aīus non conſentit:qua-
ſi ex nigro & niueo quidam in corpore
color efficitur:qui ex diuerſis factꝰ co-
lor medius appellatur.Marinus igiť co
lor in pectore columbæ, tribulationem
deſignat in humana mente.

¶De diuerſis columbæ proprieta
tibus. Cap.XI.

R IN diuerſis locis diuer
ſis columbę proprieta
tes reperi:quas inſerēs
huic operi , tibi frater
Proprie annotare curaui . Pria
tates.x. vero columbæ proprie
colūbæ. tas eſt,ꝙ pro cantu gemitū profert.Se-
cunda,ꝙ felle caret.Tertia ꝙ oſculis ī-
ſtat.Quarta,ꝙ gregatim volat. Quīta,
ꝙ ex raptu nō viuit.Sexta,ꝙ grana me
liora colligit.Septima, ꝙ non veſcitur
cadauere. Octaua,ꝙ nidificat in petræ
foraminibus.Nona,ꝙ ſuper fluēta aqua
rū reſidet,vt viſa accipitris vmbra,ve-
niētem citius deuitet.Decima,ꝙ gemi
Prima. nos nutrit pullos.Columba pro cantu

vtitur gemitu:quia qđ libens fecit,plā Scđa.
gendo gemit. Caret felle.i.iraſcibilita- Tertia.
tis amaritudine.Inſtat oſculis,quia de Quarta.
lectatur in multitudine pacis . Grega- Quinta.
tim volat,quia conuentus amat. Non
viuit ex raptu,quia non detrahit pro- Sexta.
ximo. Colligit grana meliora.i.melio- Septima
ra dicta.Non veſciť cadaueribus.i.deſi Octaua.
deriis carnalibus . Nidificat in forami
nibus petræ,quia ſpem ponit in Chri- Nona.
ſti paſſione.Super fluenta aquarum reſi
det,vt viſa accipitris vmbra,veniētē ci
tius deuitet : quia in ſcripturis ſtudet
vt ſuperuenientis diaboli fraudem de- Decima.
clinet.Geminos nutrit pullos.i.amorē
dei,& amorē ꝓximi. Qui igitur has na
turas habet,aſſumat ſibi contemplatio
nis alas,quibus ad cælum volet. S

¶De Aq̄lone & Auſtro vētis.Ca.XII. Cant.4.

SVrge Aquilo, & veni
Auſter &c. Aquilo fri
gidiſſimus ventus eſt. Hiere.1.
Ab aq̄lone (inq̄t Hie-
remias) pandeť omne
malū.Ibi ſedes Satha-
næ.Inde ruinæ principium. Ventꝰ aq̄-
lo,grauis eſt tētatio. Flatus aquilonis,
ſuggeſtio tentationis:frigus,negligen-
tiæ torpor.Aquilo igitur venit,quan-
do grauis tentatio mentē cuiuſlibet in
uadit . Aquilo vero ſurgit, quando ab Eſa.49.
animo tētatio recedit. Ab aquilone(in
quit) venient & mari. Aquilo,tētatio:
mare,mundus. Ab aquilone igiť & ma
ri Chriſtꝰ ſuos congregat,cum a tumul
tu tentationū non tm̄ iuſtos, ſed & pec Eſa.14.
catores ſequeſtrat. Ponam(inquit) ſe-
dem meam ad aquilonem,& ero ſimilis
altiſſimo.Sedem ad aquilonem ponere
deſiderat,quem penna ſuperbię ſurſum
leuat. Eſſe ſimilis altiſſimo cōcupiſcit,
cum illi cui ſubeſſe debet,per arrogan-
tiæ ſpiritum ſe ęqualē facit:&(vt plus
dicam)non tm̄ ſe magiſtro ſuo ęquipa
rat,ſed etiā ſe illo meliorem eſſe putat. T
Cecidit diabolus cū ſe exaltare voluit. Auſter.
Humiliať hō cū ſe exaltare cōcupiſcit. Abac.3.
Auſter calidiſſimus ventus eſt.Deꝰ (in
quit)ab Auſtro veniet. Ibi ſedes altiſſi
mi:ibi dilectionis ardor . Inde ſynceri-
tas veritatis. Auſter a ſerena regiōe ꝓ
cedit:quia deus in ſerenitate morū re-

quieſcit:ibi paſcit,ibi cubat,ibi qes mẽ
tis,ibi refectio contemplatiõis. Auſter
ſpiritus ſancti gratiam deſignat:flatus
auſtri,benignitatem ſpiritus ſancti.Ca
lor,amor. Auſter igitur venit,quotiẽs
gratia ſpiritus ſancti mentem cuiuſli-
bet accendit. Surgit quotiens a mente
gratia recedit.Deus,inqt,ab auſtro ve-
niet.Ab aqlone diabolus,ab auſtro deꝰ.
Ille ignorantiæ tenebras inhabitat:iſte
ſerenitatẽ caritatis amat.Frigus aqui-
lonis,poros carnis ſtringit:calor auſtri
clauſos aperit.Qđ enim frigꝰ auaritiæ
ſtringendo retinet:apertis eleemoſynæ
manibus caritas larga præbet.Penna ſi
quidem vetus in infernum mergit:no-
ua vero aĩm ad cęleſtia deſideria ſuſtol
lit. Peccata enim grauãt,virtutes vero
ſubleuant.

¶De accipitre quõ plumeſcat expan
dens alas ſuas ad Auſtrum. Ca.XIII.

V NVnquid per ſapiẽtiam
Iob.39. tuam plumeſcit acci-
piter,expãdens alas ſu
as ad auſtrũ? Vñ beatꝰ
Gregorius: Agreſtibꝰ
accipitribus moris eſt
vt flante Auſtro alas expãdãt, quatinꝰ
eorum membra ad laxandam pennã ve
terem venti tepore concaleſcant. Cum
vero ventus deeſt:alis contra radiũ ſo-
lis expanſis atq; percuſſis,tepentem ſibi
auram faciunt:ſicq; apertis poris vł ve
teres pẽnę exiliũt,vel nouę ſuccreſcũt.
Quid eſt ergo accipitrẽ in Auſtro plu-
meſcere? niſi ꝙ vnuſquiſq; ſanctorũ ta-
ctus flatu ſancti ſpiritus concaleſcit: &
vſum vetuſtę cõuerſationis abiiciẽs,no
ui hoĩs formam ſumit? Qđ ſctũs Paulꝰ
Coloſ.3. apł̃us admonet,dicens. Expoliãtes vos
veterem hominẽ cũ actibus ſuis, & in-
duentes nouũ.Et rurſum:Licet is q fo-
ris eſt noſter homo corrumpatur: tamẽ
is qui intus eſt renouatur de die ĩ diẽ.
Vetuſtam autem pennam proiicere,eſt
inueterata ſtudia doloſæ actionis amit
tere.Et nouam pennam ſumere, eſt mi
tem & ſimplicem bene viuendi ſenſum
tenere.Pẽna nãq; veteris cõuerſatiõis
grauat,Et pluma nouæ immutationis
ſubleuat:& ad volatũ tãto leuiorẽ,q̃to
X nouiorem reddit. Et bene ait, Expãdẽs
alas ſuas ad auſtrum. Alas quippe no-
ſtras ad Auſtrum expandere,eſt per ad-
uentum ſancti ſpiritus noſtras confitẽ
do cogitationes aperire:vt iam non li-
beat defedendo nos tegere, ſed accuſã-
do publicare.Tunc ergo accipiter plu-
meſcit,cum ad Auſtrũ alas expãdit: qa
tunc ſe vnuſquiſq; virtutum pennis in
duit,cum ſancto ſpiritui cogitationes
ſuas confitẽdo ſubſternit.Qui eñ cõfi-
tendo vetera non detegit , nouæ vitæ
opera minime producit.Qui neſcit lu-
gere qđ grauat , non valet proferre qđ
ſubleuat.Ipſa nãq; cõpũctio poros cor-
dis aperit,& plumas virtutum fundit.
Cũq; ſe ſtudioſe mens de pigra vetuſta
te redarguit , aliqua nouitate iuuene-
ſcit.Dicatur ergo cũ beato Iob.Nunqđ
per ſapientiam tuam plumeſcit accipi-
ter,expandẽs alas ſuas ad Auſtrũ?Id eſt
Nunquid cuilibet electo tu intelligen-
tiam contuliſti,vt flante ſpiritu,ſancto
cogitationum alas expandat,quatinus
pondera vetuſtæ cõuerſatiõis abiiciat,
& virtutum plumas in vſum noui vo-
latus ſumat: vt hinc videlicet colligat
ꝙ vigilantiam ſenſus in ſemetipſo ex
ſe non habet,q hanc ex ſe conferre aliis
nequaq̃ valet.

¶De duabꝰ accipitrũ ſpeciebꝰ.Ca.XIIII

DVæ ſũt ſpecies accipi Y
trũ , domeſticus.ſ. &
ſylueſter : iidẽ tñ ſũt.
Sed diuerſis tempori
bus poteſt eſſe ſylue-
ſter & domeſticꝰ. Syl
ueſter rapere conſueuit domeſticas vo
lucres,& domeſticus ſylueſtres. Sylue-
ſter quas rapit,cõtinuo deuorat:dome
ſticus captas dño ſuo relinquendas ſer
uat.Porro dñs eius captarũ volucrum
ventres aperit,& eoꝝ corda accipitri ĩ
cibum tribuenda ſumit.Interiora ven-
tris cum fimo eiicit,qui intus remanẽs
putredinẽ carnium cũ fœtore gignit.
Moraliter,ſylueſter accipiter captas vo
lucres& rapit & deuorat,quia quilibet
peruerſus actus & cogitationes ſimpli
cium diſſipare non ceſſat . Domeſticus
vero accipiter eſt quilibet ſpiritalis pa
ter:qui totiens ſylueſtres volucres ra-
pit,quotiens ſeculares ad conuerſionẽ



prædicando trahit. Captas occidit,dũ
ſeculares mundo mori per carnis mor-
tificationem cogit. Dñs aũt eius & oĩ-
potens deus ventres earũ aperit,quãdo
mollitiẽ carnaliũ per ſcripturas incre-
pãdo ſoluit. Corda vero extrahit,dum
cogitationes ſecularium per confeſſio-
nem manifeſtas facit.Interiora ventris
cũ fimo eiicit,qñ memoriã peccati fœ-
tentem reddit. Ad menſam itaq; domi
ni captæ volucres veniunt,dum in cor
pus eccleſiæ peccatores doctorum den-
tibus maſticati ſeſe conuertunt.

¶De domeſticorum accipitrũ cu-
ratione. Cap.XV.

Z DOMEſticis accipitribus
quo melius plumeſcere
debeant,munita ac tepẽ
ria requiruntur loca. Lo
ca munita ſunt clauſtra:
in quibus dum ſylueſter
accipiter ponitur , vt domeſticus fiat:
clauſus tenetur.Ibi veteres pẽnas emit
tit,& nouas aſſumit: qa quilibet clau-
ſtralis qui priſtinis vitiis ſpoliatur, no
ui hominis virtutibus adornatur: nec
inde extrahitur niſi prius eiectis vete-
ribus pennis,nouæ ſolident.Sed cũ fir-
mus ĩ volatu fuerit,ad manum venit.
Similiter ſi aliqs cõuerſus de clauſtro
exeat:neceſſe eſt vt ad manũ bonę ope-
rationis accedat,& inde emiſſus volet:
vt ad deſideranda cæleſtia toto adniſu
mentis ſeipſum leuet.

¶De accipitris in lęua geſtatiõe.
Cap.XVI.

A ACcipiter in ſiniſtra ma
nu geſtari ſolet,vt ĩ de
xtram ad aliqd capien
dum emiſſus volet.Lę-
Cant.2. ua(inquit)eius ſub ca
pite meo:& dextera il-
lius amplexabitur me. Læua ſunt bona
temporalia:dextera vero ſunt æterna.
In lęua igitur ſedet,qui bonis tempora
libus pręſidet.In dexteram vero volat,
qui toto mentis affectu æterna deſide-
rat . Ibi capit accipiter columbã, id eſt
quilibet mutatus in melius,ſancti ſpiri
tus gratiam recipit.

¶De pertica ſuper quam ſtat aut
ſedet Accipiter. Cap.XVII.

PErtica accipitris deſi- B
gnat nobis rectitudinẽ
vitæ regularis:q̃ a ter-
ra longe ſuſpendit̃ : qa
a terrenis deſideriis hu
iuſmodi vita ſeparat̃.
In hac pertica ligatus ſedet:qui regula
ris vitæ ſtatuta firmiter tenet.Duobus
parietibus inhęrere dicit̃,a qbꝰ ex vtra
q; parte ſuſtẽtat̃.Duo parietes qui per-
ticã ſuſtẽtãt,ſunt actiua & cõtẽplatiua
vitę,q̃ pie viuẽtiũ rectitudinẽ portant.

¶De accipitrum pedicis ſeu com-
pedibus. Cap.XVIII.

QVaſi compedes in pedi- C
bus accipiter habere cõ
ſueuit : ne cũ voluerit,
exorta qualibet occaſio
ne volarę poſſit . Pedes
accipitris quaſi compe-
dibus ſtringit,qui timore iudicii,& do
lore ſupplicii,mentis affectus p̃mit. Et
humiliauerũt(inquit Pſalmiſta)in cõ- Pſal.104.
pedibus pedes eius. Pedes Ioſeph in cõ
pedibus humiliat,qui ad memoriam re
ducens pręſentem & æternam pœnam,
ne ad optata ꝓgrediantur affectus ani-
mi ligat.

¶De loro ſeu corrigia & ligami-
ne accipitris. Cap.XIX.

COrrigia per quã accipi D
ter ligat̃ in pertica, eſt
mortificatio carnis per
quã quilibet cõuerſus
tenetur in regulari vi
ta. Corrigia ſiquidẽ q̃
fit de corio mortui animalis , deſignat
mortificationem carnis. Nõ rumpitur
hęc corrigia,ſed ſoluitur,cum ad capiẽ
dũ aliquid accipiter impellit̃. Similiter
ſi qlibet frater ad aliquid temporale ex
eat,nõ rumpitur propoſitum, ſed cum
reuertitur,eadẽ corrigia,qua prius, ſe-
ipſum firmius ligat.

¶De Turture & Paſſere. Ca.XX.

POſt colũbę gemitũ, & ac E
cipitris queſtũ,rogas Ca
riſſime ne diutius diffe
ram,ſed planctum turtu
ris,& clamorem paſſeris
tibi velocius ſcribã: nec
tñ ſcribã,ſed etiã pingam qualiter tur

tur eremi ſecretū diligat, & paſſer ſoli
tarius in tecto clamare non deſinat: vt
ſub exēplo turturis teneas mūditiā ca
ſtitatis: & ſub exēplo paſſeris ames cu-
ſtodiā cautę circūſpectionis: vt & viuas
caſte, & ambules caute.

F ¶De palma quō ei cōpareť iuſtꝰ. XXI.

Iob.29. SIcut palma multiplica
bo dies. Palma multi-
plicat dies, q̃a tarde ꝑ
ficit priuſq̃ in altū cre
ſcat. Similiter iuſtꝰ tar
de proficit priuſq̃ ad
hoc ꝑueniat ad qđ tēdit. Eſt em̃ iuſti de
ſideriū vt ꝑueniat ad cęleſte regnū. Sed
hoc deſideriū mūdꝰ impedit, ne ad opta
ta niſi tarde ꝑuenire poſſit. Palma dies
multiplicat, nec tñ eam frigus hyemis
vel nimius calor ęſtatis impediūt, quin
ſemper virideſcat. Similiter iuſtꝰ viuit,
nec ab aliquo impediť quin in propoſi-
to bonę operationis perſeueret. Frigus
hyemis eſt torpor vel negligētia refri-
geratę mentis. Nimius calor ęſtatis, eſt
calor libidinis vel iracūdiæ flāma, ſeu ī
cēdiū cupiditatis. Sicut igiť palma nec
marceſcit hyemis frigore, nec nimio
ęſtatis vriť calore: ſic iuſtus nō perimiť
qualicūq; ꝓſperitatis vľ aduerſitatis tē
tatione. Aliter, Palma dies multiplicat
quia iuſtus dies antiquos ad memoriā
reducit, & annos ęternos in mente tra-
ctat. Paucitatem em̃ dierū ſuorū nūciat
ſibi: & ex alia parte lōgitudinē dierum
in futuro ſperat. Qui hæc igiť intra ſe
colligit, multiplicādo dies ſicut palma
vincendo mūdū in altum creſcit.

G ¶Quō ei cōpeneť ecclia & aīa fidelis. 22.

Cant.7. STatura tua aſſimilata
eſt palmæ. Statura ec-
cleſię vel cuiuſlibet fi-
delis aīę aſſimilať pal-
mę. In ſtatura cuiuſli-
bet hominis notať par
uitas vel magnitudo in mēbris ꝑ linea
menta corporis. Habet aūt ſtaturā pal-
mæ iuſtus, ſi apud ſe eſt modicus, apud
deum magnꝰ: in ſe humilis, coram deo
ſublimis. Hęc palma eſt Chriſtus: cui aſ
ſimilatur iuſtꝰ. Dū em̃ tribulationes q̃s
paſſus eſt chriſtꝰ, patiť: ſtaturæ palmæ
2.Cor.5. iuſtus aſſimilatur. Vñ apľus. Qui erūt
participes tribulationū, erūt ꝑticipes &
glorię. Qui igiť mēbrū corporis ē: quæ
ſunt capitis, ſentire debet. Iā palma cre
uit in altū. Iam cacumē illius penetra-
uit cęlū. Iam cū capite ſunt capitis co-
mę, q̃ ſunt elatę palmarū. i. electę aīarū.
Adhuc ſtipes rigoſo cortice. i. ecclia cir
cūdata tribulationū aſperitate, in ter-
ra figitur, & rami. i. ſancti in ęterna fe- H
licitate gloriant̃. Iuſtꝰ em̃ vt palma flo Pſal.91.
rebit. Iuſtus plātat̃, floret, & fert fructū,
plantatꝰ in domo dñi, in atriis domus
dei noſtri. Domus dei noſtri eſt domus
cōuerſiōis. Eſt aūt atriū añ īteriorē do
mū. Ante domū ſiquidē cōuerſionis eſt
atrium renūciationis. Qui enim mūdo
renūciat: palmā victorię qua mundū vī
cit, in atriis domus dñi plātat. Plantat̃
igiť in domo cōuerſionis: floret ꝑ famā
bonę opinionis: fert fructū bonę opatio
nis. Sed quorſum figit radicē? quō cre-
ſcit? quō roborat̃? Radicat̃ ꝑ fidē: creſcit
ꝑ ſpem: roborat̃ per caritatē. Mirū eſt tñ Pſal.91.
qđ de iuſtis diciť: Plantati ī domo dñi,
in atriis domus dei noſtri florebūt. Mi-
rū eſt ꝙ plantant̃ in domo, & florent in
atrio. Sed fortaſſe per fidem plantātur
intus: ꝑ exemplū boni operis florent ex
terius: & ſic ꝑ famā bonę opinionis, fo-
ras exit odor floris. vel aliter. Plantan-
tur in domo, florent in atrio: quia iuſti
plantant̃ in ꝓſenti eccleſia, & flore im-
marceſcibili florebūt in ęterna vita. Ibi
em̃ cum flore recipient fructū. i. cū mū
ditia carnis & aīę, futurę retributionis
præmium.

¶De nido turturis. i. fidelis aīę in pal-
ma. i. arbore crucis per fidē paſſionis. Et
quomodo palma portetur in manu vi-
ctoris. Cap. XXIII. I

AScendam in palmam: & Cāt.7.
apphendam fructꝰ eiꝰ.
Palma iuxta terram eſt
gracilis & aſpera: ver-
ſus cælū groſſior & pul
chra. Eſt igitur aſcēſus
difficilis, ſed fructus dulcis. Minuitur
aſcendentis labor, dum fructus in arbo
re ſentitur odor. difficultatem aſcēſus
aufert dulcedo guſtus. Palma eſt Chri-
ſtus: fructus eius, ſalus. Dic (inquit) Da Pſal.34.
uid animæ meæ, ſalus tua ego ſum.



Pſal.33. & guſtate & videte q̃m ſuauis eſt do-
minus. Spes ſalutis ī ligno crucis. Aſcē
de igitur in palmam, id eſt attende cru
cis victoriam. Per ſcalam ſiquidem cru
cis aſcēdes ad ſolium victoris. Tolle &
tu crucē tuam, & ſequere eum. Qui af-
fligit carnem ſuam, tollit crucem ſuā.
K ¶Palma manum victoris ornat: & iuſtꝰ
palmam victoriæ in manu bene operā-
do portat. Tria dicuntur eſſe de quibꝰ
iuſtus victoriam debet acquirere. ſ. mū
dus, caro, diabolus. Iuſtus mūdum vin
cit, cum eum cum ſuis oblectationibus
cōtemnit. Carnem ſuperat, dum eā per
abſtinentiam domat. Diabolo domina-
tur, & eum ſubiicit, cum eum a ſuis fi-
nibus expellit. Palmam igitur in manu
geſtat, qui de his tribus bene operan-
do triumphat.

¶De voce turturis ad aīam cōparata:
& de terra nr̃a & aliena. Cap. XXIIII.

L
Cant.2. VOx turturis audita eſt
in terra nr̃a. Vox tur-
turis eſt dolor læſę mē
tis. Vox turturis ge-
mitum deſignat cuiuſ
libet animæ pœniten-
tis. Terra de qua hic agitur, eſt animꝰ:
qui terrenæ fragilitatis occupationibꝰ
M irretitur. Eſt autem terra noſtra, & ter
ra aliena. Terra aliena eſt mens diaboli
Pſal.53. dominio ſubiugata. Vnde: Alieni īſur
rexerunt aduerſum me, & fortes quæ-
ſierunt aīam meā. Terra aliena eſt Ba-
bylonia: terra noſtra Hieruſalē. Babylo
nia, confuſio: Hieruſalem, viſio pacis in
terpretatur. Terram noſtram alieni de
uorant, quando dæmones ſuis incurſio
nibus mētem vaſtant. In Babylonia te-
nemur captiui. In Hieruſalem ſumꝰ li-
Pſal.136. beri. Quomodo cantabimus canticū do
mini in terra aliena? Terra eſſe noſtra
dicitur, dum nihil in mente noſtra pro
prium reperitur. Terram noſtram eſſe
dicimus, dum mentem noſtram cū ma-
giſtro & fratribus poſſidemus: vt aīus
deo deuotus, ſeruiat per dilectionē fra-
tribus, per compaſſionē proximo, ꝑ mo
deſtiam ſibi: & ſic cōmunis fiat. In terra
igiť nr̃a vox turturis audiť, dū ad pœ-
nitētiā auris īterior hūiliter inclinat̃.

¶De turture eccleſiæ & fideli animę
comparata, & de nido eius: & de Chri-
ſto marito talis turturis. Cap. XXV.

TVrtur ſecretū deſerti N
diligit: q̃nq; tñ ad hor-
tulos pauperū & agros
cultorꝫ deſcēdit, vt gra
na ſeminū colligat, vn-
de viuat. Turtur eſt ec
cleſia vel quęlibet fidelis aīa. Secretum
deſerti, ſolitudo clauſtri. Grana ſeminū
ſententię doctorū. Hortuli vel agri ſūt
doctorū libri. Ex his animus reficiť. In
iis vita ſpiritus. Sic em̃ viuiť: & in tali
bus vita ſp̃us mei. In locis tutiſſimis
& delectabilibus inuenit turtur ſibi ni O
dum, vbi reponat pullos ſuos. Inter ra
mos arboris cōdēſæ nidū collocat, oua
ponit, vnde ſuo tēpore procreent̃ pul-
li. Per arborē intelligimus crucem: ꝑ ni
dum ſalutem: per oua ſpem: ꝑ pullos ge
minā caritatem, amorem. ſ. dei, & proxi
mi. Quęramus igiť nidū turturis: q̃ra-
mus ouū in nido, nidū ī arbore. i. ſpem
ſalutis in ligno crucis. Notū etiā com P
pluribus eſſe reor, naturā turturis eſſe
talē, vt ſi ſemel ſociū amiſerit, abſq; ſo-
cio ſemꝑ eat: Chriſtꝰ eſt ſpōſus eccleſię,
vel cuiuſlibet fidelis aīę. Aſcēdēs Chri
ſtus ī arborē crucis: vndiq; nidū cōtra-
xit. Aſcēdā, inquit in palmā. i. crucē: &
cū exaltatꝰ fuero oīa trahā ad meipm̃.
Mortuus eſt Chriſtꝰ: expectat eū eccle
ſia, vel q̃libet fidelis aīa, donec redeat: &
caſtę ſocietatis interim legē ſeruat. Re
dit ſæpius ad arborem: frequētat nidū:
videt effuſionē ſanguinis: iudiciū vide
licet mortis, dū hęc attēdit, gemit. Silr̃-
ter q̃libet aīa fidelis ſępiꝰ ad memoriā
reducit myſteriū crucis: attēdit ꝓciū ſā
guinis: q̃ dū attente cōſiderat, multipli
catis gemitibus mētē ad lamēta vocat.

¶De Libano & Cedro myſticis. Et
de paſſeribus in ramis cedri nidi-
ficantibus. Cap. XXVI.

IN bona ſignificatione Q
Libanus & cedrus q̃nq;
ponunt̃, ſicut in Canti
cis Cāticorꝫ ꝑ Salomo
nē dicitur. Species eiꝰ Canti.5.
vt libani: electus vt ce
dri. Libanus eſt mōs Phœnicię terminꝰ Libanus
Iudęę cōtra ſeptētrionē. Arbores illius

proceritate,ſpecie & robore cęterarum
ſyluarũ ligna p̄cellunt.Per montẽ Liba
ni ſane intelligere poſſumus eminẽtiã
virtutum.Terminus eſt Iudęę cõtra ſe
ptẽtrionẽ,ne diabolus mentes vere cõ-
fitentiũ intret ꝑ tentationẽ.Arbores il
lius ꝓceritate,ſpecie & robore alias ar-
bores præcellunt,dũ q̄libet fideles aĩæ,
ꝓceritate deſiderii,ſpecie caſtitatis,ro-
R bore perſeuerantię,alias antecedũt.Per
Cedrus. cedrũ intelligimus Chriſtũ.Hęc eſt ce-
drus alta Libani: cõformata hyſſopo: q
Pſal.ciii cũ eſſet ſublimis,factus eſt humilis. De
his dictũ eſt per prophetã. *Saturabunt̃
ligna campi,& cedri libani quas planta
uit:illic paſſeres nidificabunt.* Paſſeres
ſunt p̄dicatores.Pulli ſunt ii qui verbo
p̄dicationis ſunt procreati.Nidus,quie
tę mentis locus.In hac ergo cedro nidi
ficant,q trãquille viuẽdo,de ęterna bea
titudine non deſperant.Sunt cedri liba
ni quas plantauit dñs.Cedri libani ſũt
diuites huius mũdi. Paſſeres ſunt cœ-
nobiorũ rectores:pulli,diſcipuli:nidus,
officinarum locus. In his cedris paſſe-
res nidificant,quia rectores animarum
in poſſeſſionibus diuitum cœnobia lo-
cant:ibi paſſeres clamare nõ ceſſant, vt
ſibi a deo eſcam quęrãt. A deo ſibi eſcã
quęrunt,qui verbis diuini eloquii qua
ſi cibo ſatiari volunt. Die ac nocte cla-
mitant,quia pro ſuis benefactoribꝰ to-
to niſu mentis deũ rogant.In nido trã
quillę mentis pẽnas contẽplationis nu
triunt,quibus ad p̄dictam cedrũ,quan-
to citius poſſint,aduolare contendant.
Circa ligna libani volitant,quia vitam
ſeu mores virorũ ſublimiũ ſcire deſide
Cant.3. rant.Ex his lignis libani Salomon fer-
culũ feciſſe legitur,quia eccleſia de vi-
S ris ſublimibus & infatigabilibus ædifi-
De ce- catur . *Sunt cedri quas non plantauit
dris ma dominus.*Non plantauit in ꝓpria volũ
lis. tate:non dilatauit cupiditate.Oĩs au-
Matt.15. tem plantatio quã non plantauit pater
Pſal.ciii meus cæleſtis eradicabitur.Hę cedri li
bani ſunt diuites ſuperbi. In his nidifi
cant herodii & accipitres, id eſt rapto-
res. Nidos componunt,quia in poſſeſ-
ſionibus diuitum raptores munitiones
cõſtruunt.Pulli ſunt complices rapto-
rum ſeu miniſtri . Hæ volucres in ce-
dris vt rapiant,latent: qa raptores no-
cendi potentiam a principibus peruer
ſis habent.*Sed dominus confringet ce-
dros libani,*id eſt diuites mundi:quoſ-
dam per pœnitentiã: quoſdã ꝑ vĩdictã. T
Per pœnitentiam,quia ſicut vitulũ li- Pſal.28.
bani cõminuet. Comminuet ſicut vitu
lum libani,ad imitationẽ vitæ Chriſti:
vt fiat vitulus ſacrificiis aptus: vt car
nem mortificet,& cum Chriſto crucem
portet. Per vindictã cõfringet alios,qa
æterno igni concremabit reſeruandos.
Prędicta cedrus ſuccisa multũ ꝓficit,qa
Chriſtus morte propria mundũ rede-
mit.*Niſi eñ granũ frumẽti cadẽs ĩ ter-* Ioan.12.
*rã,mortuũ fuerit,ipſum ſolũ manet.Si
aũt mortuũ fuerit,multũ fructũ affert.*
Cedrus ergo ſuccidit̃,dũ Chriſtus mo-
ritur. Mors ſiquidem Chriſti multis ꝓ
fuit.Deſcẽdẽs eñ ad inferos captiuam
abduxit captiuitatẽ : ſurgẽs a mortuis
& aſcẽdẽs ad cęlos,ſpem reſurgẽdi mo-
rientibus dedit.Quid eñ prodeſſet mi
ſere viuere , tribulationibus cõcuti,ad
extremũ mori,niſi ſeq̄ret̃ ſpes reſurgen
di? Et qd ꝓdeſſet reſurrexiſſe, niſi fides
cõſtãs eſſet hoĩem ĩmortalem abſq; ſup
plicio ſine fine manere? *Similiter cũ ce
drus quã plãtauit dñs,ſuccidit̃, multũ
ꝓficit:*qa ad ęternę beatitudinis ædifi-
ciũ trãſfert̃.*Si aũt cedrus quã non plã
tauit dñs,ſuccisa fuerit:*nõ minimę vti
litatis erit:qa q̄ nullũ fructũ ferebat in
libano.i.in ſeculo:pondus ędificii ſuc-
ciſa ſuſtinet in ſpirituali tẽplo.Ita dico
ſi cedri ſuꝑbiã ſuccidas ꝑ pœnitẽtiã. *Si
vero ꝑ vindictã ſuccidas:* gehẽnę incen
diis illã cõcremãdã in ꝑpetuũ ſeruas.

¶Quis per paſſerẽ ſit myſtice in-
telligendus. Cap.XXVII. V

IN domino cõfido:quo Pſal.10.
modo dicitis aĩæ meæ,
tranſmigra in mõtem
ſicut paſſer? Sub paſſe- Paſſer.
ris noĩe deſignat̃ inſta-
bilitas mẽtis in quoli-
bet homine. Eſt enim paſſer auis incon
ſtans & inſtabilis: & ideo deſignat mo-
bilitatem mentis . Porro per montem
intelligimus elationis altitudinem .
Quaſi paſſer enim in mõtem tranſmi-



grat,q de valle humilitatis mẽtẽ in ſu-
perbiam leuat.Poteſt & aliter dici:vt ꝑ
paſſerem intelligamus quẽlibet infide-
lẽ:mons vero ſupradictus ſit eminẽtia
ſenſus. Si qs in hũc montem impingit,
nauem frangit . Quaſi paſſer igit̃ ĩ hũc
montẽ trãſmigrat, qui humilitatem in
carnationis Chriſti deſerens,Chriſtum
deũ & hominẽ eſſe negat. Hęreticis ita
ꝙ fidei repugnãtibus propheta reſpon
dens dicit ſe nõ diſceſſurũ a fide, qa in
domino confidit. Non enim in virtute
ſua cõfidit,nec in multitudine diuitia
rum ſuarum gloriatur.

¶De domo quã paſſer inuenit: &
de paſſeris mãſuefacti moribus.
X Cap.XXVIII.
Pſal.83. PAſſer ĩuenit ſibi domũ.
Ioan.14. In domo patris mei
manſiones multę ſunt.
Paſſer qui de ramo ĩ ra
mũ volare nouerat,nũc
de ſyluis ad domũ vo-
lat . Sic multi qui ſeculi diuerſis actibꝰ
inhęrebant,nũc mentẽ in domũ nõ ma
nufactã quę in cęlis eſt,leuant. Paſſer q
veſtiebatur leuibus plumis.i.ſeculari-
bus curis:nunc incedit pennatus virtu
tibus & p̄ceptis. Aſcẽdit,& nidũ ponit.
Dat aũt deus vnde fiat nidus. Verbum
ſiquidem patris induit ſe fœno carnis.
Et ſic ĩ altũ nidus erigitur : quia ſupra
angelicã creaturã humana natura col-
locat̃. Nidificat in foraminibus petræ:
quia ſpem ponit in Chriſti paſſione. Pe
tra eñ erat Chriſtus.Hęc eſt alta cedrꝰ
libani,cõformata hyſopo : illic paſſeres
nidificabunt. ¶De vigilia paſ
Y ſeris.i.monachi nuper cõuerſi. XXIX.
Pſal.101. VIgilaui,& factus ſum ſi
cut paſſer ſolitarius in
tecto.Locũ manendi in
domo fidei paſſer inue
nit:& q priꝰ inſtabilis
fuerat: ne ab accipitre
rapiat̃,vigilare nõ ceſſat.Sic a quolibet
fideli agit̃ ne a diabolo raptꝰ teneat̃.Vi
gilat ſibi per cuſtodiã:vigilat ꝓximo ꝑ
doctrinã.In tecto paſſer habitat,vt a ter
renis lõge fiat. In domo manet,in tecto
reſider,q fidei firmitatẽ tenet:de culmi
ne virtutum ſubiectos docet.Ecce quo
modo paſſer q priꝰ ad mõtẽ ꝑfidię trãſ
migrare conſueuerat,nũc ꝓ veritate fi
dei vigilãs,de excelſo clamat.Qui ideo
dicit̃ ſolitarius , ꝙ a terrenis deſideriis
ꝓcul ſit remotus. ¶Quõ paſſer aſ
ſimilet̃ aĩę vitando laqueos,Ca.XXX. Z
ANima noſtra ſicut paſ Pſal.123.
ſer erepta ẽ de laqueo
venantiũ.Laqueus cõ-
tritus eſt,& nos libera
ti ſumus.Tenet aĩa ſi-
militudinẽ paſſeris,dũ
in iis q̄ agit vtit̃ exẽplo calliditatis.Dũ
eñ anima ſępius ſeipſam cõſiderat:con
tĩgit qñq; vt ex vſu aſſiduę cõſideratio
nis animꝰ callidior fiat, vt ĩ via poſitũ
vitet laqueũ.Sũt aũt tres laquei venan Laquei
tiũ.Primus laqueus eſt fallax ſuggeſtio tres.
dęmonũ. Scd̃s ſubtilis deceptio hæreti
corũ.Tertius dulcedo vitę carnaliũ.Hi
laquei ponunt̃ ĩ ſemita,in via,ĩ cãpo.Se
mita eſt arctior vita:via eſt lata vita:cã
pus ſpatioſa.Per arctã & arduã religio
ſi:ꝑ latã & rectã coniugati:ꝑ ſpatioſam
& deuiã voluptuoſi gradiunt̃.Laqueus
paſſerẽ captũ retinet,dũ diabolus mẽtẽ
poſſidet:vel dum dulcedo vitę p̄ſentis
placet:ſeu dũ hęreticus blanditiis dece
ptũ fouet.Sed laqueus rũpit̃ , & paſſer
liberat̃, ſi abiectis carnalibus deſideriis
aĩa ad deũ cõuertat̃.hoc aũt non fit per
noſtrã potentiã,ſed per gratiã. Adiuto Pſal.123.
rium eñ noſtrũ in nomine domini.
¶De paſſerũ duoꝝ & quinq; iuxta euã
geliũ p̄cio myſtice explicãdo. XXXI. A
IVxta ſeriem euangelii Matt.10.
duo paſſeres aſſe vęne- Lucæ.12.
unt, & qnq; dipondio.
Paſſeres ſunt hoĩes va
gi & inconſtantes. Di-
pondiũ ex duobus aſſi
bus cõſtat:vtrũq; tñ parui põderis eſt.
Aſſe igit̃ & dipõdio paſſeres vẽdũt,dũ
ꝓ trãſitoriis & tẽpalibꝰ ęterno igne cru
ciãdi peccatores diabolo ſubiiciunt̃. Et
tñ nõ erit ĩ obliuiõe corã dño vnꝰ ex il
lis:qa pctõribꝰ ſemꝑ parata ẽ mĩa redẽ-
ptoris. Vos autem,inquit,multis paſ- Matt.10.
ſeribus pluris eſtis . Hoc de diſcipulis
dixit. Sunt iuſti maioris precii . Dum
enim iuſti ſe & ſua ꝓ domino in pręſen
ti ſeculo tribuunt,in futura beatitudi-

ne pro tranſitoriis & commutabilibus
æterna poſſidebūt. Sunt quidam qui
duos paſſeres coniūcte animam & cor-
pus interpretantur. Quinq; vero paſſe
res ad quinq; ſenſus corporis referunt.
Matt.10. Item nonne duo paſſeres aſſe veneunt:
& vnus ex illis non cadet ſuper terram
abſq; patre veſtro? Vnde Hieron. Si par
ua inquit alia & vilia abſq; deo actore
non decidunt: Vos qui æterni eſtis, nō
debetis timere ne abſq; prouidentia vi
uatis. Nolite ergo timere eos qui occi-
dunt corpus, animam autem non poſ-
ſunt occidere.

¶De duobus paſſeribus ex lege ī-
molandis pro mūdatione a lepra.
B Cap. XXXII.

Leui.14. LEx Moyſi præcepit ꝙ
ſi quis a lepra munda-
tus fuerit, offerat du-
os paſſeres viuos: ex q
bus vnū īmolet ſacer-
dos in vaſe fictili ſuper
aquas viuas: alterum vero intingat in
ſanguine paſſeris immolati, & eum li-
berum in agrū auolare permittat. Duo
paſſeres ſunt corpus & anima. Vasficti
le, fragilitas carnis moribūdæ: aquę vi-
uę, flumina diuinæ ſcripturæ, quæ no-
bis præſtant potum ſpiritalem & ablu
tionem. Duos paſſeres offerimus, cum
corpus & animam deo cōſecramus. Qꝫ
vero vnus paſſer immolabatur, retorto
ad pennulas capite, ita vt ſanguis effū-
deretur, nec tamen caput a collo abrū-
peretur: deſignat ꝙ ita caro noſtra af-
fligenda eſt per abſtinentiam, vt nō pe-
nitꝰ extīguatᷣ a vita. Qꝫ vero alter paſ
ſer liber in agrū auolare permittitᷣ, mo
raliter deſignat ꝙ aīa noſtra cōcupiſcē
tiis carnalibus edomitis, pennis contē-
plationis ad cęleſtia ſit ſubleuanda.

C ¶De Pelicani natura. Cap. XXXIII.

Pſal. ci. SImilis factus ſum peli-
cano ſolitudinis. Peli-
canꝰ eſt ægyptia auis,
habitans in ſolitudine
Nili flumīs. Hæc auis
roſtro pullos ſuos fertᷣ
occidere, & p tres dies gemere ſup eos.
poſt tres dies ſeipſā roſtro pcutit, & ſuo
ſāguine pullos aſpergit: & ſic quos priꝰ
occiderat, aſperſo ſanguine viuificādo
lauat. Myſtice pelicanꝰ ſignificat Chri-
ſtū. Ægyptus mūdū: pelicanus habitat
in ſolitudine: qa Chriſtus ſolus de vir-
gine naſci dignatus eſt ſine virili copu
latiōe. Eſt em̄ ſolitudo pelicani ꝙ īmu-
nis eſt a pctō vita Chriſti. Hęc auis ro-
ſtro pullos ſuos occidit, qa verbo p̄dica
tionis incredulos cōuertit. Sup pullos
ſuos gemere nō deſinit: qa Chriſtꝰ cum
reſuſcitaret Lazarū, miſericorditer fle-
uit. Et ſic poſt tres dies ſanguine ſuos
pullos lauādo viuificat, quia Chriſtꝰ ꝓ
prio ſāguine ſuo redimēdo lauat. Mors
em̄ pelicani, paſſio eſt Chriſti. Moraliter D
aūt per pelicanū intelligere poſſumꝰ nō
quēlibet iuſtū, ſed a carnali voluptate
longe remotū. Per Ægyptū, vitā noſtrā
ignorantiæ tenebris inuolutā. Ægyptꝰ
em̄ tenebrę īterp̄tatᷣ. In Ægypto igitᷣ ſo
litudinē facimus, dū a curis & volupta
tibus ſeculi longe ſumus. Sic & iuſtus
in ciuitate ſolitudinē facit, dū ſe īmu-
nē inquantū humana natura patitur, a
peccato cuſtodit. Roſtro pelicanus pul
los ſuos occidit: qa iuſtus cogitationes
& opera q̄ male geſſit, ore proprio iudi
cat & confundit, dicēs. Dixi, confitebor Pſal.31.
aduerſum me iniuſtitiā meā dn̄o: & tu
remiſiſti impietatem peccati mei. Super
eos triduo deflet: qa quicqd cogitatio-
ne, locutione, et opere male geſſerint: la
chrymis delere docet. Et ſic pullos ſu-
os aſperſos ſanguine viuificat, dum car
nis & ſanguinis opera minuit ac delet:
& actus ſpiritales bene viuēdo ſeruat.
Huius etiam volucris natura talis di-
citᷣ eſſe, ꝙ ſemper afficitᷣ fame: & quicqd
glutit, cito digerit: qa vēter eiꝰ nullum
habet diuerticulū ī quo retineat cibū.
Nō igitᷣ cibus ille corpus īpinguat, ſed
tm̄ ſuſtinet & cōfortat. Huic ſiqdē peli
cano, eremitę vita fit ſimilis: q puo pa-
ſcitᷣ, nec q̄rit repletionē ventris: q nō vi
uit vt comedat, ſed comedit vt viuat.

De Nycticorace. Cap. XXXIIII. E

FActꝰ ſū ſicut nycticorax Pſal. ci.
in domicilio. Nycticorax
eſt auis q̄ amat tenebras
noctis. In parietinis ha-
bitat, qa in ruinis mace-
riarū q̄ ſunt ſine tecto, domicilium ſer-



uat. Lucē refugit. In nocte volitās cibos
quęrit. Myſtice nycticorax Chriſtum ſi
Ezech.18 gnificat, q noctis tenebras amat, qa non
vult mortē peccatoris, ſed vt conuerta
Ioan.3. tur & viuat. Ita em̄ deus dilexit mūdū,
vt pro redēptione mundi morti trade
ret filiū ſuū. Qꝫ autem peccatores te-
nebrę vocentur, Apoſtolus teſtatur di-
Ephe.5. cens: Fuiſtis aliquando tenebrę: nūc au
tem lux in domino: habitat nycticorax
in ruinis parietū, qa Chriſtus naſci vo
Matt.15. luit de populo Iudęorum. Non ſum, in
quit, miſſus niſi ad oues quę perierunt
domus Iſrael. Sed Chriſtꝰ opprimitur
a ruinis, quia occiditur a Iudęis. Lucē
refugit, quia vanā gloriā deteſtatur &
odit. Cum enim leproſum curaret: vt
nobis exemplū humilitatis daret, dixit
Matt.8. leproſo. Vide nemini dixeris. De hac
Iob.38. luce dicitur: Auferetur ab impiis lux
ſua. i. præſentis vitæ gaudia. Ipſe autē
Ioan.1. eſt lux īacceſſibilis, quæ illuminat oēm
hominē venientem in hunc mundum.
Lux igitur refugit lucē. i. veritas refu-
git mundanę gloriæ vanitatē. In nocte
volitans eſcas quęrit, quia peccatores
in corpus eccleſiæ prędicando conuer
tit. Moraliter autē Nycticorax nō quē-
libet iuſtum innuit nobis, ſed eū qui in
ter homines degens, ab intuitu homi-
nū ſe inquantū poteſt abſcondit. Lucē
refugit, quia humanæ laudis gloriam
Iob.19. non attēdit. de qua luce dicitur: Nōne
lux impii extinguetur, nec ſplendebit
flām̄a ignis eius? Lucem dicit pręſentis
vitæ proſperitatē. Sed lux impii extin-
guitur, quia futurę vitę proſperitas cū
ipſa terminatur. Nec ſplendebit flāma
ignis eius. Ignem dicit temporaliū de-
ſideriorū feruorem. Flamma eſt decor
vel poteſtas exterior, quæ de īterno eiꝰ
ardore procedit. Sed nō ſplendebit, qa
in die exitꝰ omnis exterior decor & po
teſtas peribit. In nocte vigilat, dum pec
catorum tenebras attendens, eorum er
rores vitat. Habitat in ruinis parietū,
dum mundi defectum conſiderat, & ex
pectat occaſum. Eſcam in nocte quęrit,
quia peccantium vitam recogitans, de
exemplis iuſtorum mentem & vitam
paſcit.

¶De Coruo. Cap. XXXV.

COruus in diuina pagi F
na diuerſis modis ac-
cipitur: vt per coruū
aliqn̄ prædicator, cor-
uus enim crocitans eſt
doctor prædicans: ali-
quando peccator, aliquando diabolus
intelligatur. Iſidorus in libro etymolo
giarum dicit ꝙ coruus primū in cada-
ueribus oculū petit. Coruus aūt eſt dia
bolus, qui in cadaueribus primo oculū
petit: quia in hoībus carnalibus intel-
lectum diſcretionis extinguit: & ſic per
oculum cerebrum extrahit: quia extin
cto diſcretionis intellectu, ſenſum men
tis euertit. Item per coruū quilibet pec
cator intelligitur: qui quaſi peccatorū
plumis nigreſcentibus veſtitur. Sunt
autē quidam peccatores qui de miſeri
cordia dei deſperant. Sūt & alii qui ad
hoc vt religioſorum precibus adiuuen
tur, orant. de quibus dicitur: Corui pa 3.Reg.17
uerunt Heliam. Per coruos igitur pec
catores intelligi volunt, qui de ſua ſub
ſtantia religioſos paſcunt. Illos em̄ He
lias ſignificat, quos locus & habitus re
ligionis occultat. Sunt autem alii qui
deſperant, terrenis inhiant: cum intus
deberent eſſe, foras ſpectant: de quibus
ſcriptura dicit. Coruus ad arcam non Geñ.8.
rediit: quia forſitan aquis diluuii inter
ceptus periit, vel cadaueribus inuentis
forſitā ſuperſedit. Similiter peccator q
carnalibꝰ deſideriis paſcitur, quaſi cor
uus qui ad arcam non rediit, curis ex-
terioribus detinetur. Sed in bona ſigni G
ficatione coruus accipitur vt per cor-
uū quilibet doctus prædicator intelli-
gatur. Vnde per beatū Iob dicitᷣ: Quis Iob.38.
præparat coruo eſcam ſuam: quando
pulli eius ad eum clamant vagientes
eo ꝙ non habeant cibos? Coruus (ſicut
ait beatꝰ Grego.) eſt doctꝰ qſq; p̄dica-
tor: q magna voce clamat, dū pctōꝝ ſuo
rū memoriā, quaſi quādā coloris nigre
dinē portat. Cui qdē naſcuntᷣ in fide di
ſcipuli: ſed fortaſſe adhuc cōſiderare ī
firmitatē ꝓpriā neſciūt, & fortaſſe a pec
catis p̄teritis memoriā auertūt, & per
hoc eā quā aſſumi oporteret cōtra hu
ius mūdi gloriā, humilitatis nigredinē
nō oſtēdūt. Hi velut ad capiēdas eſcas

os aperiūt,cum doceri de ſecretis ſubli
mibus querūt. Sed eis doctor alimenta
prędicationū ſublimiū tanto minꝰ tri-
buit,quanto illos peccata prętérita mi
nus digne deflere cognoſcit . Expectat
quippe atqꝫ admonet : vt a nitore vitæ
pręſentis prius ꝑ pœnitētię lamēta ni-
greſcāt,& tūc demū cōgrua p̄dicatiōis
ſubtiliſſimę nutrimēta ꝑcipiāt.Coruus
in pullis ora hiantia reſpicit:ſed āte in
eis pennarū nigredine indui corpus q̄-
rit.Sic & diſcretꝰ doctor interna myſte
ria eoꝝ ſenſibus nō miniſtrat,quos ad-
huc ab hoc ſeculo nequaq̄ ſe abieciſſe
cōſiderat.Et quo ſe a tꝑali gloria minꝰ
euacuant,eo magis a ſpiritali refectiōe
ieiunāt.Si vero in cōfeſſione vitę p̄teri
tę,lamēti ſui gemitꝰ velut nigreſcētes
plumas ꝓferāt: illico in cōtēplatiōe do
ctor ad eſcā de ſublimibus deferēdā q̄ſi
pulloꝝ refectionē cogitās,vt coruꝰ vo-
lat:eiſqꝫ hiātibꝰ in ora cibū reuocat,dū
ex ea intelligētia quā ipſe cœpit, eſuri
entibus diſcipulis alimēta vitę loquen
do ſubminiſtrat. Quos tāto ardētiꝰ de
ſuperioribꝰ reficit, quāto veriꝰ a mūdi
nitore nigreſcere, pœnitētię lamētatio
H ne cognoſcit. Pulli aūt dū nigro ſe pen
narū colore veſtiūt,de ſe etiā volatū ꝓ
mittūt: qa quo magis diſcipuli abiecta
de ſe ſētiūt, & ſeſe deſpiciētes affligūt:
eo ampliꝰ ſpem ꝓuētus ſui in altiora
pollicent̄. Vn̄ & curat doctor feſtinātiꝰ
alere, quos iā ꝑ quædā indicia ꝓuidet
poſſe & aliis ꝓdeſſe.Quę doctrinæ diſ-
cretio dū caute a p̄dicatore cuſtodit̄:
tūc ei diuinitꝰ largior copia p̄dicatio-
nis dat̄. Vn̄ em̄ ꝑ Caritatē cōpati affli-
ctis diſcipulis nouit, dū ꝑ diſcretionē
cōgruū doctrine tēpus ītelligit:ipſe nō
ſolū ꝓ ſe, ſed etiā ꝓ eis qbꝰ laboris ſui
ſtudia īpēdit,maiora ītelligētię mune-
ra ꝑcipit. Vn̄ apte dicit̄. Quis pręparat
coruo eſcā ſuā, qn̄ pulli eius ad eū cla
māt,vagiētes eo ꝙ nō habeāt cibū. Cū
em̄ pulli vt ſatient̄,clamāt, coruo eſca
p̄parat̄:qa dū verbū dei boni auditores
eſuriūt,ꝓ reficiēdis eis maiora doctori
bus intelligentię dona tribuunt̄. Cuiꝰ
pulli.i.p̄dicatores ex eo editi, non in ſe
p̄ſumūt,ſed in viribꝰ redemptoris ſui.
Vnde bene dicit̄.Qn̄ pulli eius ad deū
clamāt.Nihil.n.ſua virtute poſſe ſe ſci
unt.Et q̄uis aīarū lucra piis vocibꝰ eſu
riāt,ab illo tn̄ q cūcta intrinſecus opa-
tur,hęc fieri exoptāt. Vera.n.fide cōp-
hēdūt ꝙ neqꝫ q plātat, eſt aliqd:neqꝫ q
rigat:ſed q incremētū dat deꝰ. Qđ ve- I
ro dictū eſt,vagiētes eo ꝙ nō habeāt ci
bos:in hac vagitione nihil aliud q̄ pia
rū mentiū ad cibū ſalutarē ꝑ prædica-
tionē aut ſacramētorū ſuſceptionē vo
ta ſignantur.Innatū eſt.n.vnicuiqꝫ ſalu
tis ſuę,& ſciendi ac cognoſcēdi deſide-
riū : quocirca dū id boni prædicatores
aīaduertūt : oēs pullos ſuos.i.populos
ſibi ſubditos in eccleſię ſinū recipe am-
biūt,magnoqꝫ ardore ſucceſi,nunc ad
hos,nūc ad illos colligēdos deſiderium
emittūt.Quaſi.n.quędā vagitio eſt ipa
cogitationis ęſtuatio.Sunt q legāt va-
gantes,& ad coruos.i.p̄dicatores refe-
rāt: qui ad loca varia mutatis nutibꝰ
trāſeūt,dū pro adunādis aīabus ī mo-
dos īnumeros ac in partes diuerſas eſu
rienti mēte diſcurrūt. ¶Poteſt hæc au- K
thoritas etiā aliter exponi: vt ꝑ coruū
intelligant̄ qdā eccleſiæ pręlati,pecca-
torū fuligine nigri: q nō tm̄ eſcā ſuā ſi
bi parāt,ſed etiā p̄parāt vt prę cæteris
delicatiꝰ viuāt. Quoꝝ pulli ſunt eorū
diſcipuli,q ad deū clamant, & īde mur
murāt ꝙ eorū magiſtri in cibū delica-
tiora ſumāt: vagātes a clauſtris exeūt:
& ſic abūdātiā victualiū ſibi q̄rūt. Sūt
& alii corui,poteſtate maiores,dignita
te ſublimiores: q qn̄cūqꝫ pp̄los in eccle
ſiis cōgregāt,ieiunia p̄dicāt: ipſi tn̄ in
diebꝰ ieiunioꝝ carnes edūt:& ſic ſimpli
ces ſcādalizāt & offendūt.Inde pp̄li va
gātes mēte, dubitāt vtrū p̄lati q ieiu-
nia docēt,ea pp̄lis ꝓdeſſe credāt:aut va
giētes boni ingemūt,cibū boni exempli
eſuriētes:mali illorū exēplis corrupti,
cōſimilē indulgētiā deſiderātes.Et hęc
ad p̄ſens de coruo ſufficiāt,donec aliqs
de eo potiora dicat.

## ¶ De Galli gallinacei natura morali-ter. Ca. XXXVI.

Quis dedit Gallo intel L
ligētiā? De Gallo q̄rit̄ Iob.38.
a quo ei intelligentia
tribuat̄.Sed hęc quæ-
ſtio cito ſoluit̄,ſi bea-



tus Gregorius loquēs in moralibus au
diatur.Intelligentiā em̄ (ſicut ait bea-
tus Gregorius)gallus accipit,vt prius
nocturni temporis horas diſcernat, &
tunc demū vocē excitationis emittat:
quia videlicet ſanctꝰ quiſqꝫ prędicator
prius in auditoribus ſuis qualitatē vi-
tę cōſiderat,& tunc demū ad erudiēdū
congruā vocē p̄dicationis format.Qua
ſi em̄ horas noctis diſcernere eſt pecca-
torū merita diiudicare.Quaſi horas no
ctis diſcernere ē actionū tenebras apta
increpationis voce corripe. Gallo itaqꝫ
intelligentia deſuper tribuitur:qa do-
ctori veritatis,diſcretionis virtꝰ,vt no
uerit,quibꝰ,qd,qn̄, vel quomō inferat,
M diuinitus miniſtrat̄.Nō em̄ vna eadēqꝫ
cūctis exhortatio conuenit:qa nec cun
ctos par morū qualitas aſtringit.Sæpe
enim aliis officiunt,q̄ aliis ꝓſunt.Nam
& plerūqꝫ hęrbę quę hęc aīalia reficiūt,
alia occidūt:& lenis ſibilus equos miti
gat,catulos inſtigat:& medicamētū qđ
hūc morbū imminuit,alteri vires iun-
git: & panis qui vitam fortiū roborat,
paruulorū necat.Pro qualitate igit̄ au
dientiū formari debet ſermo doctorū:
vt & ſua ſingulis tribuat:& tn̄ a cōmu
nis ædificationis arte nunq̄ recedat.
Quid em̄ ſunt intentę mētes auditoꝝ,
niſi quaſi quędam in cithara tenſiones
chordarū ? quas tāgendo artifex vt nō
diſſimilē concentū faciant, diſſimiliter
pulſat.Idcirco em̄ chordæ cōſonā mo-
dulationē reddūt, qa vno qdē plectro,
ſed nō vno īpulſu feriunt̄. Vnde & do-
ctor prudētiſſimꝰ quiſqꝫ, vt in vna cun
ctos virtute caritatis ædificet : ex vna
doctrina,nō vna eadēqꝫ exhortatiōe tā
N gere corda audientium debet. ¶Habe
mus & aliud qđ de galli huiꝰ intelligē
tia conſiderare debemus,ꝙ videlicet ꝓ
fundioribus horis noctis valētiores ac
ꝓductiores edere cantus ſolet.Cū vero
matutinū iā tēpus appropinquat,leuio
res, ac minutiores om̄imodo voces for
mat.In qbꝰ galli huiꝰ ītelligētia qd no-
bis īnuat,cōſiderata p̄dicatorū diſcre-
tio demōſtrat:q cū iniqs adhuc mētibꝰ
p̄dicāt,altis & magnis vocibꝰ ęterni iu
dicii terrores ītimāt:qa videlicet quaſi
in ꝓfundę noctis tenebris clamant. Cū
vero iā auditoꝝ ſuorū cordibꝰ verita-
tis lucē adeſſe cognoſcunt,clamoris ſui
magnitudinē ī lenitatē dulcedinis ver
tūt,& nō tā illa q̄ ſunt de pœnis terri-
bilia,q̄ ea q̄ ſunt de p̄miis blāda profe-
rūt.Qui etiā minutis tūc vocibus can-
tāt,qa appropinquāte mane diuinę lu-
cis,ſubtiliſſima quęqꝫ de myſteriis cęle
ſtibꝰ p̄dicāt: vt ſeq̄ces ſui eo ſubtiliora
& argutiora de cęleſtibꝰ audiāt,quo lu
ci veritatis iā certiꝰ appropinquāt. Et
quos dormiētes lōgus galli clamor ex-
citauerat,vigilātes ſuccifior & modu-
latior ſecutꝰ delectet:q̄tinꝰ correcto cui
libet cognoſcere de regno ſubtilia &
dulcia libeat,q priꝰ de iudicio aduerſa
formidabat. Qđ bn̄ ꝑ Moyſen exprimi
tur,cū ad ꝓducēdū exercitū tubę clāge
re cōciſius iubent̄.Scriptū nāqꝫ eſt:Fac Num.x.
tibi duas tubas argenteas ductiles.Et
paulo poſt.Cū cōciſus clāgor increpue
rit,mouebunt̄ caſtra.Per duas.n.tubas O
exercitꝰ ducit̄, qa ꝑ duo p̄cepta Carita
tis ad ꝓcinctū fidei pp̄ls vocat̄. Quę id
circo argētęę fieri p̄cipiunt̄,vt p̄dicato
rū verba,lucis nitore pateāt, & audito
rū mētes nulla ſui obſcuritate cōfun-
dāt . Idcirco aūt ductiles,qa neceſſe eſt
vt ii q vēturā vitā p̄dicāt, p̄ſentiū tri-
bulationū cōtuſionibꝰ creſcāt. Bn̄ aūt
dicit̄.Cū cōciſus clāgor īcrepuerit,mo
uebunt̄ caſtra:qa nimirū p̄dicatiōis ſer
mo quo ſubtiliꝰ,ac minutiꝰ agit̄,eo au
ditorū corda cōtra tētationū certami-
na ardētius excitant̄. ¶Eſt adhuc aliud P
in gallo ſolerter ītuēdū: qa cū iā edere
cantū parat,priꝰ alas excutit, & ſemet
ipſum feriēs,vigilātiorē reddit.Qđ pa
tēter cernimus,ſi ſanctoꝝ p̄dicatorū vi
tā vigilāter videmꝰ. Ipſi qppe cū ꝑ ver
ba p̄dicationis monēt,priꝰ ſe in ſanctis
actionibꝰ exercēt,ne in ſemetipſis tor-
pētes ope,alios excitēt voce: ſed āte ſe
ꝑ ſublimia facta excutiūt, & tūc ad bn̄
agēdū alios ſolicitos reddūt.Gallus.n.
alis ſe ꝑcutiēs, eſt doctor bonę vitę exē
plū p̄bēs. Prius cogitationū alis ſemet
ipſos feriunt:qa dūqd ī ſe īutiliter tor
pet, ſolicita īueſtigatiōe dep̄hēdūt:di-
ſtincta aīaduerſione corrigūt. Priꝰ ſua
punire fletibꝰ curāt,& tūc q̄ alioꝝ ſunt
puniēda denūciāt.Priꝰ ergo alis īſonāt,

q̃ cantꝰ emittãt: qa anteq̃ verba exhor
tationis proferant: omne quod locutu
ri ſunt, operibus clamant. Et profecto
dum in ſemetipſis vigilant, tunc dor-
mientes alios ad vigilias vocant . Sed
vnde hæc tanta doctori intelligentia,
vt & ſibi perfecte vigilet,& dormientes
ad vigilias ſub quibuſdam clamoris p
uentibus vocet? Vt & peccatorũ tene-
bras prius caute diſcutiat, & diſcretę
poſtmodũ lucẽ pdicationis oſtẽdat? vt
ſingulis iuxta modũ & tẽpora cõgruat:
& ſimul oĩbus q̃ illos ſequanť oſtẽdat?
Vñ ad tãta & tã ſubtilia efficax tradiť
niſi intrinſecus ab eo a quo eſt cõditꝰ,
doceať? Quia igiť laus tãtę intelligẽtię
nõ pdicatoris virtꝰ eſt,ſed authoris: re
cte p eundẽ authorẽ diciť . Quis dedit
Iob.38. gallo intelligẽtiã? ac ſi diceret: Nullus
alius niſi ego:q doctorũ mẽtes,quas ex
nihilo cõdidi,ad intelligẽda quę occul
Q ta ſunt,mirabiliꝰ inſtruxi. ¶Poteſt eti-
am de gallo dici ꝙ ſunt quidã eccleſiæ
pręlati,qbus a deo intelligẽtia dať,nec
tamen iuxta intelligentiã a deo ſibi da
tã aliquid operanť. Nõ ſeipſos alis ex-
citant,nec alios monẽt vt ad bene ope-
rãdũ ſurgãt:Seipſos amãt,& ſic ocio &
voluptati vacãt. Horas noctis ſicut gal
lus nõ annũciãt,qa culpas delinquẽtiũ
nõ accuſant. Cõfeſſionis & pœnitẽtiæ
diſtrictionẽ nõ attendũt,ſed in acqren-
dis rebꝰ trãſitoriis intelligẽtiã a deo ſi
bi datã ponũt. Aĩarũ lucra q̃rere nolũt
ea tamen quæ ad delectationem carnis
R ptineãt,tota mẽte q̃runt. Sũt & alii ni-
mis ſimplices & illiterati, q quaſi gal-
lus ſedẽt ĩ pertica regiminis.i.in cathe
dra plationis locũ occupãt:& tñ offici
um diuinę legis ignorãt. Sedẽt,& tacẽt
& ſeipſos paſcunt,nec gregem ſibi cõ-
miſſum ad paſcua æternæ viriditatis
ducunt. Et hic igitur cui intelligentia
datur, nec populo verbum dei prædi-
cat:& hic q tacet qa neſcit quid dicat:
vterq; caueat, ne quaſi gallus de perti
ca cadat. Filios ſuos Heli corripuit ſæ
pe:ſed quia manũ correctiõis nõ adhi-
1.Reg.4. buit,fractis ceruicibus de ſella cecidit:
anteq̃ moreretur, mortem filiorum vi
dit, & arcam domini ab allophylis ca-
ptam cognouit.

¶De Struthione & eius pennis,
quibus notãtur hypocritę. Et ac-
cipitris,ac Herodii,quibꝰ ſignifi-
cantur electi. Cap.XXXVII.

PEnna Struthionis ſi S
milis eſt pennę He- Iob.34.
rodii & accipitris.
Quis herodiũ & ac
cipitrẽ neſciat aues
reliquas quãta vo-
latus ſui velocitate
tranſcendant? Struthio vero pennę eo
rũ ſimilitudinẽ habet, volatus celerita
tẽ nõ habet. A terra ſiqdẽ eleuari nõ va
let,& alas quaſi ad volatũ ſpecie tenus
erigit,ſed tamẽ nũq̃ ſe a terra volãdo
ſuſpendit. Ita ſunt nimirũ omnes hy-
pocritę:qui dũ bonorũ vitam ſimulãt,
imitationẽ ſanctę †conuerſationis ha- † viſiõis
bẽt,veritatẽ ſanctę actionis non habẽt.
Habẽt quippe volãdi pennas per ſpe-
ciem:ſed in terra repunt per actionem:
quia alas per figuram ſanctitatis extẽ
dunt, ſed curarũ ſecularium pondere
pręgrauati,nullatenꝰ a terra ſubleuan
tur. Speciem namq; Phariſſęorũ repro-
bãs dominus, quaſi ſtruthionis pennã
redarguit,quę in opere aliud exterius,
& in colore aliud oſtendit dicens, Vęh Matt.23.
vobis Scribę & Phariſſęi hypocritę. Ac
ſi diceret. Subleuare vos videtur ſpeci-
es pennæ: ſed in infimis vos deprimit
pondus vitæ. de hoc pondere per pro-
phetã dicitur. Filii hominũ vſquequo Pſal.4.
graui corde? Huius ſtruthionis hypo- T
criſim ſe cõuerſurũ ad ſui glorificatio
nẽ dominus polliceť,per prophetã di-
cens,Glorificabit me beſtia agri,draco Eſa.43.
nes & ſtruthiones. Quid enim draconũ
nomine,niſi in aperto malitioſæ mẽtes
exprimuntur, quæ p terram ſemper in
infimis cogitationibus repunt? Quid
vero per ſtruthionis vocabulũ,niſi ii q
ſe bonos ſimulant, deſignatur? qui ſan-
ctitatis vitam quaſi volatus pennã per
ſpeciem retinent,ſed per opa nõ exer-
cẽt. Vnde ſtruthio in deſerto eſt ſimu-
latio in conuerſo. Glorificari itaq; ſe
dominus a dracone vel ſtruthione aſ-
ſerit: quia & aperte malos, & ficte bo-
nos plærunq; ad ſua obſequia ex inti-
ma cogitatione conuertit. ¶Habemus V



adhuc qd in conſideratione ſtruthiõis
huius de accipitre & Herodio attenti
us perpendamus. Accipitris quippe &
Herodii parua ſunt corpora: ſed pẽnis
dẽſioribꝰ fulta: & idcirco cũ celeritate
trãſuolãt,qa eis parũ ĩeſt qđ aggrauet,
multũ qđ leuet. At cõtra ſtruthio raris
pẽnis induiť,& ĩmani corpore grauať:
vt etſi volare appetat,ipſa pẽnarũ pau
citas molẽ tãti corporis ĩ aere nõ ſuſpẽ
dat. Bñ ergo ĩ Herodio & accipitre ele
ctorũ pſona ſignificať: qui q̃diu in hac
vita ſunt, ſine quantulocũq; culpę con
tagio eſſe nõ poſſunt:ſed cũ eis parum
qd ineſt qđ deprimit: multa virtꝰ bonę
actionis ſuppetit, quæ illos in ſuperna
ſuſtollit. Ecõtrario hypocrita, et ſiqua
facit,pauca q̃ leuẽt ppetrat:multa quæ
tionem conformem reddit.

De Ibi ſeu Ibide aue.
Caput.LVII.

Y EſT volatile quod dicitur Ibis,hoc ſcd'm legē imūdum eſt p̄ omnibus volatilibus,qm̄ mortuis & morticinis cadaueribus veſcitur, & ſuper littora maris vel fluminum vel ſtagnorū,die,nocteq; moratur,quęrens mortuos piſciculos vel aliquod cadauer qđ ab aqua iam putridum vel madidū eiectum fuerit foras.Nam in aquā ingredi timet, quia natare neſcit,nec dat operā vt diſcat: quia mortuis cadaueribus delectatur:ideo nō poteſt in altitudinem aquę ingredi, vbi mūdi piſciculi demorantur, vt inde ſibi capiat cibū:ſed ſemper foris oberrās circuit refugiens puriores & altiſſimas aquas,vnde poſſet mūdus viuere. Tu igiť xp̄iane homo, qui ex aqua & ſpiritusſancto renatus es, ĩgredere ad intelligibiles & ſpūales aquas,id eſt in altitudinē pręceptorum Chriſti: (Gala.5.) quę ſunt Caritas, gaudium,pax,patientia, longanimitas,bonitas,māſuetudo,fides,modeſtia, continentia,caſtitas.Q; ſi nolueris in altiores ingredi,& de ipſis ſpūalibus eſcas tibi capere & ſumere, ſed circūiens foris & oberrans mortuis & fœdiſſimis cadaueribus ſaginari volueris,de qbus dicit Apoſtolus. (Ibidem.) Manifeſta autē ſunt opera carnis, q̄ ſunt immūdicia,adulteria, fornicatio, ĩpudicitia,luxuria,ebrietas,auaritia, cupiditas:ad immundorū ſocietatē perueniēs. Hę ſunt carnales & mortiferę eſcę, quibus infelices aīę nutriūtur ad pœnā. (Pſal.103.) Diſce igiť natare ſuper hoc mare magnū & ſpatioſum manibus:ſunt illic reptilia quorū nō eſt numerus. Nec eos aliter ſuperabis,niſi per ſignū crucis. Sancti igiť tanq̄ Naues pertranſeūtes perueniūt ad regna cœlorū velut quietiſſimū portum Neſciētes aūt ſpiritualiter natare,excludētur a regno cœlorum, & mortui cum (Matt.8.) mortuis peribūt:ſicut dicitur in euangelio:Dimittite mortuos ſepelire mortuos. Conuenienter ergo hoc de Ibi Phyſiologus dicit,& q; ſerpentes violenter fugat. Et tu cum oras,extende manus tuas ad cœlos:quia virtus crucis ſemper defen- (Pſal.4.) dit orantes & dicentes:Signatum eſt ſuper nos lumen vult⁹ tui dñe. Nam & ſol ipſe niſi extenderit radios ſuos nō lucet: & volucres niſi expanderint alas ſuas,volare non poſſunt. Naues niſi leuauerint vela ſua,vento flante non mouebuntur. Deniq; dū Moyſes leuabat manus ſuas, (Exo.17.) ſuperabat Iſrael:cum remitteret manus ſuas,cōualeſcebat Amalech.

De Fulica. Caput.LVIII.

Z EſT volatile quod dicit̃ Fulica, ſatis intelligibile, & prudentiſſimū ſuper omnia volatilia:cadaueribus non veſcitur, non aliunde alio peruolans atq; oberrans,ſed in vno loco cōmoratur & permanet vſq; ad finē & ibi eſcā ſuam habet,& requieſcit. Sic ergo om̄is homo fidelis ſcd'm dei voluntatē conſeruatur & viuit.Non huc atq; illuc per diuerſa loca oberrans circūuolat, ſicut faciunt heretici.Nec ſecularib⁹ deſideriis, ac voluptatibus delectatur corporalib⁹: ſed ſicut illa volucris, quę carnibus non veſcitur:ſemper in vno eodēq; ſe continet & requieſcit loco,id eſt in eccleſia catholica & apoſtolica,& ibi permanet vſq; in finem:ſicut dicitur in euangelio: Qui autem perſeuerauerit vſq; in finem, hic (Matt.10.) ſaluus erit.Ibi ergo ſe continet,& ibi dominus inhabitare facit vnanimes in domo:& ibi habet cotidianum panem immortalitatis,potum vero precioſum ſanguinem Chriſti :reficiens ſe ſanctis epulis,& ſuper mel & fauum ſuauiſſimis eloquiis domini.Non eñ in ſolo pane viuit (Matt.4.) homo,ſed ex omni verbo dei.Fulica auis eſt ſtagnenſis habens nidum in medio aquę,vel in petris quas aqua circūdat.maritimoq; ſemper delectatur profundo,dū tempeſtatem pręſenſerit,fugiens,in nido ludit.

Finis de Naturis rerum Libri Primi.

SEQVI tur Liber Secūdus qui eſt cipue de naturis animalium:Cuius hic eſt Prologus.



A BEſtiarum vocabulum proprie cōuenit pardis, vulpibus,tigrib⁹,lupis,ſimiis, vrſis, & cęteris quę vel ore, vel vnguib⁹ ſęuiūt: exceptis ſerpentibus.Beſtię autem dicũtur a vaſtando & vi qua ſęuiūt. Ferę appellantur eo q; naturali vtuntur libertate,& deſiderio ſuo ferantur. Sunt eñ liberę eorum voluntates,& huc atq; illuc vagantur : & quo animus duxerit, eo feruntur.

De Leone. Caput.I.

B LEo ex græco vocabulo inflexū eſt in latinum : λέων eñ dicitur græce, Eſt rex ferarū,& omniū quadrupedū princeps, cuius genus trifariū dicitur.E quibus breues ac iuba criſpa imbelles ſunt:longi & coma ſimplici,acriores.Animos eorū frons & cauda indicat, Virtus eorū in pectore, firmitas in capite.Septi aūt a venatoribus, terrā contuētur,quo minus conſpectis venabulis terreantur.Rotarū ſtrepitus timent,ſed magis ignem.Et cū ad nullū paueant occurſum: feruntur albū gallum valde timere. Phyſici deniq; dicūt quiq; naturales res ſiue naturas habere leonē. Prima eſt q; p cacumina montiū amat ire. Si vero contigerit q; a venatoribus q̄ratur, odorem eorū ſentit,atq; ſua veſtigia cauda ſua tegit,vt per eius veſtigia venatores eū inueſtigare nequeāt.Sic & ſaluator noſter, ſpūalis leo de tribu Iuda,radix Ieſſe,fili⁹ Dauid,miſſus a ſuperno patre,cooperuit veſtigia deitatis ſuę,carnem aſſumens ex Maria virgine:vt etiā diabolus humani generis inimicus,myſterii incarnationis eius ignarus,quaſi purū hominē eū cona- (Matt.4.) tus ſit tentare.Cum eñ dñs noſter Ieſus Chriſtus diu ieiunans in deſerto p nr̄is peccatis eſuriret ex parte carnis, acceſſit ad eū tētator dicēs ei:Si filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.Qñ aūt p nobis pati voluit,traditus a diſcipulo ĩ manus Iudęorū: ratus eſt diabolus eū mor- te vincere,quē viuū non valuit ſuperare. Sed cū propria virtute a mortuis reſurrexiſſet:nō ſolū ab inferis rediit, ſed etiā captiuā duxit captiuitatē,ſuā demōſtrās deitatē. Secūda natura Leonis eſt q; cū (C) dormit,oculos apertos habere videť.Qđ bene dr̄ de Chriſto in Cāticis canticorū. Ego dormio,& cor meū vigilat. (Cant.5.) Dormiuit eñ caro in cruce moriēdo: diuinitas vero vigilabat cuncta protegēdo.vñ.pſ. Ecce non dormitabit neq; dormiet, q cu- (Pſal.120.) ſtodit Iſr̃l. Tertia ei⁹ natura,q; cū Leena (D) parit , ſuos catulos mortuos parit, & ita cuſtodit trib⁹ dieb⁹, donec veniēs pater eorū in faciē eorū exhalet, vt viuificent. Sic oīpotēs pater dñm noſtrū Ieſū Xp̄m filiū ſuū tertia die ſuſcitauit a mortuis, dicēte Iacob:Dormitabit tanq̄ Leo,& ſi- (Geñ.49) cut catulus Leonis ſuſcitabit. Quarta (E) natura Leonis eſt q; niſi leſus fuerit, non facile iraſcit.Patet eñ eius mĩa,q; pſtratis parcit. Vñ verſus: Parcere proſtratis ſcit nobilis ira leonis. Tu quoq; fac ſimile qſquis dñaris in orbe. Captiuos hoĩes ſibi obuios repedare permittit, & nō niſi prę magna fame interimit.Ad cuius exemplum rationabiles hoĩes reſpicere debēt,qui non lęſi iraſcũtur, & innocentes opprimunt:cum eos xp̄iana lex dimittere iubeat liberos.

De Antula ſeu anto aut antolope. animali. Caput.II.

F EſT animal Antula noīe acerrimū, ita vt nullus venator ei poſſit appropinquare:habet eñ cornua longa in ſimilitudinē ſerrę,quibus ſecare poteſt maximas quercus, condenſa & ſupflua quęq; arborū cedēdo ſecat,ĩ nullo reſtans.Quādo vero ſitit,vadit ad flumen magnū Euphratē,& bibit.Sunt aūt ibidem virgę viminee virides & molles. Incipit aūt illud animal ludere in virgulis illis: & ludendo obligat ſemetipſum cornibus: obligatiſq; cornibus vociferať ingenti rugitu,qa euadere non pōt gracilib⁹ virgulis circūſeptus,& tūc qlibet venator abſconſe venans, audiēs vocem eius currit :& inueniens ligatū occidit. Caue ergo hō dei,ebrietatem,nec obligeris luxurię voluptate, vt non interficia-

Eccli.19. ris a diabolo.Vinũ eñ & mulieres apo-
ſtatare faciunt homines ſapientes. Verũ
vir ſapiens & prudens a vino & a mulie
re ſe auertet.Sunt aũt duo lapides igni-
feri,maſculus & fœmina.Tu igitur pro-
feſſor prudẽtię,intellige multos periiſſe
propter vinũ tanq̃ virũ:& propter fœmi
nas.i.voluptates:& cautus eſto vt saluꝰ
euadas.Ergo hoc aĩal ſupraſcriptũ ſigni
ficat viros habentes cornua,bonorũ ope
rum,ſiue ſcientiã duorum teſtamentorũ:
qui q̃diu in his ſtuduerint,non ſolũ mo-
dica,ſed etiã grandia vitia reſecãt. Si ve
ro inde reuerſi, ad illecebras huiꝰ vitę &
voluptates attenderit, gulę ac lenocinio
ſeruierint:nõ ſolum virtutẽ bonorũ ope
rum, ſed etiam pręmia perdũt habenda.

### De Onocentauro.

### Caput.III.

G ONocentaurum duabus
naturis conſtare Phyſio
logus aſſerit,dicens.Su
perior pars centauro ho
mini ſimilis eſt, inferior
vero ono.i.aſino. Huic
aſſimilantur vecordes atq; bilingues ho
2.Cor.7. mines.vnde Paulus dicit.Habentes pro-
miſſiones pietatis,factis aũt abnegantes,
Pſal.48. & Pſalm.Homo cũ in honore eſſet,nõ in
tellexit:comparatus eſt iumentis inſipiẽ-
tibus,& ſimilis factus eſt illis.

### De Herinaceo.

### Caput.IIII.

H PHyſiologus dicit de he
rinaceo ꝙ figurã habet
porcelli lactentis, & eſt
totus ſpinoſus:qui tem
pore vindemiarũ ingre
ditur vineã:& vbi inue
nit vitẽ oneratã,aſcendit ſupra, & excu-
tit racemos ad terrã,deinde deſcendit,&
inuoluit ſe ſuper congregatos racemos,
vt infigãtur in ſpinis ſuis :& ſic fert eſcã
catulis ſuis . Eſt autem aptus medicinę:
coctꝰ & comeſtus p̃ficit.Tu vero hõ dei
cuſtodi vineam tuã,& omnes fructus eiꝰ
ſpirituales,ne te occupet iſtius ſeculi ſol
licitudo,& temporaliũ bonorũ voluptas,
& ſpinoſus diabolus infigat ſuis ſpinis
omnes fructus eius ſpirituales , & faciat
eſcam beſtiis,& fiat anima tua nuda,va-
cua & inanis,ſicut pãpinꝰ ſiue vitis ablu
tis vuis.Poſt hoc enim fruſtra clamabis.
Vineam meã non cuſtodiui. Huius heri Canti.1.
nacei etiã natura eſt vt ſiquãdo ſenſerit
hominẽ,cõtra omnes inſidias eius prote-
git ſe ſuis ſpinis ſepiens:& ſe in globum
colligens,& velut plauſtrũ ſtridet.Tu au
tem ſalutis tuę inimicũ p̃ſentiſcens:datis
tibi virtutibus & eccleſię ſacramẽtis cõ-
tra eum te muni,& vt deo viuas,mundi,
carnis,& diaboli opibꝰ mortuũ te finge.

### De Vulpe & eius natura.

### Caput.V.

VVlpes dicta eſt quaſi vo I
lupes. Eſt eñ volubilis
pedibus : & nunq̃ recto
itinere,ſed tortuoſis an
fractibꝰ currit.Eſt autẽ
animal fraudulẽtum &
ingenioſum.Cum eñ eſurit, & non inue
nit quod manducet,inuoluit ſe in rubra
terra,vt appareat quaſi cruentata,& pro
iicit ſe in terram,retinetq; flatum ſuũ,ita
vt non ſpiret:aues vero vidẽtes eam non
flantem,& quaſi cruentatã & linguã ore
eius eiectam:putant eã eſſe mortuam, &
deſcendunt ſeſſum ſuper eã. Illa autẽ ſic
rapit eas,& deuorat.Iſtius aũt figurã dia
bolus poſſidet. Omnibus eñ viuentibus
ſcd̃m carnem fingit ſe eſſe mortuũ , quo
uſq; intra guttur ſuum eos habeat & pu
niat.Spiritualibus tamen viris in fide vi
uentibus,quę dilectionem operatur,vere
mortuus eſt,& ad nihilum redactus.Qui
autem volunt exercere opera eius,moriũ
tur,dicente apoſtolo.Scientes hoc quia ſi Rom.8.
ſcd̃m carnem vixeritis,moriemini. Si au
tem ſpiritu facta carnis mortificaueritis
viuetis,& Dauid. Introibunt in inferio- Pſal.61.
ra terrę,tradentur in manus gladii, par-
tes vulpium erunt.Et dominus de Hero
de.Ite & dicite vulpi illi.& in canticis cã Matt.13.
ticorũ.Capite nobis vulpes paruulas ex- Cant.2.
terminantes vineas.

### De Monocerote ſiue vnicorni animali.

### Caput.VI.

EST animal qd̃ dicit̃ Mo K
noceros.Monoceros au
tem gręce,vnicornis dr̃
latine: eo ꝙ vnũ cornu
habet in medio capite.
Phyſiologus dicit hãc



vnicornẽ habere naturã ꝙ ſit puſillũ ani
mal,& hœdo ſimile, acerrimũq; habet in
capite cornu vnũ:ipſumq; nullꝰ venator
vi aut p̃uenire aut capere põt:ſed hoc dũ
taxat cõmento ac dolo capiũt illud.Puel
lam virginẽq; ſpecioſam ducũt in locum
illũ vbi moratur,& dimittũt eam ſolam,
cũ aũt ipſa viderit illud,aperit ſinũ ſuũ:
quo viſo,oĩ ferocitate depoſita , caput
ſuum in gremiũ eius deponit:& ſic dor-
miens dep̃henditur ab inſidiatoribus,&
exhibetur in palatiũ regis.Sic & dñs Ie-
ſus Chriſtus ſp̃ualis vnicornis deſcẽdens
in vterũ virginis per carnẽ ex ea ſumptã
Pſal. 91. captus a Iudęis,morte crucis damnatus
Pſal.28. eſt:de quo Dauid.Et dilectus quẽadmo-
dum filius vnicorniũ.Et alibi.Et exalta-
Luce.1. bitur ſicut vnicornis cornu meum.Et za
charias: Suſcitauit cornu ſalutis noſtrę:
in domo Dauid pueri ſui.Qꝫ vero habet
hoc animal vnũ cornu in capite, ſignifi-
1.Cor.11. cat hoc qd̃ ſaluator ait.Ego & pater vnũ
ſumꝰ. Caput eñ Chriſti deꝰ eſt.Qꝫ acer
rimũ dicit̃,ſignificat ꝙ neq; principatus
neq; poteſtates neq; throni,neq; dñatio-
nes intelligere deũ valẽt ſicut eſt.Qꝫ aũt
dicit̃ puſillũ,propter incarnationẽ eiꝰ &
Matt.11. humilitatẽ dicit̃:dicente ipſo : Diſcite a
me quia mitis ſum,& hũilis corde . Qui
intantũ acerrimus eſt,vt ſubtiliſſimꝰ dia
bolus intelligere & inueſtigare incarna-
tionis eius myſteriũ non valuerit:ſed ſo
la voluntate patris deſcẽdit in vterũ vir
ginis,& verbũ caro factũ eſt,& habitauit
Ioan.1. in nobis.Hœdo aũt ſimilis eſt vnicornis,
quia ſaluator ſcd̃m apoſtolũ factus eſt in
ſimilitudinẽ carnis peccati, vt de pecca-
to dãnaret peccatũ.

### De Hydro & hydra.

### Caput.VII.

L EST animal in Nilo flumi
ne quod dicit̃ Hydrus,
aquaticꝰ ſerpens,ideſt in
aqua viuens. Græci eñ
hydor aquã vocant. In-
de hydrus aquaticus ſer
pens,cuius ictu obturgeſcũt: quẽ morbũ
† ſiboã †boam dicunt:eo ꝙ fimo bouis curetur.
Scd̃m poetas Hydra eſt draco multorũ
capitũ : qualis fuit in Lerna palude pro-
uincię Arcadię:quẽ cum Hercules occi-
dere vellet,vno capite cęſo,tria capita ex M
urgebãt.Sed hoc fabuloſum eſt.Nã con- Hydra.
ſtat ꝙ Hydra dicta multorum capitum,
eſt locus euomens aquas vaſtantes vici-
nam ciuitatẽ in quo vno meatu clauſo,
multi erũpebant: quod Hercules videns
loca ipſa igne exuſſit,& meatus clauſit.
At hic Hydrus p̃fatus inimicus eſt Cro Hydrus.
codillo:& hanc habet naturã & conſue-
tudinem vt cũ venerit & viderit Croco-
dillum in littore dormientẽ,vadit & in-
uoluit ſe luto , quo poſſit facilius illabi
in fauces crocodilli . Crocodillus igitur
ſubito eum viuũ tranſglutit,ille vero di
lanians oĩa viſcera eius, non ſolũ viuus,
ſed etiã illęſus exit.Sic igitur mors & in
fernus figurã habent crocodilli:quorum
inimicus eſt dñs noſter Ieſus Chriſtus.
Nã aſſumẽs humanã carnem, deſcendit
ad infernum,& diſrũpens oĩa viſcera eiꝰ,
eduxit eos qui iniuſte ab eo detinebãtur
in morte . Mortificauit eñ ipſam mortẽ
reſurgens a mortuis:& illi inſultat p̱ pro Oſee.13.
phetã dicens:O mors, ero mors tua:mor
ſus tuꝰ ero inferne, quia & corpora mul Mat.27.
torum ſanctorũ cũ Chriſto eo tempore
reſurrexere.

### De Crocodilli natura.

### Caput.VIII.

CRocodillꝰ a colore cro N
ceo dicitur,& naſcitur
in Nilo flumĩe,quadru
pes aĩal , terra & aqua
viuens, lõgitudine ple
rumq; viginti cubito-
rum,dentiũ & vnguiũ ĩmanitate arma-
tum:cuius cutis tãtę duritię dicitur, vt
q̃uis percutiatur in tergo lapidũ ictibꝰ,
nihil lędatur . Nocte in aquis,die in hu-
mo quieſcit:qui ſi aliquãdo inueniat ho
minẽ,comedit eũ ſi vincere põt:& poſtea
eũ ſemper plorat.Solus aũt pręomnibus
aĩalibus ſuperiora oris mouet, inferiora
vero ĩmota tenet.Stercus eius fit vnguẽ
tum,vnde vetulę & rugoſę mulieres fa-
cies ſuas perungunt,fiuntq; pulchrę do-
nec ſudor defluens faciẽ lauet.Cuius fi-
guram portant hypocritę ſiue luxurio-
ſi atq; auari:q̃ q̃uis vento ſuperbię inflen
tur,tabe luxurię maculent̃, auaritię mor
bo obfuſcent̃:tñ rigidi ac velut ſanctiſſi-
mi in ſanctificationibus legis corã oĩbus

incedere hominibus ſeſe oſtendunt:No-
cte in aquis,die humi quieſcit:quia q̄uis
hypocritę luxurioſe viuãt,tamen ſancte
& iuſte viuere dici delectantur. Conſcii
ſuę malitię corde plangũt,licet vſu ſem-
per retrahãtur & conſuetudine ad per-
petrata.Superiora oris eius mouet,q̄a hi
ſanctorum patrũ vitę exẽpla verborũq;
doctrinã aliis in verbo oſtendunt,tamen
ne minimũ quidem eorum quę dicunt,in
ſe oſtendũt. De ſtercore eius fit vnguen
tum:quia plerũq; mali de perpetrato ma
lo ab imperitis laudantur, ac ab huius
mundi fauoribus extolluntur. Sed cum
diſtrictus iudex pepetratis malis irã ſuã
ad feriendũ promouet: tũc oĩs ille decor
laudis velut fumus euaneſcit.

De Caſtoris natura. Ca.IX.

S St animal quod dicit
Caſtor vel Fiber,nimis
acri ingenio, & nimis
O manſuetũ animal: cuiꝰ
teſticuli ĩ medicina ꝓ-
ficiunt ad diuerſas va
letudines morboſq; varios curãdos.Phy
ſiologus naturã eius exprimens refert ꝙ
cum inueſtigatus fuerit,& inſecutꝰ acer
rime,timens capi a venatoribus, reſpicit
ad eos,morſuq; ſuos teſticulos abſcĩdit,
& ante eos proiicit fugiens:venatorq; ve
niens colligit illos:& vltra non ſequitur
eũ,ſed reuertitur. Si autẽ euenerit vt al-
ter venator eum inueniat:cum viderit ſe
non poſſe euadere,erigit ſe,demonſtrans
venatori ſua virilia euulſa,Venator ve-
ro hoc videns diſcedit ab eo.Sic & ille q
ſcd̄m mãdatũ dei vult viuere caſte abſci
dit a ſe omnia vitia,& omnes impudicos
actus abiicit in faciem diaboli. Tunc dia
bolus videns eum ſine teſticulis vitiorũ,
cõfuſus diſcedit ab eo.Sic ſine dubio oẽs
qui volunt caſte viuere, oportet vt reſe-
cent oĩa vitia cordis & corporis a ſe, &
proiiciant in faciem diaboli,& viuant in
Chriſto. Nihil ergo cõmune habeat hõ
dei cũ diabolo:vt tutus dicere cũ dño va
leat:Venit princeps mundi huius, & in
me non habet quicq̄. Vnde dicit Apoſto
Ioan.14. lus.Reddite oĩbus debita:cui tributũ,
tributum:cui vectigal,vectigal:cui hono
Rom.13. rem,honorẽ.In primis reddamꝰ diabolo
quę ſunt eius,renũciantes illi,& oĩbus
operibus eius:& tunc demũ ex toto cor-
de conuerſi ad deum,reddamus illi tanq̄
patri noſtro honorẽ:& cũ eius adiutorio
diſcutiamus a nobis vectigal & tributũ
diaboli:vt adipiſcamur fructus ſpiritua
les & Caritatẽ,in op̄ibus bonis,in eleemo
ſinis,in viſitationibus infirmorũ,in con-
ſolatione pauperũ,in laudibus dei,& ora
tiõibꝰ aſſiduis,Caſtores a caſtrãdo dicti,
ſunt etiã fibri:q & pontici canes vocant.

De Hiena de qua vulgati ſunt ver
ſiculi. Caput.X.

Hunc vocat ex cã noctẽ p nomen Hiena:
Accitumq; rapit & ſęuo vulnere carpit. P

H Iena eſt animal qđ dici
tur ĩ ſepulcris mortuo-
rum habitãs,eorũq; cor
pora deuorans:cuiꝰ na-
tura eſt vt aliq̄n maſcu
lus ſit, aliquando fœmi
na:& ideo eſt immũdum animal. Refert
etiã Iulius Solinus ꝙ circuit domos per
noctẽ,& quędã verba exprimit vt ſuſpi-
cetur eſſe homo ab iis qui in domo ſunt,
eo ꝙ loquitur vt homo,qui foras egreſſi
ſubito ab ea deuorant. Huic beluę aſſi-
milãtur filii Iſrael:qui ab initio deo viuo
ſeruierũt:poſtea diuitiis & luxurię dedi
ti,idola coluerũt:ꝓpter hoc ꝓpheta Syn
agogã immũdo animali comparauit,di-
cens.Facta eſt mihi hęreditas mea quaſi Hier.12.
ſpelũca Hienę. Quicũq; igit inter nos lu
xurię & auaritię inſeruiunt: huic beſtię
cõparantur:cũ nec viri nec fœminę ſint,
id eſt nec plene fideles nec ꝑfidi:ſed ſunt
ſine dubio,de q̄bus ait Iacobus apoſtolꝰ: Iaco.1.
Vir duplex animo,incõſtans eſt in oĩ-
bus viis ſuis.de quibus & dñs: Non po- Matt.6.
teſtis deo ſeruire & mãmonę.Hęc belua
lapidẽ habet ĩ oculis noĩe Hieniũ: quẽ ſi
quis ſub lingua ſua tenuerit, futura pręe
dicere poſſe credit. Verũtamẽ Iuliꝰ Soli
nus refert de hoc lapide, ꝙ in vẽtriculis
pullorũ hienę inuenitur:& ſi cuiꝰ lingua
eo tacta fuerit,diuinare dicitur.

De Onagro. Caput.XI.

E St aĩal qđ dr Onager.i. Q
aſinꝰ ſylueſter ſeu indo-
mitꝰ & ĩ deſerto vagãs:
ὄνος em̄.i.onos dr aſinus
& aſina & ἄγριος agrios
agreſtis imitis ferox,Sin



guli autẽ fœminarum gregibus ꝑſunt.
Naſcentibus maſculis maſculi zelant, &
eorũ teſticulos morſibus detruncant: qđ
cauentes matres eos in ſecretis occultãt.
Phyſiologus dicit de Onagro ꝙ. xi. die
menſis Famochi,id eſt Martii duodecies
in nocte rugit. Similiter & in die: & ex
hoc cognoſcitur ꝙ ęquinoctiũ eſt: & nu-
merum horarũ diei vel noctis a rugiti-
bus onagri ſemel rugientis per ſingulas
cognoſcunt horas. Figurã huiꝰ diabolꝰ
habet:qui cũ ſcierit noctem & diem coę
quari,id eſt cũ viderit populũ qui ambu
labat in tenebris,conuerti ad dñm,& coę
quari fidei iuſtorũ, ſicut coęquatur nox
cum die:illico rugit nocte ac die ꝑ ſin-
gulas horas,quęrens eſcã ſuam.Neq; em̄
rugit Onager niſi quando quęrit eſcam
ſibi:ſicut dicit Iob. Nunquid rugiet ona
ger cũ habuerit hęrbã? Similiter & Apo
1.Pet.5. ſtolus: Aduerſariꝰ veſter diabolus tanq̄
leo rugiens circuit quęrẽs quẽ deuoret.
Aphrica habet hos magnos.

De Simiis. Caput.XII.

R S Imię latine vocãtur eo
ꝙ in eis ſimilitudo ra-
tiõis humanę ſentitur.
Hę elementorum ſaga-
ces, in noua luna exul-
tant: in media triſtan-
tur.Harũ genera ſunt quinq;:ex quibus
cercopitheci caudas habẽt.Cercopithecꝰ
em̄ Simia caudata eſt, quã quidã Durã
vocant.Sphinges ſunt villoſę, & dociles
ad feritatis obliuionem Cynocephali &
ipſi ſunt ſimiles Simiis, longãq; caudam
habẽtes, & faciẽ ad modũ canis,vnde &
ſic nuncupant.Satyri facie admodũ gra
ta, & geſticulatis motibus ingeti.Calli-
triches toto pene aſpectu diſtant a cęte
ris: ſũt em̄ facie acuta,lõga barba,& la-
ta cauda.Natura Simię talis eſt vt cum
peperit geminos catulos,vnũ diligat, &
alterũ odiat.Q; ſi aliquando euenerit vt
a venatoribus quęratur:ante ſe amplecti
tur quẽ diligit,& alterum quẽ odit, col-
lo portat.Sed cũ lapſa fuerit bipes eun-
do,proiicit nolẽs quẽ diligit, ſeruatq; no
lens quẽ odio habet.Cuius figurã diabo
lus habet:qui caput habet,caudam vero
non habet,& licet totus turpis ſit, tamẽ
poſteriora eius impẽſe turpia & horribi-
lia ſunt.Diabolus em̄ initiũ habuit cum
angelis in cęlis: ſed quia hypocrita fuit
& doloſus intrinſecus,perdidit caudam,
quia totus in fine peribit:ſicut dicit apo 2.Theſ.2.
ſtolus: Quẽ dñs Ieſus interficiet ſpiritu
oris ſui.Simia vel ſimius ſcd̄m alios gręę
cum nomẽ eſt.Nã σιμος.i.ſimus dicit, eo
ꝙ preſſis naribus ſit beſtia turpis & fœ-
da rugis:licet etiã capellarum ſit habere
ꝑſſum naſũ:de qua Enniꝰ antiquꝰ Poeta
Simia q̄ ſimilis turpiſſima beſtia nobis.

De Capri natura. Cap.XIII. S

E St animal qđ dicit
Caper, eo ꝙ captet
aſpa.Nonnulli a cre
pitu crurũ vocant:
volũtq; eas capreas
vocitatas quæ ſunt
agreſtes caprę. Has
gręciſeo ꝙ acute vident,dorcades appel-
lauerunt.De q̄bus Phyſiologus dicit, ꝙ
amant mõtes alios, & paſcũtur in cõual
libus montium.Eſt em̄ valde prouidum
animal,ꝓuidens oĩa a longe nimis bene,
ita vt ſi in aliqua regione homines vide
rit ambulantes, mox internoſcit vtrum
ſint ventaores necne.Sic & dñs noſter Ie
ſus Chriſtus amat excelſos montes, hoc
eſt ꝓpheras & patriarchas & apoſtolos, Cãtic.2.
oẽſq; ſanctos,Et vt in canticis canticorũ
dicit.Ecce fratruelis meus venit ſicut ca
prea ſaliens in montibꝰ. Hic eſt dñs no-
ſter Ieſus Chriſtus:q paſcitur in eccleſia
per opera pietatis q̃ faciũt fideles, vt in Matt.25.
euangelio ſuo dicit. Eſuriui, & dediſtis
mihi mãducare,& reliqua quę ibidẽ enu
merantur laudabilia.Cõuallia vero mõ-
tium eccleſiã per diuerſa loca figurãt:vt Cant.2.
in cãticis cãticorũ, Cõuertere fratruelis
meus, & ſimilis eſto capreę hinuloq; cer
uorũ ſupra montes cõualliũ.Caprea igi
tur acutiſſimã habens aciẽ oculorũ,aſpi
ciensq; a longe venatorũ inſidias ſigni-
ficat dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum:
quoniã vt ſcriptura dicit, Deus ſcientia 1.Reg.2.
rum dñs eſt.Et alibi.Excelſus dñs, & hu
milia reſpicit,& alta a lõge cognoſcit.Et Pſal.137.
ſicut prudentiſſimus creaturam quam
creauit ad honorem ſui nominis proſpi
cit, videt, & regit: & anteq̄ incidamus
in laqueum diaboli, nos interius pręui-

dendo contegit:ſed ne telis cogitationũ ꝑmamur,innuit & ſuadet nobis alta mõtium petere & ſenſus diuinorũ eloquiorũ diſcutere:vt ibi quaſi in ſpeculo conſideremus quid placeat, quid diſpliceat in nobiſipſis conditori noſtro. Nã ſicut caprea venatorem ꝓuidet,ita dñs noſter Ieſus Chriſtus longe ante ꝓſpiciens Iu-
Mat.26. dã proditorem, ſic aiebat:vnus ex vobis me traditurus eſt. Et manifeſtius: Iuda
Luc.22. oſculo tradis filium hominis?

De Ceruorũ natura. Cap.XIIII.

T CErui dicti ſunt ἀπὸ τῶν κεράτων, ideſt a cornib⁹ dicunt'q; nõgentos annos viuere:atq; cũ īfirmitate vel ſenectute deficere ſe ſentiũt,ſpiritu nariũ ſerpẽtes de cauernis extrahunt, & ſupata eorũ pernicie veneni eorũ pabulo reparant.Sagittas infixas paſtu dictami excutiũt. Mirantur aũt ſibilum fiſtularum.Erectis auribus acute audiũt,ſummiſſis nihil:Si qñ immẽſa flumia vel maria trãſnatant:clunibus ꝓcedentiũ,capita ſupponũt,ſibiinuicẽ ſuccedẽtes, nullũ põderis laborẽ ſentiũt.Lachrymę eorum collectę,& oſſa in eorũ corde inuẽta,apta ſunt potui,cordis pulſu laborãtib⁹.Ceruus quoq; ſignificat dñm noſtrũ Ieſum
V Chriſtũ:q diabolũ humani gñis inimicũ quaſi ſpelunca latitantẽ in om̃i natione, ſpũ diuinę ſapiẽtię abſtrahẽs,virtutis pede caput eius cõtriuit: pabuloq; veneni mortis quã ſpõte ſubiit, noſtrã naturam peccaminũ ſenectute ꝑgrauatã renouauit. Ad ipm eñ Pſalmograph⁹ dicit. Le-
Pſal.120. uaui oculos meos in mõtes:vñ veniet auxiliũ mihi.Mõtes aplos & ꝓphetas dicit, Ceruos vero fideles hoĩes:oculos in mõtes,i.ꝓces ad aplos,ex quibus veniet nobis auxiliũ leuantes. Item duo ſunt gña
X ceruorũ. Vnum qd vt inuenerit ſerpentem ĩ cauerna vbi latitat,flatũ immittit, vt exeat:& egredientis collũ percutiens hinc & inde,occidit ſerpentẽ,& deuorat. poſtea autẽ propter tumorem currẽs ad aquas puriſſimas,venenũ euomit:ſed ꝓpter hũc tumorẽ pilos mutat, & cornua abiicit.Ceruus figurã pœnitentiũ habet q pœnitẽtes conſtringunt intrinſec⁹ conſcientia peccatorũ:& vadũt ad fontes ad doctrinã ſcripturarũ:foraſq; ꝓiiciuntur, quia ſegregãt ſe ꝑ pœnitentiã a corpore & ſanguine Chriſti, vſq; dũ recipiantur per reconciliationẽ ſacerdotis.Aliud eſt genus ceruorũ qd ſi inuenerit ſerpẽtem occidit eũ,& poſt victoriã petit montem vbi pabulum inueniat.Sic & vnuſquiſq; ſanctus vbi ſentit diabolũ in ſe vel ĩ alios venena malę perſuaſionis infundentẽ:cũ virtute dñi eum interficere,& a ſe proiicere ſtudeat & veniat ad montẽ Chriſtũ vbi animę pabulũ quęrat & inueniat.

De Ibice. Caput.XV.

ESt animal qd dicit̃ Ibex, duo cornua habẽs:quo- Y
rũ tanta vis eſt vt ſi ab alto montis dimiſſũ fuerit ad ima, totũ corpus ſuſtentetur illeſum his cornibus.Significat aũt eruditos hoĩes, quiq;duorũ teſtamentorũ conſonãtia,qcquid aduerſi eis acciderit,quaſi quodam ſalubri tẽperamento temperare ſolent:& velut duobus cornibus fulti, bona q per petrant, veteris ac euangelicę lectionis atteſtatione ſuſtentant.

De Stellione & Salamandra. Caput.XVI.

ESt reptile quoddã quod ab aliis putatur Salamã- Z
dra ab aliis ſtellio.Hoc ſimile eſt Lacertulę puſil- Prou.30
lę colore vario : de quo Salomon dicit : Stellio manibus nititur & morat̃ in domibus regum. Phyſiologus dicit de eo, ꝙ ſi caſu vndecũq; inciderit in caminũ vel fornacẽ ignis,aut in quodcunq; incendium ſtatim extinguitur ignis. Ita ſunt iuſti admirabiles omnibus hoĩbus:ſicut fuerunt in camino ignis ardentis Ananias, Azarias, Miſael : & non tetigit eos omnino ignis.Iuſtos autẽ intactos & incontaminatos exire poſſe de camino ignis euidẽter declarat,& Paulus apoſtolus dicens: Tribulationẽ patimur,ſed non anguſtiamur.Deiicimur,ſed non perimus. Item obſtruxerunt ora Leonum. Ita & omnis quicunq; ex tota fide ſua crediderit in 1.Cor.4.
deũ,& in operibus bonis perſeuerauerit: tranſit gehennã ignis, & non tangit eũ flamma,de qua ſcriptum eſt in Eſaia pro-



Eſa.43. pheta:Si tranſieris per ignem,flamma nõ te comburet. Item de eodem. Salaman-
Salamãdra. dra dicta eſt eo ꝙ cõtra incendia valeat: cuius inter oĩa venenata vis maxima eſt. Cętera eñ ſingulos feriũt, hæc plurimos pariter interimit. Nã ſi arbori irrepſerit, omnia poma eius veneno inficit: & eos q ex eadẽ poma comederit,occidit.Quę etiã ſi in puteũ ceciderit,vis veneni ex eo potãtes interficit.Iſta cõtra incendia repugnans,ſola animaliũ ignes extinguit.Viuit eñ in mediis flãmis ſine dolore & cõſumptione:& nõ ſolũ non vritur,ſed etiã extinguit incendium.

¶De canib⁹ & eorũ naturis.Ca.XVII.

A CAnum ſunt plura genera. Alii eñ ad capiẽdum feras ſyluarũ inueſtigãt: alii volucres,alii ab infeſtationib⁹ luporum greges ouiũ cum paſtoribus cuſtodiũt:alii cuſtodes domuũ,ſubſtantiã dominorũ ſuorũ vigilando cuſtodiunt,ne furto rapiãtur in nocte.Viuere quoq; nõ poſſe dicunt ſine homine:quapropter intantũ ferũtur diligere dños ſuos, vt regẽ quẽdam captũ ab inimicis,ac in cuſtodia detentũ,eius canes agmine facto per medias acies inimicoꝝ ab exilio reduxerint: occiſoq; homine,dũ eius amici in quẽ impingeretur hoc facinus ignorarẽt:in medio populi interfectorẽ eiuſdẽ & authorẽ mortis canis patefecit.Lingua canis dum lingit vulnus,curat.Victus admodũ dicitur eſſe modici. Catulus deniq; ligatus vulneratorũ ſolet eſſe ſalus inteſtinorũ. Natura eius eſt vt ad vomitũ ſuũ reuertatur,iterũq; comedat:cũq; fluuiũ trãſnadauerit carnẽ in ore vel aliqd tale tenens: cum viderit vmbrã,os aperit: atq; dũ ſperat aliã verã carnem habere,ipſam quam tenet,perdit.Cui⁹ figurã in reb⁹ quibuſdã prędicatores habent:qui ſemper admonendo atq; exequendo quę recta ſunt,inſidias diaboli propellũt:ne theſaurũ dei,id eſt chriſtianorũ animas rapiẽdo ipſe auferat.Lingua canis dũ lingit vulnus,ſanat:
Lingua canis. quia peccatorũ in cõfeſſione emundantur vulnera,ſacerdoti facta cõfeſſione.Inteſtina quoq; hoĩs curat catulus applicatus: quia ſecreta cordis ſępe mũdantur in opere vel ſermone doctoris.Modico admodũ victu canis eſſe dicit̃: qa qui præeſt aliis, ſapiẽtięq; ſtudiis inuigilat,crapulã oĩmodo vitare debet.Nam ex ſaturitate panis Sodoma periit. Nullo deniq; aditu tã cito inimicus poſſidet chriſtianũ, q̃ voraci gula. Q; canis ad vomitũ redit,ſignificat poſt peractã cõfeſſionem quoſdã incaute ad eadem perpetrãda facinora redire. Q; carnem in flumine per cõcupitã vmbram relinquit:ſignificat hoĩes ꝓpter ambitionẽ ignotę rei,id quoq; quod ꝓprii eſt iuris,relinquere:vnde fit vt dum nõ valẽt adipiſci id quod cupiunt:perdere fruſtra nolunt quod reliquerunt.

¶De Muſtela & Aſpide. Ca.XVIII.

DE muſtela præcipit lex B
nõ manducare eam, eo Leuiti.11.
ꝙ immundũ animal eſt. Muſtela dr̃ quaſi mus longus.Nam telos gręce longus dicitur.Hæc ingenio ſubdola,in domo vbi habitat,cũ catulos genuerit,de loco ad locum tranſfert,mutataq; ſede locat.Serpẽtes etiã ac mures perſequitur.Duo autẽ ſunt genera muſtelarũ. Alterũ eñ ſylueſtre eſt,diſtans magnitudine.Has Gręci ictidas vocãt.Alterũ in domibus oberrãs.Quidam dicunt eas aure concipere, & ore parere. Ecõtrario dicũt quidã ore ſemen cõcipere,& per aurem parere.Dicũtur autẽ periti eſſe medicinæ:ita vt ſi forte occiſi fuerint earũ fœtus, ſi eos inuenire potuerint, rediuiuos faciant.Sic nõnulli fidelium libẽter quidẽ accipiũt diuini verbi ſemen: ſed inobœdiẽtes effecti pretermittunt,& diſſimulãt quę audierũt. Iſti tales non ſolũ muſtelę cõparantur,ſed etiã aſpidi ſurdæ & obturãti aures ſuas vt non audiat vocem incantantis. Phyſiologus dicit ꝙ
C aſpis hãc habet naturam,vt ſiquãdo ve- Aſpis.
nerit aliquis homo ad ſpeluncã vbi habitat aſpis, & incantarit eã oĩbus carminibus vt exeat de cauernis ſuis : illa ne audiat vocẽ incantantis, ponit caput ſuum ad terrã,& vnã aurẽ premit in terrã,alteram vero cauda ſua obturat. Tales ſunt iſtius mũdi hoĩes diuites,qui vnã aurem deprimunt in terrenis ſuis deſideriis:alii vero poſterioribus peccatis ſuis peccata noua ſemper addentes,obdurãt corda:& ita fit vt nõ audiãt vocẽ incãtãtis, id eſt

prædicantis verbũ dei. Iſidorus. Falſo opi
nantur qui dicunt muſtelã ore conciꝑe,
aure effundere partum.

¶De lapidibus igniferis. Ca. XIX.

D Sunt lapides igniferi in
quodam monte orientis
quos Gręci vocãt chiro
bolos. i. manipulos. Di-
cũturqꝫ maſculus & fœ
mina. In iſtis qñ ab inui
cẽ ſeparãtur ignis nõ accẽditur. Cũ autẽ
adinuicẽ caſu aliquo appropinquauerint,
ſtatim in eis tãtus ignis accẽditur, ita vt
oĩa ardeant quæ circa illos ſunt. Vnde &
vos hoĩes dei qui vitã geritis monaſticã,
ſeparate vos longe a mulieribꝰ: quoniã ſi
illis appropinquaueritis, ſtatim noxius
ignis accendetur in vobis & conſumetur
omne bonũ quod Chriſtus dñs vobis cõ-
tulit. Sunt eñ angeli Satanę qui ſemp im
pugnant viros ſanctos: ſed & fœminas ca
ſtas. Memores eñ eſſe debetis bellorũ quę
peregerũt ſancti viri, ſicut Samſon & Io-
ſeph. Ambo ſiquidẽ tentati ſunt ꝑ mu-
lieres, ſed alter vicit, alter victus eſt. Eua
quoqꝫ & Suſanna tentatæ ſunt: altera vi-
cta eſt, altera vicit. Ideo nolite ſecuri eſſe,
nec cõfidere in ſolita caſtitate, ſed muni-
te corda præceptis diuinis: vt vos nõ de-
terreat fallax amor mulierũ, quarũ pecca
tum ab initio. i. ab Adam vſqꝫ nunc in fi-
lios inobœdiẽtię debacchatur, nec vos in
cendant opera dęmoniorum.

¶De luporum natura. Cap. XX.

E Lupus græce λύκος lycos
dicitur, & λύκη lux ma-
tutina: quę eſt apta rapa
cibus: & ſic a rapacitate
dicit̃. Vnde & meretri-
ces lupas vocitamus: qa
amatorꝝ bona deuaſtãt. Alii aũt lupos vo
catos aiunt quaſi ſint leoꝑdes, ꝙ vt leoni
ita ſit illis virtꝰ in ꝑdibꝰ. Vnde & quic-
quid ꝑde preſſerit nõ viuit. Rapax eſt be
ſtia, & cruoris appetens. De q̃ ruſtici aiũt
vocẽ hoĩem ꝑdere, ſi eũ lupus prior vi-
derit. Vnde & ſubito tacẽti dr̃. Lupus eſt
in fabula. Certe ſi ſe pręuiſum ſenſerit, de
ponit ferocitatis audaciã. Lupi toto anno
nõ amplius q̃ duodecim dies coeũt. Lupꝰ
in armis ſeu humeris vires habet, vel in
ore: in renibꝰ aũt minime. Phyſiologꝰ hęc
aĩalia mortifera deſcribit. Collũ nũq̃ va-
let retro inflectere. Aliqñ pręda fertur vi
uere, aliquãdo terra, nõnunq̃ vento. Lupa
deniqꝫ in nullo menſe niſi in Maio quãdo
fit tonitru, catulos ſuos gignit: cuiꝰ aſtu-
tia tanta eſt, vt in vicino loco ſuis catu-
lis prædam non rapiat, ſed in longinquo.
Qꝫ ſi opus fuerit vt noctu prædam quæ-
rat: tanq̃ canis manſuetus paſſim ad oui
le ouium ꝑgit: & ne fœtorem ſui flatus
fortuitu canes ſentiant, & excitent paſto
res: cõtra ventum pergit: & ſi aliquando
ramus vel tale aliquid ſub eius ꝑde fran
gendo ſonuerit: ipſum pedem morſu aſpe
ro caſtigat. Oculi eius in nocte lucent ve
lut lucernę. Cuius natura talis eſt, vt per-
dat homo vires clamandi, ſi prius homi-
nem viderit, q̃ videatur ab eo, vt autẽ Iu-
lius Solinus refert, qui plura de naturis
beſtiarum dicit, amatoriũ villũ ac pilum
in caudę ſummitate portat: quẽ ipſe den-
tibus euellit, ſi forte capi timuerit. Eius F
figuram diabolus portat: qui ſemper hu-
mano generi iugiter ĩuidet, ac circuit ec
cleſias fidelium vt mactet & perdat ani-
mas eorum. Qꝫ vero generatur tonitruo
primo mẽſis Maii, ſignificat diabolum in
primo ſuperbiæ motu ruiſſe de cælo. Qꝫ
autem in anterioribus membris vires ha
bet, & non in poſterioribꝰ: eundẽ diabo-
lum ſignificat prius in cælo angelum lu-
cis fuiſſe, nunc vero deorſum apoſtatam
factum eſſe: & primo ingreſſu potẽtẽ, ſed
ſi reſtiteris a te fugiturum. Oculi eius no
cte lucent: quia quædam diaboli oꝑa cæ
cis & fatuis viris videntur eſſe pulchra
atqꝫ ſalubria. Cum catulos nutrit, nõ ni-
ſi in longĩquo prędam capit: quia eos dia
bolus bonis temporalibus fouet, de qui-
bus certus eſt ꝙ in gehẽnalibus clauſtris
pœnas ſint perpeſſuri æternas. Illos autẽ
omnino inſequitur, qui bonis oꝑibus ab
eo elongantur: ſicut de bono Iob legitur,
cui omnem ſubſtantiã eius abſtulit, nec-
non filios & filias percuſſit, vt a domino
recederet cor eius. Qꝫ nũq̃ capite retror-
ſum ſine toto corpore vertitur, diabolum
demonſtrat ad pœnitudinis correctionẽ
nunq̃ flecti. Quid vero agendum eſt ho- G
mini cui lupus vires abſtulit clamandi?
Qui eñ non habet poteſtatem vocifera-
tionis, perdit auxilium longe ſtantis. Sed



quid agendũ? Deponat homo veſtimentũ
ſuũ, pedibus ſuis terram conculcãdo: ſu-
mens manibus duos lapillos, eoſqꝫ concu-
tiat. Quid poſtea? Lupus audaciã ſuę vir-
tutis ꝑdẽs fugiet: homo vero tutus ſuo
ingenio liber erit, ſicut in principio. Spi-
ritualiter autem hoc intelligẽdũ eſt, atqꝫ
ad ſuperiorem ſenſum allegorice eſt du-
cendum. Quid eñ per lupũ, niſi diabolũ:
quid per hominẽ, niſi genꝰ humanũ: quid
per veſtimentũ, niſi peccatum: quid ꝑ la
pides, niſi Apoſtolos ſeu cæteros ſanctos
vel ipſum dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ
ſignificare poterimus? Omnes enim ſan-
cti alii a prophetis adamantini & viui la
pides dicti ſunt. Ipſe etiã dominus noſter
in lege vocatur offenſionis lapis, & petra
ſcandali: de quo dicit Propheta: Virũ vi-
di ſtantem ſupra montem adamãtinum.
Anteq̃ deniqꝫ redempti eſſemus, ſub pote
ſtate inimici eramus: vocem quoqꝫ clamã
di ꝑdideramus: quoniã peccatis noſtris
exigentibus, a deo non audiebamur, neqꝫ
aliquem ſanctorũ in auxiliũ nobis inter-
pellabamus. Poſtq̃ vero clemẽs deus gra-
tificauit nos in filio ſuo: depoſuimꝰ in ba
ptiſmo veterem hominem cũ actibꝰ ſuis,
ac induimus nouũ: qui (iuxta Apoſtolũ)
Ephe. 4. ſm deũ creatꝰ eſt in iuſtitia. Deinde ſum-
pſimus lapides alterutrũ ferientes: qa ſan
ctos dei qui iam in cælis regnant, ipſo no
ſtri oris ferimus alloquio: vt & ipſi aures
pulſent iudicis, ac veniam criminũ impe-
trent nobis: ne nos quem neſcimus abſor-
beat Cerberus, gaudens noſtro interitu.

¶De viperę natura. Ca. XXI.

H Phyſiologus dicit de vi-
pera ꝙ quando coitum
facit, maſculus infert os
ſuum in os fœminę: & il
la deglutiẽs ſemẽ, abſcin
dit caput maſculi, & ma
ſculus morit̃ ſtatim. Intellige ergo quid
faciat concubitus meritricius. Cum autẽ
creuerint catuli in vẽtre, viperam perfo-
rant mordentes: & ſic exeunt mortua ma
tre. Hoc exẽplũ directũ eſt ad Phariſſęos
Matth. 3 huiuſmodi rem ꝑpetrãtes: progenies vi-
perarũ quis oſtendit vobis fugere a ven-
tura ira? Viperę eñ comparati ſunt Pha
riſſęi obſcœnis operibus & deſideriis ſer-
uientes. Occiderũt eñ patrem ſuũ Chri-
ſtum & matrem eccleſiam ꝑſecuti ſunt.
Phyſiologus etiã dicit. Tria ſunt genera I
viperarũ nocentium, treſqꝫ eius naturat.
Primũ, cum ſenuerit, impedimentũ habet
oculorũ, vt nõ videat: ſed vide quid faci-
at. Ieiunat quinquaginta diebus atqꝫ no-
ctibus, donec laxetur pellis eius: tuncqꝫ va
dẽs q̃rit exciſam & aſperã ꝑtrã, & tranſit
per ipſam: ſicqꝫ pelle illa ſpoliatur & iuue
neſcit. Anguſta eſt porta & arcta via q̃ du Matt. 7.
cit ad vitã. Sc̃dę viperę natura eſt ꝙ quã-
do ꝑgit ad bibendũ, aut ad coeundũ cũ
anguilla euomit prius venenũ ſuũ in ſpe
lunca ſua vel fouea. Imitemur & nos hu-
ius ſolertiã: vt quando veniemus aquam
bibere, id eſt diuinos ſermones in eccleſia
dei audire, non afferamus nobiſcũ pulue
reas & maculoſas ſeculariũ rerũ concu-
piſcentias, ſed mundatis conſcientiis no-
ſtris, ꝑ humilitatem & verã confeſſionẽ
ingrediamur in templum dñi, orantes &
pſallentes in cordibus domino. Tertię ve
ro viperę natura eſt talis, vt cum viderit
hominem nudũ, timens fugiat eũ. Si au-
tem veſtitum ꝑſpexerit, inſilit in eũ. Sic
& nos ſpiritualiter intelligamus quia q̃-
diu pater noſter in paradiſo erat nudus,
non præualebat aduerſus eum diabolus,
ſerpens antiquus. Sed poſtq̃ tunica eſt in
dutꝰ. i. mortalitate corporis: tunc exiliuit
in eum ſerpens.

¶De Serra belua marina. Ca. XXII. K

Belua eſt in mari quæ dr̃
Serra, habẽs pennas im
manes: quæ cum viderit
nauem veliſicantem, ele
uat alas ſuas, & currere
contendit cõtra nauem
triginta vel quadraginta ſtadiis. Cum ve
ro deficit, ponit alas ſuas & eas tandẽ ad
ſe retrahens laſſa ſubſiſtit: ipſam vero flu
ctus in profundũ maris ad locũ ſuũ tunc
temporis reportare conſueuit. Mare autẽ
huius ſeculi figuram habet. Naues ergo
iuſtorũ habent exemplũ: qui ſine vllo pe-
riculo vel naufragio fidei tranſeunt per
medias huius mundi procellas & tempe-
ſtates, & mortiferas vincunt vndas, id eſt
huius ſeculi contrarias poteſtates. Serra
autẽ quę vult velificare contra naues: fi-
guram gerit eorũ qui initiũ habẽt in bo-
nis operibus, poſtea nõ permanẽtes in eis

ſunt cupiditate victi, ebrietate & luxu-
ria, ac diuerſis vitiorũ generibus: quę tāq̄
fluctuantes vndæ maris mergũt eos vſq;
ad inferos.

L ¶De Pantherę natura. Cap. XXIII.

ESt animal quod dicitur
panthera, vario quidem
colore, ſed ſpecioſum ni-
mis, & manſuetum val-
de. Phyſiologus dicit ꝙ
inimicum eſt ſolis dra-
conibus. Cum ergo comederit & ſatiaue
rit ſe de vniuerſis venationibus: reuerti-
tur in ſpeluncam ſuā: ponenſq; ſe dormit
per triduum. Surgens autem a ſomno, ſta
tim emittit rugitũper altũ, ſimulq; odo-
rem nimiæ ſuauitatis cum rugitu: ita vt
odor huius præcellat oĩa aromata & pi-
gmenta. Cum ergo audierint vocem eius
omnes beſtiæ quæ longe vel prope ſunt,
congregātes ſe, nimiā ſuauitatem eius ſe-
quuntur. Solus autem draco cum audie-
rit vocem eius, timore perterritus abſcon
dit ſe ſub terrenis ſpeluncis. Ibi autem nō
ferens vim odoris eius, in ſemetipſo con-
tractus obſtupeſcit & torpeſcit, & manet
ĩmobilis exanimuſq; velut mortuus: cęte
ra autem animalia ſequũtur eam quocũ-
q; vadit. *Sic* & dñs noſter Ieſus Chriſtus
verus panther omne genus humanũ qđ
a diabolo captum fuerat, & morti erat ob
noxium, per incarnationem ſuā ad ſe tra-
hens eripuit: & captiuam ducens capti-
M uitatem, dedit dona hominibus. Panthe-
ra eñ omnis fera, quaſi omne animal odo
re capiens interpretatur. *Sic* & deus (vt
diximus) videns omne genus humanũ a
dæmonibus captũ, idoliſq; mancipatum,
omneq; ſimul prędam diaboli factum: de-
ſcendit de cælo cum nimio incarnationis
ſuæ odore, & eripuit nos: ſequimurq; do-
Oſe.5. minũ & agnũ quoq; ierit: impleturq; pro
† tinea. phetia. Factus ſum inquit huic † panthe-
† putre-do. ra Effraim, & ſicut † leo domui Iuda. Ac
per hoc ſignificabatur iā tũc q̄a Effraim
idolis ſeruiebat, ꝙ vocatio gentiũ, & plę-
bis Iudęorũ debuerat per aduentũ Chri-
ſti impleri. Et quia panthera varium eſt
animal, ſignificat Chriſtum: qui eſt incō-
prehenſibilis ſapientia, totus ſimplex, bo-
nus, clęmens, firmus, & ſtabilis, & diuerſa
ſapientia fulgens. Et etiā quia ſpecioſum
eſt animal panthera. *Sic* eñ eſt Chriſtus:
veluti Dauid dicit in ſpiritu: *Specioſus* Pſal. 44.
forma præ filiis hominũ. Item quia man-
ſuetum eſt animal. *Sicut* dicit Eſaias de
Chriſto. Gaude & lætare filia Sion, quia Matt. 21.
rex tuus venit tibi māſuetus ſaluās. Etiā Zach. 9.
quia ſicut pāthera cum ſatiata fuerit, ſta- Eſa. 62.
tim quieſcit & dormit: ita & dominus no
ſter Ieſus Chriſtus poſtq̄ ſatiatus eſt iu-
daicis illuſionibus & flagellis, alapis, iniu
riis, contumeliis, ſpinis, ſputaminibus, ad
vltimum in cruce ſuſpenſus, clauis affi-
xus, felle & aceto potatus, lancea perfora
tus, his inquā violentiis Iudęorum ſatia-
tus Chriſt⁹ dormiuit & quieuit in ſepul-
chro: deſcendenſq; in infernum, religauit
illic draconem magnum, generis humani
maximũ inimicũ, antiquum videlicet ſer
pentem. Q̄ꝫ autē tertia die iſtud animal N
poſt ſatietatem & ſomnũ ſurgit, & rugi-
tum magnũ emittit, & fragrat odor ſua-
uitatis ex ore eius: ſignificat ꝙ dominus
noſter Ieſus Chriſtus tertia die ſurgens a
mortuis, impleuit prophetiam de eo Da-
uid dicentis. Excitatus eſt tanq̄ dormiēs
dominus, tanq̄ potēs crapulatus a vino. Pſal. 77.
Statim exclamauit ita vt in omnem ter-
ram exaudiretur vox eius, & in fines or-
bis terræ verba eius: dicēdo: Gaudete iā,
& cōfidite, & nolite timere, Ego vici mũ-
dum. Et iterum. Pater quos dediſti mihi, Ioan. 16.
cuſtodiui. Vado ad patrem meum, & pa- Ioan. 20.
trem veſtrum: deum meum & deum ve- Ioan. 14.
ſtrum. Iterũ veniam ad vos, & non dimit
tam vos orphanos. Item in fine euange-
lii ſic dicebat. Ecce ego vobiſcũ ſum oĩ- Matt. 28.
bus diebus vſq; ad conſummationē ſecu
li. Et quid ſuauius aut dulci⁹ eſſe poteſt
odore domini noſtri Ieſu Chriſti? ita eñ
ſuauis eſt vt omnes qui prope per fidem
& per opera ſunt, & qui adhuc fragilita-
te grauati longe ſunt, audiant vocē eius?
Repleti enim & recreati ſuauiſſimo odo-
re mandatorũ eius, requirimus eum, ſem-
per ſequentes eũ, clamando cum Prophe-
ta: Q̄ꝫ dulcia faucibus meis eloquia tua Pſal. 118.
domine, ſuper mel ori meo. Et cũ *Sapien-*
te in canticis canticorũ: In odore vnguē- Canti. 1.
torum tuorũ currimus. Et paulo poſt. In
troduxit me rex in cubiculum ſuũ: exul-
tabim⁹ & lętabimur cũ eo. Oportet itaq;
nos quanto citius detur, ſicut adoleſcen-



tulas in Chriſto renatas animas, & per ba
ptiſmum ad nouitatē vitę venientes, poſt
vnguenta mandatorũ Chriſti currere, &
de terrenis ad cæleſtia tranſmigrare, vt
nos introducat rex in palatium ſuũ, Hie-
ruſalem ciuitatem domini virtutũ, & mō
tem ſanctorum omnium. Ibiq; exultantes
Pſal. 86. dicamus: Glorioſa dicta ſunt de te ciui-
Pſal. 47. tas dei. *Sicut* audiuimus, ſic & vidimus
O in ciuitate domini virtutum. ¶Panthe-
Aliter de Pan-thera. ra eſt beſtia minutis orbiculis ſuperpicta,
ita vt oculatis ex fuluo circulis nigra vel
alba diſtinguatur varietate. Hæc ſemel
omnino parturit: cuius cauſæ ratio ma-
nifeſta eſt. Nam cum in vtero matris con
creti catuli maturis viribus ad naſcendũ
peruenerint oneratam matrem tanq̄ par-
tui obſtantē, vnguibus lacerant: & effun
dit illa partum ſeu potius dimittit, dolo
re cogēte. Ita corruptis matris finibus &
loculis, genitale poſtea ſemen infuſum, nō
hæret acceptum, ſed irritum reſilit foras.
Vnde Plinius dicit animalia acutis vn-
guibus frequenter parere non poſſe. Vi-
tiantur enim intrinſecus ſe mouentib⁹ ca
P tulis. Iſidorus autem ſic: Panther dictus
eſt ſiue ꝙ omniũ animaliũ ſit amicus, ex-
cepto dracone: ſine nequitia eſt, & ea ſui
generis ſocietate gaudet, ꝙ ad eandem ſi
militudinem quicquid accipit reddit. Pan
Q græce, omne dicitur latine, & ther fera.
Aroma-ta. Item Iſidorus de aromatibus. Aromata
inq̄t ſunt q̄cũq; fragātis odoris, quę India
vel Arabia mittit, ſiue alia quęuis regio.
Nomen autē aromata traxiſſe vidētur ſi-
ue ꝙ aris impoſita diuinis inuocationib⁹
apta videātur, ſiue ꝙ ſeſe aeri inſerere ac
miſcere probentur. Nā quid eſt odor niſi
aer naribus attractus, poſtq̄ ab re odorife
ra fuerit imbutus?

¶De dracone animantiũ maximo.
Caput. XXIIII.

R DRaco maximus eſt oĩm
ſerpentium ſiue omniũ
animātiũ ſuper terram.
δράκων. Hũc Gręci draconta vo
cant, latine vero draco-
nem, qui ſæpe a ſpelun-
cis abſtractus, fertur in aera, concitatuſq;
per eum lucet aer. Eſt autē criſtatus, ore
paruo, & apertis fiſtulis, per quas trahit
ſpiritum, linguāq; exſerit. Vim autē non
in dentibus, ſed in cauda habet: & verbe-
re potius q̄ morſu rictuve nocet. Innoxi⁹
eſt enim a venenis: ſed ideo huic ad mor-
tem faciendā nō eſt venenum neceſſariũ,
quia ſi quem ligauerit, occidit. A quo &
elephas ſoluta ſui corporis magnitudi-
ne, interimitur. Nam circa ſemitas delite
ſcens per quas elephantes ſolito gradiũ-
tur itinere, crura eorum caudæ nodis il-
ligat, ac ſuffocando perimit. *Sunt* autem
in Æthiopia & in India: vbi ex ipſo ſolis
incēdio eſt iugis ęſt⁹ quaſi ęſtas. Huic dra S
coni aſſimilatur diabolus: qui eſt imma-
niſſimus ſerpens. *Sæpe* in aerem a ſpelun
ca ſua concitatur, & lucet per eum aer:
quia diabolus ab initio ſe erigens tranſfi
gurat ſe in angelum lucis, & decipit ſtul-
tos ſpe falſę glorię lętitięq; humanę. Cri-
ſtatus eſſe dicitur: quia ipſe eſt rex ſuper-
bię. Venenum non in dentibus, ſed in lin
gua habet: quia ſuis † virib⁹ perditis, mē † iurib⁹
dacio decipit quos ad ſe trahit. Circa ſe-
mitas per quas elephantes gradiũtur, de-
liteſcit: quia diabolus ſemper magnificos
viros inſequitur. Crura eorũ caudæ no-
dis illigat, & ſi poteſt illaqueat: quia iter
eorũ ad cælum nodis peccatorũ illaque-
at: ac ſuffocando perimit: quia quiſquis
vinculo criminũ irretit⁹ moritur, ſine du
bio in infernũ damnatur.

¶De Elephantis natura. Ca. XXV.

ESt animal elephas nomi T
ne. Phyſiologus dicit de
eo ꝙ magnum intellectũ
habet in ſe: concupiſcen
tiam carnis minime in ſe
habere dicitur. Tempo-
re quo voluerit pullos procreare, vadit in
orientem cũ fœmina ſua vſq; in locũ pro
ximum paradiſo. Eſt autem ibidem hær-
ba mandragora nomine, de cuius fructu
fœmina prior deguſtat: & tunc maſculũ
illũ deducit vt perſuaſus manducet. Poſt
q̄ vero manducauerint ambo, coeunt ſibi
inuicem, ſtatimq; fœmina concipit. Cum
autem venerit tempus pariēdi, pergit ad
lacum magnũ, & ingreditur vſq; ad vbe-
ra, & ibidem parturit ſuper aquam: &
hoc propter draconem facit: quia inſidia
tur pullis eius, & illi ipſi. Maſculus au-
tem non recedit a fœmina, ſed cuſtodit
eam ſuper ſtagnum aquarũ parientem, ad

V arcendũ draconẽ vt dixi inimicũ. Iſti aũt
duo elephãtes maſculus & fœmina figu-
rã habẽt Adã & Euę:ꝗ erãt ĩ paradiſo dei
ante præuaricationẽ gloria circũdati,ne-
ſcientes vllum malũ,nõ cõcupiſcentiæ de
ſideriũ,nõ cõmixtionis coitum.Cum ve-
ro de interdicta arbore guſtauit mulier;
dedit viro ſuo:qui manducans ſeductus
eſt. Tunc præcipitati ſunt de paradiſo in
hũc mundũ quaſi in ſtagnũ aquarũ mul-
tarum. Qꝫ eñi aliquãdo aqua,pręſens ſe-
culum ſignificet propter diuerſas pertur
batiões & voluptates,Dauid inſinuat cũ
Pſal.68. dicit:Saluũ me fac deus,quoniã intraue-
runt aquæ vſqꝫ ad animam meã.Et alibi.
Pſal.39. Expectans expectaui dominũ & reſpexit
me,& eduxit me de lacu miſerię,& de lu-
to fęcis. Cum ergo profecti ſunt in hunc
miſerię lacum:cognouit Adam vxorẽ ſuã
Euam,& genuit Cayn in luto fęcis.Ideo-
qꝫ pius & miſericors dominus noſter Ie-
ſus Chriſtus deſcendẽs de ſinu patris,aſ-
ſumpſit carnem noſtrã, & eduxit nos de
Ibidem. lacu miſerię & de luto fęcis:ſtatuenſqꝫ ſu
pra petrã pedes noſtros,immiſit in os no-
ſtrum canticũ nouum, dicens. Ita orabi-
Matt.6. tis:Pater noſter qui es in cælis &c. Hunc
hymnũ docuit nos ipſe qui ſupra petram
1.Cor.10. ſtatuit pedes noſtros.Petra aũt erat Chri
1.Theſ.10 ſtus. Dominus autẽ pacis ſanctificet nos
ad perfectum,vt integer ſpiritus noſter &
anima & corpus ſine querela in aduentũ
X domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.Quid
autem oſſa & pellis elephantis faciant,di
cam. In quocunqꝫ enim loco vel domo in
cenſa fuerint, odor eorũ expellit inde ſta-
tim omnẽ ſerpentẽ vel quodqꝫ animal ve
nenoſum. Sic deniqꝫ mandata dei & pia
opera faciunt. Si enim accendũtur in cor
de hominis,effugãt omne opus veneniſe-
rum diaboli in quacunqꝫ parte.

## ¶De Elephantis natura iterum. Caput.XXVI.

Y ITem eſt animal qđ græ-
ce dicitur elephas a ma
gnitudine corpis. Apud
Indos autem a voce bar
rus vocaẗ : vnde & vox
eius barritus diciẗ. Den
tes eius ebur:roſtrum autẽ promuſcis di
citur:quoniã illo pabulum colligit, & ori
admouet:& eſt vngui ſimile, vallo muni-
tur eburneo. Hos boues lucas dictos pu-
tãt ab antiquis Romanis.Boues,quia nul
lũ aĩal maius videbãt. Lucas, qa in Luca-
nia illos Pyrrhus in prælio primus obie-
cit Romanis. Nam hoc genus animantis
rebus bellicis aptum eſt. In illis enim Per
ſę & Indi ligneis turribus collocatis, tãꝗ
de muro iaculis dimicant. Intellectu au-
tem & memoria multum vigent.Grega-
tim incedunt. Nutu quo valent,ſalutant
homines.Murem fugiũt. Auerſi coeunt.
Quãdo autem parturiunt,in aquis vel in
ſyluis non dimittunt fœtus,propter dra-
cones : quia eis valde ſunt inimici, & ab
eis impliciti necantur. Cum autem tem-
pus pariendi venerit,ingreditur fœmina
ſtagnum vel aliam aquam vſqꝫ ad vbera,
& ibi parit,propter draconem,qui inſidia
tur illi. Qꝫ ſi extra aquam vel etiam ſyl-
uam pepererit, ſtatim draco fœtum eius
rapit & deuorat. Maſculus autẽ eius cu-
ſtodit illam parientem. Biennio portant
fœtus, nec amplius ꝗ ſemel gignunt:nec
plures,ſed vnum tm̃. Viuunt autem tre-
centos annos. Apud ſolam Africam & In
diam elephantes prius naſcebantur: nũc
ſola India eos gignit. Dormientes nunꝗ
recubant:ſed quando ſopori diditi,vel la
bore defatigantur, recreant ſe magnis ar
boribus applicati, & ipſis ſuffulti dormi-
unt. Quod eorum venatores vel inſidia-
tores diligenter conſiderantes, locum &
arbores notant:& eas pene ſuccidũt:qui-
bus cum inniti iuxta cõſuetudinem pu-
tant,ruunt arbores,& elephantes cum eis
ad terram proſternuntur, ſicqꝫ capiũtur.
Cum autẽ tempus venerit eorũ procrea-
tionis vt ad fœtum faciendum cõuenire
debeant, fœmina adinuenit mandragorã
ſibi,& prior mãducat de illa:& poſtea de
fructu mandragoræ dat maſculo ſuo : &
ſic ſeducit maſculum vt manducet:& ſic
coeũt:& ſtatim fœmina concipit.Iſti duo Z
elephãtes mas & fœmina figurant Adã
& Euam:qui erant in paradiſo neſcientes
& non experti vllum malum,non concu-
piſcentię deſiderii,nec commixtionis am
plexum. Cum autem de interdicta arbo-
re guſtauit mulier,virũqꝫ ſeduxit,& mã-
dacauit:de paradiſo exules & miſeri exie
rũt in hũc mũdũ tanꝗ in ſtagnũ aquarũ
multarũ,in vallẽ lachrymarũ,& ĩ locũ mi



ſerię. Oſſa & pellis de elephante in quo-
cunqꝫ loco incenſa fuerint, odor eorũ in-
de fugat ſerpẽtes,vel ſi qua noxia fuerint
venena: venenoſa reptilia eo nõ accedũt.
Sic mandata dei eũ purificant & cor eius
qui ea intra ſe cuſtodit & obſeruat:& nul
la ſuggeſtio inimici eo præualet inueni-
re aditũ. Iſidorus. Mãdragora dicitur eo
ꝙ habeat mala .i. poma ſuaue olentia,ad
magnitudinẽ mali nucũ auellenarũ. Vn-
de & eam Latini malum terrę vocãt.Hãc
poetę anthropomorphon appellant, eo ꝙ
habeat radicem formam hominis imitan
tem:cuius cortex vino ĩmixtus,ad biben-
dum datur iis quorũ corpus propter cu-
rationem ſecãdũ eſt:vt ſoporati,dolorem
non ſentiant.Huius ſpecies ſunt duę:fœ-
mina foliis lactucæ ſimilibus, mala gene-
rãs ad ſimilitudinẽ prunoꝝ. Maſculus ve
ro foliis betę ſimilibus.

## ¶De Pelicani natura. Ca.XXVII.

A PElicanus auis eſt ęgyptia
ca,habitãs in flumine Ni
li.Tradunt autẽ duo ge-
nera pelicanorũ:vnum in
aquis habitãs: & eſca eiꝰ
animalia venenata ſunt,
hoc eſt lacertę,ſerpẽtes,crocodilli,& ono-
crotali.i.aues longo collo & roſtro dũ bi-
bunt aſininũ ruditum & crepitũ imitan-
tes,Phyſiologꝰ refert de pelicano ꝙ ama-
tor eſt nimius filiorũ. Cum enim genue-
rit pullos, & incipiunt creſcere, parentes
ſuos in faciem percutiũt:qua de re parẽ-
Hieronymꝰ a ſerpẽtibus occidi teſtatur. tes irati repercutiunt eos & occidũt.Ma-
ter vero tertia die mortis eorũ,præ com-
paſſione roſtro in coſta ſeu latere aut pe-
ctore ſe vulnerans,ſanguinẽ ſuper pullos
ſuos effundit, & ſic a mortuis eos reſuſci
B tat ad vitam. Auis iſta ſignificat domi-
Eſaię.1. nũ per Eſaiam prophetã dicentem.Filios
enutriui & exaltaui:ipſi autẽ ſpreuerunt
me. Omnipotens itaqꝫ deus pater totius
creaturę nos cum nõ eſſemus,fecit,vt ipſi
ſeruiremus. Nos vero percuſſimus eũ in
faciem: quia & eum & mandata vitæ re-
linquentes ſpreuimus:qui tamen propter
nos filium ſuũ tradidit, & perforato late
re eius lancea militis in cruce, cõtinuo ex
iuit ſanguis & aqua in ſalutem & redem
ptionem noſtrã. Aqua enim baptiſmi eſt
gratia:ſanguis vero eius calix eſt noui &
ęterni teſtamenti,quem in ſanctis manibꝰ
tenens benedixit gratias deo patri agẽs:
& dedit illum nobis bibere in remiſſionẽ
peccatorũ noſtrorum.

## ¶De Lacerto,Stellione & lacerta. Caput.XXVIII.

LAcertus eſt reptile genꝰ C
animantis, vocatũ ita eo
ꝙ quaſi lacertos & bra-
chia habeat.Genera aũt
lacertorũ ſunt plura : vt
Botrax,Salamãdra,Sau-
ra,Stellio.Stellio a colore inditũ nomẽ ha Stellio.
bet.Eſt eñi tergore pictus lucentibus gut
tis in modũ ſtellarũ. Eſt volatile animal
quod lacerta dicitur, vtriſqꝫ oculis clara Lacerta.
vt Sol. Phyſiologus dicit de ea ꝙ quãdo
ſenuit, lumen eius ita impeditur, vt nec
Solis lumen videat,ſed ſuę naturę huiuſ-
modi pręſtat medicamentũ. Inquirit pa-
rietem tendentẽ contra orientẽ & per fo-
ramẽ arctũ exit apertis oculis,& ſic reno-
uãtur. Et tu homo qui veteri tunica in-
dutus es:qñ oculi tui cordis caligãt quę-
re locũ tendentẽ orientẽ verſus.i. ad ſolẽ
iuſtitię Chriſtum dñm noſtrũ te cõuerte
(cuius nomen oriẽs dr̃)quatinus oriatur
in corde tuo per ſpiritũ ſanctũ,& lucẽ mi
ſericordię ſuę oſtendat tibi:qui illuminat Ioan.1.
oẽm hoiem veniẽtẽ in hunc mundũ.

## ¶De formicę natura. Ca.XXIX.

D DE formica Salomon ita Prou.6.
dicit:Vade ad formicã
o piger & meditare eã:
quæ cum ſit viribꝰ in-
firmior,multũ per ęſta-
tem frumentum repo-
nit. Phyſiologus dicit tres habere virtu-
tes formicam. Prima eius virtus eſt ꝙ cũ
formicæ exierint de ſpelunca ſua, ambu-
lant ordinatim,& quęrunt grana cuiuſli-
bet ſeminis.Cum autẽ inuenerint,ore ap
prehendũt ſingula grana, portãtes ea in
ſpeluncam ſuã. Alię vero formicę nõ ha-
bentes grana in ore ſuo, ſed vacuę obuiã
venientes eis quæ vehunt cibaria in ore
ſuo,non dicunt eis, Date nobis de anno-
na veſtra,ſed vadunt quęrentes per veſti
gia illarũ,& ſumũt ſicut & illę,& afferũt
in ſpeluncam ſuam.Et hęc quidem dicta
ſunt de irrationalibꝰ aĩantibꝰ atqꝫ ĩfirmis

reptilibus ꝙ tam prudenter agũt,& nul-
la illorũ ſtulta remanet, ſed omnes argu-
tę & ſapientes inueniũtur aut efficiũtur.
Quanto magis illę quinq; virgines rõna-
les quę per negligentiam ſuam factę ſunt
ſtultę, debuerũt imitari illas quinq; ſapiẽ
tes,& ſumere etiã oleũ in vaſis ſuis vnde
illę ſumpſerũt,& non per deſidiam ac per
ſtultam ſpem ſuã petere ab illis ſapienti-
Matt.25. bus,dicẽtes:Date nobis de oleo veſtro.O
q̃ fatua ſtultitia:nam ſi ex ſe non potue-
rũt intelligere vt inde peterẽt vnde & il-
lę petierunt:vel formicarũ ſolertiam imi-
tari debuiſſent. Sed dum de alienis vaſis
oleum ſperãt, ſuperueniente ſponſo foris
remanſerunt ſtultæ cum lampadibus ex-
tinctis. Recondit autẽ grana in ſpelunca
ſua, ne ex humore madefacta germinent,
E & ne hyemis tempore fame pereat.Et tu
homo dei ſcripturã veteris teſtamẽti di-
uide in duas partes:hoc eſt ſcd̃m hiſtoriã
& ſcd̃m ſpiritualem intellectũ.Diuide ve
ritatem a figura.Separa corporalia a ſpi-
ritualibus, & ſpiritualia a corporalibus.
Tranſcende a litera occidente,ad ſpiritũ
viuificantem:ne litera germinante in die
hyemis, id eſt in die iudicii, fame pereas.
Rom.7. Dicit enim Apoſtolus:Lex ſpiritualis eſt,
2.Cori.3. ego carnalis.Litera occidit,ſpirit⁹ aũt vi-
1.Cor.10. uificat.Et alibi. Hæc autẽ in figura con-
Ibidem. tingebant illis. Scripta autẽ ſunt ad cor-
rectionem noſtrã,in quos fines ſeculorum
deuenerũt. Iudęi eñi literam ſequẽtes,ſpi
ritualemq; intellectũ contemnentes, facti
ſunt prophetarũ cõtemptores, ac ſui do-
mini interfectores: & ideo nunc vſq; fame
pereunt,quia inanibus paleis vacãtes, tri
ticũ perdiderunt.Tu ergo homo dei rade
virgas,& tolle corticem earũ,vt oues tuę
mundos ac ſpirituales nõ carnales ac vi-
tioſos faciant fœtus.Hæc autẽ omnia ſpi
ritualibus quidem credẽtibus ſunt intel-
ligibilia:nõ credentibus vero nõ intelligi
F bilia. Tẽpore meſſis inter ſegetes ex odo-
re intelligit formica an hordeũ ſit in ſpi-
ca illa,an triticũ:& ſi fuerit hordeũ,trãſit
ad aliã ſpicam, & odorat:& cum ſenſerit
quę ſpica tritici eſt, aſcẽdit furſum in ſpi
cã,& tollens inde granũ deponit, & por-
tat illud in cubiculũ ſuũ.Hordeũ aũt bru
torũ aĩaliũ cibus eſt:vnde & hęreticos ſi-
gnificat,qui prauo cibo aĩas hoĩm paſcẽ-
tes occidunt.Fuge igit̃ o Chriſtiane fuge
Sabelliũ & Donatũ & Photinũ, a quibus
tãq̃ ex vtero draconis ſerpẽtini fœt⁹ pro-
dierũt.Horũ oĩm dogmata falſa ſunt,atq; G
inimica veritati. ℭEtymologia. Formica Etymo-
eſt dicta quaſi ferẽs micas farris.Cui⁹ ſo- logia.
lertia multa eſt.Prouidet eñ in futurũ,&
pręparat ſibi in ęſtate qd̃ in hyeme com-
edat. In meſſe eligit triticũ, hordeũ vero
nõ tãgit.Dũ pluit ſup frumẽtũ eius,totũ
eiicit.Dicũtur & in Æthiopia eſſe formi-
cę ad magnitudinẽ canis:quæ arenas au-
reas pedib⁹eruũt,quas cuſtodiũt ne qs au
ferat:auferenteſq; ad necẽ pſequũtur.Sed
ii qui volũt ab eis aurũ abripere, accipiũt
equas cũ pullis ſuis,& fame affligunt eas
tribus diebus:deinde religant pullos ea-
rũ ad littus aquę quæ currit inter eos &
formicas:& equas agunt trãs aquã illam
impoſitis clitellis ſuper dorſum illarũ:quę
vbi vident trans flumen hęrbas virentes,
paſcuntur per campos vltra flumen.For-
micę autẽ videntes ſcrinia & clitellas ſu
per dorſum earũ, comportant aureas are
nas in eas,volẽtes eas ibi recõdere.Veſpe
raſcente autẽ die,poſtq̃ ſatiatę ſunt equę,
& auro onuſtæ,audiunt pullos ſuos hin-
nientes propter famem, & ita regrediun H
tur ad eos cum auro multo. Eſt & aliud Myrmi-
animal quod formicaleon dicit̃: quod eſt caleon a
vel formicarum leo,vel certe formica pa- pud gre
riter & leo. Eſt eñ animal paruum,formi go.lib.5.
cis ita infeſtum,vt ſe in puluere abſcon- Moral.
dat,& formicas frumenta portãtes inter cap.17.
ficiat. Proinde leo & formica vocatur:
quia ſicut aliis animalibus leo,ita formi-
cis aliis hæc fortior eſt.

ℭDe Aſpidis natura. Cap.XXX.

ASpis ſcd̃m Iſidorũ vocata I
eſt ꝙ morſu venena imit-
tat & ſpargat.As enim vt
vult,vel potius ἰός Gręcis
venenũ dicitur. Huius di
uerſa ſunt genera & ſpe-
cies,& diſpares ad nocẽdũ effectus. Aliis
ſic dictam placet a defendendo:nã ἀσπίζω
aſpiſo dicit̃ defendo,eo ꝙ ἀσπὶς aſpis etiã
ſcutum dicitur. Fertur enim aſpis cũ cœ
perit pati incantatorem,qui eam quibuſ-
dã carminibus euocat vt eam de cauer-
na ſua producat:cum illa exire noluerit,
vnam aurem in terram premit, alteram



cauda obturat & operit : atq; ita voces
K illas magicas non audiens non exit ad
Aſpidũ incãtatorem. Dipſas genus eſt aſpidis,
ſpecies. quæ latine ſcytale dicitur : quia is quẽ
Dipſas. momorderit, ſiti perit. Hypnale etiam
Hypna- genus eſt aſpidis dicta eo ꝙ ſomno ne-
le. cat.hanc ſibi Cleopatra appoſuit:& ita
morte quaſi ſomno ſoluta eſt. Hemor-
rhois etiam aſpis nũcupatur,eo ꝙ ſan-
guinem ſudet qui ab ea morſus fuerit,
ita vt diſſolutis venis qcquid vitę eſt,ꝑ
ſanguinem effundat. Græce enim ſan-
guis hema dicitur.Pręſter eſt aſpis ſem
per ore patenti & vaporante currẽs:cu
Lucan⁹. ius poeta ſic meminit: Oraq; diſtendẽs
auidus fumantia præſter.Is quem per-
cuſſerit,diſtenditur,enormiq; corpulẽ-
tia necatur.Extuberatum enim putre-
do ſequitur. Seps,tabificus ſerpẽs etiã
de genere aſpidum eſt: qui ſi mormor-
derit hominẽ,eum ſtatim conſumit,ita
vt liq̃ſiat totus in ore ſerpentis.In aſpi
dũ natura eſt qd̃ imitemur,& eſt qd̃ vi
temus:qd̃ imitemur,vt cõtra ſyrenum
.i.voluptatum illecebras & fraudulen-
tas blanditias interiores occludam⁹au
res:vt ſimus iuxta verbum domini pru
dentes vt ſerpentes. Quod vitemus,ne
ſerpens antiquus nos vt dipſas auari-
tiæ ſiti feriat: aut pigritię ſõno obruat
vt Hypnale:aut irę ſanguinolentia ma
culet vt Hemorrhois : aut ambitionis
hiatu alteriuſve peccati veneno turgẽ-
tes vt pręſter diſtendat.

ℭDe Charadrio ſeu Charadro aue ma
ritima.Cap.XXXI.Ideo ſub diſtinctio
ne ponit̃ ꝙ Theodorus Gaza eam Cha
radriũ vocat.Suidas Charadrũ,qui di-
cit eſſe auem maritimã magnã & iglu-
uioſam,quã aſpiciẽtes icteri liberantur
qd̃ Plinius de Ictero aue aſſeruit fortaſ
ſe eadem & ab effectu ſic dicta. Sed au-
diamus Authorem.

L ESt volatile qd̃ dicit̃
Deut.14. charadrius.Hic ſcri
Supra bit̃ i Deuteronomio
caladri⁹ non manducandus.
cũ Cale- Phyſiolog⁹ dicit de
pino ſcri eo ꝙ eſt totus alb⁹,
bitur. nullã partem nigri
Fim⁹ & in ſe habens cuius interior fimus ocu-
Femur. lorum caliginẽ curet. Quiſquis autem
ęgritudine detinetur,per hanc volucrẽ
agnoſci ſolet vtrum viuere an mori de
beat. Si enim infirmitas adeſt ad mor-
tem,mox faciem ſuam charadrius auer
tit ab illo homine:& non dubitãt quin
moriatur homo ille.Si autem conuale-
ſcere & ſanari debet:intẽdit in eum di-
ligẽter charadrius:& accẽdẽs os ſuum
ponit ſuper hoĩs os:afflatuq; ſuo abſtra
hit omnem infirmitatem hominis in-
tra ſe:volãſq; in aere contra ſolem,com
burit eius infirmitatem & diſpgit,& ſa
nat̃ iſirm⁹ & fit incolumis.Sic & Chri- M
ſt⁹ de ſeipſo ꝓteſtat⁹eſt: Venit eñ prin Ioan.14.
ceps mundi huius , & in me non habet
quicq̃.Quia peccatum non fecit,nec in 1.Pet.2.
uentus eſt dolus in ore eius.Veniẽs au
tem ipſe ad ĩfirmitatem populi Iudęo-
rum auertit ſe ab eo, & conuertit faciẽ
ſuam ad gẽtes:tollenſq; noſtras iniqui-
tates,& portans peccata noſtra, exalta-
tus eſt in crucem:aſcendens autẽ in al-
tum,captiuam duxit captiuitatem,de-
dit dona hominibus. In propria ac ſua Ioan.1.
venit,& ſui eũ nõ receperũt, quotquot
autem receperunt eũ, dedit eis poteſta
tem filios dei fieri. Iam ſi eſt aliqs du- Nota.
bitans cur immũda animalia ad ſignifi
cationẽ rei bonę vt mundandæ conſciẽ
tiæ & erudiẽdę referant̃,vt ſerpẽs,dra-
co,leo,& aqla,& his ſimilia: ſciat ꝙ qñ-
q; fortitudinẽ & regnũ Chriſti ſignifi-
cant,quãdoq; vero rapacitatem diabo-
li:atq; ita variis poſſe applicari.

ℭDe ſyrenarũ ſeu ſyrenũ natura.
Cap.XXXII. N

DIcente Eſaia de Baby Eſa.13.
lonia. Syrenæ habita-
bunt in delubris volu
ptatis ei⁹.Syrenę ani-
malia ſunt ipſis acqe-
ſcẽtib⁹ mortifera,quę
vt Phyſiologus deſcribit,ſupne vſq; ad
vmbilicũ figuram muliebrem habẽt,in
ferna vero pars vſq; ad pedes piſcis ha-
bet figuram.Mirificũ quoddam ac dul
ciſonũ melodiæ carmen canunt : ita vt
per ſuauitatẽ vocis,auditus longe naui
gantium inuitent,& ad ſe trahãt,ac ni
mia ſuauitate modulationis perlectent
aures,& eos ac ſenſus eoꝝ deliniẽtes in
ſomnum vertant. Tunc demũ cũ vide

ſint eos grauiſſimo ſomno ſopitos, in-
uadunt eos,& dilaniant carnes eoꝝ:ac
ſic per ſuauis ſoni voces,ignaros & inſi
pientes hoĩes decipiũt & necant. Sic &
illi q delicijs huius ſeculi & pompis &
theatralibus voluptatibꝰ delectanẽ,tra
gœdijs& comœdijs diſſoluti:velut gra
ui ſomno ſopiti,aduerſarioꝝ pręda effi
ciunẽ.Syrenas tres ſingũt fuiſſe ex par
te virgines,& ex parte piſces: habentes
ſquamas & caudã piſcinã:quarum vna
voce,altera tibijs,tertia lyra canebat:q̃
incautos p ea loca nauigãtes cantuum
illecebris naufragio piclitari faciebãt.
Secũdũ aũt veritatẽ meretrices fuerũt:
q̃ tranſeũtes ad egeſtatẽ adegerũt,ideo
ꝙ illis dictę ſunt inferre naufragia. Ha
buiſſe aũt ſquamas,& in fluctibus habi
taſſe dicũt,qa fluctꝰ Venerẽ creauerũt.

O ¶De Onocẽtauro rurſus.Ca.XXXIII.

Eſa.34. IDem dicit:Onocentau
rus & piloſus clamabit
alter ad alterũ.Onocẽ-
taurũ,vt etiã ſupradi-
ximus,duabus naturis
cõſtare Phyſiologus aſ
ſerit:ſuperior em̃ pars cẽtauro.i.homi-
ni equeſtri ſimilis eſt:ĩferioris vero par
tis membra ſũt onagri.i.aſini agreſtis.
Huic aſſimilanẽ vecordes atq; biliguẽs
ſpecie hoĩes,moribꝰ aũt informes:dicẽ-
2.Ti.3. te apoſtolo.Habẽtes ſpeciẽ pietatis, vir
tutẽ aũt eius abnegãtes. Vnde in pſal
Pſal.48. mo:Homo cũ in honore eſſet, nõ intel-
lexit:comparatus eſt iumentis inſipiẽ-
tibus,& ſimilis factus eſt illis.

¶De Adamãtis virtute. Ca.XXXIIII.

P PHyſiologus dicit: ꝙ eſt
lapis q dicitẽ adamas,& ĩ
quodã mõte oriẽtis ĩue-
nitẽ:ita tñ vt nocte quæ-
ratẽ,nõ in die:qa nocte lu
cet & indicatẽ vbi fuerit.
Per diẽ aũt nõ lucet:qa ſol obtũdit lu-
mẽ eius.Cõtra huius lapidis duritiem
nõ ferrũ nec ignis nec alius lapis põt ꝓ
Ezech.3. ualere . De hoc lapide dicit ꝓpheta:vt
adamantẽ & ſilicẽ dedi faciem tuam.Et
qa creatori creatura pręualere nõ põt:
ideo adamas Chriſtus eſt . Ex illo vero
adamãte oẽs ſancti adamãtini lapides a
ꝓpheta dicti ſunt , ſicut a noĩe Chriſti
chriſtiani vocanẽ & noĩanẽ.Ergo mons Q
(quẽ dicit Phyſiologus)oriẽtalis ĩ quo
lapis Adamas inuenitẽ,eſt Chriſtus: q ſi
cut in patre agnoſcitẽ ita pater in filio.
Ipſe em̃ dicit:Ego ĩ patre,& pater ĩ me Ioan.14.
eſt:& iterum.Qui videt me,videt & pa Ibidem.
trẽ.Qꝫ lapis per diẽ nõ inuenitẽ,ſignifi-
cat Chriſtũ occultaſſe deſcenſionẽ ſuã
cęleſtibꝰ virtutibꝰ & dñationibꝰ & po-
teſtatibꝰ,q tanq̃ luminaria dei aſſiſtũt:
ſed nunq̃ ſciuerũt myſteriũ deſcẽſionis
& incarnationis eius qđ facturus erat ĩ
terris.Deniq; iã trãſactis oĩbus mirabi
libus eius q̃ fecit ꝓ humani generis re
dẽptiõe,cũ aſcẽdiſſet ĩ cęlos,ĩtegrũ atq;
ꝑfectũ hoĩem illuc ſe inducẽs:videntes
etiã ſupnę ciuitatis exercitꝰ dixerunt.
Quis eſt iſte rex glorię? Quis eſt iſte q Pſal.23.
uenit de Edom,tinctis veſtibꝰde Boſra? Eſa.63.
q.d.Quis eſt iſte q aſcẽdit ex ſanguine,
& rubor veſtimẽti eius ex carne? Et in
nocte inuenitẽ ille lapis:qm̃ in iſtius ſe-
culi tenebras deſcendit, & illuminauit
oẽe hoc genus qđ ſedebat in tenebris
& in regione vmbrę mortis:ſicut dicit
Dauid ꝓpheta in pſona totius humani Pſal.17.
generis.Qm̃ tu illuminas lucernã meã
dñe deꝰ meus illumina tenebras meas.
Venit ergo dñs:& lucernã quã extĩxe-
rat diabolus.i.aĩam & corpus ĩ ſe ſuſci
piẽs illuminauit ſplẽdore ſuę gratię vi
uificãs & reparãs, manifeſtius,dicente
aplo de tam admirabilis myſterij ſacra
mẽto:Etem̃ manifeſte,inquit,magnum 1.Timo.3
eſt myſteriũ pietatis, qđ manifeſtatum
eſt in carne,iuſtificatũ eſt in ſpiritu,ap
paruit angelis,ꝑdicatũ eſt ĩ gẽtibꝰ,cre-
ditũ eſt ĩ hoc mũdo,aſſumptũ eſt ĩ glo-
ria.Qđ aũt de eo lapide dicit Phyſiolo R
gus ꝙ neq; ferrũ illi ꝓualet.i.mors illi
nõ dñabitẽ.deleuit enim & conculcauit
mortẽ:ſicut aplus teſtatẽ dicẽs: Deuicta 1.Cor.15.
eſt mors in victoria.Vbi eſt mors †con- †victo-
tẽtio tua? Vbi eſt mors †aculeus tuus? ria
Sed neq; ignis illi põt nocere.i.diabo- †ſtimulꝰ
lus,q ignitis iaculis ſuis ſuccẽdit oẽm
terram & ciuitates.i.luxurioſos,ebrio-
ſos,& iracũdos:de qbꝰ Eſaias dicit.Ter Eſa.1.
ra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ igni
ſuccẽſę ſunt. Dominus em̃ Ieſus Chri- 2.Theſ.2
ſtus interficiet eum ſpiritu oris ſui.
Sed neq; alter lapis illi nocuit.i.nullus



homo penitus, neq; vlla creatura ꝓua-
Ioan.1. luit aduerſus eum. Omnia enim per ip
ſum facta ſunt:quia ſine ipo factũ eſt ni
S hil.Adamas paruus eſt & ĩdecorus, fer
rugineũ habens colorẽ , & ſplendorem
cryſtallinũ,& ĩ modum nuclei auellani
inuenitur.Aic nulli cedit materiæ,nec
ferro,nec igni:nec vnq̃ ĩcaleſcit. Vnde
& nomen interpretatione gręca in do-
mita vis eius accepit.Sed cum ſit inui-
ctus ferro igniſq; contemptor, hircino
tñ ſanguine recenti,& calido maceratẽ:
ſicq; multis ictibus ferri frangitur: cu-
ius fragmẽtis inſculptores pro gẽmis ĩ
ſigniendis perforandiſq; vtunẽ. Hic au
tem diſſidet cum magnete lapide,intã
tũ vt iuxta poſitus ferrũ non patiatur
†magne abſtrahi in †magnetẽ.Sed ſi fuerit amo
ti. tus adamas, tum magnes ferrum rapit
& comp̄hẽdit & aufert.Fertẽ quoq; ele-
ctri more venena depellere : metus va-
nos expellere,maleficis reſiſtere artibꝰ.
Genera eius ſunt ſex:quibus quia ad ĩ-
ſtitutum noſtrum parum faciant ſuper
ſedeo.

¶De concha ſeu conca margaritefera.
Cap.XXXV.

T ESt iter cõchas mar
gariteferas . i.con-
chas & margaritas
q̃ latine vniones &
vulgo perlę vocan-
tur ferẽtes,ſpecies q̃
dam q̃ ab alijs mar
mætholion ab latinis conca Sabæa di-
citur quia concaua eſt & rotũda.Eſt au
tem in duas partes diuiſa: ita vt cũ vo
luerit aperiat ſe:& cũ voluerit claudat.
Hęc ergo de fundo maris aſcẽdit & ma
tutino rore alit intra ſe carnẽ.Ergo cũ
aſcenderit de loco ſuo ſuper mare, ape-
rit os ſuum,& ſuſcipit intra ſe de rore
cęli,& circũfulget eam radius ſolis , &
ſic fit intra eã margarita ꝓcioſa & ſplẽ-
dida valde:quippe q̃ rore cęli concepta
V eſt,& de radio ſolis clarificata.Lapis au
tẽ iſte qui dicitur conchus,figuram ge
rit ſanctę Marię: de qua ꝓpheta Eſaias
Eſa.xi. dicit.Exiet virga de radice Ieſſe. Et ire
rum.Ecce virgo concipiet; & pariet fi- Eſa.vii.
lium.Quę virga virgo ſancta Maria eſt
eſt dicta. Flos vero,qui de ſancta Maria
eſt natus, dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus eſt.Sicut enim de mari aſcẽdit cõ-
cha in qua naſcitẽ conchus lapis:ſic ſan
cta Maria aſcendit de domo patris ſui
ad templum dei:& ibi accepit rorẽ cæ-
leſtem. Hæc ſunt verba quæ dicta ſunt
ad eam ab angelo Gabriele: Spiritꝰ do Lucæ.1.
mini ſuperueniet in te,& virtus altiſſi-
mi obumbrabit tibi.Ideoq; qđ naſcetur
ex te ſanctum,vocabitur filius dei. Ec-
ce hi ſermones ſunt, hic ros cæleſtis:ſi-
cut multo ante patriarcha Iſaac bene-
dicens filium ſuũ,& ſignificãs ꝙ Chri-
ſtus ex ſemine eius naſceretur , ait ad
eum dicens. Det tibi deus de rore cęli, Geñ.27.
& de pinguedine terræ:caſtam atq; in-
tactam Mariam virginẽ ſignificãs. Ma-
tutinus autem ros quem concipit tem
pus orationis matutinũ deſcribit . Qꝫ
autem aperit os ſuum concha , ſignifi-
cat vbi Maria dixit ad angelum , Ecce Lucæ.1.
ancilla domini:fiat mihi ſecũdum ver-
bum tuum: & ſtatim accepit ſpiritum
ſanctum in ſe , & virtus altiſſimi tanq̃
ſol iuſtitiæ clarificauit eam:atq; qđ na
tum eſt ex ea,vita eſt : & lux: venit lux Ioan.1.
vera quæ illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. De quo
& Paulus:Qui cum ſit ſplendor gloriæ Heb.1.
& imago ſubſtãtiæ eius &c. Et alibi.In Coloſſ.1.
quo complacuit omnem plenitudinem X
diuinitatis inhabitare . De iſta igitur
margarita legitur in euangelio ꝙ ſimi Marga-
le eſt regnum cælorum homini nego- rita.
ciatori quærenti bonas margaritas.In- Matt.13.
uenta autem vna precioſa margarita,
vendidit omnem ſubſtantiam ſuam, &
poſſedit hanc margaritam . Iſte autem
negociator eſt vtiq; chorus apoſtoloꝝ.
Omnes enim apoſtolos vnum negocia-
torem dicit,propter vnitatem fidei.Et
enim non eſt Iudæus neq; Gręcus neq; Coloſſ.3.
ſeruus neq; liber neq; ſcytha neq; bar-
barus neq; maſculus neq; fœmina:oẽs
enim ſumus vnum in Chriſto Ieſu.Idẽ
ergo bonus & ſapiẽs negociator, id eſt
ſanctus chorus apoſtoloꝝ, quærit bo-
nas margaritas:hoc eſt,lex & prophe-

ta ſiue omnis anima credens quærit
deum. Quærit etiam vir iuſtus bonas
margaritas, hoc eſt apoſtolos & ꝓphe-
tas & patriarchas, per quos poſſit ad
illam verã & precioſam peruenire mar
garitam. Iſti ſunt lapides ſancti qui vol
uũtur ſuper terram. Cum ergo comme
moratus ille bonus negociator inue-
nit illam precioſam & bonam margari
tam, id eſt dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum filium dei viui, emit eam
venditis omnibus facultatibus ſuis,
id eſt contemnens & ſpernens non ſo-
lum iſtius vitæ ſubſtantiam, ſed eti-
am vxorem & filios, & omnem cogna-
tionem carnalem, inſuper & corpus
Matt.10. ſuum & animam: ſicut veritas dicit.
Quicunqꝫ perdiderit animam ſuam
propter me, inueniet eam. Hæc omnia
videns apoſtolorum chorus non au-
rum accipit, neqꝫ argentum: ſicut bea
Actu.3. tus Petrus ad illum claudum ſtipem
petentem: Argentum (inquit) & au-
rum non eſt mihi: quod autem habeo,
tibi do. In nomine domini noſtri Ieſu
Philip.3 Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Et
Paulus. Omnia (inquit) quæcunqꝫ
erant mihi lucra, hæc propter Chri-
ſtum arbitratus ſum damna, propter
eminentem excellentiam Chriſti. Qui
ergo confidenter contempſerit omnes
facultates ſuas, vxoremqꝫ & filios, &
omnem cognationem ſuam, inſuper
corpus & animam propter vnius mar
garitæ acquiſitionem, ſi certiſſime con
fiſus fuerit & crediderit poſſe vnam
margaritam acquirere: longe maio-
res & meliores diuitiarum facultates,
præcellentioremqꝫ honorem, inſuper
& gloriæ coronam habebit: quæ o-
mnia ille negociator poſſidet, qui eſt
apoſtolorum chorus, per vnum illũ la-
pidem precioſum dominum noſtrum
Lucæ.10. Ieſum Chriſtum: qui eſt vera margari-
ta, via, veritas & vita noſtra. Deniqꝫ au
di ipſum in euangelio dicentem. Ecce
dedi vobis poteſtatem ſpirituum im-
mundorum, & calcandi ſuper omẽs ſer
pentes & ſcorpiones, & ſupra omnem
Lucæ.9. poteſtatem diabolicam, & ſanãdi omẽs
languores & infirmitatem. Et iterum.

Euntes prædicate quoniam appropin-
quauit regnum cælorum: infirmos cu-
rate: leproſos mundate: cęcos illumina-
te: mortuos ſuſcitate: dæmonia eiicite.
Videte nũc q̃ inæſtimabilis ſit iſta mar
garita ſanctis martyribus: qui non ſo-
lum cum in hac vita eſſent, ſed etiam
poſt huius vitæ exceſſum mira egerũt:
ſicut nunc videmus quomodo in obſeſ
ſis corporibus ſpiritus immundi illo-
rum virtute & poteſtate torquentur
& cruciantur, & inuiſibilibus flagellis
verberantur, quouſqꝫ eiiciantur & effu
gẽtur ab hominibus: ſicut ipſi dæmo-
nes audientibus nobis exclamant voci
ferantes, & rogantes eos vt ceſſent tor
quere eos: tam varii & multiformes.
Alii enim clamantes, alii rugientes,
alii ſicut ſerpentes ſibilantes fugantur
ab obſeſſis hominum corporibus ꝑ apo
ſtolorum hominumqꝫ ſanctorum vir-
tutes: quæ illis ſecundum merita ſua
a domino datæ ſunt. Honorem vero il
lum tranſcendentem & ſupereminen-
tem omnibus terrenis honoribus, ſor-
titi ſunt ab ipſo precioſo lapide ꝓ quo
omnia ſua bona dimiſerunt, vt illum Matt.19.
cæleſtem theſaurum poſſiderent: qui
dicunt ad Saluatorem. Ecce nos qui-
dem dimiſimus vxores & filios & o-
mnes poſſeſſiones propter te: quid fa-
cies nobis in regno tuo? Et ille dicit il
lis: Amen amen dico vobis: Cum ſede-
rit filius hominis in ſede maieſtatis
ſuæ ad iudicandum orbem terræ: ſede-
bitis & vos ſuper ſedes duodecim, iu-
dicantes duodecim tribus Iſrael. Vn- 1.Cor.6.
de ſatis cõfidẽter Paulus apoſtolus di-
cit: Scitis quoniam angelos iudicabi-
mus, & a nobis iudicabitur hic mun-
dus. Tanta enim gloria, tanto hono-
re remuneratus eſt apoſtolorum cho-
rus, vt in hoc ſeculo adhuc poſitus le
gitimus ille athleta Chriſti Paulus prę 2.Ti.4.
uiderit in cælis iuſtitiæ ſuæ coronam:
ſicut exultans ait. Bonum certamẽ cer
taui, curſum conſummaui, fidem ſerua
ui: de cætero repoſita ẽ mihi corona iu
ſtitiæ: quã reddet mihi dominus in illa
die iuſtus iudex: non ſolum mihi, ſed
& omnibus qui diligũt pręſentiam re-



gni eius. Talẽ coronã meretur a Chri-
ſto bonorum apoſtolorum chorꝰ, taléqꝫ
retributionem Apoſtoli recipient pro
corruptibilibus.

¶De aſpidochelone, belua aquatica, ha
bente partem figuræ aſpidis partem te
ſtudinis: χελώνη chelone enim eſt teſtu-
do belua marina: cuius etiam in ſequẽ-
ti opere mentio fiet. Cap.XXXVI.

Y EST belua in mari q̃
dicitur grece. Aſpi-
dochelone, latine
autem aſpidoteſtu
do. Cœtus autẽ eſt
magnus, habens ſu-
per corium ſuũ tãq̃
ſabuli ſeu arenę aggerem: iuxta maris
littus frequenter victitans. Hęc in me-
dio maris eleuat dorſum ſuum ſup vn
das maris ſurſum, ita vt nauigantibus
nautis non aliud credatur eſſe q̃ inſu-
la, præcipue cum viderint totum illum
locum ſicut in omnibus littoribus ma
ris ſabulo eſſe obtectum. Putantes autẽ
inſulam eſſe, applicant nauem ſuam iu
xta eam, & deſcendentes, figunt illic pa
los, & alligant naues: deinde vt coquãt
ſibi cibos poſt laborem, faciũt ibi focos
& ignes ſuper arenam, quaſi ſuper ter-
ram. Illa vero vt ſenſerit ardorẽ ignis,
ſubito mergit ſe in aquam, & nauem ſe
cum trahit in profundũ maris. Sic pa-
tiuntur omnes qui increduli ſunt, & q
cũqꝫ ignorãt aſtutias diaboli: qui ſpem
ſuam ponentes in eum, & operibus eiꝰ
ſe obligantes, ſimul merguntur cum il-
lo in gehẽnã ignis ardẽtis. Iſta eſt aſtu-
Z tia eius. Secunda huius beluæ natura
eſt hæc. Quãdo eſurit, aperit os ſuũ, &
quaſi quendam odorẽ ſuaue olentẽ ex-
halat de ore ſuo: quem mox vt ſenſerit
minores piſces, congregant ſe intra os
ipſius. Cum autem repletum fuerit os
eius diuerſis piſcibꝰ puſillis, ſubito clau
dit os ſuum, & tranſglutit eos. Sic pa-
tiuntur omnes qui ſunt modicæ fidei.
Voluptatibus enim ac lenociniis qua-
ſi quibuſdã odoribus diabolicis ineſca
ti, ſubito abſorbentur ab eo ſicut piſci-
culi minuti. Maiores enim ſe continẽt
ab illo, neqꝫ appropiant ei. Sic etiam q
Chriſtum ſemper in ſua mente habent,
magni ſũt apđ eũ: & ſi ſunt ꝑfecti, agno
ſcunt multiformes aſtutias diaboli, &
cuſtodiunt ſe ab eo, & magis reſiſtunt:
ille vero fugit ab eis. Dubii autẽ & mo
dicę fidei homines dum vadũt poſt vo
luptates & luxurias diaboli, decipiun-
tur, dicente ſcriptura: Vnguento & va Prou.27
riis odoribus delectantur. Et ſic cõfrin
gitur a ruinis anima. Cœtus dicitur ab
immanitate corporis. Habent enim in-
gentia corpora hæc genera beluarum,
æqualia montibus, intm̃ vt etiã ibi na
ues quaſi ad inſulã applicent: ſicut ille
qui excepit Ionã: cuius aluus tãtę ma-
gnitudinis fuit, vt putaret infernus, di
cẽte ipſo Iona ꝓphia: de vẽtre iferi cla- Ionæ.2.
maui & exaudiſti vocem meam.

FINIS LIBRI SECVNDI.

SEQVI-
tur Secũdũ de naturis aĩaliũ atqꝫ alia-
rum rerũ collectaneũ. In quo quia plu-
rima eadẽ cũ iis quæ in ſupioribꝰ dicta
ſunt, recitãtur: nolui eadẽ repetere, ſed
vbi dicta ſint indicare. Sũt aũt & huiꝰ
operis duo libri: quorũ prioris, q totius
operis tertius eſt, vocabula ĩ frõte prio
ris operis indicantur: poſterioris q idẽ
quartus per ſe patent.

¶Beſtia vnde dicta ſit & q̃ ſint beſtię: vi
de libro ſecũdo in Prologo. De leone &
eius naturis Lib.ii. Cap.i.

¶De Tigride. Lib.III. Cap.I.

TIgris vocata eſt A
ꝓpter volucrẽ
fugã, ita eñ no
minãt Perſæ &
Medi ſagittã.
Eſt ãt beſtia va
riis diſticta ma
culis, virtute &
velocitate mi-
rabili: ex cuius
noĩe flumen Tigris vocat, ꝙ is rapidiſ-
ſimus ſit oĩm fluuiorꝫ. Has magis Hir-
cania gignit. Tigris vero vbi vacuũ ra
ptę ſobolis repit cubile, illico veſtigiis
raptoris ĩſiſtit: atqꝫ ille q̃uis equo vectꝰ
fugaci, vidẽs tñ velocitate ferę ſe poſſe
ꝑuerti, nec vllũ euadẽdi ſuppetere ſibi
poſſe ſubſidiũ, tigrim huiuſmodi frau-
de amolit. vbi ſe cõtiguũ viderit, ſphę-

rã de vitro,i.ſpeculum rotundũ proii-
cit:at illa imagine ſui luditur,& ſobo-
lẽ putat:reuocatq; impetũ,colligere fœ
tum deſiderans.Rurſus inani ſpecie de
tecta,totis ſe ad comprehẽdendũ equi
tem viribus fundit,& iracundiæ ſtimu
lo velociter fugiẽti imminet. Iterumq;
ille appropinquantem ſphæræ obiectu
retardat:nec tamẽ ſedulitatem matris,
memoria fraudis excludit. Caſſam ver
ſat imaginẽ,& quaſi lactatura fœtũ,re-
ſidet.Sicq; pietatis ſuæ ſtudio decepta,
& vindictam amittit,& prolem.

¶De Pardo & Leopardo. Ca.II.

B PArdus eſt ferarum ge-
nus varium ac velociſ
ſimũ, & præceps ad ſan
guinem.Saltu enim ad
Leopardus. mortem ruit.Leopardꝰ
ex adulterio leenæ &
pardi naſcitur,& tertiam originẽ effi-
cit:ſicut & Plinius in naturali hiſtoria
dicit leonẽ cum parda,aut pardum cũ
leena concũbere,& ex vtroq; coitu de-
generes partus creari:quales ſunt ex di
uerſis ſpeciebus ꝓgeniti mulꝰ& burdo.
¶De panthera vide Lib.ii.Cap.xxiii.
¶De antalope ſeu antula.Lib.ii.Cap.ii.
¶De vnicorni vide Lib.ii.Cap.vi.

De Lynce. Cap.III.

C LYnx dicit̃ quia in lupo
rũ gñe numerat̃,beſtia
maculis tergo diſtĩcta
vt pardꝰ,ſed ſimilis lu
po.huius vrinã cõuer
ti in duritiã precioſi
lapidis dicũt,qui Lygurius ſeu Lycuriꝰ
vt a Plinio & Solino appellat̃:qđ & ip-
ſas lynces hoc modo probat̃ ſentire.nã
egeſtũ liquorem harenis quãtum poſ-
ſunt cõtegũt,inuidia quadã naturę na
talis egeſtio trãſeat in vſum humanũ.
Lynces dicit Plinius extra fœtum vnũ
nõ admittere ſecundum.

¶De Gryphe. Ca.IIII.

D GRyphs ſeu vt Iſidorus
ſcribit Gryphes eſt aĩal
pẽnatũ, & q̃drupes,qđ
in Hyperboreis naſcit̃
montibus , omni parte
corporis leoni , alis &
facie aquilis ſimile , equis vehementer
infeſtum.Nam & hoĩes viuos diſcerpit
& integros in nidum aſportat.
¶De elephante vide lib.ii.Cap.xxvi.
¶De caſtore vide Lib.ii.Cap.ix.
¶De ibice vide Lib.ii.Cap.xv.
¶De hyena vide Lib.ii.Cap.x.

¶De bonaſo. Cap.V.

IN Aſia aĩal naſcit̃ , qđ E
bonaſum vocant:cui ca
put taurinũ,ac deĩceps
corpus omne rectũ, iu-
ba equina,cornua autẽ
ita habet multiplici fle
xu ĩ ſe recurrẽtia,vt ſi qs ĩ ea offendat,
non vulneret̃: ſed quicqd p̃ſidii mõſtro
illi frõs negat,aluus ſufficit.Nã cũ ĩ fu
gam vertit̃,ꝓluuie citi vẽtris ſimũ ege
rit ꝑ longitudinẽ triũ iugerũ:cuius ar
dor quicquid cõtigerit,adurit. Ita ege
rie noxia ſubmouet inſequentes.
¶De Simiis vide Lib.ii.Cap.xii.
¶De ceruis vide Lib.ii.Cap.xiiii.
¶De capro vide Lib.ii.Cap.xiii.
¶De monocerote ſiue vnicorni.li.2.c.6

¶De vrſo. Ca.VI.

VRſus fert̃ dictus ꝙ ore
ſuo formet fœtꝰ, q̃ſi or F
ſus.Nã aiũt eos infor-
mes gñare ꝑtus,& quã
dã carnẽ naſci, quã ma
ter lãbẽdo in mẽbra cõ
ponit,ſed hæc immaturitas facit defor
mes ꝑtus.deniq; triceſimo die gñat.vn
de euenit vt p̃cipitata fœcũditas infor
mis ꝓcreet̃. Vrſoꝝ caput inualida,vis
maxima ĩ brachiis & lũbis: vnde etiã ĩ-
terdũ erecti inſiſtũt.Et medẽdi ĩduſtriã
nõ p̃termittũt. Siquidẽ graui affecti cę
de,& ſautiati vulneribꝰ,mederi ſibi ſo-
lẽt,hęrbę cui nomẽ floinus,vlcera ſubii
ciẽtes ſua, vt ſolo curent̃ attactu. Vr-
ſus ęger formicas deuorat. Numidici
vrſi cęteris p̃ſtãt rabie dũtaxat & villis
ꝓfundioribꝰ.Nã genitura par eſt quoq̃
loco editis Coeũt nõ eodẽ mõ quo alię
q̃drupedes,ſed apti mutuis amplexibꝰ,
velut hũanis cõiũctionibꝰ copulãt̃. De
ſideriũ veneris hyems ſuſcitat. Secreti
honore reuerentur mares grauidas, &
in iiſdẽ licet foueis , ꝑtitis tñ ꝑ ſcrobes
ſecubationibꝰ diuidunt̃.Lucinę illis tp̃s
ꝓperãtius eſt ; q̃ppe vterum triceſimus



dies liberat:vnde euenit vt præcipita-
ta fœcunditas informes procreet ꝑtus.
Carnes pauxillas edunt , quibus color
candidus,oculi nulli. Hos lãbendo ſen
ſim figurant: & interdũ ad pectora fo-
uent vt aſſiduo incubatu calfactæ,ani-
malem trahant ſpiritum.Interea cibus
nullus. Sane diebus primis quatuorde
cim matres ita in ſomnum concidunt
vt nec vulneribus excitari queant ita
de cauernoſis in quibus latent monti-
bus mox egreſſæ in diem liberum,tan-
tam patiantur inſolẽtiam lucis,vt pu-
tes obſitas cæcitate.Inſidiantur aluea-
ribus apum , maxime fauos appetunt:
nec auidius aliud q̃ mella captãt.Cum
guſtauerint mandragoræ mala,moriũ-
tur:ſed eunt obuiam, ne malum in per
niciem conualeſcat: & formicas deuo-
rant ad recuperandam ſanitatẽ. Siquã
do cum tauris pugnant:ſciunt quibus
potiſſimum partibus minorentur: nec
aliud q̃ cornua & nares appetunt:Cor-
nua,vt armatura deficiãt.Nares,vt do
lor ſit in loco tenerrimo.

¶De Leucrocuta. Cap.VII.

G IN India naſcitur be-
ſtia quæ velocitate prę
cedit vniuerſas feras:
& dicit̃ leucrocuta no-
mine,ipſa aſini magni-
tudine,cerui clunibus,
pectore ac cruribus leonis,capite equi,
biſulca vngula,ore vſq; ad nares dehi-
ſcente,dẽtium locis oſſe perpetuo.Hæc
quidem quo ad formam: nam voce lo-
quentium hominum ſonos æmulatur.
¶De crocodillo Lib.ii.Ca.viii.

¶De manticora. Cap.VIII.

H IN India naſcit̃ animal
quod mãticora dicitur
triplici dentium ordi-
ne coeunte vicibus al-
ternis,facie hoĩs, glau-
cis oculis,ſãguineo co-
lore,corpore leonino, cauda velut ſcor
pionis aculeo ſpiculato,voce tam ſibila
vt imitet̃ fiſtularum modulos.Huma-
nas carnes auidiſſime affectat,pedibus
ſic viget,ſaltibus ſic poteſt , vt morari
eam nec extẽtiſſima ſpatia poſſint, nec
obſtacula latiſſima.

¶De Tharando. Cap.IX.

AB Ethiopia mittit beſtiã I
Tharandũ nomine,boũ
magnitudie,biſulco ve
ſtigio,colore vrſi,ramo
ſis cornibus, capite cer
uino , villo profundo.
Hunc Tharandum affirmant habitum
metu vertere:& cum deliteſcit,fieri ad
ſimilitudinem cuiuſcunq; rei cui ſe ap
proximauerit,ſiue illa ſit alba vt ſaxũ,
ſiue virens vt frutetum,ſiue quẽ alium
modum præferat.
¶De Vulpe,vide Lib.ii.Cap.v.

¶De Eale animali. Cap.X.

ESt beſtia quę dicit̃ K
Eale,magna vt equꝰ
cauda elephãtis,ni-
gro colore maxillis
aprinis,cornua præ
ferẽs vltra modum
lõga,ad obſequium
eius,velut motꝰ accommodata:nec eñ
rigent,ſed mouentur vt vſus exigit p̃-
liandi:quorum alterum replicat,& cũ
altero pugnat:vt ſi ictu aliquo alterius
acumẽ offendat̃,acies ſuccedat alteriꝰ.
¶De lupo vide Lib.ii.Cap.xx.

¶De cane & eius natura. Ca.XI.

CAnis nomẽ latinũ græ L
cam habere videt̃ ety-
mologiã. Cynos enim
græce,canis dicit̃ lati-
ne: licet quidã a cano-
re latratus appellatum
exiſtimẽt,eo ꝙ canore inſonat.vnde &
canere dicitur. Nihil autem ſagaciꝰ ca
nibus.Plus eñ ſenſus cæteris animali-
bus habent.nam ſoli ſua nomina reco-
gnoſcũt,dños ſuos diligũt.Canũ ſunt
plurima genera. Alii ad capiendum in
ueſtigãt ſyluarũ feras.Alii cuſtodes do
moꝝ,ſubſtantiã dñoꝝ ſuoꝝ cuſtodiũt,
ne forte rapiant̃ in nocte a latronibus:
Pro dominis ſuis etiam morti ſe obii-
ciunt voluntarie:ad p̃dam cũ dño ſuo
currũt: corpus etiã dñi ſui mortuũ cu
ſtodiunt , & non derelinquũt:quorum
poſtremo natura eſt extra hoĩes eſſe nõ
poſſe.Legunt̃ canes intantũ ſuos dile- M
xiſſe dominos, vt Garamãtum regẽ ab
inimicis captũ,& cuſtodiæ mancipatũ,

ducenti canes agmine facto per medias
acies inimicorum ab exilio reduxerint,
prælíantes aduerſus reſiſtentes. Iaſone
Lycio interfecto, canis eius aſpernatus
cibum, inedia obiit. Lyſimachi regis ca
nis flammis ſe iniecit, accenſo rogo do
mini ſui, & pariter igni abſumptus eſt.
Appio Iunio, & Publio Silio conſulibꝰ
damnatum dominum canis cum abigi
non poſſet, comitatus eſt in carcerem,
& mox percuſſum vlulatu proſecutus
eſt: cũq; ex miſeratione populi Romani
ei cibus daretur, ad os defuncti eſcã tu
lit. vltimo: abiectũ in Tyberim tumulo
cadauer adnatãs ſuſtẽtare conabat̃. Ca
nis vero vbi veſtigium leporis ceruive
reperit, & ad diuerticulum ſemitæ ve-
nerit, & quoddam viarum compitũ qđ
partes in plurimas ſcinditur: ambiens
ſingularum ſemitarum exordium, taci
tus ſecum ipſe pertractat, velut ſyllogi
ſticam vocẽ ſagacitate colligendi odo-
ris dimittẽs. Aut certe (inquit) in hãc
partem deflexit, aut in illam, Aut cer-
te in hunc ſe anfractũ contulit, ſed nec
in iſtam, nec in illam ĩgreſſus eſt: ſuper-
eſt igitur vt in iſtam partem ſe contu-
lerit: & ſic falſitate repudiata in verita
N tem prolabitur. Sæpe etiam vocis illa-
tæ euidẽtia canes ad redarguẽdos reos
indicia prodiderunt, vt muto eorũ te-
ſtimonio plærunq; ſit creditum. Antio
chiæ ferũt in remotiore parte vrbis ne
catum virum quodam crepuſculo, qui
canem ſibi adiunctum habebat. Miles q
dam prædandi ſtudio miniſter extite-
rat cædis: tectus idem adhuc tenebro-
ſo diei exordio, in alias partes ſeceſſe-
rat. Iacebat inhumatũ corpus, frequẽs
erat ſpectãtium vulgus, aſtabat queſtu
lachrymabili canis, dominiq; flebat æ-
rumnam. Forte is qui necem intulerat:
(vt ſe habet verſutia humani ingenii)
vitandi incommodi auiditate, & vt eiꝰ
pręſentia fidem faceret innocentiæ, ad
illam circunſtantis populi acceſſit co-
ronam: & velut miſerans appropinqua
bat ad funus. Tunc canis ſequeſtrato
pauliſper doloris queſtu, vltionis ar-
ma aſſumpſit, atq; apprehẽſum tenuit,
& velut epilogans quoddam miſerabi-
le carmen murmurans, vniuerſos con-
uertit in lachrymas: fidemq; & proba-
tionem detulit, quia quẽ ſolum tenuit
ex pluribus, non dimiſit. Deniq; pertur
batꝰ fuit ille, & tam manifeſtum rei in-
dicium, neq; odii, neq; inimicitiarũ, ne-
q; iniuriæ alicuius vel inuidiæ obiice,
propter obiectionem naturæ, vel crimẽ
repellere potuit. Itaq; qđ erat rõni con
ſonum, vltionem perpeſſus eſt: quia de
fenſionem ſibi præſtare non potuit. Lĩ-
gua canis dum lingit vulnus, ſanat il-
lud. Lictus eius admodum medicus eſ-
ſe fertur. Catuli deniq; lingua, vulnera
torum ſolet eſſe inteſtinorũ ſalus. Na-
tura eius vt ad vomitum ſuum reuer-
tatur, iterumq; comedat. Cumq; flumẽ Canis
tranauerit carnem aut aliquid tale in natura.
ore ſuo tenẽs, cum viderit vmbram, os
ſuum aperit, atq; dum properat aliam
carnem ſumere, ipſam quam tenet, per-
dit. Cuiꝰ figuram in quibuſdam rebus
prædicatores habent, qui ſemper admo
nendo & exercendo quæ recta ſunt, in-
ſidias diaboli pellũt: ne theſaurum dei
animas chriſtianorum ipſe auferat. Lin
gua canis dum lingit vulnus, ſanat il-
lud: quia peccatorum vulnera dum in
confeſſione nudantur, ſacerdotum cor
rectione mundãtur. Inteſtina quoq; ho
minis curat lingua canis: quia ſecreta
cordis ipſius mundantur opere & ſer-
mone doctoris. Medicus admodum ca-
nis dicitur eſſe: quia qui præeſt aliis, ſa
pientiæ ſtudiis inuigilare, omĩq; modo
crapulam vitare debet. Nam in ſaturi-
tate panis Sodoma periit. Nullo demũ
ambitu tam cito poſſidet hominẽ ini-
micus, q̃ voraci gula. Qꝫ canis ad vomi
tum redit: quoſdam poſt peractam con
confeſſionem incaute ad perpetrata fa-
cinora redire demonſtrat. Qꝫ carnẽ in
flumine per cupitam vmbram reliquit:
ſignificat homines ſtultos, qui propter
ambitionẽ rei ignotę, id ſæpe quod ſui
iuris eſt, derelinqunt: vnde fit vt dum
non valent adipiſci quod cupiunt,
fruſtra nolint perdere id quod relique
runt. Lyciſci dicuntur canes qui ex lu Lyciſci.
pis & canibus naſcuntur cum inter ſe
forte miſcentur. Solent Indi fœminas
canes alligare in ſyluis, vt admiſcean-
tur ad tigres beſtias: a quibus inſiliri,



& naſci ex eodem fœtu canes acerrimi
dicuntur, adeo fortes vt complexu leo
nes proſternant.

De animalium in genere nominibus
& ſpeciebus ac proprietatibus.

Caput. XII.

P OMnibus animantibus
Adam primus vocabu
la indidit, ĩponens vni
cuiq; nomen ex pſenti
inſtitutione iuxta con
ditionẽ naturę cui ſer
uiret. Gentes autem vnicuiq; animaliũ
ex propria lingua dederunt vocabula:
non autem ſecundum linguam latinã
atq; græcam aut quarũlibet gẽtiũ bar-
bararum nomina illa impoſuit Adam,
ſed illa lingua quę ante diluuium vna
fuit omnium, quę hebręa nuncupatur.
Anima- Latine autem animalia ſunt animãtia
lia. dicta, quę animantur vita, & mouẽtur
Quadru ſpiritu. Quadrupedia vocata ꝙ quatu
pedia. or pedibus gradiantur: quę etſi ſimilia
ſint pecoribus, tamen non ſunt ſub cu
ra humana, vt cerui, damæ, onagri, &c.
Beſtię. Sed neq; beſtię ſunt, vt leones: neq; iu-
Iumẽta. menta, vt vſus hominum iuuare poſ-
Pecus. ſint. Pecus dicimus eſſe quod humana
lingua & effigie caret. Proprie autem
pecorum nomen iis animalibus accõ-
modari ſolet, quæ ſunt ad veſcendum
apta, vt oues & ſues: aut in vſus homi
nũ cõmodata, vt equi & boues. Differt
Pecora. autem inter pecora & pecudes. Nã ve
Pecudes teres in ſignificatione omnium anima
lium pecora dixerunt: pecudes autem
tantum animalia illa quæ eduntur: q̃ſi
pecuedes. Generaliter autẽ omne ani-
Iumẽta. mal pecus a paſcendo vocatur. Iumen-
ta inde nomen traxerunt, ꝙ noſtrũ la-
borem vel onus ſuo adiutorio ſubue-
ctando vel arãdo iuuant. Nam bos car
penta trahit, & duriſſimas glebas vo-
mere vertit. Equus & aſinꝰ onera por-
tant, & hominum in gradiendo laborẽ
temperant: vnde & iumenta appellan-
tur, ab eo ꝙ homines iuuant, ſunt enĩ
Armẽta magnarum virium animalia. Item di-
cuntur armenta, vel ꝙ ſint armis apta,
id eſt bello, vel ꝙ his in armis vtimur.
vel ꝙ magnos armos habent. Alii ar-
menta boues tm̃ intelligunt, ab aran-
do, quaſi aramenta, vel ꝙ ſint cornibus
armata. Diſcretio autem eſt ĩter armẽ-
ta & greges. Nam tm̃ maiorũ vt equo-
rum & boum ſunt armenta, greges ve
ro etiam caprarum & ouium & cæte-
rorum minorum gregatim viuẽtium.

De Oue. Caput. XIII.

QVis molle pecus lana Q
to corpore: ĩerme ani-
mal, animo placidum:
ab oblatione dictum,
eo ꝙ apud veteres in
initio non tauri, ſed
oues in ſacrificio mactarentur. Ex his
quaſdam bidentes vocant, eas quæ in-
ter octo dentes duos altiores habent:
quos maxime gentiles in ſacrificio of-
ferebãt, vel quę eſſent biẽnes: Ouis ſub
aduentu hyemis, quia inexplebilis ad
eſcam, inſatiabiliter hęrbã carpit, eo ꝙ
pręſentiat aſperitatem hyemis affutu
ram: vt prius hęrbę pabulo ſe farciat, q̃
gelu adurente omnis hęrba deficiat.

De veruece. Caput. XIIII.

VEruex vel a viribus R
dicitur, eo ꝙ cæte-
ris ouibus ſit forti-
or: vel ꝙ ſit vir. i.
maſculus, emaſcula
tus tamen: nam ma
ſculus aries dicit̃,
veruex caſtratꝰ: vel ꝙ vermes ĩ capite
hẽant, quorũ ipi vt arietes excitati pri
tu, ſe ĩuicẽ cõcutiũt: Vñ aries apo tou
areos. i. a marte vocatus: quo nomine
apud nos in ouibus maſculi vocantur:
ſiue ꝙ hoc pecus a gentilibus primo ẽ
aris ĩmolatũ: vt aries diceret̃ eo ꝙ ĩpo
neretur aris. Vnde illud: Aries mactat̃
ad aram: ſed id minus placet & primę
ſyllabæ quantitas non approbat.

De agno. Caput. XV.

AGnus dicit̃ quaſi ἁγνής S
hagnes. i. caſtꝰ. Latini
autẽ ſic dictum putant
eo ꝙ p̃ cęteris aĩalibus
mr̃em agnoſcat, adeo
vt etiãſi in magno gre
ge erret, ſtatĩ balatu recognoſcat vocẽ
parẽtis, feſtinetq; ad matrẽ: lactis quoq;
materni notos ſibi fontes requirat. Ma
ter vero inter multa milia agnellorum

ſolum filiū noſcit: & licet vnus ſit plu
rimorum balatus,& eadem ſpecies illa
tamē fœtum ſuum recognoſcit & diſ-
cernit a cęteris:& ſolum filium tacitæ
pietatis ſtudio recognoſcit.

De Hirco & hœdo. Cap.XVI.

T Ircus laſciuū aĩal ē,pe-
tulans & feruens ſemp
ad coitum:cuius oculi
ob libidinem in tranſ-
uerſum aſpiciūt: vnde
nomen traxit. nam hir
qui ſunt oculorum anguli, ſecūdū Sue
tonium: cuius natura adeo calida eſt,
vt adamantem lapidē quem nec ignis
nec ferrum domare valet, ſolus huius
cruor diſſoluat.Hœdi ſcd̄m quoſdā ab
edendo vocati ſunt:parui enim pĩguiſ
ſimi ſunt,& ſaporis iocundi:vñ & hœ-
dus & hœdulus nominatur:ſed qa hœ
dus ſcribit̃ ſic aliis dici videtur ꝙ ſi h
in f mutetur fiat fœdus.

De apro. Cap.XVII.

V Per , id eſt porcus vel
ſus ſylueſter a feritate
vocatur ablata.ſ. lite-
ra quaſi aſper vt vult
Varro:vnde apud grę
cos ἄγριος agrios,id eſt
agreſtis,ferus dicit̃ & ferox, omne enĩ
quod ferū ē & immite abuſiue agreſte
vocamus. Aliis videtur dici a nomine
gręco ἀφρός quod eſt ſpuma eo ꝙ ſpu-
mam ore emittat.

De Iuuenco & Tauro. Cap.XVIII.

X Vuencus dictus eo ꝙ
Iuuēcꝰ. iuuare ĩcipiat vſus ho
minum in terra colen
da,vel quia apud gen-
tiles ſemp vbiq̃ ĩmo-
labatur, & nunq̃ tau-
rus,nam in victimis etiam ætas conſi-
Taurus derabatur. ℭTaurus nomen gręcum
eſt,ſicut & bos.Indicis tauris color ful
uus eſt,volucris pernicitas,pilus in cō
trariū verſus,hiatus magnus.Hi quo-
q̃ circunferunt cornua oĩq̃ caput fle-
xibilitate,qua volunt:tergi duritia oē
telum reſpuunt,tam immani ſunt feri
tate, vt capti animas ne domentur ꝓ-
iiciant.

De boue & vro & filibus. Cap.XIX.

Os gręcis βοῦς hic&hec Y
boys huius boos dicit̃
hunc latini trionē no
minant, eo ꝙ terrā te-
rat,quaſi terionē. Bo-
um ĩ ſocios eximia di-
lectio eſt.nam alter alterum ĩquirit,cū
quo ducere collo aratrum cōſueuit: &
frequenti mugitu amicum teſtatur af
fectum,ſi forte defuerit.Boues impen-
denti pluuia ad pręſepia ſe tenere no-
uerunt:atq̃ vbi naturali ſenſu college
rūt mutationem cœli,in ſerenitatē fo-
ras ſpectāt, & vltra p̃ſepia ceruices ex-
tendunt ſuas vna in omnes partes , vt
prodire ſe velle teſtentur.Vri agreſtes Vri.
boues ſunt,habentes cornua ĩmenſa,ĩ-
tantum vt inter regias menſas ob inſi
gnem capacitatē gerulæ potuū ſtant.
ℭSuut etiam ĩ India boues vnicornes,
ſolidos vngulis,nec biſulcis , ſed atro-
ciſſimi.Bubali inde nomen trahunt,ꝙ Bubali.
ſint ſimiles boum: adeo ĩdomiti,vt prę
feritate iugum non recipiant.ℭVacca Vacca.
dicta quaſi boacca eſt enĩ ex genere no
minum a maſculinis formatorū , ſicut
leo,leena:draco,dracena &c. vitulus &
vitula a viriditate vocati ſunt.i. æta-
te viridi:ſicut & virgo , vitulam enim
paruam eſſe dicimus, & nōdum enixā.
nam enixa iuuēca eſt .i. vacca iuuenis.

De cameli natura. Cap.XX.

Amelis κάμα cama.i. la Z
bor nomen dedit: ꝙ iu
mētum ſit laborioſum,
vel a chamæ qđ gręco-
rum eſt aduerbiū ſigni
ficās humi: nā quando
onerātur vt breuiores & humiliores fi
ant,accubāt:& ſic chamelꝰ ſcriberetur:
ſiue quia curuus eſt dorſo a camyro.i.
incuruo.Hos licet & alię regiones mit
tant,Arabes tamen plurimos,& Bactri
fortiſſimos camelos mittunt.Verum ĩ
hoc differunt, ꝙ Arabici bina tubera ĩ
dorſo habēt: Bactriani ſingula : hi nūq̃
pedes atterunt.Sunt enim illis recipro
ca quibuſdā pelliculis veſtigia carnulē
ta.Vnde & contraria ſunt illis āmbulan
tibus,nullo fauēte p̃ſidio ad niſum ĩſi-
ſtēdi.Habēt aūt ad duplex miniſteriū.
Sūt enĩ alii oneri deferēdo accōmoda-



ti,alii pniciores & ad ĩterficiēdū prom
ptiores.Sed illi vltra modū pōdera re-
cipiūt,iſti ampliꝰq̃ ſolita ſpatia egredi
nolūt.Genitura cupiditate efferant̃ ad
eo vt ſæuiāt cū venerē reqrūt. Oderūt
eqnū genꝰ.Siti etiā p triduū tolerāt:ve
rū cū dat̃ occaſio bibēdi, tātū ĩplentur
quātū & deſideria p̃terita ſatiet,& ĩ fu
turū diu ꝑſit.Luculētas aq̃s captāt,pu
ras refugiūt.Deniq̃ vbi cœnoſior aq̃ de
fuerit,ipi aſſidua ꝓculcatiōe limū exci
tāt,vt turbet̃:durāt ĩ ānos cētū.Si for-
te trāſlati fuerit ĩ loca pegrina , ꝑpt in
ſolitā mutationē aeris,morbos trahūt.
Ad bella fœminę p̃parant̃:Inuētūq̃ eſt
vt deſideriū eis coitus q̃dā caſtratione
extrahatur,putant enim fieri validio-
res ſi a coitibus arceantur.

De dromedario.
Caput.XXI.

A Romedarius genus ē
camelorum,minoris q
dē ſtaturę,ſed velocio
ris:vñ & nomē habet.
Nā dromos gręce,cur
ſus & velocitas appel-
lat̃.cētū enĩ miliaria & ampliꝰ vna die
pagere ſolet.qđ aĩal,ſicut ouis , bos, &
camelꝰ,ruminat. Ruminatio aūt dicta
eſt a rumine eminēte gutturis pte:per
quā viā miſſus cibus a multis reuoca-
tur animalibus.

De aſino & aſello.
Caput.XXII.

B Sinus & aſellus ab aſſi
dēdo dictus, quaſi aſeſ
ſus ab hoĩe,ſed hoc no
mē qđ magis equis cō
ueniebat,ideo hoc aĩal
ſūpſit,qa priuſq̃ equos
hoĩes eqtarēt, huic inſidere cœperunt.
Animal qppe tardū eſt,& nulla ratione
mādatis renitens, ſtatim vt voluit ſibi
hō ſubſtrauit.Aſini autē arcadici dicti
ſunt eo ꝙ ab arcadia primū vecti ſunt,
magni & alti.Minor aūt aſinus aſellus
dictus eſt,& plus neceſſariꝰ eſt: qa & la
borē tolerat,&negligētiā mollis educa
tionis propemodum non recuſat.

De onagro vide.lib.2.cap.xi.

De equo & eius natura.
Caput.XXIII.

Icti equi detracta prima C
lra.i.a: q̃ eſt ĩ ęquus,a.ū.
ab ęqualitate,eo ꝙ quā-
do bigis aut q̃drigis iū-
gebātur , pares ſtatura,
viribꝰ & curſu copula-
bant̃.Caballus aūt a cauādo dictus, eo
ꝙ gradiens vngula ĩpreſſa terrā cauet:
qđ reliq̃ aĩalia nō hñt.Inde dictꝰ ē ſoni
pes,ꝙ ſonat pedibꝰ.Viuacitas equoꝝ &
induſtria mlta.Exultāt enĩ ĩ cāpis,odo
rant̃ bellū,excitant̃ ſono tubæ ad p̃liū.
Voce accēſi ad curſū ꝓuocāt̃.Dolēt cū
victi fuerit:exultāt cūt vicerit. Quidā
equi hoſtes in bello ſentiūt,adeo vt ad
uerſarios morſu petāt.Alii etiam pro-
prios dños recognoſcūt: obliti māſue-
tudinis ſi dñi mutent̃ . Aliq p̃ter dñm
nullū dorſo recipiūt. Vñ exēplū dabi- D
mus Alexādri magni:cuiꝰ equus Buce Buce-
phalas dictꝰ,ſiue ab aſpectus toruitate, phalus.
ſiue ab inſigni nobilitate,eo ꝙ taurinū
caput hēbat,ſeu ꝙ a frōte eiꝰ q̃dā extā
tiū corniculorū minę ꝓtuberabāt . Cū
ab eq̃rio ſuo alio tpe mollit ĩſideret̃:ac-
cepto regio ſtratu , neminem vnq̃ p̃ter
dñm vehere dignatꝰ eſt.Documēta eiꝰ
in p̃liis plura ſunt,qbꝰ Alexādrū ſoſpi
tē e crudeliſſimis certaminibꝰ ope ſua
extulit.Equus Caii Cęſaris nullū p̃ter
Cęſarē dorſo recepit. Regē ſcytharum
ſingulari certamine ĩterēptū cū eiꝰ vi-
ctor ſpoliare vellet, ab eiꝰ equo calcibꝰ
morſuq̃ laceratꝰ ē. Nicomede rege in-
terfecto equus eiꝰ inedia vitā expulit.
Cū p̃lio Antiochus Galatas ſubegiſſet
Cēteretrii noĩe ducis,q in acie cecide-
rat,equū ĩſiliit ouaturꝰ:is aūt adeo ſp̃-
uit lupata vt de induſtria acerbatꝰ, &
turbatꝰ ruina parit , & ſe & eqtē affli-
geret.In hmōi aĩalis gñe ætas longior
maribꝰ. Legimꝰ ſane equū ad annos vi
xiſſe ſeptuagīta. Notatū etiā aduerti-
mus.†Opūtē noĩe equū ad gregariā ve † Opini
nerē duraſſe ad ānos q̃dragīta.Eq̃rū li- cem.
bido extĩguit̃ iubis tōſis. In q̃rum ptu E
amoris naſcit̃ veneficiū:qđ in frontibꝰ
pręferūt editi filii,fuluo colore,caricis
mole : qđ hippomanes noĩat̃, qđ ſi præ
raptū ſtati fuerit, pullo mater nequaq̃
vbera p̃bet.Quo equus ſanior fuerit,&
ſpei maioris:eo ꝓfundiꝰ nares merſitat

ĩn bibẽdo. Interfectis vel morientibus
dñis eq̃ lachrymas infuderunt. Dicunt
enĩ equũ ſolũ ꝓpter hominẽ lachryma
ri, & doloris effectũ ſentire. Vñ & in
ſentiẽdo. equorũ & hoĩm natura ꝑmix
ta eſt. Solẽt etiã ex equorũ mœſtitia vł
alacritate euẽtũ futurũ dimicaturi col
F ligere. In generoſis eq̃s (vt aiunt vete-
res) q̃tuor expectanť, forma, pulchritu
do, meritũ, atq; color. Forma, vt ſit vali
dũ corpus & ſolidũ, robori cõueniẽs al
titudo, latus lõgũ & ſubſtrictũ, clunes
maximi & rotũdi, pes nodoſus & ſiccꝰ,
cornu cõcauo cõſolidatꝰ. Pulchritudo
vt ſit exiguũ caput & ſiccũ, pelle ꝓpe oſ
ſibus adhęrẽte: aures breues & argutę:
oculi magni: nares patulę, & erecta cer
uix: coma dẽſa & cauda: vngularũ ſoli-
ditas, fixa rotũditas. Meritũ, vt ſit aĩo
audax, pedibꝰ alacer, tremẽtibꝰ mẽbris
(qđ ẽ fortitudinis indiciũ) q̃q; ex ſum
ma q̃ete facile cõciteť, & excitata feſti-
natiõe nõ difficile teneať. Motꝰ aũt eq̃
in auribꝰ intelligiť, virtꝰ in mẽbris tre
mẽtibꝰ. Color ẽ hic ꝑcipue expectãdus:
Badiꝰ, aureꝰ, roſeꝰ, myrteꝰ, ceruinꝰ, gil
uus, glaucꝰ, ſcutulatꝰ, canꝰ, cãdidus, al-
bus, guttatꝰ, niger: Seq̃nti aũt ordĩe va
riꝰ ex nigro badioq; diſtĩctus: Reliquꝰ
aũt variꝰ color, vt cinereꝰ deterrimꝰ ẽ.
Badiũ aũt ſiue vt vulgo dicũt baiũ &
baiadũ antiq̃ q̃ſi vadiũ dicebãt, eo ꝙ eiꝰ
coloris eq̃ int̃ cętera aĩalia fortiꝰ vadãt
Ipſe ẽ & ſpadix: quẽ phœnicatũ vocãt.
& ẽ dictꝰ ſpadix a colore palmę, quã ſy
rii ſpadicẽ vocãt. Glaucꝰ vero ẽ veluti
pictos hñs oculos, & quodã ſplẽdore ꝑ
fuſos. Giluus aũt mediꝰ color ẽ ſubal-
bidus. Guttatꝰ ẽ albꝰ, nigris ĩteruenïẽ-
tibꝰ pũctis. Candidus aũt & albꝰ ĩuicẽ
ſibi differũt. Nã albꝰ cũ quodã pallore
eſt: cãdidꝰ vero ẽ niueꝰ, & maiori albo
re ꝑfuſus. Canus dictꝰ eſt q̃ ex candido
colore & nigro ẽ. Scutulatꝰ ẽ dictꝰ ꝓpt̃
orbes quos hẽt cãdidos ĩter purpure-
os, variꝰ ꝙ vias hẽt ĩpariũ colorũ. Qui
aũt tãtũ pedes albos hñt, pelici ſeu pedi
ci appellanť: q̃ frõtẽ albã, cãdidi. Cerui-
nꝰ ẽ quẽ vulgi griſeũ dicũt. Onoſinus
aũt dictꝰ ꝙ ſit color eiꝰ cõis cum aſino
idẽ ẽ & cinereus. Sũt aũt eq̃ de agreſti
gñe orti, quos equos feros dicimꝰ: & ꝑ
inde ad vrbanã dignitatem trãſire nõ
pñt. Maurꝰ niger ẽ. Mauron enĩ græci
nigrũ vocãt. Mãnus vero equꝰ breuior
eſt. verhedos vero antiqui dicebant eo
ꝙ rhedas veherent, id eſt ducerent, vel
per vias publicas irent, per quas & rhe
das ire ſolitum erat. Equorum tria ſũt
genera. Vnũ generoſũ, ꝓliis & oneribꝰ G
aptũ. Alterũ vulgare atq; gregariũ, ad
vehẽdũ, non ad equitãdum aptũ. Ter-
tium ex permixtiõe diuerſi generis or
tum: qđ etiã bigenũ dicitur: quia ex di
uerſis naſcitur: vt mulus. Mulꝰ a gręco
fictũ vocabulũ habet: eo ſcilicet ꝙ iu-
go piſtorum ſubactus, tardas in gyrum
molendo ducat molas. Iudæi aſſerũt ꝙ
Ana abnepos Eſau equarũ greges ab
aſinis in deſerto ipſe prius fecerit aſcẽ
di, vt iumentorum contra naturã no-
ua animalia naſcerenť. Onagros quoq;
ad hoc admiſſos eſſe ad aſinas dicunt:
& ipſum iſtiuſmodi reperiſſe concubi-
tum, vt ex his velociſſimi aſini naſcerẽ
tur. Induſtria quippe humana diuer-
ſum animal in coitus coegit, ſicq; adul
terina commixtione genus aliud reper-
rit: ſicut & Iacob contra naturam oui-
um colorũ diſſimilitudines ꝓcurauit.
Nam tales fœtus oues illius procrea-
bant, quales virgas arietes deſuꝑ aſcẽ-
dentes in aquarum ſpeculo cõtempla-
bantur. Deniq; & hoc ipſum equarum H
gregibꝰ fieri fertur, vt generoſos obii-
ciant equos viſibus concipiẽtium, quo
eorum ſimiles concipere & creare poſ-
ſint. Nam etiam columbarum dilecto-
res depictas & pulcherrimas columbas
ponunt iiſdem locis quibus illę verſan
tur: quo rapiente viſu ſimiles generẽt.
Inde eſt ꝙ quidam grauidas mulieres
iubent nullos intueri turpiſſimos ani-
malium vultus, vt cynocephalos & ſi-
mias: ne viſibus occurrentes ſimiles fœ
tus pariant. Hanc enim fœminarũ na-
turam eſſe dicunt, vt qualem proſpexe
rint, ſiue mẽte cõceperĩt in extremo vo
luptatis ęſtu dũ cõcipiũt, talẽ ſobolẽ ꝓ
creẽt. Etenĩ aĩal in vſu venereo formas
extrĩſecas trãſmittit eorũq; ſatiata ty
pis, rapit ſpẽs earũ ĩ propriã q̃litatẽ. In
aĩantibus bigena dicunť q̃ ex diuerſis
naſcunť, vt mulꝰ ex equa & aſino: bur-



do ex equo & aſina, Ibridæ ex apris &
porcis, tityrus ex oue & hyrco, muſino
ex capra & ariete, q̃ eſt dux gregis.

De Cato ſeu muſione. Cap.XXIIII.

I MVſio ſeu muſcio a ple-
riſq; muriceps ſeu mu
rilegꝰ appellať ꝙ mu-
ribus infeſtus ſit: hunc
vulgus catũ a captura
vocat. Alii dicũt ꝙ ocu
lis res captat. i. videt. Nã tã acute cer-
nit, vt fulgore luminis tenebras noctis
ſuperet. Catꝰ enĩ acutꝰ & callidꝰ diciť.

De mure & ſorice &c. Cap. XXV.

K MVs puſillũ aĩal ẽ, gręcũ
illi μῦς nomen eſt: q̃cq̃d
vero ex illo trahiť lati
nũ eſt. Alii dicunt mu
res ꝙ ex humore terrę
naſcanť. Nã humꝰ ter-
ra: & inde mus, his in plenilunio iecur
creſcit: ſicut & q̃dã maritima augenť,
q̃ ĩminẽte plenilunio augenť, & rurſus
deficiẽte luna deficiũt. Sũt q̃ inter ſori
cẽ & murẽ diſcrimen ponunt, vt ſorex
ſit minꝰ illud aĩal cui cati ĩſidianť: mu
res maius qđ nõ recte glis putatur.

De muſtela vide lib.ii.cap.xviii.

De talpa. Cap.XXVI.

TAlpa beſtiola eſt nigra
L dãnata cęcitate ꝑpetua
eſt enĩ ĩ tenebris abſq;
oculis: & ſemꝑ terrã fo
dit, & humũ erigit, &
ſubter frugibꝰ radices
cõedit: q̃ gręce ἀσπάλαξ aſpalax vocať.

De formica vide lib.ii.cap.xxix.

De hericio ſeu herinaceo lib.2. ca.4.

De auibus in genere. Cap.XXVI.

M AVium vnũ quidẽ ẽ no
mẽ, ſʒ diuerſa ſunt gña
Nã ſicut ſpecie differť,
ita & naturæ diuerſita
te: ſiq̃dẽ aliæ ſunt ſim-
plices, vt colũbę. Aliæ
aſtutę, vt ꝑdix. Aliæ ad manũ ſe ſubiici
unt, vt accipitres. Alię reformidant, vt
garamẽtes. Alię hoĩm cõuerſatiõe dele
ctanť, vt hirũdo. Alię in deſertis ſecre-
tã vitam diligũt, vt vultur. Aliæ cãtus
edũt dulciſſimos, vt cygnus & merula.
Aliæ verba & voces hoĩm imitanť, vt
pſitacꝰ & pica: ſed & alię ſicut gñe, ita
& moribus ĩnumerabiles. Nã volucrũ
quot gña ſint, ĩuenire q̃ſq̃ nõ põt. Neq;
enĩ oĩs Indię, Æthiopię aut Scythię de
ſerta q̃ſq̃ penetrare potuiſſet, q̃ earũ ge
nus vel differentias noſſet. Aues dictę N
eo ꝙ rectas vias nõ hñt, ſed ꝑ auia q̃q;
diſcurrũt. Alites, q̃a alis ad alta tẽdũt
& ad ſublimia alarum remigio conſcẽ
dunt. Volucres a volãdo. Nã vnde vo-
lare, inde & ambulare dicimꝰ. Vola enĩ
dicitur media pars pedis ſiue manus:
& in auibus vola media pars alarũ qua
rum motu pennę agitantur, inde & vo
lucres. Pulli dicuntur omnium auium O
nati. Sed & animalium quadrupedum
nati pulli dicunť: & homo paruus pul
lus aut puſio. Recentes igitur nati pul
li dicuntur, eo ꝙ polluti ſint. Vñ & ve
ſtis nigra pulla dicta ẽ. Aliæ ſũt in q̃bꝰ
pẽnę ꝑ ordinẽ fixę, volãdi exhibẽt vſũ.
vocatę aũt ſunt alę, ꝙ his aues comple
xos alãt & foueãt pullos. Pẽna a pẽdẽ-
do dicta, inde & pendere. Volucres enĩ
pẽnarũ auxilio mouenť, qñ aeri ſe mã-
dãt. Pluma q̃ſi piluma. Nã ſicut pili in
q̃drupedũ corpe, ita plumę in auibus.
Auiũ młta noĩa a ſono vocis cõſtat eẽ
cõpoſita, vt ſũt grus, coruꝰ, cygnus, bu
bo, miluus, vlula, cuculus, graculꝰ, & cę
tera. varietas enĩ vocis earum docuit
qualiter eadẽ hoĩes nominarent.

De aquila vide lib.i.cap.lvi.

De vulture. lib.i.cap.xxxviii.

De grue lib.i.c.39. De pſitaco.ca.28.

SOla India mittit pſita- P
cum, colore viridi, torq̃
punicea: grãdi lingua,
& cęteris auibꝰ latiore
vñ & arciculata verba
exprimit: ita vt ſi eam
nõ videas, hoĩem loq̃ putes. Ex natura
ãt ſalutat dicẽs aue, vł χαῖρε. Cętera no
mĩa ex ĩſtitutiõe diſcit. vñ illđ Martiał
Hoc ꝑ me didici dicere, cęſar aue. Cuiꝰ
roſtrũ tãta duritia ẽ, vt cũ e ſublimi ꝑ
cipitať ĩ ſaxũ, niſu oris ſui ſe excipiat,
& quodã q̃ſi fũdamẽto vtať ordĩarię fir
mitatis. Studet vt loq̃ť qđ hoĩes: & cũ
adhuc pullꝰ ẽ, & adhuc ĩfra alterũ ſuæ
ętatis ãnũ: quę monſtrata ſunt, & citi-
us diſcit, & tenacius retinet.

De caladrio vide lib.i.cap.xlviii.
De ciconiis lib.i.cap.xlii.
De holore aut cygno lib.i.cap.liii.
De ibide ſeu ibi.lib.i.cap.lvii.
De aſſida ſeu Struthione lib.i.ca.37.
De fulica lib.i. cap.lviii.

De halcyone. Cap.XXIX.

Q Alcyon maritima auis eſt,q̃ in littorib⁹ fœtus ſuos edere ſolet,ita vt i arenis oua ſua deponat medio fere hyemis: nã id tp̃s fouẽdis hẽt deputatũ fœtib⁹, quando maxime inſurgit mare littoribus,quando etiã vehemẽtior fluctus illiditur: tunc repentina placiditate , in gratiã aut naturam hui⁹ auis aura miteſcit,& poſitis ouis mare ſeipſum demittit,oẽs cadũt ꝓcellę, miteſcũt flatus vẽtorũ ac placidum vẽtis ſtat mare,donec oua fouerit halcyon ſua. Septem autem dies ſunt quibus educit pullos, fœtuſq; abſoluit illico: alios quoq; ſeptem adiungit dies q̃bus enutriat pullos ſuos, donec incipiant adoleſcere. Nec mireris tam exiguum nutrimenti tempus,cum abſolutio fœtuũ tã paucorũ dierum ſit. Tantam aũt grãm dicũt huic aui miniſtratã eẽ & idultã diuinit⁹, vt hos q̃tuordecĩ dies nautæ pſũptę ſerenitatis obſeruent, quos & halcyoneos vocãt:quib⁹ null⁹ tempeſtatis motus horreſcat.

De phœnice vnde.lib.i. cap.xlix.

De cinnamulgo. Cap.XXX.

R Cinnamulg⁹. Cinnamulg⁹ & ipſa Arabię auis ẽ ꝓinde ita vocata, ꝙ i excelſis nemorib⁹ texit nidos ex fructib⁹ cinnami: & q̃a nõ pñt illuc hoĩes aſcẽdere ꝓpter ramorũ altitudinẽ & fragilitatẽ,eoſdẽ nidos plũbatis appetũt,& ſic cinnama illa deiiciunt, & pciis ãplioribus vendunt: eo ꝙ hęc cinnama magis q̃ alia mercatores probant.

De hirciniis auib⁹.c.31.

Hercinię aues dictæ ab Hercinio ſaltũ Germanę,vbi naſcunť: q̃rũ pẽnę adeo ĩ obſcuris micãt,vt q̃uis nox obtenta denſis tenebris ſit, ad pſidiũ itineris dirigẽdi ꝓiectę ĩterluceãt, curſuſq; viç pateat indicio plumarũ fulgentium.

De epope dictũ eſt in vlula.li.i.ca.52.
De pelicano lib.ii.cap.xxvii.
De noctua ſeu nycticorace. li.i.c.34.
De ſyrenis lib.i.cap.xxxii.
De perdice lib.i.cap.50.

De pica & pico. Cap.XXXII.

S Picæ q̃ſi poeticę,eo ꝙ verba cũ diſcrimine vocis exprimant vt hõ,p ramos eni arbor̃ pẽdulę, importuna garrulitate ſonãtes,etſi neq̃ũt liguas ĩ ſermõe exprimere,ſonũ tñ hũanæ vocis imitantur:de qua congrue q̃dã ait : Pica loquax certa dñm te voce ſaluto:Si me nõ videas,eẽ negabis auẽ. Martial' Picus a Pico Saturni filio nomẽ ſũpſit, Picus. eo ꝙ ipſe ĩ auſpiciis ea aue vtereť. Nã ferũt hãc auẽ q̃dã hr̃e diuinũ:ĩdicio illo ꝙ ĩ q̃cũq; arbore nidificauerit,clauũ vl' q̃cq̃d aliđ ei ĩfixũ diu hęrere nõ poſſet q̃n ſtatim excidat, vbi illa inſederit.

De accipitre vide.lib.i.cap.xiii.

De luſcinia. Cap.XXXIII.

T Luſcinia nomẽ ẽ auis ĩde ſũptũ q̃a cãtu ſuo ſignificare ſolet ſurgẽtis exortũ diei,q̃ſi lucinia. eſt eĩ puigil cuſtos.Cũ oua quodã ſinu corpis &gremio fouet,ĩſõnẽ lõgę noctis laborẽ cãtilenę ſuauitate ẽmittit.Et vt mihi videtur,hęc ſũma ẽ ei⁹ ĩtẽtio, vt poſſit non min⁹ dulciorib⁹ modul' q̃ fomẽto corpis fœtũ aĩare atq; fouere. Hãc vitã videt ducere mulier viduata,ſed pauper & pudica:q̃ colũ digitis trahẽs vt puulis ſuis victũ acq̃rat,nocturno cãtu mœſtitiã paupertatis demulcet:& q̃uis ſuauitatẽ luſcinię imitari nõ poſſit, imitatur tñ cã ſedlo maternæ pietatis offõ.

De veſpertilione. Cap.XXXIIII.

V Veſpertilio aĩal ignobile a veſpe nomẽ ſũpſit eſt autẽ volatile idẽq; & q̃drupes, & dẽtibus vtitur: q̃d in aliis auibus reperiri nõ ſolet. parit ſicut quadrupedia , non oua, ſed



pullos viuentes, volitat aũt nõ aliquo volatu pẽnarũ,ſed membranę ſuę fulta remigio: quo ſuſpẽſa veluti pẽnarũ volatu circũferť atq; vegetať.habet aliud hoc vile animal, ꝙ ſibi inuicẽ adhęrẽt, & quaſi ſpecie botriõis ex alto loco pẽdent , at ſi ſe vltimę quæq; laxauerint, omnes reſoluuntur , quod fit quodam munere caritatis quę difficile in hoĩb⁹ & tamẽ aliquatenus in volucribus huiuſmodi reperitur.

De coruo vide.lib.i.cap.xxxv.

De cornice & coruo iterum. Caput.XXXV.

X Cornix annoſa auis apđ latinos gręco noĩe κορώνη corone appellať: quã aiũt augures hoĩm curas ſignificatiõib⁹ ageremiſſidias viarũ mõſtrare:futura prædicere.Magnũ nefas hoc credere ẽ ꝙ deus cornicib⁹ ſua mãdet cõſilia. His ĩter mľta auſpicia tribuũt, Y & pluuias portẽdere vocib⁹ , vñ ẽ illđ. tũc cornix plẽa pluuiã vocat ĩproba voce . Virg.in Georgi. Corui. Diſcant hoĩes amare filios ſuos, ex vſu & pietate coruor̃:q̃ etiã volãtes filios comitatu ſedulo pſequũť,ac ſollicite timẽtes,ne forte deficiãt,cibũ ſuggerũt,ac plurio tp̃is ſpatio nutriẽdi officia nõ relinquũt.At vero fœmię nr̃i tp̃is cito ablactãt et illos q̃s diligũt:& ſi ditiores ſũt,lactare faſtidiũt,paupiores ſi fuerit,puulos abiiciũt:& exponũt,& deꝓheſos abnegãt. Ipſę q̃q; diuites mr̃es, ne p plures pſimõiũ diuidať,pprios necãt ĩ vtero fœt⁹, & pricidalib⁹ ſuccis ĩ iṗo genitali aluo pignora ſui vẽtris extinguunt. Pri⁹.n.auferť vita q̃ tradať. Quis docuit niſi homo filios abdicare? Quis inť naturę frña cõſortia,fr̃es ĩpares fecit? Vni⁹ diuitis filii diuerſę ſorti cedũt. Ali⁹ totius pr̃nę ſortis aſſcriptiõib⁹ iocũdať,ali⁹ opulẽtę hęreditatis paternę deplorat anguſtã atq; ĩopẽ portionẽ. Nũq̃d natura diuidit merita filiorũ?ex pari tribuit oĩb⁹ vñ & naſcẽdi & viuẽdi poſſint hr̃e ſubſtãtiã. Ipſa vos o parẽtes docet nõ diſcernere pr̃imonio,quos titulo germãitatis ęquit. Etenĩ q̃b⁹ dediſtis cõit eẽ q̃d nati ſũt: eis nõ debetis ĩuidere q̃n cõiter ſortẽ eãdem inter ſe ſortiantur & habeant.

De columba vide lib.i.Cap.i.ii.iii.
De turture lib.i. Cap.20.23.24. &.25.
De hirundine lib.i.cap.41.
De coturnice ſeu qualea lib.i. ca. li.
De pauone lib.i.cap.lv.
De Vpupa lib.i.cap.lii.
De gallo lib.i. cap. 36.

De anate. Cap.XXXVI.

Z Anas ab aſſiduitate natãdi aptũ nomẽ accepit Ex quo gñe q̃dã dicũť germanię eo ꝙ plus cęteris nutriant. Anates pǒticę venenovictitãt, ideoq; cibo humano aptę nõ ſũt.Putať etiã anas anſeri dediſſe nomẽ,ꝙ & ipſa cũ ĩ tris viuat aſſiduo natet: ſed de anſere alibi diximus.

De ouis & ex eis natis.C.XXXVII

A Omniũ gñа volucrũ bis naſcũť. Primũ eni oua gignũť & pariunť, ideõ calore corpis materni formanť & aĩanť. Oua aũt dicta ab eo ꝙ ſint vuida. Vnde & vua,ab eo ꝙ ĩtrinſecus ſit plena humore. Nã hũidũ eſt q̃d extrinſecus humorẽ habet, vuidũ q̃d interius. Quidã aũt putãt oua gręcã hr̃e originẽ noĩs,illi eni dicũt oa & ĩ ſingľari ὠόν oon u lr̃a ablata. Oua aũt q̃dã iani vẽto cõcipiunť: ſed nõ ſũt gñatiua, niſi q̃ fuerit cõcubitu maſculino cõcepta,& ſeminali ſpũ penetrata . Quorũ vim tãtã dicũt vt lignũ pfuſum eis nõ ardeat,ac ne veſtis q̃dẽ cõtacta aduraľ admixta quoq; calce glutinare fertur vitri fragmenta.

De apibus. Cap.XXXVIII.

B Apes dictæ vel ꝙ pedib⁹ ſe alligãt,vel p eo ꝙ ſine pedib⁹ naſcunť. Nã poſtea & pedes & pẽnas accipiunt.Hæ ſolertes ĩ gñandi mellis officio, aſſignatas ĩcolãt ſedes:domicilia ĩenarrabili arte componunt : & ex variis floribus fauum condunt: textiſq; cęris innumera prole caſtra replent:exercitum & reges habent:prælia mouent : fumum fugiunt:tumultu exaſperanť.Has plerię

experti ſunt de boum cadaueribꝰ naſci nam pro his creandis, vitulorum occiſorum carnes verberantur, vt ex putrefacto cruore, vermes creẽt: qui poſtea efficiuntur apes. Proprie tamẽ apes ortę dicuntur de bobus, ſicut crabrones de equis, fuci de mulis, veſpę de aſinis.

†Caſtoras. †Caſtros græci appellant qui in extremis fauorum partibus maiores creãt quos aliqui reges putant dici, eo ꝙ caſtra ducũt. C Solæ apes in oĩ genere animantiũ cõmunẽ in oĩbus ſobolẽ habẽt: vnam omnes incolunt manſionem: vnius patriæ clauduntur limine domus: cõis eſt oĩbus, labor, cibus, opatio, vſus fructus, & volatus. Quid plura? cum cõmunis ſit omnibus generatio: Integritas quoqꝫ corporis virginalis omnibus eſt communis, & partus: quoniam nec inter ſe vllo concubitu miſcentur, nec libidine ſoluuntur: nec partus quatiũtur doloribus, ſed ſubito maximum filiorum examen emittunt. e foliis atqꝫ herbis ore ſuo legentes prolem ſibi ꝓcreant. Ipſę ſibi regem faciunt & ordinant. Ipſę populos creãt. Et licet poſitę ſub rege ſint, ſunt tñ liberę. Nam & ꝓrogatiuã iudicis tenẽt, & fide deuotionis affectũ: quia regẽ tanq̃ a ſe ſubſtitutũ diligũt, & toto honorãt examine. Rex aũt nõ ſorte ducĩt: quia in ſorte euentus eſt, non iudicium: & ſępe irrõnabili caſu ſortis, melioribꝰ deterior D prędfertur. Apibus autem rex, naturæ claris formatur inſignibus, vt magnitudine corporis & ſpecie, quodqꝫ in rege pręcipuum eſt, morum manſuetudine. Nam etſi habet aculeum, non tamẽ vtitur eo ad vindicandum: ſunt enĩ legis naturę nõ ſcriptę literis, ſed ĩpreſſę moribus, vt leniores ſint ad puniendũ qui poteſtate potiuntur maiori. Sed & apes quæ non obtemperauerunt legibus regis, pœnitentię condemnatione ſe mulctant, ita vt immoriantur aculei ſui vulnere. Quod Perſarum populi in ſe dicuntur obſeruare, vt pro commiſſi precio ſeu magnitudine ipſi in ſe proprię mortis exequantur ſententiã. Itaqꝫ nulli regem, nec Perſę qui grauiſſimas habent in ſubditos leges, nec Indi, nec Iudęi, nec ſauromatę, tãta quãta apes reuerentia deuotiõis obſeruãt: vt nullę e domibus exire audeant, nec in aliquos procedere paſtꝰ, niſi rex prius egreſſus fuerit, & volatus ſibi vendicauerit principatum. Proceſſus autem eſt per rura redolentia: vbi inhalantes floribus horti: vbi fugiẽs riuus per gramina redolentia: vbi amœna riparum. Illic ludus alacris iuuentutis: Illic campeſtre exercitium: illic curarũ remiſſio: opus ipſum ſuaue de floribus & dulcibus herbis, fundamenta caſtrorum prima ponuntur. Quid enim aliđ E eſt fauus niſi caſtrorum quædam ſpecies? Deniqꝫ ab his pręſepibus apum fucus arcetur. Quæ caſtra quadrata tantum poſſunt habere artis & gratię, q̃tum habent crates fauorum? In quibꝰ minutę atqꝫ rotundę cellulę cõiunctione ſui inuicem fulciuntur. Quis architectus eas docuit hexagona illa cellularum indiſcreta laterum æqualitate componere, ac teneras inter domorum ſepta cęras ſuſpendere, ſtipare mella, & intexta floribus horrea nectare quodã diſtendere? Cerneres omnes certare de munere, alias inuigilare quęrendo victum: alias ſollicitam caſtris exhibere cuſtodiam: alias futuros explorare imbres, & ſpeculari concurſus imbrium: alias de floribus fingere cęras: alias de floribus iternum rorem colligere: nullam tamen alienis inſidiari laboribus, aut raptu vitam quęrere: atqꝫ vtinam raptorum inſidias non timerent. F Habent tamen venena ſua, & inter mella fundunt venenum, ſi fuerint laceſſitæ, animas quoqꝫ in vulnere ponunt ardore vindictę. Ergo mediis caſtrorũ vallibus humor ille recẽs ĩfundĩt, paulatĩqꝫ & ꝓceſſu tẽporis in mella cogĩt, cũ fuerit liqđꝰ ab exordio & coalitu cęræ, florũqꝫ odore flagrare mellis ſuauitatem incipit. Merito quaſi bonã opariã ſcriptura ſic apẽvt formicã ꝓdicet, dicens. Vade ad formicã o piger & cõſidera vias eiꝰ & diſce ſapiẽtiã. Quaſi dicat vide q̃ dilig ẽter & ꝓuide opata ẽ, & eiꝰ imitare opationẽ. Opationẽ nãqꝫ venerabilẽ meditaĩ apes, cuiꝰ laborẽ & reges & mediocres ad ſalutẽ ſumũt. Appetibilis enĩ ẽ ſctificatio oĩbꝰ & cara. Audis qđ



dicat propheta. Mittit itaqꝫ te vt apiculę illiꝰ ſequaris exẽplũ, imiteris opationẽ. Vide q̃ laborioſa ſit, & q̃ grata. Eccli. xi. Breuis in volatilibꝰ apis: & initiũ dulcoris habet fructus illiꝰ. Fructus itaqꝫ eius ab oĩbus deſideratur & quęritur: nec pro ꝑſonarũ diuerſitate diſcernitur, ſed indiſcreta ſui gratia regibꝰ pariter ac mediocribus æquali ſuauitate G dulceſcit. Nec ſolũ voluptati, ſed etiã ſaluti eſt. Fauces enim obdulcat, & curat vulnera. Interius quoqꝫ medicamẽtum infundit vlceribus. Itaqꝫ cũ ſit infirma robore apis: valida tñ eſt vigore ſapiẽtię, & amore virtutis. Deniqꝫ apes regem ſuũ ſumma protectione defendunt, & perire pro eo pulchrũ putãt. Rege incolumi mens oĩbꝰ vna amiſſo rupere fidem. Incolumi enim rege neſciũt mutare iudiciũ, mentẽ alio inflectere. Amiſſo rege fidem ſeruãdi muneris derelinquunt, atqꝫ ipſę ſua mella diripiũt: ꝙ is q huius muneris habuit principatũ, interemptus eſt. Itaqꝫ cum volucres alię ſemel tñ quotannis edãt fœtus, apes bis aut ter noua producũt agmina, & ideo mirãda animantibus cęteris fœcunditate pręponderant.

❡De arbore quadam in India. Cap. XXXIX.

H PEndẽs eſt arbor in India. Eſt autẽ huius arboris fructꝰ dulcis totus & valde ſuauis. Columbę autẽ delectãtur in fructibus huius arboris, habitãtqꝫ in ea, paſcentes fructus eius. Draco autẽ eſt inimicus colũbis, timetqꝫ arborẽ & vmbrã eius vbi colũbę morãtur, & nõ poteſt appropinquare arbori, neqꝫ vmbrę eius. Si enim vmbra arboris ad occidẽtem venerit, fugit ipſe ad orientem: & ecõuerſo. Si aũt euenerit vt colũba inueniaĩ extra arborẽ vel vmbrã eiꝰ, occidit eã draco. Arborẽ hanc deũ patrẽ intellige: vmbram filiũ eius: ſicut Gabriel dicit ad Luc. i. Mariam: Spiritus ſanctus ſupueniet in te: & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Fructũ cęleſtẽ ſapiẽtiã dñi, ſcilicet ſpiritũ ſanctum. Vide ergo o homo ne poſtq̃ accẽperis ſpiritũ ſanctũ. i. ſpiritualem colũbã & intelligibilẽ & manẽtẽ ſup te, foris ſias ab æternitate, alienus a patre & filio & ſpiritu ſancto: ne draco te interimat. i. diabolus. Nã ſi tu habes ſpiritũ ſanctũ: nõ poteſt tibi appropinquare draco. Attẽde ergo o homo & ꝑmane in fide catholica. Caue quãtũ potes ne extra domũ inueniaris, & cõprehẽdat te ille draco ſerpens antiquus foris, & deuoret te ſicut Iudã: q mox vt exiit a domo foras, & a fratribus apoſtolis, ſtatim a dæmone eſt deuoratus, & periit.

❡De ſerpentũ generibus. Cap. XL. I

Anguis AUguis omniũ ſerpẽtũ eſt genus: qđ cõplicari & contorqueri poteſt: & ĩde anguis, ꝙ anguloſus ſit, & nũq̃ rectꝰ. Coluber Coluber ab eo dictus, ꝙ colat vmbras, vel ꝙ in lubricos tractus flexibus ſinuoſis trahaĩ vel labaĩ. Nã lubricũ dicĩ quicqđ labitur dum tenẽ, vt anguilla ſerpens. Serpẽs. Serpens aũt nomen accepit, quia occcultis acceſſibus ſerpit, nõ apertis paſſibꝰ, ſed ſquamarũ minutiſſimis niſibus repit. Illa autẽ q̃ quatuor aut pluribus pedibus nitũtur, ſicut lacertę & ſtelliones, non ſerpentes, ſed reptilia ſunt: qa ventre Reptil. & pectore reptant: quoꝝ tot venena, quot genera: tot ꝑnicies, quot ſpecies: tot dolores, quot colores habentur.

❡De dracone dictũ eſt lib. i. Ca. xxiiii.

❡De Baſiliſco & Sibilo. Cap. XLI.

K BAſiliſcus græce, latine interpretatur regulus: eo ꝙ ſit rex ſerpentum: ita vt eum videntes fugiant: quia olfactu ſuo eos necat. Nã & hominem ſi aſpiciat, interimit. Siquidẽ ab eius aſpectu nulla auis volans illęſa trãſit. Sed q̃uis ſit procul, ore eius combuſta deuoratur. A muſtelis tamẽ vincitur: quas illis inferũt homines cauernis in quibus deliteſcunt. Itaqꝫ ea viſa fugit: quem illa ꝑſequitur, & occidit. Nihil enim ille parens rerum ſine remedio conſtituit. Eſt autẽ longitudine ſemipedalis, albis maculis lineatus. Reguli autem ſicut ſcorpiones arentia queqꝫ ſectantur: &

poſtq̄ ad aquas venerint,ibiq; aliquem momorderit, hydrophobas & lymphaticos faciunt.Sibilus idem eſt qui & re- Sibilus.
gulus.Sibilo enim occidit anteq̄ mordeat vel exurat.

¶De Vipera vide lib.ii.Cap.xxi.

¶De Aſpide lib.ii.Cap.xxx.

¶De Geraſte. Cap.XLII.

L CEraſtes ita dicitur q̄a in capite cornua prętēdit arietum ſimilia: κέρατα enim .i. cerata gręce cornua vocant. Sunt autē illi quadrigemina cornicula:quorū oſtentatione veluti eſca ſollicitata animalia pimit. totum enim corpus tegit arenis, nec vllum indicium ſui præbet, niſi ex ea parte qua inuitatas aues vel animalia capit. eſt autem flexuoſus pluſq̄ alii ſerpentes, ita vt ſpinam habere non videatur.

¶De Scitale ex Plinio & Solino. Cap.XLIII.

M SCitalis ſerpens ita vocatur, ꝙ tanta pręfulget tergi varietate,vt notarū gratia ſe aſpicientes retardet: & q̄a reptando pigrior eſt: quos aſſequi nō valet,miraculo ſui ſtupentes capit.Eſt autem tanti feruoris, vt etiam hyemis tempore exuuias corporis feruentes deponat:de quo Lucanus:Et ſcitalis ſparſis etiam nunc ſola pruinis, Exuuias poſitura ſuas.

¶De Amphiſibęna. Cap.XLIIII.

N AMphiſibęna dicta eo ꝙ duo capita habeat, vnum in loco ſuo, alterum in cauda:currens ex vtroq; capite,tractu corporis circulato. Hæc ſola ſerpentium frigori ſe committit,prima omniū pręcedens:de qua idem Lucanꝰ:Et grauis in geminū vergens caput amphiſibęna. Cuius oculi lucent veluti lucernę.

¶De Hydro & Hydra vide lib. ii. cap.vii.

¶De Boa ſerpente iterum. Cap.XLV.

BOas anguis Italię immenſa mole,perſequit̄ greges armentorum, & bubalos:& plurimo lacte irriguis vberibꝰ ſe innectit, & ſugens interimit,atq; inde a boum depopulatione nomen boas accepit. O

¶De Iaculo. Cap.XLVI.

IAculus ſerpens volans:de quo Lucanus. Iaculiq; volantes.Exiliunt enim arboribus vbi inſidias ponunt:& dum aliquod animal obuiū fuerit,iactant ſe ſuper ipſum, & perimūt:vnde & iaculi dicti ſunt. P

¶De Sirenis ſerpentibus. Cap.XLVII.

IN Arabia autem ſunt ſerpentes quæ Sirenæ vacātur cum alis, quæ plus currūt equis, ſed etiam volare dicūtur: quorum virus tantum eſt, vt morſum ante mors inſequatur q̄ dolor. Q

¶De Sepe ſerpente. Cap.XLVIII.

SEps exiguus ſerpens: qui nō ſolum corpus, ſed etiam oſſa veneno conſumit: cuius poeta ſic meminit.Oſſaq; diſſoluens cum corpore tabeſicus ſeps. R Lucanꝰ.

¶De Dypſade ſerpente. Cap.XLIX.

DIpſas ſerpens tātę exiguitatis fertur vt cū calcatur, non videatur. cuius venenum ante extinguit q̄ ſentiatur: ita vt facies præuenta morte, nec triſtitiam morituro inducat:de quo poeta. Signiferū iuuenem tyrrheni ſanguinis † aulum Torta caput retro dipſas calcata momordit. Vix dolor aut ſenſus dentis fuit &c. S †almū.

¶De Lacerto iterum & Batracha. Cap.L.



T LAcertus reptile genꝰ eſt,vocatus ita ꝙ brachia habeat. Genera lacertorum plura, vt batracha,ſalamandra, ſaura, ſtellio. Batracha ſic dicitur, ꝙ ranę faciem habeat, nā gręci ranam batrachon appellant.

¶De Salamandra vide lib.ii. Ca.xvi.

¶De Saura. Cap.LI.

V SAura,lacerti ſpecies:q̄ quando ſeneſcit, cęcātur oculi eiꝰ, & intrat foramen parietis, aſpiciens contra oriētem: & orto ſole intendit, & illuminatur.

De Stellione iterū & aliis ſerpētibus. Cap.LII.

X STellio de colore nitido nomen accepit.eſt enim tergo pectus lucentibus guttis ī modū ſtellarum: de quo Ouidiꝰ:Aptūq; colori Nomen habet variis ſtellatus corpore guttis.Hic autē ſcorpionibus adeo cōtrarius eſt,ꝙ(vt traditur) eo viſo pauorem eis incutiat,& torporē afferat.
Y Sunt & alia genera ſerpētū, vt admordicę,elephantię, chamedracontes: & multa alia, omnia autē homini exitioſa,vt quātus nominū,tantus mortium ſit numerus.Oēs aūt ſerpentes natura ſua frigidi ſunt: Nec ꝑcutiūt niſi quādo caleſcunt. Nā quādo ſunt frigidi, nullū tangūt. Vnde & venena eorum plus die q̄ nocte nocent. torpent enim noctis algore:& merito,q̄a frigidi ſunt nocturno rore.In ſe enim adducūt vaporem torporis gelidę peſtis & naturæ frigidę. Vnde & hyeme in nodos torquētur,æſtate ſoluūtur.Inde eſt ꝙ quicūq; veneno ſerpentis percutitur,primū obſtupeſcit, & poſtea vbi in illo calefactum ipſum virus exarſerit, ſtatim
Z hominē extinguit. Venenū autē dictū quia per venas vadit. Infuſa eñ peſtis eius per venas, vegetatione corporis deſtructa,diſcurrit,& animā extīguit. Vnde nō poteſt venenū nocere niſi hominis tetigerit ſanguinē.Vnde Lucanus: Noxia ſerpentū eſt admixto ſanguine peſtis. Omne autem venenū eſt frigidum:& ideo anima quę ignea eſt, fugit venenū frigidum.

Serpētū ſpecies.

Serpētū natura.

Venenū

¶De ſerpentū varia natura. Ca.LIII.

IN naturalibus bonis quæ nobis & irrationabilibus animātibus videmꝰ eſſe cōmunia, viuacitate quadā ſenſus ſerpens excellit. A
Vnde & legitur in Geñ. Serpens autē erat callidior cūctis animātibus terrę. Gen.3.
Serpens autē tres habet naturas. Prima eſt hæc. Cū ſenuerit,caligant eius oculi.et ſi voluerit nouus fieri, abſtinet a cibo,& ieiunat multis diebus,donec pellis eius laxetur:& tūc quęrit anguſtam rimā in petra,& intrat in eā,& confricat ac conſtringit ſe, & deponit veterē pellem.Sic & nos per multā anguſtiam corporis & abſtinentiam pro Chriſto,deponamus veterē hominē,& indumentū eius. & quęramss ſpiritualem petrā Chriſtum,& anguſtam fiſſuram, id eſt portā.Secunda natura eius eſt ꝙ cū venit ad flumen bibere aquā, non portat ſecū venenū, ſed dimittit illud in fouea.Debemꝰ itaq; & nos dū ī collectā venimus aquā viuā atq; ſempiternam hauriētes.i. diuinū ſermonē in eccleſia,abiicere a nobis venenū, id eſt terrenas & malas concupiſcentias. Tertia natura eius eſt ꝙ ſi viderit hominem nudū,timet eum: et ſi viderit eū veſtitum, inſilit in eum. Sic & nos ſpiritualiter intelligamus ꝙ primus Adam ī paradiſo q̄diu fuit nudus, nō pręualuit ſerpens in eū. Sed poſtq̄ tunica eſt indutus,id eſt mortalitate corporis,vel conſenſu per quē ſequuta eſt mors noſtra & ipſiꝰ, tūc exiliit in eum ſerpēs.Si ergo o homo habes in te mortalem veſtem, id eſt veterē hominem, & inueteratus es dierum malorū: exiliet in te ſerpens.Si autem expolies te indumento principū & principatuū huius ſeculi & tenebrarū,tunc nō poterit exilire ī te ſerpens.i.diabolus.Serpens quoq; paſtu fœniculi cęcitatē acceptam expellit: itaq; vbi obduci oculos ſenſerit, nota remedia quęrit, nec

Prima ſerpētis natura.

Secūda.

Tertia.

fraudatur affectu. Ieiuni hominis ſpu
tũ ſi ſerpens guſtauerit,moritur.Dicit
autẽ Pliniꝰ. Creditᷣ ꝙ ſi caput ſerpẽtis
euaſerit cũ duobꝰ digitis: nihilominꝰ
viuit. Vnde & totũ corpus obiicit pro
B capite ferientibus.¶Anguibus vniuer-
De anguibus. ſis hebes viſus eſt,& raro in aduerſum
cõtuẽtur.Habẽt eñ oculos nõ ĩ frõte,
ſed in tpibꝰ:ita vt citius audiãt q̃ aſpi
ciãt.Nullũ autẽ animal in tãta celeri-
tate linguã mouet:adeo vt triplicẽ lin
guã videatᷣ habere, cũ non ſit niſi vna.
Teſtudo. Teſtudo etiã viſceribus paſta ſerpẽtis:
cum venenũ aduertit ſibi ſerpere, ori-
gano medicina ſuæ ſalutis ſe exercet.
C Serpentũ aũt omniũ humida ſunt cor
Serpẽtũ rurſus natura. pora:adeo vt quacũq; eant,viã humo-
re deſignent. Veſtigia ſerpẽtũ ſunt ta
lia vt:cũ pedibus carere videantᷣ,coſtis
tñ & ſquãmarũ niſibus repunt,quas a
ſummo gutture vſq; ad imã aluũ pari
li modo diſpoſitas habẽt.Squãmis eñ
quaſi vnguibus,coſtis quaſi cruribꝰ in
nituntᷣ.Vnde ſi ĩ qualibet corporis pte
ab aluo vſq; ad caput aliquo ictu colli
datur : debilis reddita curſum habere
nõ poteſt : quia vbicũq; ictus ille ceci-
derit, ſoluit ſpinã p quã coſtarũ pedes
D & motus corporis agebantᷣ. Serpentes
aũt diu dicuntᷣ viuere:adeo vt depoſi-
ta vetere tunica, ſenectutẽ deponere,
atq; in iuuentutẽ redire perhibeãtur.
Tunicę ſerpentũ exuuię nũcupãtur:eo
ꝙ illis quãdo ſeneſcũt,ſeſe exuũt.Dicũ
tur aũt exuuię & induuię: quia exuũ-
tur & induuntur.Pythagoras dicit de
medulla hoĩs mortui quæ in ſpina eſt,
ſerpẽtẽ creari: qđ etiã Ouidiꝰ in meta
morphoſeon libris cõmemorat, dicẽs:
Sũt q cũ clauſo putrefacta eſt ſpina ſe
pulchro: Mutari credãt humanas an-
gue medullas. Qđ ſi creditur: merito
euenit vt ſicut per ſerpẽtem mors ho-
minis : ita ex hominis morte vita ſer-
pentis ſequatur.

¶De vermibus. Cap.LIIII.

E VErmis eſt animal qđ
plęrunq; de carne vel
de ligno,vel de quacũ
q; re terrena ſine vllo
cõcubitu gignitur:li-
cet nonnũq̃ & de ouis
naſcantur:ſicut ſcorpiꝰ.Sunt aũt ver-
mes aut terræ,aut aquæ,aut aeris,aut
carniũ,aut frondium,aut lignorũ, aut
Aranea. veſtimentorũ.¶Aranea vermis eſt ae-
ris, ab aeris nutrimẽto cognominata :
quę exiguo corpore lõga fila deducit,
& telę ſemp intẽta nũq̃ deſinit labora
re, ꝑpetuũ ſuſtinẽs in ſuo labore diſ-
Multipes. pendiũ. ¶Multipes vermis eſt terrenꝰ
a pedũ multitudine dictus,qui contra
ictũ contractus in globũ complicatur.
Sanguiſuga. ¶Sanguiſuga vermis eſt aquatilis,di-
cta ſic,quia ſanguinẽ ſugit.potantibus
enim inſidiatur. Cũq; illabitur fauci-
bus, vel vbi vſpiã adhęſerit, ſanguinẽ
haurit:& cũ nimio cruore maduerit,
F euomit qđ hauſerat, vt recentiorẽ de-
Scorpiꝰ. nuo ſugat.¶Scorpius vermis terrenꝰ:
qui potius vermibus aſcribitᷣ,q̃ ſerpẽ-
tibus:animal armatum aculeo:& ex eo
gręce nepes vocatũ, ꝙ caudam figat,
& armato vulnere venena diffundat.
Proprium eſt autem ſcorpii, ꝙ manus
Bõbyx. palmam non feriat.¶Bombyx frondiũ
vermis : ex cuius textura bombycinũ
fit.Appellatur autem hoc nomine, ab
eo ꝙ euacuetur dũ fila generat : & aer
Eruca. ſolus in eo remaneat. ¶Eruca frondiũ
vermis,oleribus vel pãpino inuoluta:
ab erodendo dicta : de qua meminit
Plautus. Eruca nequam beſtiam & ma
leficam inuolutã in pampino imitatus
Implicat ſe eadẽ: nec aduolat vt locu-
ſta: vt huc illucq; diſcurrẽs,ſemipaſta
dimittat: ſed permanet perituris fru-
G gibus, & tardo lapſu, pigriſq; morſibꝰ
Teredo vniuerſa conſumit.¶Teredones ligno
rũ appellãt, qdã eo vermes ꝙ terendo
edãt,vel ꝙ terebrant.τέρετρον teretron
gręce,latine terebrũ dicitᷣ. Gręcis aũt
δήξ dex dicitur.& δῆξις dexis morſus,
hos latine termites dicimus : ita enim
apud nos ligni vermes vocãtur : quos
tempore importuno de ſe arbores gi-
Tinea. gnũt. ¶ Tinea vermis veſtimentorum
dicitur,eo ꝙ ptineat & eouſq; inſideat
donec erodat. Vnde & pertinax dici-
tur ꝙ in eãdem rem idẽtidem vrgeat.
H ¶Vermes carniũ ſunt hipſcratos lum
Vermes carniũ. bricus,pediculi,pulices,lendes,tarmꝰ,
ricynus,vſia,cimex. ¶Hipſcratos ver-
Lũbricꝰ. mis capitis vocatᷣ.¶Lumbricus vermis



eſt inteſtinoꝝ,dictus quaſi lubricus,qa
Pediculi labitur,vel ꝙ in lumbis ſit. ¶Pediculi
vermes cutis,a pedibus dicti:vñ & pe-
diculoſi dicuntᷣ qbꝰ pediculi ĩ corpore
Pulices. efferueſcũt.¶Pulices vero vocati ſunt
Tarmi. ꝙ ex puluere nutriantᷣ.¶Tarmus ver-
Ricynꝰ. mis eſt lardi. ¶Ricynus vermis eſt ca-
nis,ita vocatus ꝙ in auribus canũ ad-
Vſtula. hęreat.Cynos.n.gręce canis eſt.¶Vſtu
la vermis eſt porci,appellata ꝙ vrit.nã
vbi momorderit , adeo vrit vt ſtatim
I veſicę ibi fiãt.¶Cimex vermis fœtidus
Cimex. in parietibus & lecticis naſcẽs, ob ſimi
litudinẽ cimę hęrbę, cuius fœtorẽ ha-
bet vocatᷣ.Proprie aũt vermis in carne
putrida naſcitᷣ:tinea in veſtimẽtis: eru
ca in holere: teredo ĩ ligno: tarmus in
lardo. Vermis non vt ſerpens apertis
paſſibus vel ſquãmarũ niſibus repit:qa
nõ eſt illis ſpinę rigor vt colubri: ſed ĩ
directũ corpuſculi ſui ptes gradatĩ por
rigẽdo cõtractas & contrahẽdo porre
ctas,motꝰ explicat,ſicq; agitatꝰ plabitᷣ.

¶De piſciũ diuerſorũ naturis.Ca.LV.

K PIſces dicti, vnde & pe-
cus,a paſcẽdo ſcilicet.
Reptilia, ideo dicũtur
hęc quę natãt: eo ꝙ re
ptandi habẽt ſpeciẽ &
naturã q̃uis ſe ĩ ꝓfun-
dũ mergant,tñ in natando repunt.Vñ
Pſal. & Dauid ait: hoc mare magnũ & ſpa-
tioſum manibus:illic reptilia quorum
Amphibia. nõ eſt numerus.¶Amphibia ſunt q̃dã
genera piſciũ dicta ꝙ in terra & in aqs
viuẽtia,ambulandi ĩ terra vſum, & na
tandi in aquis officiũ habeant.Amphi
eñ gręce,vtrũq; dicitᷣ latine,id eſt q̃ in
terris & aquis viuũt:vt phocę, croco-
dili,hippotami,id eſt equi fluctuales.
¶De aſpido chelone dictũ ẽ lib.ii.ca.36
L ¶Ballenę aũtẽ ſunt immẽſę magnitu-
Ballenę. dinis beſtię, ab emittẽdo & fundendo
aquas dictę. Cæteris eñ beſtiis maris
magis vomit vndas. βάλλειν eñ græce
emittere & iaculari dicitur. Maſculus
ballenę eſt muſculus.eius eñ coitu cõ
cipere hęc bęlua dicitᷣ.Eſt etiã bęlua in
Delphines. mari quę dicitᷣ ſerra.de qua lib.2.ca.22.
¶Delphines certũ habẽt nomẽ vel vo
cabulũ,ꝙ ſonos hominũ ſequãtur,vel
ꝙ ad ſymphoniã gregatim cõueniant.
Nihil eſt in mari velocius iſtis.Nã plę
rũq; naues ſalientes trãſuolãt. Quãdo
autẽ ꝑludunt in fluctibus,& vndarũ ſe
motibus ꝑcipiti ſaltu ferũt, tẽpeſtates
ſignificare videntur. Hi ꝓprie ſimones
nominantur. Eſt & delphinũ genus in
Nilo flumine dorſo ſerrato:qui croco-
M dilos,teneravẽtriũ deſecãtes iterimũt.
Porci marini. ¶Porci marini, qui vulgo vocantᷣ ſuil
li:quia dũ eſcã quęrũt,more ſuis terrã
ſub aquis fodiũt.Circa guttur eñ ha-
bent oris officiũ:& niſi roſtrum arenis
Gladii. immergant,paſtũ non colligũt.¶Gla-
dius dicitᷣ ob hoc ꝙ roſtro mucronato
ſit: ꝓpter qđ naues perfoſſas mergit.
Serra. ¶ Serra nũcupata ꝙ ſerratam habeat
criſtam: & ſubternatans naues ſecat.
Scorpiꝰ marinꝰ. ¶Scorpius dictus quia lędit cũ manu
tollitur. Tradũt eñ qdã decẽ cancris
cũ ocymi manipulo adalligatis , oẽs q
ibi ſunt ſcorpios ad eũ locũ cõgregari.
Crocodilus de quo & alibi. ¶Crocodilus a croceo colore dictus,
gignitur in Nilo flumine,animal qua-
drupes,in terra & in aquis viuens: lõ-
gitudine plęrũq; viginti cubitoꝝ, den
tiũ & vngulũ immanitate armatũ:tan
taq; cutis duritia,vt ſi fortiũ ictu lapi
dũ tergo percutiatᷣ illi,nõ noceat.No-
cte in aquis,die in humo quieſcit. oua
in terra fouet:maſculus & fœmina in-
cubãdi vices ſeruant. Hunc ſerra ven
N trẽ deſecans interimit. ¶Lupum auidi
Lupus aquatilis. tas appellauit piſcẽ ingenioſum in ca-
ptura. Deniq; circundatus reti fertur
arenas arare cauda,atq; ita abſconditꝰ
Mullus. tranſire rete. ¶Mullus vocatus eo ꝙ
ſit mollis atq; tener:cuius cibo tradũt
libidinẽ ĩhiberi, oculoꝝ aciẽ hebetari.
Hoĩes vero q his ſępe paſti ſunt, piſcẽ
olent.Mullus in vino necatᷣ:iis q inde
biberint,aut ipm comederint tędiũ vi
Mugilis ni generat. ¶Mugilis nomen habet ꝙ
ſit multũ agilis. nã vt diſpoſitas ſenſe
rit piſcatoꝝ inſidias, cõfeſtim retror-
ſum rediens ita tranſilit rete,vt vola-
Piſcium varia genera. re piſcem credas. ¶Innumera igitᷣ ge-
nera piſcium,& innumeri vſus eorum
Alii oua generant , vt varii maiores,
quos vocant tructas , & aquis fouen-
da committunt. aqua vero generat &
creat , & adhuc mandati illius legis
ꝑpetuę munus exequitur,tãq̃ blanda

O
Piſciũ i
fœtꝰ ſu⸗
os amor

mater animãtium. ❡Alii viuos fœtus
edunt de ſuo corpore, vt cete ingẽtia,
delphines, & phocæ, aliaq́ꝫ cętera hu⸗
iuſmodi:quę cum edũt partus: ſi quid
inſidiarum forte terroriſq́ꝫ præſenſe⸗
rit circa catulos ſuos vnq̃ moliri:quo
tueantur eos, vel tenerę ætatis mater⸗
no affectu pauorem comprimant:ape⸗
rire ora exteriora, & partus ſuos denti
bus ſuſpendere, internoq́ꝫ recipere cor
pore, & genitali feruntur aluo abſcon
dere. Quis humanus affectus hanc pie
tatem piſciũ poſſit imitari? Oſcula eo⸗
rum nobis ſatietati ſunt: illis non ſatis
eſt aperire viſcera, natoſq́ꝫ recipere, &
reuocare integros, atq́ꝫ iterum fœtus
ſuo calore animare, & ſpiritu adolere
ſuo, duoſq́ꝫ in corpus vnum immitte⸗
re, donec aut ad ſecuritatem deferant,
aut corporis ſui obiectu natos ſuos de
fendant a periculis. Quis hæc videns
non tantę pietati piſcium cedat? quis
non miretur & ſtupeat: vt ſeruet natu
ra in piſcibus qđ nõ ſeruat in homini
bus? Plęręq́ꝫ ſuſpicione nouercalis odii

P
Matrũ
ſęuitia.
In capti
uitate
Hieroſo
lymita⸗
na.

appetitę, ſuos occiderunt filios: aliæ in
fame, vt legimꝰ, partus proprios com⸗
ederunt, & humanis pignoribus ma⸗
ter ſepulchrum facta eſt. Piſcium autẽ
proli vterus parentis ſicut murus, val
lo quodam maternorum viſcerum pi⸗
gnora inoffenſa cõſeruat. Diuerſa igi⸗
tur piſcium genera diuerſos vſus ha⸗
bent. Alii oua generant, alii viuos &
formatos generant fœtus: & qui oua
generant, nõ nidos texunt vt aues: nõ
per diuturnũ fœtus laborem induũt,
non cũ moleſtia ſui nutriunt. Decidit
ouũ, qđ aqua quodã gremio ſuę natu⸗
rę quaſi nutrix blanda ſuſcipit: & ani⸗
mal ſceleri fotu reddit. Cõtinuo enim
tactu parẽtis animatũ ouũ qđ decidit,

Piſcium
caſtitas.

& piſcis exit. ❡Deinde q̃ pura & inuio
lata ſucceſſio, vt nullus alteri, ſed gene

Q
Huma⸗
na ſpu⸗
dicitia.

ri ſuo miſceretur. neſciũt enim alieno⸗
rum piſcium adulterina cõtagia, ſicut
ea animalia quę coeunt, vt equarum &
aſinorum: quę inter ſe diuerſa genera
magna hominũ cura perpetrãt. vel rur
ſus cũ equi & aſinę inſimul miſcentur:
quę ſunt vere adulteria naturæ. Nam
vtiq́ꝫ maius eſt flagitium qđ in naturę
colluuione cõmittitur, q̃ quod in per⸗
ſonę iniuria. Et tu o homo iſta procu⸗
ras, interpres adulterii iumentalis? Et
illud animal cæteris precioſius putas,
qđ eſt adulterinũ, q̃ qđ naturę lege in⸗
uentũ eſt. Ipſe genera aliena cõfundis,
diuerſaq́ꝫ miſces animalia, & ad veti⸗
tos coitus plęrũq́ꝫ cogis inuita: & hoc
induſtriã vocas, quia hoc de hoĩbus fa
cere nõ potes, vt diuerſi generis com⸗
mixtio fœtum poſſit excludere. Tollis
tñ homini qđ natus eſt, & virũ de viro
exuis, abſciſſaq́ꝫ corporis parte ſexum
necas, ſpadonẽ efficis: vt qđ natura ne
gauit, hominũ impleat audacia. Q̃ bo
na autẽ mater ſit aqua, hinc cõſidera.
Tu homo docuiſti abdicationes patrũ
in filios, ſeparationes, odia & offenſas:
diſce quę ſit parẽtis viciſſitudo. Viue
re piſces ſine aqua nequeũt, nec a ſuæ
parẽtis cõſortio ſeparari: nec a ſuę al⸗
terius munere diſcerni: & ſit hoc natu
ra quadã vt ſeparati moriantur illico.
❡Quid autẽ de denſitate dentiũ dicã?

R
Dentati
piſces.

non eñ vt oues & boues ex vna dũta⸗
xat parte dentes habẽt, ſed vtraq́ꝫ pars
armata eſt dentibus: Quia eñ in aqua
ſunt: et ſi diutius cibũ verſarẽt, & non
cito trãſmitterent, aquarũ colluuione
eorũ eſca de dentibus poſſet auferri, &
dilui: ideo denſos & acutos habẽt den⸗
tes, vt cito incidãt atq́ꝫ cõſumãt cibũ,
& ſine mora & dilatione tranſmittãt.

Scarus.

Deniq́ꝫ nõ ruminãt: ſolus tñ ſcarus ru
minare perhibetur ab iis q̃bus aut euẽ
tus aut vſus fuit aut ſtudiũ talia cõp⸗
hendere. ❡Sane nec ipſi piſces potẽtio

S
Piſciũ
victus.

rũ euaſere violentiã. nã auaritię potẽ
tiorꝫ ſubiecti vbiq́ꝫ inferiores ſunt: quo
eñ quiſq́ꝫ infirmior, eo citius raptorũ
prędę patet. Et plęriq́ꝫ q̃dẽ hęrbis pa⸗
ſcũtur, ac minutis vermibus. Sũt autẽ
qui inuicem ſe deuorãt, vt a ſua carne
paſcantur. Minor apud illos cibus ma
ioris eſt: & rurſus ipſe maior a validio
re ĩuaditur: & prędator alieni fit eſca
alterius: itaq́ꝫ vſu venit vt cũ ipſe aliũ
deuorauerit, ab altero deuoreť, & ĩ vnũ
ventrẽ vterq́ꝫ cõueniat: cũ deuoratore
proprio deuoratus: ſicq́ꝫ ſimul in vno
viſcere prędę vindictęq́ꝫ cõſortium. Et
ipſis ſponte forte aſſentiẽs inuidia eſt,



ſicut & nobis. Nõ enim ex natura cœ⸗
pit, ſed ex auaritia, aut q̃a ad vſus ho⸗
minũ dati ſunt in ſignũ vt in his no⸗
ſtrorum morũ vicia videremus, & eorꝫ
caueremus exemplis ne quis peccator
inferiorem ĩuaderet, daturus in ſe po
tẽtiori exẽplum iniurię. Itaq́ꝫ qui aliũ
lędit: ſibi laqueum parat in quem ipſe
incidat. Et tu piſcis es qui viſcera in⸗
uadis aliena: qui demergis infirmum:
qui cadentem perſequeris vſq́ꝫ in pro⸗
fundum. Caue ne dũ illũ perſequeris,
incidas ipſe in validiorem, & deducat
te in alienas inſidias, q̃ tuas vitat, pri⸗
uſq̃ tuam expectat ærumnã qui te per

T
Scarus.

ſequẽte ipſam reformidabat. ❡Scarus
quidam piſcis dictus eo ꝙ ſolus eſcam
ruminare perhibetur: ſiquidem alii pi
ſces non ruminant. Tradunt autẽ hũc
ingenioſum eſſe. nãq́ꝫ incluſum naſſis,
non illinc prima fronte erũpere, nec in
feſtis viminibꝰ caput inſerere, ſed cre⸗
bris, nũc dẽtiũ nũc caudæ laxare fores
ictibꝰ, atq́ꝫ ita retrorſũ redire. quẽ lu⸗
ctatũ ipſius ſi forte aliꝰ ſcarus videat:
apprehẽſa mordicus cauda adiuuat ni

Echi⸗
neis.

ſus erumpẽtis. ❡Echineis paruus & ſe
mipedalis piſciculus, nomen habet ꝙ
nauẽ adhęrendo teneat & remoretur.
a verbo ἔχω echo qđ eſt habeo, aut ἔχο
μαι echomę, qđ eſt hęreo: & noĩe ναῦς
nays qđ eſt nauis. Nã licet ruant vẽti,
ſęuiantq́ꝫ procellę, nauis tamẽ quaſi ra
dicata in mari ſtare videť: nec retinen
do hoc facit, ſed quaſi terrę adhęrẽdo.
Hũc latini remorã appellant, ꝙ cogat

V
Anguil
la.

ſtare nauigia. ❡Anguillę, ſimilitudo
anguis, nomẽ dedit. Origo eiꝰ ex limo
& rore cęleſti. Vnde & quãdo capitur:
ita lubrica eſt vt quãto fortiꝰ ꝓmitur
manu nuda, tanto citius elabatur. Fe⸗
rũt autẽ orientis fluuiũ Gangem an⸗
guillas trigenũ pedũ gignere. Anguil
lę vino necatę: qui vinũ biberint, tędiũ

Muręna

vini habẽt. ❡Muręnam gręci μύραιναν
myręnan vocãt, eo ꝙ cõplicet ſe in cir
culos. Hãc fœminini ſexus tm̃ eſſe tra
dũt, & cõcipere a ſerpente. ob id a pi⸗
ſcatoribus tãq̃ ſibilo ſerpẽtis euocať,
& capitur. ictu autẽ fuſtis difficulter
interimitur, ferula ꝓtinus: Habere ani
mã in cauda certũ eſt. nam capite per⸗
cuſſo vix eã interimi dicũt: cauda ſta⸗

Polypꝰ.

tim exanimari. ❡Polypus, id eſt multi
pes. plurimos eñ pedes habet. iſte in⸗
genioſus hamũ appetit, & brachiis cõ
plexũ, nõ morſu, non prius dimittit q̃

X
Torpe⸗
do.

eſcã circũroſerit. ❡Torpedo vocata eo
ꝙ corpus torpeſcere faciat, ſi eã quiſq̃
viuẽtẽ tangat, etiã procul, & a longin
quo: vel ſi haſta vel virga tangatur, q̃
uis ꝓualidos lacertos habeat torpeſce
re faciet quẽlibet: & pedes robuſtiſſi⸗
mi viri ad curſum, ligabit. Tãta eſt eñ
vis eius vt etiã aura corporis ſui affi

Y
Cancer.

ciat mẽbra. ❡Cãcer animal gradiẽs in
tranſuerſum, has cibi gratia pręſtigias
ſtruit. nam & ipſe oſtreo delectatur, &
carnis eius epulũ quęrit: ſed appetens
cibũ, proſpicit & periculũ. Hæc enim
venatio difficilis eſt & periculoſa. Dif
ficilis eſt, quia teſtis validioribus eſca
interior includitur. nam velut muris
quibuſdam mollitiem carnis pręcepti
regalis interpres natura muniuit: quã
medio teſtarũ quodã ſinu concauo nu
trit ac fouet, & quaſi in quãdam vallẽ
diffundit: & ideo caſſa ſunt omnia can
cri tentamenta: quia aperire clauſum
oſtreum nulla vi poteſt. Et periculoſa
eſt, ſi chelam eius includit. Vnde ad ar
gumẽta cõfugit, & inſidias noua frau⸗
de molitur. Itaq́ꝫ quia omnia animan⸗
tium genera aliqua delectatione, licet
ſint diuerſa, mulcẽtur: explorat ſi quã
do oſtreum in locis remotis ab omni
vento ſcilicet contra radios ſolis rece
ptaculum illud aperiat, & ſuarum re⸗
ſeret clauſtra teſtarum, vt libero aere
viſceris ſui voluptatem quãdam ca⸗
piat: & tũc cancer clanculo calculũ .i.
lapillum immittẽs impedit cõcluſionẽ
oſtrei, & ſic chelas ꝑ apertũ immittẽs
interna oſtrei viſcera depaſciť. Sic etiã

Z
Cancri
imitato
res.

hoĩes vitioſi, cancri more in alienę rei
vſum fraude circũſcriptionis irrepũt,
& infirmitatẽ ꝓprię virtutis aſtu quo
dã ſuffulciũt, fratri dolũ nectũt, & alte
riꝰ paſcunť ęrũnis. Tu aũt ꝓpriis eſto
contẽtus, & aliena te damna non pa⸗
ſcant. Bonus cibus eſt ſimplicitas in⸗
nocẽtię: ſua bona habens, inſidiari ne⸗
ſcit alienis: nec auaritię fœtibus inar⸗
deſcit: cui lucrũ oẽ iniquũ ad virtutẽ

diſpendiū eſt, ad cupiditatē incendiū: & ideo beata eſt ſi bona ſua nouerit: cū virtus paupertatis omnibus ſit præferenda theſauris. Nonne melius eſt exiguū quid cum dei timore & amore, q̄ theſaurus magnus ſine eiuſdē timore & amore? Melior eſt enim hoſpitalitas in holeribus cū gratia, q̄ vitulorū pinguiū cū diſcordia præparatio. Vtamur ergo ingenio ad quęrēdā gratiā, & ſalutem tuendā, non ad alienā circūſcribendam innocentiā. Licet tñ nobis vti exēplis ſumptis a maritimis ad profectū noſtrę ſalutis, nō ad alienę piculū.

Echin9.

¶Echinus animal exiguū vile ac deſpicabile maritimū, plerūq; index futuræ tempeſtatis, aut tranquillitatis nūcius ſolet eſſe nauigantibus. Deniq; cū procellam ventorū ſenſerit, calculum validum arripit: eūq; velut ſaburram vehit, & tāq̄ anchoram trahit, ne excutiatur fluctibus, itaq; non ſuis ſe librat virib9, ſed alieno ſtabilit & regit pōdere. Quo indicio nautę velut ſignū futuræ perturbationis capeſſunt, & ſibi prætiment ne eos imperitos turbo improuiſus inueniat. Quis mathematicus, quis aſtrologus, quiſve chaldęus poteſt ſiderum curſus, cęli motus & ſigna ſic comprehendere? Quo ingenio iſta colligit? Quo doctore pcipit? Quis ei fuit tanti interpres augurii? Sępe homines confuſionem aeris vidēt, & ſępe falluntur, ꝙ plerūq; ea ſine tempeſtate diſcutiatur. Echinus non fallit. Echinū ſua nequāq̄ ſigna prętereūt. Vnde exiguo animali tāta pręſcientia vt futura prenūciet? Quocirca maius in eo nihil eſt q̄ tātam habere prudentiam. Crede ꝙ per indulgentiam dei omniū rerū domini, hic huius pręſcientię accepit munus. Etenim ſi fœnū deus ſic veſtit, ſi paſcit volatilia, ſi parat coruis eſcam, (pulli enim eorū clamant ad dominū) & ſi mulieribus dedit texturæ ſapiētiam, ſi araneam quę tam ſubtiliter ac docte laxos caſſes ſuſpēdit in foribus, ſapientię non reliquit immunē:

A
Equi dotes.

Si ipſe virtutem equo dedit, & ſoluit de ceruice eius formidinem, vt ex campis occurrens regibus arrideat, odoretur bellū eminus, excitetur ſono tubę: ſi hęc irrationabilia, & alia iſenſibilia, vt fœnū & lilia repleuit ſuę diſpoſitione ſapiētiæ: quid dubitamus quinetiā in echinū cōtulerit gratiā pręſciētiæ? Nihil inexploratū, nihil diſſimulatum reliquit. Omnia videt, qui paſcit oīa. oīa replet ſapientia, qui oīa fecit in ſapientia: vt ſcriptū eſt. (Pſal. 103.) & ideo ſi echinū dono viſitationis ſuę nō pretermiſit, ſi eū cōſiderat, & futurorū informat indiciis: te nō conſiderat? Immo vero conſiderat, ſicut teſtat eius diuina ſapiētia dicēs: Si reſpicit volatilia, ſi paſcit illa: nō ne vos pluris eſtis illis? (Matt. 6.) Si fœnū qđ hodie eſt, & cras in clibanū mittitur, deus ſic veſtit: quāto magis vos, minimę fidei.

B
Conchę Cochleę

¶Conchę & cochleæ ex hac cauſa ſunt vocatę, ꝙ deficiēte luna cauantur. omniū eñ clauſorū animaliū maris atq; concharū, incremento lunæ mēbra turgeſcūt: defectu lunę euacuātur. Luna enim cū in augmento fuerit, augetꝰ humorē: cū vero in defectu fuerit, minuūt humores. Hoc eñ phyſici dicūt. Concha aūt primę impoſitionis nomen eſt: inde p diriuationē cochlea quaſi conchula.

Cōcharū gña.

Concharū genera multa ſunt: īter quas & margaritiferę ſūt quę coceloę dicunt: in quoꝝ carne pretioſus lapillus cui vnioni nomen ſolidatur: de quibus tradūt ii qui de aīmātiū naturis ſcripſerūt, ꝙ nocturno tēpore littora petant, & ex cęleſti rore margaritas cōcipiant: vnde & coceloę quaſi cōcipientes e cęlo nominantur.

Murex.

¶ Murex cochlea ē maris dicta ab acumine & aſperitate: q̄ alio noīe cōchyliū nominat: propterea ꝙ circūciſa ferro, lachrymas purpurei coloris emittit, ex q̄bus purpura tingit. Et inde oſtrū appellatur, ꝙ hęc tinctura ex teſtę humore elicitur.

Cancer.

¶Cancros vocari volūt quia conchę ſunt crura habētes, inimica oſtreis aīalia, nā carnib9 eoꝝ viuūt. Aīal eſt, vt iā dixi, raro ingenio. nā validā oſtreę teſtam aperire non potens, explorat quādo oſtrea teſtarū clauſtra aperiat, tuncq; latenter lapillum iniicit, atq; impedita concluſione oſtreæ carnes erodit. Duo aūt ſunt gña cācrorū: fluuiales & maritimi. Oſtrea dicta eſt a teſta, qua mollities eius munitur.



Gręci enim teſtam ὄςρακον, oſtracon dicunt.

C

¶Muſculi ſunt cochleę a quorū lacte concipiūt oſtreę: & dicti muſculi, quaſi maſculi.

Teſtudo

Teſtudo piſcis dictus eo ꝙ tegmine teſtę ſit adopertus in modū camerę. Teſtudinū quatuor ſunt genera, terreſtres, maritimę, lutarię. i. cœno & palude viuētes. quartū genus fluuiales: quę in dulci aqua viuūt. Tradunt aliqui (qđ incredibile eſt) ire tardi9 nauigia pedē teſtudinis dextrū vehentia.

Ranæ.

Ranę a garrulitate, eo ꝙ circa genitales ſtrepūt paludes, & ſonos vocis importunis clamoribus reddunt. Ex quibus quędam aquaticę dicunt, quędā paluſtres: quędā rubetę, ob id ꝙ in rubis & vepribus viuūt, cæteris grandiores. Alię calamitę vocant: qm̄ inter arundines fruticeſq; viuūt: minimę oīm, & viridiſſimę, mutę, & ſine voce ſunt. Agredulæ ſunt ranę paruulæ in ſicco vel in agris morantes, vnde & ſic vocant. Negant quidam canes latrare, quib9 in offa rana viua fuerit data.

D
Aqtiliū genera.

¶Animalium oīm in aquis viuentium nomina cētū quadragintaquatuor Plinius ait, quæ ſunt in generibus beluarum, ſerpentū cōmuniū terrę & aquę, cācrorū, cōcharum, pelorídum, ſolearū, lacertorum, loliginū, & his ſimilium.

## ¶De Arboribus. Cap.LVI.

E

Iugum. Iugū duos cōiūgit,graue eſt,ad terrā premit,collo inſidet,capiti colligať,curuum eſt, indomitū caſtigat, nudū carnis terit.

Iumētū. Iumētū ī fimo ſuo verſať & qeſcit,vilibꝰ paſciť,oniferū eſt, ſeſſores non diſcernit.

Iuncus. Iuncus in aqua creſcit,flexibilis, in ſummo acutus,gracilis,viridis exterius,planus,longus,directus,mollis, interius marcidus,nodo carens.

Iuniperꝰ. Iuniperus eſt frutex dimiſſus,in cuiꝰ cinere ſeruatur ignis per annū,vt dicitur.vmbra & ſuffitu ſaluberrimus.

Iuuētus. Iuuentus lubrica eſt,inconſtans, inconſiderata,calida,intemperata.

ℭDe iis qbus prima lſa eſt L. Ca.X.

Lac. LAc albū eſt,paruulos nutrit, coagulatum areſcit,dulce eſt,pingue,ſuaue,bulliēdo eleuatur.

Lachryma. Lachryma breuis,clara, cito areſcit:valida,amara,& ſalſa.



Laguncula. Laguncula ex pluribus aſſeribus eſt texta,circulis ferreis conſtricta,ſpiraculum habet:vinum conſeruat.

Lamina Lamina tenuis eſt,crebris tunſionibus extenditur, aurea fuit in fronte ſacerdotis, & nomen dei tetragrāmaton habuit,ſpeciem lunę corniculatæ tenens.

Lampas Lāpas fragilis,ſubobſcura,inferiꝰ ſtricta,ſupius lata,oleū cōtinet,lucē pſtat.

Lana. Lana criſpa eſt,alba,mollis , ſuauis,leuis,Primo tondetur:poſt lauatur: tingitur:netur.

Lapis. Lapis durus:volubilis:pedem offendit: aqua nō molleſcit:aſſidua gutta cauať.

Later. Later de luto formatur: igne ſolidatur quadratus eſt,ruber : fragilis: crudus: ſi recens factus plus lauetur: plus fordet,domum tegit.

Lectus. Lectus ſecretus,mollis,ornatus,tumidus furtiuus.

Leo. Leo rex beſtiarum,ore fœtet, vt mortuus naſcitur, tertia die ad rugitum patris excitatur: veſtigia delet cauda dū ab inſequente premitur: ad rugitū eiꝰ timent omnes beſtię: cū circulū cauda facit,nulla ferarū audet trāſire:ſupbus eſt,fortiſſimꝰ,p̄dę ſemp inhęret.

Lepus. Lepus velox, in petra cubile ſuū collocat , debilis , crura retro longiora habet,auriculatus,non ruminat , apertis oculis dormit.

Lex. Lex eſt baſis ſuper colūnā: baſis ſub lutere ęneo,quīq̄ꝫ panes hordeacei, mors in olla,baculus helię,ſacerdos & leuita ſaucium pertrāſiens:aqua marath . tibicines circa puellam mortuam.hemorhoiſſa,ſex hydrię lapideę: ſeruus ſummi pōtificis auricula altera mutilatꝰ.

Libanꝰ. Libanus arbor eſt in Arabia cortice & folio lato,thuri ſimilis : ſuccum emittens modo amygdali:bis in anno,autūno ſcilicet & vere colligitur:inciſo cortice in æſtatis feruore thus candidum exit: ſpuma contracta & denſata in vere inciſo cortice rubrum exit,nō comparandum priori,ſed tū odoratius.

Liber. Liber de pelle mortui animalis fit, encaſto ſcribitur per pennam , plura folia habet,punctatur, torculari conſtrīgitur , ligatur , antiqua geſta & ſecreta conſeruat,niſi ſępe aperiatur,muceſcit:inſignibꝰ ornatur, ſigillis claudiť: de facili coinquinatur, igne contrahitur,aqua diluitur.

Libra. Libra duas lances æquales habet , linguam ſuperius,vbi appenditur: æquitas magis ponderoſum ſequitur : lites dirimit: & pōdere tēdit in alterutram partem cui inclinat.

Ligna. Ligna ſethim humilia, imputribilia,incremabilia, albæ ſpinę ſimilia: quanto plus in igne ſunt tanto plus ſolidanť.

Lilium. Lilium de facili pululat, de inculta terra naſcitur, in conuallibus oritur,odoriferum eſt,candidum, clauſum continet odorem,apertum effundit : ſex folia habet,inter ſpinas creſcit, virgulas & ſtipitem habet in medio:a ſpinis pūgitur,et tamen candorem retinet:directum eſt in ſtipite,aduſtis medetur mēbris,eradicatum non ſtatim marceſcit, vt alii flores.

Lima. Lima dentata eſt,acuit ferrum,& dum acuit trahitur & retrahiť,ſeipſam conſumit rubigine.

Limen. Limen introitus domus & eiuſdē principium & finis.

Lingua. Lingua modica eſt,labilis,velox, in humido ſedet,verba format, magna exaltat,frigidum eſt membrum , voluntatem denunciat.

Linum. Linum prius ſeritur,cito lęditur,gracile eſt & rarum,operitur propter volucres , molle colligitur in faſciculos in aquam mittitur,ad ſolē ſiccatur, multis tunſionibus albeſcit,& varium colorem deponit:teritur,& a ſtupa ſeparatur,netur,nodatur,euoluitur , iterū lauatur.& in telam orditur.

Locuſta. Locuſta ſordes lauat,ſeipſam ſordidat, aquæ colorem addit:cum naſcitur vocatur brucus:cum formatur,achelabꝰ: cum perficitur locuſta: altera alteram deuorat:in hyeme latet, in ęſtate ſalit, crura habet retro longiora.

Lorica. Lorica diuerſis circulis innectitur, corpus,tegit & munit: ferrea eſt & ponderoſa,iacendo fit rubiginoſa.

Lucerna Lucerna modicam lucem pręſtat:de teſta figuli fit,q̄ magna fracta apparet.

Lucifer. Lucifer ſtella matutina mane oriť,rutilantem diem nunciat , tenebras fugat.

Luna. Luna lumen habet a ſole, de nocte lucet recedētibus aliis,inferior eſt , & p-

pior terrę aliis:recedente ſole, ſola dat lucem nocti : maculam habet, quæ q̃to videtur clarior,tãto macula eſt maior: rotunda eſt,quandoq; corniculata,per tẽpora creſcit & decreſcit : cito explet curſum ſuum,permagna eſt , & tamen parua videtur.

Lupus. Lupus fœtid⁹,rapidus,crudelis:abſentiam canum & paſtorũ conſiderat, caulis ouium inſidiatur, horrendum vlulat,prius viſus q̃ videat non nocet,prius videns vocem aufert.

Luter. Luter erat ęneus, ad oſtium tabernaculi,labium habebat per circuitum deſuper, aquam continens ad lauandos ſacerdotes baſim ſubtus habens in directa linea longa & plana.

Luxuria Luxuria gratuita tollit,aĩam ĩficit,corpori morbũ palyſis ingerit, & cæcitatẽ oculis:corpus inqnat,famã deflorat,pecuniã tollit,inimica ẽ ꝑxio, fœtet deo, placet diabolo,odibilis ãgelis:ei⁹ ignis deſcẽdit in infernum, fumus eius vindictam petens aſcendit in cœlum.

## De iis quibus pria lr̃a eſt.M.Ca.XI.

Magiſter. MAgiſter debet eſſe erudit⁹, mitis diligens,ſollicitus.

Malleus Malleus durus,fortis põderoſus,ad feriendum eleuatur.

Malum. Malũ granatum exterius rubicũdũ in cortice,iteri⁹ pallidũ , diuerſa cõtinet grana rubicunda, quæ ſitim ſedant,durum habet corticem.

Mamilla. Mamilla in pectore ſita,gemina,mollis, candida,rotunda,lac tenens, ſuauis,in virgine dura,laxat̃ ĩ muliere:in ea ſanguis in lac conuertitur.

Manipulus. Manipulus ex mľtis fit manu collectis, cũ labore colligit̃, ſ; ĩ gaudio poſſidet̃.

Manna. Manna erat ſemẽ minutũ quaſi pilo tuſum,album quaſi ſemen coriãdri,quicquid volebant comedẽtes ipſum ſapiebat:ad ſolem liqueſiebat, ad ignem durefcebat,ĩ mortariolo terebat̃,hñs ſaporẽ panis oleacei , vltra mẽſuram collectum ſcaturiebat vermibus.

Manus. Manus digitis diſtincta,flexibilis, operationi apta,candida.

Mare. Mare plenũ eſt monſtris,ſalſum & amarum,ventos generat, piculoſum eſt,ꝓfundũ,latũ,oĩs hõ viuit in illo. Ibi maior piſcis minorẽ deuorat, oĩa flumina recipit,quę currunt, viua corpora retinet,mortua proiicit,fluit & refluit,nũq̃ quieſcit.

Mater. Mater in pariendo anxia, in educando ſollicita,in cuſtodiẽdo diligẽs,in amore feruens.

Mel. Mel dulce,ſuaue,tenax.

Menſa. Menſa de lignis ſethim fuit, deaurata, quatuor pedes habens , duas coronas, deſuper labium æneum per circuitum rotunda erat , duodecim panes ſuperponendi ſunt candidi in ſabbato,duodecim patenę ſuꝑ panes,duodecim pugilli thuris ſuper patenas,annulos ĩ pedibus habens,& in annulis vectes.

Merula. Merula parua auis & nigra ſola volãs, nõ gregatim vt ſturnus:in regionibus Achaię ſunt candidę.

Miles. Miles duris gaudet,& dura ſuſtĩet, fortis ẽ,ſic armatur:ferreas caligas habet, ſuper femoralia loricã : ornatũ ſuꝑ loricã mitrã ferreã, & galeam : ſuꝑ galeã quoddam inſigne: vt conũ:gladiũ acutũ:lãceam:equo inſidet:nõ cedit ictib⁹.

Miluus. Miluus mollis eſt viribus, & volatu,rapaciſſimus eſt,cadauerib⁹ paſcit̃ : circa coquinas & macella aſſiduo volat , timidus eſt in magnis, audax ĩ minimis, domeſticis inſidiatur auibus:ſilueſtres nõ audet ĩuadere,pullis ĩſidiat̃,& quos incautos reperit, ſcitiſſime necat.

Myrrha Myrrha arbor eſt in Arabia,qnq; cubitis alta,albę ſpinę ſimilis,eius gutta viridis & amara,gutta ſponte manans, ꝓciosior eſt elicita corticis vulnere,vulnerum vermes & putredinẽ arcet,odorifera eſt,deſiccatiuę naturę eſt:inflaturas & tumores ſedat.

Mola. Mola cito voluitur,aſꝑera eſt, gemina, rotunda,ferro nitit̃,ponderoſa , granũ cõterit,vſu cõſumit̃,farinã reddit.

Mons. Mons firmus,altus,ſterilis. prius valle radios ſolis excipit, inferi⁹ lat⁹,ĩ ſũmo ſtrictior,maioribus ĩpulſionib⁹ excitat̃.

Mors. Mors nullius miſeretur,nulli compatitur,oĩb⁹ ęquatur,inſꝑerata venit,nulli parcit, corpus & aĩam ſeparat,finis eſt laborum & vltima linea rerum.

Murilegus. Murilegus callidus eſt , muribus inſidiatur,laqueo capitur, de nocte videt, ocľos hẽt rutilãtes,nõ cito ſubmergit̃, vnguibus viget,de alto ſalit nec lędit̃.



Murus. Murus fit de lapidib⁹ ſectis:oppida munit,hoſtes arcet,clauſos cohibet.

Mund⁹. Mundus trãſitorius,vanus , ſollicitus, falſus,deceptorius.

Mus. Mus in caueis moratur,murilegum timet,modica eſca capitur.

Muſtũ. Muſtum vinum dulce eſt, ventrem inflat,diſſolutionem facit,calidum eſt,ſine ſpiraculo lagũculas nouas diſrumpit,ſtridet,dum clareſcit omnia purgãda eiicit,ebrietatem generat.

## De iis quibus prima litera eſt.N. Caput.XII.

Nardus NArdus hęrba folio preſſo & paruo,eius cacumina ĩ ariſtas ſe ſpargunt: eius ſpicas & folia ad conficiendum nardum deponunt pigmentarii, calida hęrba eſt & odorifera.

Naris. Naris directa, concaua ſpirat,odorem, ſentit.

Naſus. Naſus directus,planus,candidus,in eo ex maxima parte cõſiſtit ſpecies faciei ſpiritum emittit per nares.

Natans Natans corpus ĩ aqua habet,caput ſupra aquam:manus & pedes mouet,fluctus retro iacit.

Nauis. Nauis in principio & in fine eſt anguſta,in medio lata & onuſta,ſuꝑer aquas fertur , perforata ſubmergitur,malum habet,velo concitatur,gubernaculo regitur,anchora retinetur,qua non munita vento mouetur , ſcopulis confringitur,hauritoriis purgatur,fluctus premit & frangit: fluctibus vndiq; tunditur.

Nauta. Nauta in fine nauis reſidet,puppi attẽte reſpicit,clauum regit, viam conſiderat, & metuit , tempeſtatem formidat, nauem omni tempore luſtrat , ne alicunde lęſa ſit:plus iuſto eam non onerat, vilibus induitur, in portu mercedem expetit.

Nebula. Nebula ab humore oritur,late ſpargitur,frigida eſt,aſcendens pluuiam nũciat,calore ſolis diſſoluitur, deſcendẽs ſerenitatem ſignat,immota manẽs obſcuritatem.

Nycticorax. Nycticorax in domibus habitat & muris, de nocte volat,diem fugit.

Nidus. Nidus fit auib⁹ ſecretus, ĩtus calidus, extra aſper,ex multis congeſtus.

Nix. Nix ex aqua induratur, candida & frigida eſt,cito diſſoluitur, minuta deſcẽdit,deſurſum venit,calore in aquam reſoluitur,terram operit & ſegetẽ fouet.

Nouacula. Nouacula ſuauiter radit,acuta eſt,ſuperflua incidit firmiter,in capſa reconditur.

Nouem Nouem angelorum ordines,leproſi curati & non reuerſi.

Nox. Nox obſcura,quieta,frigida,in nocte lignum putridum & vermiculus quidã fulget,ſolitaria eſt, pigra ad operandũ importuna,ꝑericulis & phantaſmatib⁹ plena,colorem rebus aufert: ſtellis illuminatur.

Nubes. Nubes leues ſunt , pluuiam nutriunt, obſcurę ſunt & veloces.

Nutrix. Nutrix infantem lactat, cuſtodit,dulciter tractat,diligẽter portat, oſculatur, cibos præmãdit,infirmitates eius ſuſtinet,a fletu promiſſis & minis retrahit: ire & loqui docet,& præambulat quocunq; eat,illi oſculum dirigit, aliquando permittit eum cadere,vt læſus iterum cadere caueat,iratum mulcet , cũ lachrymatur oculos tergit, offẽſum reuocat,in ſinum leuat.

Nux. Nux corticem amarum habet,teſtã duram , pabulum pręſtat,nucleum habet dulcem,ſuaue lumen miniſtrat vel accommodat.

## De iis quibus prima litera. O. Caput.XIII.

Octo. Eze.40. OCto ſunt beatitudines,ętates hominis & mundi, octo cubitorum veſtibulum portę Ezechielis.

Oculus. Oculus clarus,planus,extenſus,tenerrimus,corpori lucem dat,cito lędit̃,pupillam habet,pupilla palpebra tegitur, macula vel nimio ſplendore obſcurat̃, geminus eſt.

Odor. Odor delectat,aerem inficit, poſt ablatum odoriferum fructum aliquantum remanet.

Ola. Ola lutea,igne ſolidatur,fragilis ẽ,fracta inutilis eſt.

Oleum. Oleum pingue,ſuaue,paſcit,inuiſibilis naturę eſt,ſupernatat, inficit,feſſos refouet.

Oliua. Oliua arbor index eſt pacis,oleum dat, ſpecioſa eſt.

Onus. Onꝰ fert̃: facile fert̃ ſi colliget̃, ad terrã inclĩat, graue eſt cũ ligat̃ ſup hũeros.

Onycha ſeu onychis. Onycha piſcis maritimus, cuiꝰ oſſa cominuta ſuauiſſimum reddũt odorem.

Ordeũ. Ordeum aſperum eſt cibus eſt iumentoꝝ, hũile, ariſtis plenũ, dulce, aq̃ mixtũ cõfert ægris, tenacẽ habet paleam.

Organũ. Organum fiſtulas habet, in modum turris ordinatæ ſtant fiſtulæ, concordit̃ ſonãt, cito lędit̃, follibus excitat̃.

Ortus. Ortus circunfoditur & circunſepitur, arborum diſtinctione ornatus, floribus iocundus, germine viridante ſuauis, aura flante lenis & placidus, vmbraꝝ amœnitate p̃ſtãs, murmure fõtis delectabilis, fructibus variis refertus, a rore illæſus, volucrũ cantu laudabilis.

Os. Os forte eſt, occultum, candidum, carnẽ ſuſtinet, durum, ſolidum, cõcauum.

Oſculũ. Oſculum duo corpora coniungit, delectat, certificat, ſignum pacis eſt, pignus amoris, arra ſponſaliorum.

Oſtium. Oſtium inter cardines vertitur, introitum miniſtrat, ſera firmatur, peſſulo munitur, duo liminaria habet, ſuperiꝰ & inferius: vectibus appenditur.

Ouis. Ouis lac & carnes præbet ad eſum, lanam ad indumentum, immolatur, ſimplex animal eſt vellere ſuo veſtitur, & alios veſtit, fœcunda eſt, & fimus eiꝰ vtilis, aridis veſcitur & paſcit̃ & paucis ſaturatur: ruminat, & findit vngulam, timida eſt, quieta, pellem habet multis vſibus accommodam, communicabilis naturæ eſt.

Ouum. Ouũ p̃ſpicuũ eſt, fragile cãdidũ, ſpes ꝑlis: natũ ẽ ex aĩali & ex eo aĩal naſcit̃.

## De iis quibus prima litera eſt. P. Caput. XIIII.

Palma. PAlma iuxta terram per q̃ gracilis eſt, ſuperiꝰ lata, cortice rugoſo, exterius dulcedinẽ habet, in radice aſpera, alta, diuturnis foliis, ſuauibꝰ pomis ad modum palmę manus extẽditur, cẽtenaria fert fructum, victorum eſt corona, quia ponderi non cedit ſed renitit̃.

Palmes. Palmes ĩ vitẽ fructificat, extra vitẽ areſcit, luxuriãs putat̃, putamẽ igni tradit̃

Palpebra. Palpebra oculum tegit & munit, abſciſſis palbebris homo non dormit: deformiſqꝫ redditur.

Palus. Palus longus eſt, acutus, rigidus, ei prę foditur fouea vt faciliꝰ ĩtret: ſepi aptꝰ eſt, acuitur induratur igne, in ordinẽ ponitur.

Palea. Palea ſicca ẽ, leuis, ſterilis tenax, eiicit̃ p vẽtilabrum, a grano diuidit̃, igne crematur̃, ardẽtiſſimũ ignẽ facit & fortem.

Pannus. Pannus lineꝰ apit̃, humectat̃, in calido lixiuio ponit̃, caleſit, extergit̃, flagellat̃, torquetur, deſiccatur.

Palus. Palus terra eſt aquoſa, lutoſa, inuia, lubrica, plena lacunis, mollis profũda, ranis habitabilis.

Pãpinꝰ. Pãpinus latus vmbrã facit, vuã cõtra ĩtẽperiẽ caloris munit, ſi luxuriat̃, ſuccidit̃, vt vua recipiat caloris fomentum.

Panis. Panis ſic cõficit̃, prĩo farina molit̃, pĩſit̃ cribrat̃, cõſpargit̃, fermentat̃, reuoluit̃, formatur panis, coquitur.

Pannus. Pannus ex multis filis cõtexitur, lana eius carpit̃, net̃, tondet̃, ordit̃, cõprimit̃ pũgit̃ a fullone calcat̃, lauat̃, tingit̃, arte extẽdit̃: in veſtẽ cõſcĩdit̃ & cõſuit̃.

Pãthera. Pãthera ĩterp̃tat̃ oĩs fera, pellẽ hẽt maculoſã, ſpecioſa ẽ valde, manſueta, ſolis draconibꝰ ĩimica, ſaturata draconibꝰ, ĩ ſpelũcã ſe recipit, & tribꝰ diebꝰ dormit tertia die reſurgit, & ſuauitatis miræ odorẽ effũdit, & rugitũ emittit: ad cuius rugitũ aĩalia vbiqꝫ locoꝝ greſſũ figunt, & eam p̃cedẽtẽ ordinate ſequunt̃ ſolꝰ draco vocẽ eiꝰ audiẽs, ĩ ſpelũcã ſe abſcõdit, & ſtupẽs q̃ſi victꝰ obmuteſcit.

Paralyticus. Paralyticꝰ officiũ mẽbrorum amittit, tremulus eſt, frigeſcit & turpeſcit.

Pardus. Pardus crudelis eſt & maculoſus.

Paſſer. Paſſer modicus, luxurioſus, inconſtãs, inſtabilis, in tecto manet, ĩ foramine petrę nidificat.

Paſtor. Paſtor oues agnoſcit, ĩfirmas cõſolidat ad paſcua ducit & reducit, lupos arcet voce & baculo, morbidas & ęgrotas ſanat, cõfractas alligat, errantes reducit, debiles, portat: fortes & pingues tõdet: peũtes req̃rit, fœtas portat, agnos in ſinu leuat, ab eis cognoſcitur.

Pater. Pat̃ gñrat, reuocat, nutrit, diligit, ditat hęreditatẽ dat, erigit, corripit ſuſtinet.

Pauimẽtum. Pauimẽtũ decorum eſt, diuerſimode pictur atur, ſubiectũ pedibus cõculcatur.

Pauo. Pauo ex ſono vocis ſubito pauorem ĩcutit audientibus, vnde a pauore dictus: duras habet carnes, & putredini reſiſtens: quę vix coquiuntur: & ſunt indigeſtibiles: inceſſum habet ſimplicẽ caput ſerpentum, pectus ſaphirinũ, in alis plumas aliq̃tulũ ruffas, caudã hẽt oculatam & lõgam, dum laudatur, erigit caudam, pennas per ordinem erigit in modum rotę, viſis pedibus caudam demittit: quia cum caudam erigit, poſteriora nudantur: in cauda magna eſt ei gloriatio, caput infirmũ habet & criſtatũ, & inęquale reliquo corpori, fœtus ſuos p̃ſepe deuorat niſi oua mater occultauerit.



Pecten. Pecten dẽtatus eſt, ſpiſſis & rarioribus dẽtibꝰ, crines cõponit & ordinat, caput purgat, oſſeus eſt, planus, lucidus, latꝰ.

Pelicanus. Pelicanus auis eſt ægyptia, roſtro pullos occidit, & eos per tres dies luget, poſt tres dies ſeipſam roſtro lacerat, & ſuo ſanguine eos ſanat, nimiæ maciei auis eſt.

Pellis. Pellis ab animali vim pellit, diuerſis vſibus adaptatur.

Pera. Pera duabus corrigiis a collo depẽdet, recepta conſeruat, peregrinorum eſt, de corio fit, ad latus geſtatur.

Perdix. Perdix de voce nomen habet, nam auis eſt doloſa, aliena oua rapit, & fouet vt ſua, illi pulli ſic foti cum vocem ꝓpriæ genitricis audiunt, naturali inſtinctu eam reagnoſcunt, & ſequuntur: prope terram volat, gregatim ĩcedit, eius carnes ſunt ſanę, in rete ad ſonum campanulę inducitur, † fomenta req̃rit.

† frumẽta.

Peregrinus. Peregrinus quo tendat, conſiderat, longitudinem vię ante metitur, neceſſaria victui ſecũ portat, q̃ minimum poteſt ſe onerat, fortia calciamenta ſibi cõparat, peram habet, baculum gerit, precioſis veſtibus non induitur bonæ ſocietati ſe coniungit, a perfectione iuſti itineris aliqua moleſtia ponderis non impeditur, non retrahitur a tranſitoriis: ꝑ pericula ſe fidelibus commendat, timore & ſuſpicione nõ caret, amore patriæ laborem tolerat: ſua non multis oſtendit: diuitem ſe non pręedicat, de fine itineris ſemper loquitur, cogitat, ad illũ ſuſpirat,

Pergamenum. Pergamenum de mortuo animali extrahitur, extenditur, raditur, tenuatur multis adaquationibus dealbatur, excuratur, tenue eſt, candidum, planũ, aq̃ molleſit̃, & ſcribendi officio congruit, ſuaue eſt, igne contrahit̃ & parat̃, pumice planũ fit, creta cãdidius, lineis diſtinguitur, vt ſic tandem in ipſo ſcribatur.

Pes. Pes terram petit, infima pars corporis eſt, & calceo munitur, hominemqꝫ portat.

Peſſulũ. Peſſulum oſtium obfirmat, volubile eſt trahitur & retrahitur.

Pila. Pila ſphęrica, volubilis, leuis, intus floccis ſpurcitiis vel fœno plena.

Piper. Piper eſt granum modicum, fortiſſimũ guſtu, nigrum, rugoſum, calidum.

Piſcator. Piſcator nauem habet cum ornamentis ſuis, vilibus induitur, cum ſilentio nauigat, retia in aquã mittit, iactis retibus piſces exterret: diuerſi generis retia ponit: retia ſua lauat & reficit, in aqua turbida non ponit, retia ſollicite qua iecerit, cuſtodit: quæ eſcę cuilibet piſci conueniant, nouit.

Piſcis. Piſcis pinnulas & ſquamas habet, cauda & pinnulis regitur, in aqua nutritur, extra aquã moritur, ſine coitu generatur, ventum pręuidet: & eo veniẽte in fundum ſe demittit, ad calorẽ ſaltat, ſemper aſcendit, hamo in eſca tecto capitur.

Plaga. Plaga carnem cito putrefacit, fœtet, vix ſanatur.

Platanꝰ. Platanus arbor eſt alta & patula, iuxta aquas creſcit, foliis mollis, viti ſimilis in foliis, ſuccum habet teterrimum.

Pluma. Pluma leuis eſt, corpus tegit, mollis, in carne radicat̃, ſuauis ſeu leuis extrahit̃

Plũbũ. Plumbum metallum eſt põderoſum, in aqua augmentatur, pro auro comburitur, tenerrimũ ad ſcindendum.

Pluuia. Pluuia deſurſum venit, minuta eſt, terram emollit, frigus reſoluit, terram irrigat, lutum generat, tempeſtatem temperat, aquas augmentat, vẽtum ſedat.

Pomum. Pomum ſphæricum, viſu pulchrum, acre guſtu, ſuaue, odoriferum, maturum palleſcit, tactu terræ putreſcit.

Pons. Pons aquæ ſuperponitur, trãs flumen euntes portat, alluuione interdum diſſoluitur, pilis ſuſtentatur.

Porcus. Porcus niſi currat tardus ingreditur, curſilis eſt, fœtoſus, ſetoſus, horrendũ

grunnit,roſtro lutum ſuffodit, non ruminat,in luto delectatur, immũdis veſcitur,glãdibus paſcitur, vno percuſſo cęteri congregantur & adgrunniunt.

**Prędicator.** Prędicator debet eſſe ſanctus , doctus, diſcretus,maturus,facundus, honeſtæ cõuerſationis,conſtans, integræ famę, humilis,affabilis,miſſus.

**Pruina.** Pruina de humore naſcitur , obſcura eſt,late diſpergitur.

**Puer.** Puer innocens eſt,purus,mundus,ſimplex,verax,munificus;placabilis, temperatus,lęſus nõ ſęuit,offenſus ad matrem recurrit . Videns mulierem non concupiſcit.

**Pulmo.** Pulmo mollis eſt,ſpiritum attrahit,lęſionẽ nõ patitur,calorẽ cordis tẽperat.

**Puluis.** Puluis terrę quaſi atomꝰ minimus,vilis,ſterilis,mobilis,leuis,aridus, vento voluitur,oculis noxius.

**Pupilla.** Pupilla modica , nigra , aciem habens, per hanc dirigitur,cito læditur, albugine obumbratur.

**Purpura.** Purpura ſanguinei coloris eſt,ornatus regius.

De iis quibus prima litera eſt.Q.
Caput.XV.

**Quadratum.** QVadratum ſex habet latera:quocunqꝫ iacitur,ſuper latus recidit & reſidet.

**Quatuor.** Quatuor ſunt euangelia, & euangeliſtę,quadrigę aminadab. quatuor milia in eremo refecta , quatuor ãnuli in arca:quatuor pedes in mẽſa:quatuor animalia Ezechiel: quatuor virtutes cardinales: quatuor operimenta tabernaculi:quatuor flumina paradiſi: quatuor partes crucis:quatuor latera ciuitatis ĩ apocalypſi:quatuor vigilię noctis: quatuor partes veſtimentorum domini in Ioãne: quatuor partes mẽſuræ in matthęo:quatuor liciis appenſum erat lintheum Petro oſtenſum. *Actu.x.*

**Quercꝰ** Quęrcus arbor quęrens alta,fortis,porcis cibũ miniſtrat,multũqꝫ durabilis ẽ.

**Quinqꝫ** Quuinqꝫ libri Moyſi, quinqꝫ ſtolæ datę Beniamin a Ioſeph: quĩqꝫ panes in euãgelio:quinqꝫ milia hominũ: quinqꝫ partes Ioſeph datę prę aliis fratribus:quĩqꝫ viri Samaritani:quinqꝫ columnę ãte ſanctaſanctorum : quinqꝫ virgines fatuę,& quinqꝫ prudẽtes; quinqꝫ lapides quos ſumpſit Dauid de torrente:quĩqꝫ effuſiones Sanguinis Domini : quinqꝫ vulnera in corpore Chriſti: quinqꝫ ſenſus in corpore humano.

De iis quibus pria litera.R.Ca.XVI.

**Racemꝰ** RAcemꝰ ſphericꝰ ẽ,itꝰ plenꝰ,grana cõtinet,prius amarus & durus:& cũ matureſcit,dulceſcit.

**Radix.** Radix ꝑfigiẽ terrę,aſpa ẽ,occl'ta ẽ,arborem ſuſtinet , late ſe ſpargit, ad ramos mittit humorem.

**Radius.** Radiꝰ ſol' ẽ clarꝰ, ſubtil',calidꝰ,directꝰ.

**Ramus.** Ramus de arbore,ĩ arbore coaleſcit,ab ſciſſus aret.

**Rana.** Rana loquax eſt,fontẽ turbat ſaltitat,ĩ palude moratur , a gramine ſuper qđ ſaltat,in lacũ ſe demittit.

**Rõnale.** Rõnale ſeu logion, in pectore ſacerdotis veteris,in quo depẽdẽt duodecĩ lapides, in qbꝰ erãt duodecĩ noĩa filiorũ Iſrael:in quo erat ſcriptũ,veritas & iudiciũ , ſuphumerali erat ĩiunctũ qbuſdam cathenis aureis.

**Remus.** Remus latus eſt,aquam fundit,nauem concitat,& eam dirigit.

**Rete.** Rete diuerſis maculis intexiẽ,lauaẽ,piſcẽ vel auem ĩuoluit, plicaẽ,in aqua lucida videẽ , perturbata aqua occultaẽ.

**Rhãnꝰ.** Rhãnus priꝰ mollis eſt,deinde ſpinoſa, hũil'ẽ,ſẽp virẽs,de eiꝰ cortice fit glutẽ.

**Riuus.** Riuus a fonte naſciẽ,a fonte ſeparaẽ,ſaporem a fonte trahit & colorem.

**Ros.** Ros ĩuiſibil'r deſcẽdit,refrigerat, fœcũdat,ſuauis ẽ,clarꝰ,modico calore ſiccaẽ

**Roſa.** Roſa rubicunda, odorifera, ſpecioſa,ex ſpinis naſciẽ,cito marceſcit,marcida albeſcit,& cõtrahiẽ: frigida in foliis,calida in ſemine.

**Rota.** Rota radios habet circa cẽtrũ.i.axẽ,volubilis eſt,erigendo cadit,arida ſtridet & noua ſimilit:plus iuſto onerata ſtridet,& frangitur.

De iis quibus pria lr̃a.S.Cap.XVII.

**Sacerdos.** SAcerdos debet eſſe vita honeſtꝰ,pollens ſapientia.

**Saccus.** Saccus aſper,durus,grauis,frumẽtum celat,quadrangulus eſt.

**Saga.** Saga de pilis capraꝝ erãt ſup cornu altaris,terrã tãgebãt,aſpera erant.

**Sagena.** Sagena multas habet maculas,lata eſt, bonos & malos , magnos & paruos piſces capit,per mediũ aquę trahitur.



**Sagitta** Sagitta lignum habet , velociter currit,pennata eſt,in pharetra cuſtoditur incaſtraturam habet, directe procedit, acuto ferro munita,directa,rigida,plana,gracilis,ab arcu emittitur , ſtridet, ſubito percutit.

**Sal.** Sal minutum eſt, cibos condit,carnem ſiccat,putredinem arcet, vermes occidit,in igne ſtridet, tumorem ſedat, ex aqua plurimum fit per ignem aut ſolẽ decocta,terram ſterilem reddit.

**Salix.** Salices iuxta aquas creſcunt , de facili pululant,infructuoſę ſunt , floreſcunt, & non fructificant,altę creſcunt.

**Sãctuarium.** Sanctuarium habebat altare , thymiama,maius velum in ĩtroitu,quinqꝫ columnas,menſam,candelabrum,omnibꝰ ſacerdotibus patebat.

**Sancta ſctõrũ.** Sanctaſanctorum propitiatorium habuit arcam fœderis,velum in introitu thuribulum aureum,quatuor erat columnarum: ſemel in anno ſoli pontifici patebat.

**Sãguis.** Sanguis calidus,purpureus , oſtrinus, ſpiſſus,leniter fluit,ſedes eſt animę.

**Sãguiſuga.** Sanguiſuga in palude habitat , longa eſt,ſanguinem ſugit , ſed prius cutem vulnerat : poſtq̃ plena eſt , eadem quæ ſuxerat reuomit.

**Smaragdus.** Smaragdus nimię viriditatis ſuper omnes hęrbas & frondes, aceruum circunfuſum reddit viridem,precioſior in cilicia q̃ alibi inuenitur.

**Saphirꝰ** Saphirus ſereno cœlo ſimilis,radio percuſſus emittit fulgorem.

**Sardus.** Sardus non vnicolor,niger in imo,candidus in medio,rubens in ſummo, rubrę terrę habens ſpeciem,ſanguinei coloris eſt.

**Sarm̃ta.** Sarmenta vilia de vite proiiciunẽ, nullis vſibus niſi igni apta.

**Scops.** Scopa domum mũdat,ex multis fit virgis,ſeipſam inquinat.

**Scutum** Scutum eſt latum,triãgulum,leue, volubile.Protegit,munit, in ſiniſtra geritur,perqꝫ ligamentum tenetur.

**Securis** Securis manubrium habet quo tenetur,ferrum quo incidit , petra hebetatur, q̃to magis eleuatur , tanto magis ferit.

**Senectꝰ.** Senectus faſtidiẽs eſt, frigida,queruloſa,pigra,infirma,curua,ſterilis.

**Semẽ.** Semen bonæ terræ traditur, diſpergitur,occultatur, ad alterum annum iacitur,gelu multiplicatur,effuſione nimia ſuffocatur,cum multo fœnore ſurgit,in via conculcatur,& ab auibus rapitur,in petroſis locis areſcit,in ſpinis ſuffocatur , in bona terra bene culta multiplicaẽ. primo ſurgit hęrba , ſcđo ſpica,tertio frumẽtum, inde fit farina.

**Sex.** Sex ſunt cherubim in Eſaia , hydrię in euangelio,ciuitates refugii , opera ſex dierũ,munera Ioſeph fratribus oblata.

**Sepes.** Sepes ex palis & virgis cõtexitur,iuxta viam fit,fructus cuſtodit , deſiccata confringitur,a tranſeuntibus rapitur, collecto fructu rapitur,tollitur,feras& beſtias arcet,ſpinis munitur.

**Septem** Septem dona ſpirituſſancti. ſeptem petitiones in oratione dominica; ſeptem virtutes,ſeptem beatitudines , ſeptem vitia capitalia,ſeptem boues craſſę , & ſeptem macilẽtę,ſeptem ſpicę pulchrę, & totidem corroſę:ſeptem columnę eccleſię:ſeptem modioli contra candelabri brachia:ſeptem in terra promiſſionis lucernę , ſeptem emuncta : ſeptem infuſoria:ſeptem pſalmi pœnitẽtiales: ſeptẽ eccl'ię ſacram̃ta:ſeptẽ eccl'ię ĩ aſia, ſeptẽ panes in euãgelio:& ſeptẽ ſporte ſeptẽ opa mię: ſeptẽ reges ĩ terra ꝓmiſſionis: ſeptẽ circuitiões in habitaculo.

**Sepulchrum.** Sepl'chrũ extiꝰ ſpecioſũ,ĩteriꝰ fœtidũ ẽ.

**Sera.** Sera oſtio affigiẽ, diuerſa hẽt diuerticula, inuoluiẽ ligno, & ferro cõpoſita: de facili turbatur.

**Sermo.** Sermo priꝰ debet venire ad limã q̃ ad lĩguã,debet eẽ ꝑmeditatꝰ,diſcretꝰ, maturꝰ,diſtictus,rarus, ratꝰ,viuꝰ,aſſiduꝰ, authẽticꝰ,hũilis,patiẽs,ſollicitus.

**Serpẽs.** Serpẽs ſup pectꝰ gradiẽ,terrã cõedit,occulte nocet:cauda ẽ venẽoſus,totũ corpus ꝓ capite cuſtodiẽdo expõit:ĩ deſertis hĩtat:leuiẽ repit, hoĩeꝫ nudũ fugit, vix extĩguiẽ, ſputo ieiuni hoĩs moriẽ.

**Seruus.** Seruus debet eſſe obœdiens,fidelis,ſapiens,hilaris,promptus.

**Seta.** Seta acuta , rigida , filum introducit, gracilis eſt,firmiter hęret.

**Sigillũ.** Sigillum imaginem habet & ſuperſcriptionem: chartam confirmat impreſſa cærę,ſecreta cuſtodit.

**Sylua.** Sylua arboribus conſita,vmbroſa, opa

ca,condenſa,feris inhabitata , inculta, ſolitaria,lutoſa,infructuoſa,hũida.

**Sõnia.** Somnia cito tranſeunt,vana ſunt,vanitatem fingunt.

**Sõnus.** Somnus officium membrorum tollit, paulatim ſerpit , phantaſmata ingerit,corpus aggrauat,poſt ipſum fouet ad laborem.

**Speculũ** Speculum clarum , fragile , planum,& exterſum,imaginem repręſentat, in ligno locatur , fractum quot partes habet,tot imagines repſentat.

**Spica.** Spica ariſtis munitur,culmo ſuſtentatur,granis repletur,ordinata ſunt grana in illa.

**Spina.** Spina firmiter hęret,humilis eſt,aſpera,pungitiua,cõdenſa, ſponte pullulat, acutum ignem facit,in igne ſtridet,dura eſt.

**Spõgia.** Spongia ẽ leuis,vacua, poroſa, mollis, humoris receptiua.

**Sputũ.** Sputum de cerebro deſcẽdit,ſalſum eſt, tum ornat.

**Stella.** Stella in alto fixa eſt,magna eſt, & parua videtur,rotũda , noctem illuminat, nautas dirigit , curſum non obliquat, cũ firmamẽto rapit,ignea eſt,locũ mutare videtur,radios ex ſe pfert, firmamentum & album.

**Sterqlinium.** Sterquilinium eſt fœtidum & ſordium receptaculum.

**Stillicidium.** Stillicidium cõcauum eſt,pluuiam excipit,exceptam dimittit,ĩ ora tecti ponitur.

**Stylus.** Stylus longus,planus,gracilis,acutus, directus,in altera parte latus.

**Stipula** Stipula terrę hęret, leuis, ſterilis, poſt collectas fruges remanet,arida, incendio apta,dura,aſpera, fragilis, ſtridula concaua.

**Storax.** Storax vl ſtyrax arbor ẽ arabię, lachrymã aromaticã diſtillat, lachrymaq; de fluit,mũda ẽ & alba eiꝰ reſina odoris ẽ iocundi,humecti,& quaſi nullo vſui liquorem emittens.

**Struthio.** Struthio auis ingens eſt corpore, rara plumis vel ĩplumis, alas habet ſiſis accipitri &herodio,volare neqt,tñ aliqñ alas erigit,oua reliqt,& obliuiſcitur q pes cõculcet ea , & beſtia agri cõterat, durat ad filios ſuos, tãq nõ ſint ſui.

**Studiũ.** Studium acuit ingenium,fugat ocium ſcientię parit amorem, ſcientiam conſeruat,vertit animum a vanis & inutilibus,pcecati odium gignit,quietem & pacem quęrit.

**Stupa.** Stupa purgamentum eſt lini,mollis ẽ, leuis eſt,cito ſuccenditur.

**ſulphur** Sulphur candidum,fœtidum tenax.

De iis quibus prima litera eſt . T. Titu.XVIII.

**taberna culum.** TAbernaculũ domini qtuor habebat latera:in quolibet duorũ laterum erant viginti tabulæ, occidentali latere decẽ, quælibet tabula nitebatur duabus baſibus argẽteis:in ſingulis tabulis habebat annulos aureos , in annulis vectes deauratos , diuiſum fuit ĩ ſancta & ſancta ſanctorum : in ſanctis erat altare thymiamatis coopertũ fuit cornu eiꝰ pellibꝰ rubricatis.In atrio, ſub dio erat altare holocauſtorum.

**Talpa.** Talpa nigerrima terram comedit,terram fodit,& fodiendo terrã ſuper ſe ac cumulat,qto magis fodit tanto magis auget cumulum terrę ſuper ſe,lęuis eſt pelle,ſub terra moratur, ſuper terram non viueret.

**Taurus** Taurus duo cornua hẽt,fortis eſt,cornu tenetur , armentum præit , fœrus, iugum trahit , armentum fœcundat, luxurioſus eſt.

**Tela.** Tela orditur,ſucciditur, texitur : crebris tunſionibus & lotionibus dealbatur,tenuis eſt,candida & mollis.

**Tẽplũ.** Templum mundum, cameris obuolutum,pallis appenditur & ornatur, floribus ſternitur , cęrei accenduntur, & campanæ pulſantur in ipſo.

**tenebrę.** Tenebrę obſcurę ſunt, lucem fugãt:vt ipſę non ſint,a luce fugantur.

**Terebin thus.** Terebinthus in macedonia breuis arbor , ſed fructuoſa & magna eſt in damaſco:hẽt lignũ nigrum cũ ſplendore & ſolidũ in buxi ſpeciem:flos hẽt racemos ſicut oliuę,ſed rubent,folia habet denſa & folliculos emittentes animalia quaſi culices: reſina eius caſtiſſima, quę terebinthina dicit, vulgo teremin thina.Maculæ huiꝰ arboris fructuoſæ, fructuũ eiꝰ duo ſũt gñа , alteriꝰ fructꝰ rubet lẽtis magnitudie, alteriꝰ pallet, nec faba eſt grãdior,odore iocundo.

**Teſta.** Teſta fragil'ẽ,de luto fit,p ignẽ ſolidat.



**Thalamus.** Thalamus debet eſſe ſecretus,ornatus, clauſus,quietus.

**Theſaurus.** Theſaurus ex precioſis congeritur,recõditur,cuſtoditur,augmẽtatur,in tẽpus neceſſitatis reſeruatur.

**Thymiama.** Thymiama cõponebatur ex aceto vel myrrha, ex onycha ſiue albeola,ex galbano boni odoris , ex thure puriſſimo, lucidiſſimo,& hęc oĩa ĩ vnũ redigebãt.

**Thronꝰ.** Thronus de ebore erat,grandis , veſtitus auro fuluo nimis,ac mũdiſſimo intus & foris:eius aſcenſus erat p ſex gradus,aſcenſus marmoreus, ſex leunculi ſuper ſex gradus hincinde , reclinatio throni poſterior rotunda erat, ſuper vitulum reſpicientẽ ſedebat, duæ manus hinc atq; inde tenebant illum, duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas, non fuit tale opus in vniuerſis regnis.

**Thus.** Thus virgulam fumi emittit: ĩ vere & autumno colligitur,accẽſum magis redolet.Regio thurifera Saba dicitur:qđ interpretatur myſterium : eſtq; vndiq; rupibꝰ inuia: arboribus vt lachryma ef fluit,motus carnis reprimit.

**Thuribulum.** Thuribulũ duas partes habet aptc cõuenientes,pars inferior ſolida eſt,ſuperior perforata,ſuperius habet annulum protẽdunt ipſum quinq; cathenæ quarum quatuor immobiles ſunt:eleuatur & dimittitur:in parte inferiori ignem continet,ſuperiori thus excutit & mouetur vt maiorem fumum exhalet,rotundum eſt & ſculptura terebratur.

**Tympanum.** Tympanum manu percutitur,de corio mortui animalis fit:cuiꝰ pellis in ligno concauo extenditur.

**Tinea.** Tinea veſtes comedit,modica eſt & ex eiſdem quas comedit poſtea oritur.

**Tonitruum.** Tonitruum horribile,ex calore prouenit,fulgur pręmittit,fulmen immittit.

**Torcular.** Torcular voluendo aſcendit & deſcendit,vinum ab acino ſeparat,vuas pmit gradatim aſcendit.

**Torrẽs.** Torrens eſt rapidus,cito tranſit , oĩa obſtacula rũpit,ſubitus eſt:ex ſupabundantia pluuiarum prouenit.

**Tres & Tria.** Tres fructus terræ bonæ in euangelio: Tres mortuos ſuſcitauit dominus:tres dies ſuſtinuit terra dominum, tria loca dñicæ parabolæ,tribus linguis ſcriptus Chriſti in cruce titulus, tres tentationes domini:Tria loca binos merito diſpares cõtinebunt.ſ.ager,mola,lectus.Tres perſonę in trinitate, tres virtutes theologicæ &principales,tria ſata farinę,tres filiiNoe.Tres turmę chaldæorum contra Iob. Tria vitia principalia,tres magi,& eorum tria munera. tres dies ſepulturæ domini.Tres homines Noe,Daniel, Iob. Tres ordines ſaluãdorum in agro in lecto in mola, tria caniſtra piſtoris in Geneſi . tria grana malæ terræ in euangelio.

**Tuba.** Tuba multis fit tunſionibus,in imo eſt ſtricta,in ſummo lata: per flatũ oris ſonat,concaua eſt,maximum ſonum reddit,excitat,congregat,terret.

**Tunica. Exod.28** Tunica Aaron erat hyacinthina, talaris,inferius dependebant tintinabula, malogranata,torum corpus tegebat.

**Turris.** Turris circunfoſſa,alta,munita,fortis, firma.

**Turtur.** Turtur auis in locis delectabilibus & nemoroſis nidum facit,in ramis arboris condẽſæ,ſi ſemel comparem amiſit, ſemper caret,ſoliuaga eſt,morticino nõ veſcitur,pullos nocte paſcit.

❡De iis quibus prima litera eſt. V.Tit.XIX.

**Vacca.** VAcca laſciua eſt,iugũ trahit,triturat,lac miniſtrat, fœcunda eſt, cornua habet,immolat,ruminat, & findit vngulam.

**Vallis.** Vallis demiſſa,quieta,ſecreta,humida, vmbroſa.

**Velum.** Velum ſacrum opere pluuiario erat factum,quatuor coloribus intertextũ,columnis & vectibus appenſum. Velũ nauis colligit ventum,latum eſt,concitat malum , malo appenſum cum ligno ex tranſuerſo,in ſereno reſtringitur,in tẽpeſtate explicatur,quodam ligno in decurſum vertitur.

**Vena.** Vena ſanguinem continet,percuſſa vel inciſa eundem emittit,occulta eſt.

**Venenũ** Venenum inficit,corrumpit,& pimit.

**Venter.** Venter eſcas recipit , mollis eſt,tumidus eſt.

**Ventus** Ventus rapidus , inuiſibilis,lenis,ſtridulus,validus,modica pluuia magnus ventus temperatur.

**Ver.** Ver tẽperatũ eſt,flores producit,plãtas germinare facit:volucrũ cantꝰ puocat.

**Vermis** Vermis ſine coitu de terra naſcitur, leniter incedit, ore ſe trahit, fragilis eſt, mollis, erecto capite proſpicit, vt mollius incedat.

**Veſica.** Veſica rotūda, leuis, vacua, tumida, flatu diſtēditur.

**Veſtimēta.** Veſtimenta ſacerdotis ſunt hæc: fœminalia de byſſo retorta, ſtrictiſſima camiſia linea, cidaris in capite, tunica hyacithina, baltheus aureus. Hi habebant & aureū ephot & ſuperhumerale ī modū ſcapularis factum, rationale in pectore quadratum: cidarim (vt dixi) in capite cum lamina aurea.

**Viculū.** Vinculū ligat, conſtrīgit, graue ſeu moleſtum eſt.

**Vinea.** Vinea pululat, paſtinatur, propagatur, putatur, foditur, paxillať, paxillis colligatur, ſepitur, gemmas fert, frondes, flores: ſurculi euelluntur, ne humor ſtipitis ad eos tranſeat: tolluntur pampini propter nimiam vmbram, vt botri calorem ſolis habeant: fit in ea vmbraculū, vt cuſtodiatur: in hyeme nullum lignū vilius, in æſtate nullum vtilius.

**Vinum.** Vinum clarum eſt, candidum, dulce aliquātum, inebriat, ſanguinem operatur, cor lętificat, ingenium acuit, aliquādo aceſcit, paruulos merū enecat.

**Viola.** Viola purpurea, humilis, odorifera, frigida, mollis.

**Virga.** Virga recta, gracilis, longa, plana, flexibilis, florem habet in ſummo, flagellat, & erudit.

**Vitrum** Vitrum clarū, planum, ſolidū, fragile.

**Vitta.** Vitta ambit, ornat, cōſtringit.

**Vitula.** Vitula ſacra rufa erat, īmaculata, quæ iugum non traxerat.

**Vitulus** Vitulus hoſtia ſacerdotalis, cornua habet, laſciuus eſt, & ſimplex.

**Vmbra.** Vmbra calorem temperat, grata eſt feſſis in calore, corporis lineamenta retinet, per ipſam ad corpus venitur, fit em̄ obiectu corporis ad rē lucidā, ianis eſt.

**Vndeci.** Vndecim diſcipuli ī Galilęa. Vndecim ſaga in tabernaculo.

**Vnguētum.** Vnguentum bonum cōficitur ex myrrha prima & cinnamomo & calamo, ex caſiæ fiſtula, ex oleo oliuarum. Hæc redacta in puluerem, cum oleo oliuarum ſub menſura lini conficiebantur.

**Vnguis** Vnguis eſt pars digitorum cornea, dura, lucida, tenuis, plana.

**Volucres.** Volucres leues, inſtabiles, nidificant & cantant in aere, duabus alis volāt: vna percuſſa, aliæ fugiūt, timidę ſunt.

**Voluptas.** Voluptas virtutes diſſipat, corp⁹ emollit, naturalia bona diſſoluit, ociū q̄rit.

Vox modeſti hominis ſit ſimplex, verecunda, quieta, humilis, modeſta, clauſa, meticuloſa.

**Vrſus.** Vrſus faſtidium generat, ſtudiū neſcit, ſocietatem non habet, ingens eſt corpore, duriſſima pelle tegitur, crudelis, brachiis, fortiſſimus, mel oppido diligit, ſuper arbores ſerpit, informis caruncula naſcit, lingua matris lambēdo formať.

**Vter.** Vter de corio animalis mortui fit. Vinum continet & ſeruat, cum fuerit inueteratus inutilis eſt.

**Vulpes.** Vulpes callida eſt, mordax, fœtida, ī foueis manet, doloſa, ineſibilis.

Vultur trans maria dicitur ſentire cadauera, ſi cadauer conſpicit iacens, ad eſum illius ſe deponit: exercitum ſequitur: vt cadaueribus ſatietur: pedibus libenter graditur.

¶Finis Libri Quarti & ita quatuor librorum de naturis rerum ac de ꝓprietatibus ac epithetis earum: quorū oīm cognitio plurimū ad ſacræ ſcripturę interpretationem, & ad ſermonū quorū liber mox ſubſequetur, compoſitionem conducit.

## SEQVItur in Librum Centum Sermonum, M. Hugonis de S. Victore, Præfatio.

A

Pſal. 18. Cum (ſcriptura teſte) lucerna ſit pedibus nr̃is verbū dei & lumē ſemitis: modis oībus ſacrę ſcripturæ verbis legēdis, meditandis, audiēdis, dicēdis, ſcribendiſq;, prout licet, ſtudium impendere debemus: præſertim nos fratres Chariſſimi, ſociiq; clauſtrales: q actioniſtur bationibus abrenūciauimus & ſolius præſtandæ contemplationis quieti nos mancipauimus. Cuius virtutis euidentiſſimū beata Maria ſoror Marthæ nobis prębet exemplum: quæ ſorore circa freqūes miniſterium ſatagēte, ſecus pedes domini aurib⁹ intētis ſitiendo verba loquētis, optimā partē dn̄o teſte legitur elegiſſe; cuius laudabilem mirabilemq; virtutē multi contemnunt. Ex quib⁹ nōnullos q intellectu ſibi cęlitus dato ī ſcripturis gaudia capere potuiſſent ad tantam audimus vitiorum & moꝝ fœditatē enormitatēq; delapſos, vt anima eorum verbum dei nauſeante & ſpiritalem eſcam abominante, vſq; ad portas mortis appropinquarēt & inter Ægyptios magis q̃ iter Iſraelitas, interq; ciues Babylōis magis q̃ Hieruſalem viderentur reputandi. Vidimus & alios, ſolertia ſui ſtudii, cooperante gratia Chriſti, ad tantam virtutū bonitatē honeſtatemq; morū de prauitate ꝑueniſſe: vt in ipſis luce clarius agnoſce-

Pſal. cvi. retur impletum quod ſcriptum eſt. Miſit dominus verbū ſuū & ſanauit eos: & eripuit eos de interitionib⁹ eorum. Omnes igitur ad legendum verbū dei prouocemur, ſed eruditiores etiam ad loquendum: minus autem docti ad audiendum: vt & in nobis perficiatur qđ

Eſa. 24. ſcriptū eſt. In doctrinis glorificate dominum. Et quoniam quædam vobis de florentiſſimo diuinę ſcripturę agro documenta dudum collegi, viſum eſt mihi in hoc ſermone ea vobis præponere vt in his etiam veſtrum valeatis ſenſū

B exercere. Sciendum tamen eſt ꝙ non

Eccl's. 3. omne tp̄s noſtrū lectionibus debemus ī pendere: quia ſecundum Salomonē oīa tempus habent & ſuis ſpatiis tranſeūt vniuerſa. Eſt ergo & tempus legendi & eſt tempus meditandi. Eſt tempus veritatem inquirendi, vt erudiatur ſenſus: & eſt tempus virtutem exercendi vt ſanetur affectus: & eſt tempus boni operis exhibendi vt adiuuetur proximus. Eſt tempus orandi & eſt tempus cantādi: tempus diuinis officiis aſſiſtendi, & tempus cuilibet rei neceſſariæ intendēdi. Ex quibus omnibus, velut apes mel de diuerſis floribus, debemus internæ ſuauitatis dulcedinem nobis colligere mellifluumq; iuſtitiæ fauum ſancte viuendo conſummare.



## CENTVM præfatorū Sermonū, qua ſerie conſcripti ſunt, & coimprimentur Tabella.


In dedicatione eccleſię hiſtorice. Ser. I.
In dedicatiōe eccl'ię tropologice. Ser. II
In dedicatione eccleſiæ anagogice. III.
In natiuitate b. Mariæ. Ser. IIII.
In aduentu domini. Ser. V.
In feſto cuiuſlibet ſancti. Ser. VI.
In feſto quorūlibet apl'orum. Ser. VII.
In feſto cuiuſlibet ſancti. Ser. VIII.
In feſtiuitate conceptionis b. virginis, ſed magis in deſpōſatione cuiuſlibet animæ fidelis. Ser. IX.
De timore dei. Ser. X.
De ſpirituali ſanitate. Ser. XI.
De ſpiritualibus montibus & arboribus. Ser. XII.
In anno nouo & circūciſione. Ser. XIII.
In ſynodo & feſto cōfeſſoris. Ser. XIIII.
In ſeptuageſima de vinea dn̄ica. XV.
De ſpirituali agricultura in feſto alicuius martyris. Ser. XVI.
In epiphania domini. Ser. XVII.
In annūciatione dn̄ica. Ser. XVIII.
De quouis confeſſore. Ser. XIX.
De qualibet fideli anima. Ser. XX.
De membris humanis. Ser. XXI.
De populo & terra dn̄i. Ser. XXII.
Ad ſacerdotes in ſynodo. Ser. XXIII.
In natiuitate domini. Ser. XXIIII.
In feſtiuitate cuiuſlibet ſancti, præcipue tamen Auguſtini. Ser. XXV.
De antiquo Iudæorum populo, & hodiernis iuſtis. Ser. XXVI.
In feſtiuitate paſchali & in cœna domini aut feſto corporis Chriſti. XXVII.
In feſto omniū ſanctoꝝ. Ser. XXVIII.
De hoīe ab legione obſeſſo. Ser. XXIX
De quouis confeſſore. Ser. XXX.
De tabernaculis filiorū Iſrael. XXXI.
De apoſtolis & aliis prędicatoribus. Sermo. XXXII.
In annunciatione dn̄ica. Ser. XXXIII.
In natiuitate vel aſſumptione b. Mariæ ſemper virginis. Ser. XXXIIII.
De quolibet cōfeſſore epiſcopo aut alio qui populi rectore, & de eius officio & doctrina illi neceſſaria. S. XXXV.
In Epiphania domini. Ser. XXXVI.
De ſacrificiis, holocauſtis & oblationi-

bus & eoꝝ differẽtiis. Ser.XXXVII.
De Babylone fugiẽda. Ser.XXXVIII.
De Hierl'm tropologice. Ser.XXXIX.
De cuſtodibus Hieruſalẽ. Ser.XL.
In purificatione b.Mariæ, de purificatione mentis. Ser.XLI.
In purificatione b.Mariæ de purificatione eccleſiæ. Ser.XLII.
In ſeptuageſima aut alio pœnitẽtiæ tẽpore, de bona plãtatione. Ser.XLIII.
In medio quadrageſimę. Ser.XLIIII.
De cella vinaria. Ser.XLV.
In aſſumptione b.Mariæ. Ser.XLVI.
In aſſumptione eiuſdem. Ser.XLVII.
In natali domini. Ser.XLVII.
In natali domini. Ser.XLVIII.
In circuncιſione domini. Ser.XLIX.
De quibuſlibet apoſtolis. Ser.L.
In ſeptuageſima. Ser.LI.
Item in ſeptuageſima. Ser.LII.
De confeſſione facienda & votis reddẽdis. Ser.LIII.
In Quadrageſima. Ser.LIIII.
In quolibet feſto b.Marię. Ser.LV.
De anima obœdiente. Ser.LVI.
De quolibet p̃lato vel doctore. LVII.
Quid ſignificent neceſſaria vitę humanæ. Ser.LVIII.
De Abſalon ſignificante Iudæos: & Dauid ſignificante Chriſtum. Ser.LIX.
De omnibus ſanctis. Ser.LX.
De operibus ſex dierum. Ser.LXI.
De Arca Noe. Ser.LXII.
De Gedeone in natiuitate dñi. LXIII.
De apoſtolis Petro & Paulo. S.LXIIII.
In natiuitate b.Mariæ. Ser.LXV.
De deo laudãdo in feſto cuiuſlibet ſancti. Ser.LXVI.
De quatuor regum aduerſus quinq; reges pugnantiũ allegoria. Ser.LXVII.
De octo terris diuerſarũ rerum plenis moraliter. Ser.LXVIII.
In Aſcenſione dñi, de laudando domino per omnẽ creaturã. Ser.LXIX.
In die pentecoſtes. Ser.LXX.
De apl'is & aliis p̃dicatorib⁹. S.LXXI.
In anno nouo, vel in feſto diui Ioannis Baptiſtæ. Ser.LXXII.
In feſto S.Ioãnis Baptiſtę. Ser.LXXIII.
In feſto Eiuſdem. Ser.LXXIIII.
De Balaam & filiis Iſrael ex lib.Numerorum de quolibet ſancto. S.LXXV.
De verbis eiuſdẽ Balaã. Ser.LXXVI.
Item de iiſdem. Ser.LXXVII.
De tertia bñdictiõe eiuſdẽ. LXXVIII.
De eadem. Homilia vel Ser.LXXIX.
De eiuſdẽ hiſtoria & benedictione. Ser.LXXX.
De candelabro de quo fit mẽtio ĩ Exodo in feſto b.Gregorii. Ser.LXXXI.
In feſto omniũ ſanctorũ. Ser.LXXXII.
In feſto eorũdem. Ser.LXXXIII.
In feſto S.Auguſtini de perfectione duplicis eccleſiæ. Ser.LXXXIIII.
In feſto S.Michael' ex Iudith. LXXXV
In feſto eiuſdem ex eodem. LXXXVI.
In feſto eiuſdẽ ex eodem. LXXXVII.
De mãdato dilectiõis. Ser.LXXXVIII
Dñica prima quadrageſimę. LXXXIX
In purificatione b.Mariæ. Ser.XC.
De ſpirituali Chriſti conuiuio ex libro Heſter ſumpto themate. Ser.XCI.
De eodem ex eodem. Ser.XCII.
De eodem ex eodem. Ser.XCIII.
In die ſancto paſchę. Ser.XCIIII.
De menſa propoſitionis de qua in Exodo moraliter. Ser.XCV.
De quolibet ſancto. Ser.XCVI.
In feſto S.Ioan.Baptiſtę. Ser.XCVII.
In aſcẽſione dñi. Ser.XCVIII.
In feſto S.Auguſtini. Ser.XCIX.
In feſto S.Crucis. Sermo.C.

¶FINIS titulorum cẽtum Sermonum ſecũdũ ſeriem qua ſubſequentur.

## ¶In dedicatione eccleſiæ hiſtorice. Sermo.I.

A
SAnctificauit dominus tabernaculũ ſuum. Psal.45.
Habet fratres Cariſſimi tabernaculum domini.i. ſancta eccleſia lapides ſuos, habet cæmẽtum, habet fundamentũ, habet parietes, habet tectum, habet longitudinem, habet latitudinem, habet altitudinem, habet ſanctuarium, habet chorum, habet nauem, habet atrium, habet altare, habet turrim, habet ſigna ſonantia, habet vitreas feneſtras, habet dealbaturam interiorem & exteriorẽ, habet cęreos.xii. habet pontificem dedicantem. Omnia quæ dicta ſunt, plena ſunt ſacramentis



& ſpiritualia præferunt documenta. Si-
Lapides guli lapides ſũt ſinguli fideles: quadri,
& firmi: quadri ſtabilitate fidei, firmi
Cæmentum. virtute patiendi. Cæmentum eſt Cari-
tas, quæ ſingulos coaptat, coniungit &
viuificat: & ne per aliquam diſcordiam
inuicem diſcrepẽt, vniformiter æquat.
Fundamentũ. Fundamentum ſunt prophetæ & apo-
ſtoli, ſicut ſcriptum eſt. Superædificati
Ephe.2. ſuper fundamentum apoſtolorum & p̃-
phetarum ipſo ſummo angulari lapide
Parietes Chriſto Ieſu. Parietes ſunt contempla-
tiui Chriſti fundamento quod ſuperi⁹
eſt vicini terrena deſerentes, cæleſtibus
Tectum adhærentes. Tectum in hoc ſpirituali
ædificio non ſurſum eminet ſed deor-
ſum pendet: in hoc ab ædificio materia-
li diuerſum, & ab ipſo talis diſpoſitio-
nis diſſimili modo remotum. Tectũ ſũt
actiui terrenis actionibus proximi, pro-
pter ſuam imperfectionem minus cęle-
ſtibus intendentes & neceſſitati proxi-
Lõgitudo. morum res terrenas adminiſtrãtes. Lõ-
gitudo ſanctę eccleſiæ conſideratur ſe-
cundum diuturnitatem temporũ. Lati-
tudo ſecundum multitudinem popu-
lorum. Altitudo ſecundum differentiã
Latitudo. meritorum. In longitudine enim porri-
gitur dum ſecundum tria tempora tẽ-
pus naturalis legis & tẽpus ſcriptę le-
gis & tempus gratiæ a primo iuſto vſ-
q; ad vltimum iuſtum extenditur. In la-
titudinem diſtẽditur, dum multorum
Altitudo. populorum numeroſitate dilatatur. In
altitudinem erigitur, dum per differen-
tiam minorum & maiorum eleuatur.
Poſſumus dicere etiam φ lõgitudo ſan-
ctæ eccleſiæ eſt ab oriente vſq; ad occi-
dentem. Latitudo a Septẽtrione vſq; ad
meridiem. De longitudine dictum eſt.
Matt.8. Venient ab oriente & occidente & re-
cumbẽt cum Abraham, Iſaac & Iacob,
in regno cælorum. De latitudine dictũ
Eſa.43. eſt. Dicam aquiloni da: & auſtro noli p̃-
hibere. De vtraq; dictum eſt. Filii tui
Eſa.60. de longe venient: & filiæ tuæ de latere
ſurgent. Altitudo etiam ſecundũ gra-
dus dignitatis conſideratur. In altum
enim erigitur dum ſup laicos ordo ſa-
cerdotalis, & ſuper ſacerdotalẽ epiſco-
palis, & ſuper hunc archiepiſcopalis, &
ſuper omnes deniq; papa epiſcopus Ro-
manorum collocatur. Sacratium ſigni- E
ficat ordinem virginum. Chorus ordi- Sacrarium.
nem continentium. Nauis ordinẽ con- Chorus
iugatorum. Strictius nãq; eſt ſanctua- Nauis.
riũ q̃ chorus, & chorus q̃ nauis: & pau-
ciores ſunt virgines q̃ continentes: &
continentes q̃ coniugati. Sacratior eſt
etiam locus ſanctuarium q̃ chorus, &
chorus q̃ nauis. Sic dignior eſt chorus
virginum q̃ ordo continentium: & di-
gnior ordo continentium, q̃ coniuga-
torum. Atrium ſunt falſi chriſtiani qui Atriũ.
ſunt ſanctificati in eo φ baptizati, ſed
pleni ſunt putredine cadauerum: quia
ſunt pleni corruptione vitiorum. De
hoc atrio ſcriptum eſt. Atrium qđ fo- Apo.xi.
ris eſt noli metiri: quia proiectum eſt
& datum gentibus: quia falſi chriſtiani
damnabuntur cum gentibus, & dabun- F
tur ad puniendum dæmonibus. Alta- Altare.
re Chriſtus eſt ſuper quem non ſolũ ſa-
crificia bonorum operum, ſed etiã ora-
tionum offerimus dicentes. Per domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtũ filiũ tuũ
&c. Turris eſt nomen domini ſicut ſcri- Turris.
ptum eſt. Turris fortiſſima nomen do- Prou.17.
mini: ad eam fugiet iuſtus & ſaluabit.
Signa ſunt prædicatores: qui verba dei Cãpanę.
loquũtur. Feneſtrę vitreę ſunt viri ſpi- Vitrinę
rituales per quos nobis diuina cogni- Dealbatio.
tio illucet. Interior dealbatura ſignifi-
cat munditiam cordium. Exterior mũ-
ditiam corporum. Duodecim cęrei.xii. Cęrei.12.
ſunt apoſtoli qui vexillum crucis & fi-
dẽ paſſionis Chriſti prædicauerunt per
quatuor partes mundi. Habet ergo ſan- G
cta eccleſia ſingulos lapides per ſingu- Epilog⁹.
los fideles: cæmentum per caritatẽ: fun-
te in cliuo alicuiꝰ ardui loci poſita : qa
ciuitas talis cadẽtibus pluuiis lauatur
ſordibus ſuis:& habet inde non ſolũm
vias mundiores ſed & aurã ſalubriorẽ.
Vituperant quoq; ciuitates in imo po⸗
ſitas propter ſordes & ſordiũ fœtores,
& aeris exinde corruptiones:quia ciui
tates(inquiunt)tales per fœtores ſuos
deuorant habitatores ſuos.Sed quid ꝓ
deſt tibi corporali habitatione manere

in ſublimitate locoꝝ,ſi praua cõuerſa⸗
tione verſeris in ꝓfundo vitioꝝ? Præ⸗
terit nãq; figura mũdi nec aliquid per⸗
manet ſed totum & cito defluit bonũ
malũq; p̃ſentis ſeculi.Non eſt ergo ma
gnipendendũ vbi maneas,ſed totis vi⸗
ribus contende vt vitã deo dignã du⸗
cas.Conſtituit (ait) eum ſup excelſam
terrã vt comederet fructus agroꝝ.Qui P
ſunt agri iſti niſi ſacri libri? Qui ſunt
fructus agrorũ niſi ſenſus ſentẽtięq; li⸗
broꝝ?Singuli libri ſunt ſinguli agri,ſci
licet Geneſis,Exodus,Leuiticꝰ,Nume⸗
ri,Deuteronomiũ,& cęteri libri veteris
teſtamẽti.Matthęus,Marcus,Lucas,Ioã
nes & alii libri noui teſtamẽti.Illi nãq;
proferũt hordeũ ꝓpter aſperitatem &
duritiã literę:iſti frumentũ propter le⸗
nitatem & teneritudinẽ ſpiritualis in⸗
telligẽtię.Si diſplicet tibi fructũ legen
do colligere de illis:ſaltẽ placeat colli⸗
gere de iſtis.i.ſi libros veteris teſtamẽ⸗
ti legere detrectas,ſaltẽ libros noui te⸗
ſtamẽti legere & ſcire cõtẽdas:ſi deſpi⸗
cis hordeũ,mete frumẽtũ. Scias agros
iſtos.ſ.libros diuĩos ab optimis agrico⸗
lis ꝑ multos labores bene cultos.i.a ꝑfe
ctis doctoribꝰ ꝑ multas afflictiones, vi⸗
gilias,lectiones,meditationes,diſputa⸗
tiones bene emẽdatos,bene gloſſatos &
expoſitos. Alii laborauerũt & tu intra
labores eorũ : mete fructus agroꝝ,lege
ſententias librorũ.Si verbis meis acqe⸗
ſcere volueris:dñs reget te & nihil ti⸗ Pſal.32.
bi deerit:qa in loco paſcuæ te colloca⸗
bit.Si vero nolueris appropĩquabit vſ⸗
q; ad portas mortis aĩa tua, omnẽ eſcã Ex Pſal.
abominata.Caue quoq; ne comedas ſili cvi.
quas porcoꝝ,ne videlicet delecteris in
figmentis poetarũ, ſiue ſordibus vitio
rum:diuinorum librorum fructus col⸗
lige & ex illis ĩpinguare & dilatare.Il⸗ Q
lic inuenies fructũ,vt alio in loco iã di
ximus,honeſtę occupationis,fructũ in⸗
timę deuotionis,fructũ ſupnę cõtẽpla⸗
tionis.Sunt & alii libri ſpũaliũ bonorũ
fertiles,fructus præbentes vberes , fru⸗
ctus ſalutares.Vniuerſitas nãq; creatu
rę quaſi qđdam corpus eſt bibliothecę.
Sed quẽadmodũ ſi laicꝰ bibliothecã no
uã bñ cõpoſitã,bñ ſcriptã,auro, diuer⸗
ſiſq; coloribꝰ pictã & illũinatã ĩueniat,



aperiat,inſpiciat,& literas laudet aurũ
coloreſq; cõmendet,ſed tñ quid in ipſa
ſapientiæ cõtineat minime cognoſcit:
ſic homo beſtialis tenebris ignorantiæ
cęcatus mũdũ iſtũ ſpecietenus conſide
rans,laudat altitudinẽ cæli,latitudinẽ
terrę,claritatem cęleſtiũ luminariũ,vi⸗
riditatẽ germinum ,diuerſitatem quo⸗
rũlibet animantiũ,moles mõtiũ, tractꝰ
fluminũ:ſed tñ quid in ipſo diuinę co⸗
Pſal.91. gnitionis lateat non aduertit. Vir eñ
inſipiens non cognoſcet:& ſtultus non
intelliget hæc.Non agnoſcit in creatu
ris omnipotentiã creatoris,quæ tot &
tanta de nihilo fecit:nec ſapientiã,quæ
tam pulchre facta diſponit:nec benigni
tatem,quæ tam vtilia dedit. Nos autẽ
fratres delectemur ĩ factura dei,& ĩ ope
ribus manuũ eius exultemus. Cum au
tẽ dicit,Vt ſugeret mel de petra,oleũ⸗
q; de ſaxo duriſſimo:Duo ponit petram
& mel,& iterum duo ſaxũ & oleum. Pe
tra ſecundum traditiones doctorũ no⸗
ſtroꝝ ſaxo eſt minor,ſaxoq; fragilior:&
ſaxum petra maius petraq; duriꝰ.Petra
& ſaxũ Chriſtũ ſignificant.Sed petra ſi
gnificat Chriſtũ in ſinu matris: ſaxum
vero ſignificat Chriſtũ ĩ dextera dei pa
tris.Petra Chriſtus in mũdo,ſaxũ Chri
ſtus in cęlo.Vis videre Chriſtum petrã
paruam?vide eum in cunis latitantem,
vel in ſola Iudęa ꝑdicantem.Vis vide⸗
re Chriſtum ſaxum magnum? vide eũ
ad dexteram patris ſublimatum:ad ter
minos terrę per fidem in cordibus cre⸗
dentium dilatatũ.Hic eſt lapis de quo
Dañ.2. ſcriptũ eſt.Lapis abciſus de monte ſine
manu hominis, factus eſt mons magnꝰ
& impleuit terrã.Vis videre Chriſtum
petram fragilem?vide vagientẽ,eſuriẽ⸗
tem,ſitientem,laſſeſcentem,algentẽ,la⸗
chrymantẽ,flagellatum,mortificatum.
Vis videre Chriſtũ ſaxũ duriſſimũ?Vi
de ꝙ Chriſtus reſurgens ex mortuis iã
non morit:mors illa vltra non dñabit:
qđ eñ viuit,viuit deo.Mel de petra ſi⸗
gnificat gratiam redemptionis.Oleum
aũt de ſaxo duriſſimo gloriã beatitudi
nis. Sicut nãq; mel præ oĩbus q̃ come⸗
dunt palato dulcius ſapit: ſic gratia re
demptionis præ omnibus q̃ in pręſenti
ſeculo poſſunt hoĩ in cordibus electoꝝ

dulceſcit.Et quõ oleũ cunctos liquores
excellit,ſic gloria beatitudinis q̃ ſũmũ
eſt bonũ bona cũcta ſuperat & excedit.
Debemus itaq; fratres eſſe cõſtituti ſu Epilogꝰ
per excelſam petrã,per eminentiã virtu
tũ:comedere fructꝰ agroꝝ, per lectionẽ
ſcripturarũ,& ꝑ cõtẽplationẽ creatura
rũ ſugere mel de petra ſuſcipiẽdo gra⸗
tiam redẽptionis:oleũq; de ſaxo duriſſi
mo ſperando gloriã beatitudĩs.Ad quã
nos ꝑducere digneẗ.Qui viuit & reg.
¶Ad ſacerdotes in ſynodo.Ser.XXIII. S
I Te ãgeli veloces ad gẽ Eſa.18.
tem conuulſam & dila
ceratã:ad populũ terri
bilẽ, poſt quẽ nõ ẽ aliꝰ:
gentẽ expectantẽ & cõ⸗
culcatã,cuius diripue⸗
runt flumina terrã eius.Ecce fratres ca
riſſimi diuinũ nobis officiũ iniũctũ:ec
ce cura,ſollicitudo , laborq; ſacerdotũ.
Ecce piũ ſed periculoſum onus illis im
poſitum.Ite angeli veloces . Admonet
nos hoc ĩ loco ſermo ꝓpheticus, immo
diuinus ne miniſteriũ nobis diuinitus
iniunctũ cõtemnamus: ne ſanctũ onus
deiiciamus :ne gentẽ ad imaginẽ & ſili
tudinem dei formatã, ꝑcioſo ſanguine
Chriſti redẽptã,nobis cõmiſſam negli⸗
gamꝰ:ne ꝑ culpã tẽporalẽ ad ęternã de
fluat dãnationẽ:ne(qđ abſit)nõ ſolum
in illa fiat peccatũ ꝓpter ipſius delicta
propria ſed & ĩ nobis fiat ſupra modũ
peccans peccatũ propter delicta aliena.
Reddituri nãq; ſumus rationẽ nõ ſolũ
de nobis ſed etiã de aĩabꝰ nobis cõmiſ⸗
ſis niſi illis inſtanter annunciauerimus
verbum ſalutis.Audiamus igit atten⸗
tius qđ nobis diuinitus dicitur. Ite an T
geli veloces ad gentẽ cõuulſam.Sacer⸗ Eſa.18.
dotes ſunt angeli ſicut quodã loco ſcri
ptura innuit dicẽs.Labia ſacerdotis cu Mala.2.
ſtodiunt ſapiẽtiam: & legem requirent
ex ore eius,quia angelꝰ dñi exercituum
eſt.Ergo ſi ſacerdotes dñi ſumꝰ etiã ex
ipſo officio angeli.i.nũcii ſumus & po
pulo ea q̃ dei ſũt nũciare debemꝰ.Ite ã⸗
geli veloces ad gẽtem cõuulſam.Duo⸗
bus modis ꝓbat hũana natura deo ĩhę
rere & ĩ ipo radicẽ hẽre:ſcđm hoc vide
licet ꝙ facta ẽ vt alio loco iã diximꝰ ad
imaginẽ dei:ĩ eo ꝓuerũ põt cognoſcerę

& ſecũdũ hoc ꝙ facta eſt ad ſimilitudi-
nem dei ĩ eo ꝙ poteſt bonum diligere.
His enim modis non ſolũ humana, ve-
rũ & angelica creatura creatori coniũ-
cta dinoſcitur, dũ & cognitione eius ſa
pientiã contemplatur et dilectione bea
titudine eius iugiter fruitur. His duo
bus modis vitat malum quia & ꝑ co-
gnitionem veritatis quã habet in diui
na ſibi originaliter inſita imagine pel-
lit errorẽ: & ꝑ amorem virtutis quã
habet in diuina ſimilitudine odit iniq-
V tatem. Subintrauit autẽ in naturã hu-
manam ꝑ ſuggeſtionẽ diabolicã igno
rantia, & euellit in homine radicem di
uinæ cognitionis: & venit concupiſcẽ-
tia, & eradicauit plãtã dilectionis. Gẽs
itaq; quælibet impia a diuinis & cæle-
ſtibus bonis ꝑ culpam elongata, duo-
bus præcedentibus bonis in bono pri-
mum plantata: duobus ſuccedentibus
malis deinceps recte monſtratur & vo-
catur a bono conuulſa. Ite ergo angeli
veloces ad gentem conuulſam: & nõ ſo
X lum conuulſam ſed & dilaceratã. Con-
uulſam a bono, dilaceratã in malo. Hu
mana namq; natura poſtq̃ a bono velli
tur: ſtatim in malo dilaceratur multi-
pliciter dum diuerſis vitiis & peccatis
ad dãnationẽ ꝑtrahunt diuerſi. Alii
ꝑ ſuperbiam, alii ꝑ inuidiã, alii ꝑ irã,
alii ꝑ acidiam, alii ꝑ auaritiam, alii
ꝑ gulã, alii ꝑ luxuriã, alii ꝑ vſurã, alii
ꝑ rapinam, alii ꝑ furtum, alii ꝑ fal
ſum teſtimonium, alii ꝑ periuriũ, alii
ꝑ homicidiũ, alii vidẽdo mulierẽ ad
concupiſcendũ eam, alii dicendo fratri
fatue: & ꝑ alia ſi qua ſunt vitia ſiue
peccata, intus vel foris: quæ propter p̃-
ſens compendiũ nec volumus nec vale
mus dinumerare. Ite igitur angeli ve-
loces ad gentẽ cõuulſam & dilaceratã:
vt ꝑ veſtrã pdicationẽ in malo dilace
ratam coadunetis: & a bono cõuulſam
replãtetis. Ite angeli ite veloces: ite ad
gentẽ conuulſam & dilaceratam: ad po
pulum terribilem poſt quẽ nõ eſt aliꝰ.
Y Q̃diu fratres Cariſſimi, homo nobili-
tatẽ, elegantiã, ac pulchritudinẽ ſuę cõ
ditiõis p iuſtitiã cõſeruat: ſpecioſus eſ
ſe forma cõprobat. Qñ vero decorẽ pul
chritudinis in ſemetipſo ꝑ culpã fœ
dat, ſtatim deformis & horribilis inue-
nitur: diſſimilis deo etiã ſimilis factus
diabolo. Heu q̃ turpis, q̃ terribilis ẽ po
pulus iſte! Alii in populo iſto ſunt de-
formiter nigri p cogitationẽ immũdã:
alii cęci ſunt p ignorantiã: alii carẽt na
ribus per indiſcretionẽ: alii lingua vel
labiis p noxiam taciturnitatẽ: in aliis
retrouerſus eſt vultus per trãſacti cri-
minis recordationẽ & delectationem:
aliis ſolus remanſit corporis truncus ca
pite præciſo, ꝑ mentis alienationem:
alii quoq; carent brachiis ꝑdito forti
tudinis rigore: alii carent pedibꝰ amiſ-
ſa virtutum ꝑfectione: alii (quod gra
uius eſt, qđ turpius eſt, quod horribiliꝰ
eſt, quod terribilius eſt) diſſipatis omi
bus membris. i. virtutibꝰ operibuſq; bo
nis dilaceratis: peruenerũt vſq; ad por
tas mortis, ſicut Pſal. ait. Diſſipata ſunt Pſal.140
oſſa noſtra ſecus infernũ. Quid igit̃ fra
Z tres! Si quis videret populum corpora
liter in hunc modum deformatum ca-
teruatim corã ſe tranſire, alios cernens
nigros, alios vt ſupra dictũ eſt ſine auri
bus, ſine naribꝰ, ſine labiis, alios verſis
retro vultibꝰ, aut amputatis capitibꝰ,
manibus, brachiis, pedibus ac cruribꝰ:
ſolos truncos corã ſe rotantes ſiue diſ
ſipata ſingillatim mẽbra humana vnũ
poſt aliud ſequẽtia: ſi quis inquã veſtrũ
hæc videret nõne q̃ totius ſe ſigno cru
cis præmuniret aut fugeret, & clama
ret nec ſe nec alium vnq̃ vidiſſe talia!
Quid ergo! Diebus dominicis ac ſolẽni
bus populus vobis commiſſus a vobis
curandus, ad eccleſiam cõfluit formam
corporis componit, cultioribꝰ ac diuer
ſis coloribus tinctis veſtibus ſe induit:
& vos viros ac mulieres in tãto fulgo-
re cõtemplãtes forſitan gloriamini ta-
les vobis ſubiectos talibuſq; vos eſſe p̃-
latos. Non eſt bona gloriatio veſtra ſi ĩ
hoc gloriemini, & populus vobis com-
miſſus a bono conuulſus, in malo dila-
ceratus, diuerſis vitiis atq; peccatis ter
ribilis inueniatur fratres. Vitam itaq;
diligẽter attendite: mores conſiderate
& pulchritudinem eius ſecũdũ ea quæ
ad interiorẽ hominẽ nõ ſecũdũ ea quæ
ad exteriorẽ ptinẽt iudicate: & erube-
ſcite & dolete de ipſo q̃ vobis ẽ ſubiectꝰ



populo ſi talem videritis quem hic au
ditis gentem, ſcilicet conuulſam & dila
ceratam, populum terribilem poſt quẽ
non eſt alius: quia veſtra forſitan ẽ cul
pa, veſtra negligentia, veſtra deſidia, ꝙ
talis eſt: eo ꝙ non annunciaſtis ei pec-
cata ſua, ſcelera ſua. Ite igitur ange-
li veloces ad gentem cõuulſam & dila
ceratam, ad populum terribilem poſt
quem non eſt alius. Ite angeli quia ve-
ſtrum eſt officium: ite veloces ne mora
veſtra generet periculum. Ite ad gentẽ
cõuulſam & dilaceratam, ad populum
terribilem poſt quem nõ eſt alius: vt p
veſtram prędicationem adipiſcatur re
A Ex pſal. 25. medium. Nolite ſedere cum cõſilio va-
nitatis: nolite cum iniqua gerẽtibus ĩ-
troire. Odite eccleſiam malignantium
& cum impiis nolite ſedere. Quid igit̃!
Poteſt etenim aliquis veſtrum tacitus
cogitare vel manifeſtius reſpõdere di-
cẽs. Tu prohibes nos exemplo pſalmi-
ſtę poſito, ad tales ire: & nonne dominꝰ
ad tales nos dirigit vbi dicit: Ite velo-
ces ad gentem conuulſam & dilacera-
tam: ad populum terribilem poſt quem
non eſt alius. Intendite, vbi dominꝰ ait
Ite angeli veloces ad gentem conuul-
ſam & dilaceratam: ad populum terri-
bilem poſt quem nõ eſt alius: Ibi vobis
officium iniungitur, & pręceptum da-
tur impiis prędicandi. Hic vero vbi di
cimus, nolite ſedere cum conſilio va-
nitatis, nolite cum iniqua gerentibus
introire. Odite eccleſiam malignantiũ:
cũ ipſis nolite ſedere. Hic inquã vobis
continuo prohibet licẽtia cũ ipſis pec-
candi. Ite igitur angeli prędicando, no
lite ire peccando. Ite ad populum terri
bilẽ vt verbo ſalutis illum ſpecioſum
forma faciatis: nolite ire vt deformita-
te peccati illius voſmetipſos illi ſimi-
les efficiatis. Chriſtus cum peccatori-
bus manducauit vt illos in bono ſibi
coniungeret: ſed non mãducauit cum
eis, vt illis in malo ſemetipſum ſocia-
ret. Sicut Chriſtus fecit ita facite, ſicut
nõ fecit nolite facere. Itę angeli, ite ve
loces. Qꝫ veloces! tam veloces vt ĩ via
Mat.18. nemine ſalutaueritis: & ſi quis vos ſa-
lutauerit non reſpondeatis illi. Non ꝙ
ſalus omnibus non oranda: ſed vt his
verbis ſpiritusſanctus innuat q̃ velo-
ces, q̃ expeditos eſſe ſacerdotes in prę-
dicatiõe ſalutis oporteat. Quaſi dicat. 2. Ti.4.
Prædicate verbum, inſtate opportune,
importune: arguite, obſecrate, increpa-
te: ĩ omni patiẽtia & nolite differre ver
bum de die in diem, de dominica in do
minicam, de feſto in feſtum: ſed diebus
ſaltem dominicis & feſtiuis populo p
conſuetudine in eccleſia cõgregato nõ
ſufficiat vobis tantum miſſas celebra-
re, nõ ſufficiat pro domino apoſtolico,
& ſingulis ordinibꝰ generalem oratio-
nem facere, vel feſta ſequẽtis hebdoma
dę nunciare: ſed magis populum caſti-
gate de malo, erudite & informate ĩ bo
no: pœnam peccatoribus venturam, &
gloriam iuſtis reſeruatam illis declara
te. Ite angeli. Ite veloces. Quis enim ſi B
verbũ ſalutis populo prædicare de do
minica in dominicam diſtuleritis: quis
inq̃ ſciuit an tunc viuentes, an ſani, an
præſentes eritis! Sed & ſi vos viuen-
tes ſanos ac p̃ſentes eſſe contingat: qs
ſcit an aliquis tunc aberit qui prius p̃
ſens fuit & amplius conſilium animæ
ſuę nõ audiẽs morte inopinata & ſubi
ta pręuentus non abluens culpam ra-
piatur ad pœnam! Nonne deus iuſte
ſanguinem huiuſmodi hominis de ma
nibus veſtris requiret! Ite ergo angeli
veloces, ad gentem cõuulſam & dilace
ratam, ad populum terribilẽ poſt quẽ
non eſt alius. Quid eſt quod dicit poſt C
quem non eſt alius! Nunquid poſt hũc
populus non eſt naſciturus, victurꝰ bo
na malaq; facturus! Eſt vtiq;. Quid eſt
ergo quod dicitur, poſt quem non eſt
alius! Id eſt nullus ante iudicem ſum-
mum, illo deterior, nullus per culpam
turpior, nullꝰ terribilior. Tres ſunt po
puli, chriſtianꝰ, iudaicus, gentilis. Qui
vtcũq; igitur in populo chriſtiano no
mine tenus chriſtiani ſunt, ſed per in-
iuſtitiam diabolo ſeruiunt, Iudęis ſiue
paganis ſunt terribiliores ex quo ꝑ
iniquitatem ſunt deteriores. Quanto
nãq; per gratiam adiuti facilius ſi vel-
lent poſſent in iuſtitia permanere: tan
to grauius offendunt dum a culpa no
lunt abſtinere, quia cui plus committi
tur, plus ab eo exigetur: & q̃to gradus

altior, tanto caſus grauior: & plus pec
cauit diabolus in cœlo, q̃ homo in pa-
Luc.12. radiſo: & ſeruus ſciens voluntatem do
mini ſui & non facit, plagis vapulabit
multis: ſeruus autem neſciens eam va
pulabit paucis. Igitur ſicut dominꝰ ci-
uitatibꝰ in quibꝰ plurimas virtutes fe-
cerat eo ꝙ pœnitẽtiam non egiſſent ex
Mat.11. probrauit dicens. Veh tibi Corozaim,
veh tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro &
*Sidone* factę eſſent virtutes quæ factæ
ſunt in vobis: olim in cilicio & cinere
pœnitentiã egiſſent. Verumtamen di-
co vobis Tyro & *Sidoni* remiſſius erit
in die iudicii q̃ vobis. Et tu Capharna
um nunquid vſq; ad cœlum exaltabe-
ris? Vſq; ad infernum deſcendes: quia
ſi ĩ *Sidoniis* factę fuiſſent virtutes quę
factæ ſunt in te: forte manſiſſent vſq;
in hunc diem. Verumtamen dico ti-
† Sodo- bi quia terræ † ſidoniorũ remiſſiꝰ erit
morũ. in die iudicii q̃ tibi. *Sic* & huic falſorũ
chriſtianorum populo per diuerſas im
pietates deprauato, terribili facto, lon-
ge a diuina ſimilitudine quodammo-
do ſcd̃m ſuam nequitiam remoto: ſic ĩ-
quã ei põt exprobrari vt dicat̃ *ei*. Veh
tibi popule neq̃, popule mendax, popu
le apoſtata: qui male viuẽdo, filium dei
conculcas: qui ſanguinẽ teſtamenti pol
lutum ducis in quo ſanctificatus es, &
ſpiritui gratię contumeliam facis. Me-
2. Pet.2. lius enim erat illis non cognoſcere viã
iuſtitiæ q̃ poſt agnitionem retrorſum
conuerti, ab eo quod illis traditum eſt
ſancto mandato. Cõtigit enim eis & il-
lud veri prouerbii. Canis reuerſus ad
ſuum vomitum, & ſus lota in voluta-
D bro luti. Sed & quomodo populus iſte
ſeipſo deterior vel terribilior eẽ poſſit
aut populo malo poſt nos futuro mini
me videmus. Nam & in ipſum pondus
malorum ore prophetico prolatum, vi
Eſa.5. detur eſſe profuſum quo dicitur, Veh
qui dicitis malum bonum, & bonũ ma
lum: ponentes tenebras lucem, & lucẽ
tenebras: ponentes amarũ dulce, & dul
ce amarum. Veh qui ſapientes eſtis in
oculis veſtris & coram vobiſmetipſis
prudentes. Veh qui potẽtes eſtis ad bi
bendum vinum & viri fortes ad miſcẽ
dam ebrietatem. Qui iuſtificatis impi-
um pro muneribꝰ & iuſtitiã iuſti aufer
tis ab eo. Multa (fratres cariſſimi) ſũt
quæ cauſa breuitatis prętermittimus:
quę de his omnibꝰ adhuc dici poſſent.
Ite angeli veloces ad populum terribi
lem, poſt quem non eſt alius. *Sequitur*
ad gentem expectantem & conculcatã.
Quid *expectat*? Veſtrũ verbum, veſtrũ
exemplum, veſtrum patrocinium: & di
uinum per veſtram ſollicitudinẽ & ad-
miniſtrationem auxilium & donum.
Veſtrum expectat verbum, vt erudia-
tur: veſtrum exemplum, vt ĩformetur:
veſtrum patrocinium, vt defendatur:
diuinum per veſtram ſollicitudinem &
adminiſtrationem, auxilium & donũ:
vt a malo liberetur, & in bono iuſtifi-
cetur. Et conculcatam. Quis conculca
uit eam? Vniuerſi dęmones qui iugi-
ter animę eiꝰ dicũt, Incuruare vt trãſ-
eamus per te. Praui etenim & qui cæ-
leſtia ſpernũt & ad terrena ſe deflectũt,
dęmonibus iter ſe conculcandi & per-
tranſeundi tribuunt. *Sequitur*. Cuius
diripuerunt flumina terram eius. Quę
ſunt iſta flumiua terram male viuenti
um diripientia? Vbi vitia cum impetu
ſunt fluentia & malos ad tormẽta tra-
hentia. Quæ eſt terræ direptio, niſi vir
tutis cuiuſlibet diſſipatio? Flumina er
go malorum terram diripiunt, cum vi
tia virtutes eorum auferunt. Aufert
enim ſuperbia humilitatem, ira pacem,
inuidia caritatem, acidia ſpiritualem
exultationem, auaritia largitatem, lu-
xuria continentiam. Ite angeli veloces
ad gentem conuulſam & dilaceratam,
ad populum terribilem, poſt quem non
eſt alius: ad gentem expectantem & cõ-
culcatã cuius diripuerunt flumina ter
ram eius. In tẽpore illo deferetur mu- Eſa.18.
nus domino exercituum a populo di-
uulſo & dilacerato: a populo terribili,
poſt quem non eſt alius: a gente expe-
ctante & conculcata cuius diripuerũt
flumina terram eius. In illo ĩquit; tem-
pore deferetur munus domino. In quo
tempore? Cum videlicet ieritis ad po-
pulum iſtum ad quem mittimini & il-
lum a ſupradictis malis per veſtram p̃-
dicationem curaueritis. Quod munus
deferetur? Munus gratum, holocauſtũ



medullatũ, votum internum, & defere-
tur ad locum nominis domini ad mon
tem *Sion*, id eſt in ſanctam eccleſiam.
Ite igitur angeli veloces, & populo ter
ribili prędicate, miniſterium veſtrũ ĩ-
plete. Quod ſi feceritis bonum gradũ
vobis acqretis. Det vobis & nobis hu-
ius rei gratiam qui promittit gloriam
Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui vi-
uit & regnat, Per omnia ſecula ſeculo
rum. Amen.

In natiuitate dñi. *Sermo*. XXIIII.

G Domine miſerere no-
Eſa.33. ſtri: te enim expectaui
mus. Eſto brachiũ no
ſtrum in mane & ſa-
lus noſtra in tempore
tribulatiõis, deus fõs
& origo boni totius, ſine cuius ſuffra-
gio nec bonum poſſumus habere nec
malũ valemus euadere nec cõſeq iuſti
tiã vel gloriã, nec culpã vitare nec pœ
nam: ipſe iugiter a nobis eſt exorãdus,
ipſe iugiter reclamandus: vt ipſius ſuf
fragante gratia & a malo liberemur, &
in bono confirmemur. Legimus in ver
bis Eſaię prophetę ꝙ ipſe Eſaias ꝑ po-
pulo iudaico exigẽtibus peccatis a *Sẽ-
nacherib*, intra muros *Hieruſalem* ob-
ſeſſo orauit dicẽs. Domine miſerere no
ſtri: te enim expectauimus: eſto brachi-
um noſtrum in mane & ſalus noſtra in
H tempore tribulationis. Timebãt enim
iudęi vt illuceſcente mane ipſe *Senna-
cherib* vrbem aggrederetur, & ſic ciui-
tas caperetur. Populus Iudaicꝰ in Hie
ruſalem conſtitutus electorum ſignifi
cat populum in diuinæ pacis viſione
collocatum. *Sennacherib* & eius exer-
citus, populo dei dirus inimicus: dia-
bolum deſignat, multitudinemq; dæ-
monum ac prauorum hominum. Ve-
nit *Sennacherib* cum exercitu ſuo, &
Iudæos in Hieruſalem conſiſtentes ex-
pugnare conatur: dum diabolus cum
multitudine malignorum ſpirituum,
& peruerſorum hominum veros diui-
ni nominis confeſſores in diuinæ pa-
cis viſione quieſcentes per multas ten-
tationes aggreditur, & eos per quam-
libet culpã a ſecuritate ſuæ quietis, &
a ſtatu rectitudinis ſubuertere molit̃.
Erant duo muri in Hieruſalem: mu- I
rus ſuperior ſiue interior: murus in-
ferior vel exterior. *Sic* in ſpirituali
conuerſatione fidelium, duo ſunt pre-
cipua munimenta quaſi duo muri: di-
lectio, ſcilicet & actio. Dilectio murus
interior, actio murus exterior. *Sed* ni-
hil valet ad ſalutem murus exterior,
niſi interior diligenter cuſtodiatur.
Quid namq; prodeſt operis exhibitio
ſi deſit cordis dilectio? Quid valet pa-
nem eſurienti porrigere, potum ſitien
ti dare, hoſpitem colligere, nudum
operire, infirmum viſitare, ad ĩcluſum
carcere ire, diuerſarum orationũ ver-
ba fundere, laudibus diuinis os aperire
miſſas celebrare, quælibet ſacramenta
dei tractare & eis cõmunicare, & quæ-
libet huiuſmodi facere: ſi negligas vel
contemnas mandatum dilectionis ob-
ſeruare? Sunt qui multa pauperibꝰ ero
gant, multa ſanctorum loca ſub obten
tu redimendę proprię prauitatis & ꝑ
merendę beatę retributionis, peregri-
nando viſitant & alia bona multa faci
unt, ſed ſemetipſos nihilominus male
viuendo ſceleribus inuoluunt. Iſti fru
ſtra ſua pro deo tribuunt, q̃diu deo ſe
metipſos auferũt. Nam ſi tua das deo,
teipſum diabolo, nõ eſt ęqua partitio.
Deꝰ hoĩem fecit & redemit: & ideo de
bet totũ hoĩem poſſidere: & ab ipſo fru
ctum bonæ cogitationis, locutionis &
actionis colligere: & proprerea non de
bes dare diabolo quod debes deo. Qui
libet ergo praui ſicut temporalia bona
Chriſto in ſuis membris ſtudent dare:
ſic ſemetipſos Chriſto, Chriſtum ſuper
omnia, & proximum ſicut ſeipſos dili-
gendo debent offerre: & ſic ciuitas eo-
rum duplici muro munietur, muro in
teriori per dilectionem, exteriore per
operationem. *Si* vero interiorem, id eſt
dilectionem contingat deeſſe: exterior,
id eſt operatio hoſtium impetum non
valet ſuſtinere. Domine miſerere no- K
ſtri. Miſeretur deus hominis quando
hominem a malo liberat & in bono cõ
firmat: & ſic a malo liberando & in bo
no cõfirmando iuſtificat. Miſerere igr̃
domine noſtri per iuſtificationem. Nõ
enim poſſumus habere iuſtitiã niſi no

bis illam dones per gratiã. Te enim ex-
pectauimus. Qui in deum ſperat deum
per ſpem expectat. Qui enĩ minime ſpe
rat minime expectat: ſed per miſerã cõ
ſciẽtiam diuinam fugit p̃ſentiam. Nec
deo quęrit pręſentari dum ab eo timet
condẽnari. Domine miſerere noſtri per
iuſtificationem: te enim expectauimus
per ſpem. Eſto brachium noſtrũ ĩ mane:
& ſalus noſtra ĩ tempore tribulatiõis.
Vnũ ſenſũ habet quod p̃mittit brachi
um, & quod ſubiunxit ſalus: & vnũ ſen
ſum habet quod dicit in mane, & quod
addit in tempore tribulatiõis. Eſto do
mine brachium noſtrũ & ſalus noſtra:
vt nos liberes a malo, & confirmes ĩ bo
no. Si tu fueris brachiũ noſtrum, ſi salꝰ
noſtra, ab hoſtibus nos impugnãtibus
liberabimur: & in conuerſatione bona
ſicut illi antiqui in vrbe Hieroſolimi-
tana ſaluabimur. In mane in tempore
L tribulationis. Poſſumus tribus modis
diſtinguere quod dicit mane ſiue tem
Primũ pus tribulationis. Primum mane ſiue
mane. tempus tribulatiõis eſt poſt diſceſſum
noctis hodiernę ſolẽnitatis. Scd̃m poſt
horam mortis. Tertiũ poſt curſum ſe-
culi p̃ſentis. Sed mane hodiernę feſti-
uitatis, mane dominici natalis: quomo
do dici põt tempus tribulationis, cum
omnibus videatur eſſe tempus exulta-
tionis? Sed ſi ſubtiliter perſpiciatur, eſt
quibuſdem tempus tribulationis, quia
tempus tentationis: dum diabolus per
ſpectacula vanitatis, & ſuperfluitatem
comeſtiõis & potationis & multiplicis
diſſolutionis multis tendit laqueos p̃-
cipitationis. Quãto igit̃ diabolus ĩ die
bus ſolẽnibus inſtantius quærit occa-
ſionem & facilius inuenit tentandi fa-
cultatem: tanto quiſq; ad reſiſtendũ de
bet ſemetipſum præparare cautiorẽ &
fortiorem, ne cũ filii dei cõgregati fue
rint in vnum, ſupueniens ſathan ali-
quẽ eorũ per culpam corrũpat & filiũ
dãnatiõis faciat. Queadmodũ ergo di
ximus qñ ẽ tẽpus feſtiuitatis tũc eſt tẽ
pus tẽtatiõis: & q̃diu ẽ tẽtatiõis tẽpꝰ,
tãdiu eſt tp̃s tribulatiõis. Eſto igit̃ bra
chiũ noſtrũ dñe & salꝰ noſtra ĩ die tri-
Eccl's. 9. bulationis: Ne diabolꝰ ciuitatẽ ſanctã
per tẽtationẽ frãgat: fideles tuos p iniq
tates captos abducat. Scd̃m mane ſiue M
tp̃s tribulatiõis eſt poſt horã ſiue etiã Scd̃m.
in ipſa hora mortis. Q̃diu homo viuit
quodãmodo in nocte eſt, quia non co-
gnoſcit multa quæ poſt mortem cogni
turus eſt. Sicut nãq; dicit Salomõ: Sũt Eccl's. 9.
iuſti atq; ſapientes & opera eorũ ĩ ma-
nu dei ſunt: Et tñ neſcit hõ vtrũ amo-
re an odio dignus ſit: ſed oĩa in futurũ
ſeruant̃ incerta: eo ꝙ vniuerſa ęq̃ eue-
niãt iuſto & iniuſto, bono & malo: imo
lãti victimas, & ſacrificia cõtẽnenti. Si
cut bonus ſic & peccator, vt periurus,
ita & ille qui verum deierat. Et item.
Neſcit hõ finẽ ſuũ: ſed ſicut piſces capi
unt̃ hamo: ſic hoĩes capiunt̃ in tẽpore
malo: cũ eis extẽplo ſupuenerit. Et apo
ſtolus Paulꝰ. Nihil mihi cõſcius ſum,
ſed nõ in hoc iuſtificatꝰ ſum. Qui autẽ
iudicat me dñs eſt. Tegit̃ ergo hõ no-
cte magnæ ingnorãtię oĩbus diebus vi 1. Cor. 4.
tę ſuę. In morte vero dies illi cognitio
nis orit̃: qa recedẽte aĩa de corpe & p̃mi
um & meritũ ſuũ ſimul & clare cõtem
platur. In iſtius diei matutino multũ
eſt timendũ humano ſpiritui ne a cru
deli Sennacherib impetatur, & p pec-
catis ſuis ad terrã vltimã, ad infernum
videlicet, abducat̃. In morte nãq; ſolet
diabolus miſerã aĩam cũ ſuis ſatelliti-
bus circundare: & vndiq; coanguſtare:
& ſi licentia ſibi detur, ad iſtam terrã p
ſternere. Domine eſto brachium noſtrũ
in hoc mane, ſalus noſtra in tempore N
tantę tribulationis. Tertium mane ſi- Tertiũ.
ue tempus tribulatiõis eſt dies vniuer
ſalis, reſurrectionis. Q̃diu namq; genꝰ
humanum in pręſenti ſeculo demora-
tur, magna nocte ignorantię tegitur.
Nõdum enim ſcire poteſt q̃diu mun-
dus ſubſiſtat, vl' qñ finẽ accipiat: nõdũ
nouit q ſint ſaluãdi, q dãnandi: nec vi-
det p̃mia bonorũ, nec pœnas malorum:
nec cõtio ſctẽ eccl'ię cõtemplat̃ p ſpẽm,
qd̃ credit p fidẽ: nec adhuc videt rẽ ad
quã tẽdit p ſpẽ: Sed ĩ gñali reſurrectio
ne recedẽte nocte p̃ſentis ignorãtię, il-
luceſcet dies cognitiõis pfectę, qñ con-
gregatis oĩbus creaturis rõnalibus de
um videbit omnis oculus: quando de-
us illuminabit abſcondita cordis no-
ſtri. Tunc veniente domino cum omni



bus ſanctis ſuis, erit lux magna: quia
erit lux lunę ſicut lux ſolis: & lux ſolis
erit ſeptẽpliciter ſicut lux ſeptem die-
rum, in die q̃ colligauerit dominꝰ vul-
nus populi ſui: & percuſſuram plagæ
M eius ſanauerit. Vox diei illiꝰ reprobis
amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ
dãnadis erit dies illa, dies tribulatiõis,
& anguſtię, dies calamitatis & miſerię:
dies tenebrarum & caliginis: dies ne-
bulę & turbinis, dies tubę & clangoris
In die illa interficiet & diſperdet de ci
uitate ſancta Dauid, Rex noſter, ſal-
uator noſter: omnes peccatores ter-
Mat. 15. rę: quando videlicet dicet eis. Ite male
dicti in ignem ęternum, qui pręparatꝰ
eſt diabolo & angelis eius. Ab hac au-
ditione mala q̃ vſq; ad illam horã nul-
la vnq̃ impiis peior fuit, nec deinceps
erit: ab hac inquã iuſti non timebũt q-
Ibidem. bꝰ dicetur. Venite bñdicti patris mei,
percipite regnum quod vobis paratũ
eſt ab origine mundi. In die illa Salua-
tor noſter cuius nomen terribile eſt ĩ-
piis, ſanctum ſanctis, miſericordiam &
iudicium cantabit: miſericordiam bo-
nos ſaluando, iudicium malos condem
nando: & honor regis quo bonos ſalua
bit. Iudicium diliget quo malos condẽ
nabit: & duo quæ deus vno & æterno
verbo locutus eſt ſemel complebuntur
quia poteſtas dei erit ad reprobos pu-
niẽdos, & tibi domine miſericordia, ad
iuſtos glorificãdos: quia tu reddes vni
cuiq; iuxta opera ſua. Tunc cum tradi
derit filius regnum patri finis erit, id
eſt conſummatio omniũ: cũ euacuaue-
rit omnem principatum & poteſtatem
& virtutem, vt amplius nõ dominetur
ſpiritꝰ ſpiritui, angelus angelo, vel ho
Epilogꝰ mo homini. Eſto domine brachium no
ſtrum in mane, & ſalus noſtra in tem-
pore tribulationis. In primo mane. i. in
die ſolennitatis hodiernæ nos libera a
diabolica tentatione. In ſecundo, id eſt
in hora mortis, nos libera a diabolica
infeſtatione. In tertio, id eſt in die re-
ſurrectionis, nos libera a perpetua dã
natione. Eſto vbiq; brachium no-
ſtrum, ſalus noſtra, vt nos a malo libe-
res & in bono ſalues, & largiẽdo nobis
gloriam quam nec oculus vidit, nec au
ris audiuit, nec in cor hominis aſcen-
dit quam pręparaſti diligentibus te: in
qua viuis & regnas deus, per omnia ſe
cula ſeculorum. Amen.

In feſtiuitate cuiuſlibet ſancti & pręcipue Auguſtini. *Sermo. XXV.* H

ASperges me domine hy Pſal. 50.
ſopo & mundabor. Da
uid rex & propheta tri
bus grauibus macula-
tus peccatis: adulterio,
quando peccauit cum
Berſabee, traditione quando Vrię de-
dit literas mortis ſuę, homicidio, quan
do Ioab pręd ictum Vriam ſcd̃m pręce-
ptum regis in loco vbi bellum erat for
tiſſimũ poſuit & ipſe Vrias percuſſus
occubuit. Ipſe inquam Dauid poſtq̃ ſe
peccaſſe intellexit, pſalmum pœniten-
tialem in quo verſiculus iſte contine-
tur compoſuit: & in ipſo de tranſgreſ-
ſione ſe a deo mundari ſuppliciter ſup
plicauit. Aſperges me domine hyſopo, I
& mundabor. Hęrba hyſopꝰ de qua in Hyſopꝰ
teſtamento veteri aſperſorium compo
nebatur, quo res quælibet mundan-
da aſpergebatur & mundabatur: quot
in ſe habet proprietates tot ſpirituali
um rerũ pręſe p̃fert, ſignificatiões. Ali
quot igitur eius proprietates decre-
uimus ſcd̃m ordinem diſponere, & ſic
myſticas earum ſignificationes expo-
nere. Scimus hyſopum in occulto ter-
rę radicem figere, foras de terra exire,
ſurſum creſcere, ramos multiplicare,
folia producere, vireſcere, calidum na-
tura, paruum & purgatiuum eſſe, gra-
na ſeminis & hyacinthini coloris flo-
ſculos, & ex ipſis floſculis redolentiam
habere. Hæc omnia ſpiritualiter iuſto
iſti ſancto videlicet Auguſtino, cuius
hodierna die ſolẽnia celebramus cõue
niũt. Radix quę principium eſt rei cre K
ſcentis fidem ſignificat cordis, quæ eſt
origo cuiuſlibet virtutis, vel boni ope-
ris ex ipſa naſcentis. Egreſſio germinis
confeſſionem ſignificat oris. Sic radix
ſignificat fidem cordis: exitꝰ germinis
confeſſionem oris. Corde enim credit̃ Rom. 10.
ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad
ſalutẽ. Quod vero hyſopus creſcit ſur
ſum, figurat ſpem ſupernorum bonorũ

ꝑ quam ſuperna ſapimus bona,& quę
rimus,& ad ea per deſiderium propera
mus.Multiplicatio ramuſculorũ mul-
tiplicationem exprimit virtutũ ex vna
fide quaſi ex vna radice prodeuntium.
Folia quæ foris ipſam rem de qua cre-
ſcunt veſtiunt, bona opera deſignant,
quæ iuſtum extrinſecus honeſte & de-
center tegunt. Viror hyſopi perpetuã
ſignificat in iuſto iuſtitię conſeruatio-
nem,ſiue cęleſtis ęternitatis amorẽ.Na
turalis hyſopi calor dilectionem dei &
proximi,qua iuſtus deum ſuper omnia
& proximum ſicut ſemetipſum diligit,
figurat. Quaſi quodam nãq; calore ca-
let dum vtraq; feruet dilectione. Parui
tas hyſopi humilitatẽ exprimit iuſti.
Iuſtus etenim humilitatem imitatur
hyſopi,dum altiora ſe quęrere non prę
ſumit,ſed humilibus conſentit. Purga
tiuam habet virtutem per prędicatio-
nem. Sicut enim hyſopus ipſo vtenti-
um purgat pectora: ſic prędicator ad-
iuuante manu ſummi medici,audien-
tium ſe mũdificat corda. Habet etiam
grana per ſanę doctrinæ verba.Quæ in
cordibus audientium ſeminata produ
cunt cooperante gratia germẽ iuſtitię,
& reddunt fructum glorię. Habet flo-
ſculos hyacintini coloris dum exercet
virtutes & exhibet opera conuerſatio-
nis cæleſtis vitę.Spargit odorem dum
ꝑ bonam famã bonus odor eſt chriſti
in omni loco. Habet itaq; iuſtꝰ noſter,
patronus noſter cuius hodie ſolennia
Epilogꝰ celebramꝰ, ad modum hyſopi radicem
per fidem, germen egrediens per fidei
confeſſionem,erectionem per ſpem,plu
res ramos ꝑ virtutum multiplicita-
tem,folia ꝑ bonam actionem,virorem
ꝑ pſeuerãtẽ cõſeruationẽ iuſtitiæ & ꝑ-
petuũ amorẽ ęternę pr̃ię.Calidus ẽ ꝑ di
lectionẽ.puus ẽ ꝑ hũilitatẽ.purgatiuus
ꝑ p̃dicationẽ. Hyacinthinũ habet colo
rẽ ꝑ cęleſtẽ vitã:grana ꝑ ſanã doctrinã,
redolẽtiã ꝑ bonã famã. Hoc hyſopo q̃ſi
quodã aſpſorio totiẽs nos deus aſpgit,
quotiẽs doctrina & exẽplo illiꝰ nos in-
ſtruit & accẽdit.Et nos mũdamur,laua
mur,& ſup niuẽ dealbamur, dũ eiꝰ eru
ditiõe & imitatione ab oĩ ingnamento
carnis & ſpũs purificati ad cęleſte p̃mi
um ſubleuamur. Aſpſoriũ igiṫ hyſopi
vita ẽ iuſti:aq̃ gr̃a:aſpſio imitatio:mun
datio iuſtificatio. Aſpgat nos deꝰ hoc
hyſopo in tpe,vt cũ ipſo gl̃iemur ĩ ęter
nitate.Qui viuit & regnat &c.

De antiquo Iudęorũ ppl̃o & hodier-
nis iuſtis. Sermo vigeſimus ſextus.

BEatus Paulus apoſtolꝰ L
in ep̃la ſua loquens de
ppl̃o Iſraelitico.ſ. q̃ bo
na vel q̃ mala eidẽ po-
pulo cõtigerit taliter
ſubiũxit.Oĩa in figura 1.Cor.10.
cõtingebãt illis:ſcripta ſũt aũt ad cor-
rectionẽ nr̃am ĩ quos fines ſeculoꝝ de-
uenerũt.Multa fr̃es cariſſimi dedit deꝰ
bona ppl̃o illi,ml̃ta cõtulit bñficia.Pa-
tres eorũ abſq; meritis elegit:eos in ſi-
gnis & ꝓdigiis ml̃tis & magnis de ęgy
pto,de fornace ferrea,de domo ſeruitu
tis eduxit. Pręceſſit eos ĩ colũna nubis
& ignis ꝑ deſertũ longo tpe:ĩ quo non
ſunt attrita veſtimẽta eorũ. Pane cęle-
ſti pauit eos, aqua de petra potauit,cir
cũduxit & docuit,& cuſtodiuit vt pu-
pillã oculi ſui.Sicut aq̃la ꝓuocãs ad vo
lãdũ pullos ſuos,& ſup illos volitãs ex
pãdit alas ſuas: ſic aſſũpſit ppl̃m illũ,&
portauit eũ ĩ hũeris ſuis.Dñs ſolꝰ dux
eiꝰ fuit & nõ erat cũ eo deꝰ alienꝰ. Per
cuſſit corã eis reges magnos & occidit
reges fortes.Seõ regẽ amorreoꝝ & Og
regẽ Baſan.Et dedit terrã eoꝝ hęredi-
tatẽ:hęreditatẽ Iſrl̃ ppl̃o ſuo: vt come-
deret fructꝰ agroꝝ:& ſugeret mel de pe
tra,oleũq; de ſaxo duriſſimo.Butyꝝ de
armẽto,& lac de ouibꝰ cũ adipe agnoꝝ
& arietũ filioꝝ Baſan: & hircos cũ me
dulla tritici,& ſãguinẽ vuę biberẽt me
raciſſimũ.Nõ fecit tal̃r oĩ natiõi & iu-
dicia ſua ñ mãifeſtauit eis.Deiñ ꝓgreſ
ſu tpis cũ p̃dictꝰ ppl̃s legis p̃cepta con
tẽneret aſpirãdo excitauit deꝰ ſctõs vi-
ros q ĩ ipo erãt & ꝓphas cõſtituit vt p̃
uaricatores a culpa caſtigarẽt & ad iu
ſtitiã reuocarẽt & eidẽ ppl̃o aduẽtũ di
lecti filii ſui p̃nũciarẽt.Deniq; cũ adue M
niſſet ſacri plẽitudo tpis miſit deꝰ filiũ Gala.4.
ſuũ ĩ terras ad oues q̃ pierãt domus Iſ-
rael, vt ipſe paſtor gregẽ ſuũ paſceret:
in brachio ſuo cõgregaret agnos & ĩ ſi
nu ſuo leuaret:fœtas ipe portaret. Iſta



magnalia & multa alia quæ modo di-
numerare nec volumus, nec valemus,
fecit illis deus:quæ ſicut iam dictum ẽ
in figura contingebãt illis: ſcripta ſũt
autem ad correctionem noſtrã ĩ quos
fines ſeculorum deuenerunt. Quæcun
q; enim ſcripta ſunt ad noſtram doctri
nam ſcripta ſunt:vt per patientiam &
conſolationem ſcripturarum, ſpem ha
N beamus.Secundum huius figurę typũ
fratres cariſſimi non merito humano,
ſed gratuito dono elegit deus patres
noſtros in fide,ſanctos videlicet apoſto
los quos voluntarie genuit verbo ve-
ritatis vt eſſent aliquod initium crea-
turę eius. Eduxit nos de ægypto quã-
do eduxit de paganiſmo: quando nos
eduxit de tenebris gentilis infidelita-
tis in admirabile lumen ſuum: vt qui
1.Pet.2. aliquando non eramus populus, nunc
ſimus populus domini: & qui non con
ſequuti miſericordiam,nunc miſericor
diam cõſequuti. Qui paſcit & qui por
tat nos in via & vita præſentis ſeculi
ſacramento corporis & ſanguinis ſui.
In hac vita pręcedit nos columna nu-
bis & ignis,quia proponit ad cõfirma-
tionem fidei claritatẽ & miracula ſuæ
diuinitatis & ad exemplar bone opera
tionis, blandimentum & humilitatem
humanitatis. In hac via non atterun-
tur veſtimenta noſtra,quia virtutes,&
bona opera noſtra vſq; in finem ſi volu
mus per gratiam eius nobis cuſtodiun
tur illęſa. In hac via circunduxit nos
deus per bonam actionem,& docet ꝑ
ſcripturarum lectionem:& cuſtodit ꝑ
Deut.32 gratię ſuæ protectionem. Sicut aquila
prouocans ad volãdum pullos ſuos, &
ſuper eos volitans, expandit alas ſuas,
& aſſumpſit eos atq; portauit in hume
ris ſuis:quando enim expandit in cru-
ce manus:ipſe languores noſtros tulit,
& dolores noſtros portauit: & exẽplũ
patiendi monſtrauit, vt ꝑ paſſionẽ q̃
eſt in tempore, ad gloriã volare diſca-
mus quę eſt in eternitate.In hac via ſo
lus deꝰ dux noſter eſt & nõ eſt nobiſcũ
deus alienus:quia ipſe ſolus per paſſio
nẽ ſuã torcular redẽptiõis humanę cal
cauit,& de gentibus,nõ fuit vir cũ eo:
quia ſacerdos & leuita ſpoliatũ & vul
neratum p̃terierunt, & ſolus ſamarita
nus miſericordia motus appropiauit,
vulnera eius alligauit, infundens oleũ
& vinum: & imponens ſuper iumentũ
duxit in ſtabulum & curam eius egit.
Subuerſis hoſtibꝰ multis & magnis de O
dit terram nobis optimam,quia libera
tos de poteſtate tenebrarum tranſtulit
in regnum filii dilectionis ſuę,regene-
rans nos in ſpẽ viuã per reſurrectionẽ
Ieſu Chriſti ex mortuis ĩ hæreditatem
incorruptibilem & incõtaminatam, &
immarceſſibilem, cõſeruatam in cælis
nobis, qui in virtute dei cuſtodimur
per fidem: in ſalutem paratam reuela-
ri in tempore nouiſſimo quando fides
noſtra multo precioſior auro quod per
ignem probatur inuenietur in laudem
& gloriam & honorem in reuelatione
Ieſu Chriſti:quando exultabimus læti
tia inenarrabili & glorificata. Sed & ſi
legem aliquando pręuaricemur,conſti
tuti ſunt ꝑ eccleſias rectores & docto-
res qui de malo nos caſtigent,& in bo-
no reforment. Venit & ipſe filius fre-
quenter ad nos vt ad ſuum ouile ſi in
aliquo deuiamꝰ reducat, & ibi ſub ſua
protectione cuſtodiat. Ecce quomodo
conſonant exẽplaria veritati.Ecce qua
lia bona illis deus contulit,qualia no-
bis:illis magna nobis maiora.Sed quid
dicit de illis ſcriptura diuina? Multis
modis enarrat pręuaricationes eorum
in ægypto,in deſerto, in terra ꝓmiſſio
nis,duritiã cordis eorũ, & incredulita
tẽ,contentiones & murmurationes eo
rũ contra Dñm & Moyſen ſeruũ eiꝰ,&
alios multos qui poſt eum populum il
lum docuerunt.Cum enim perſequere
tur eos Pharao leuauerunt filii Iſrael
oculos ſuos,& viderunt ægyptios poſt
ſe,& dixerunt ad Moyſen. Forſitan nõ Exo.14.
erant ſepulchra in ægypto ideo tuliſti
nos vt moreremur in ſolitudine.Quid
hoc facere voluiſti vt educeres nos ex
ægypto? Nonne iſte eſt ſermo quem lo
quebamur ad te,in ægypto dicẽtes:Re
cede a nobis vt ſeruiamus ægyptiis?
Multo enim melius eſt ſeruire eis q̃ Exo.16.
mori in ſolitudine. In deſerto quo-
q; Sin murmurauit omnis congrega-
tio filiorum Iſrael contra Moyſen, &

Aaron & dixerunt. Vtinam mortui eſ
ſemus per manū domini in terra Ægy=
pti, quando ſedebamus ſuper olas car=
nium & comedebamus panes in ſaturi
tate. Cur induxiſtis nos in deſertum
iſtud vt occideretis omnem multitu=
dinem fame? In Raphidim vbi non erat
aqua ad bibendum, Iurgatus populus
Exo.17. contra Moyſen ait. Da nobis aquam vt
bibamus. Cur exire nos feciſti de ægy=
pto vt occideres & nos & liberos no=
Exo.32. ſtros ac iumenta ſiti? In Oreb fecerunt
vitulū & adorauerunt ſculptile & mu
Pſal.105. tauerunt gloriam ſuam in ſimilitudi=
nem vituli comedentis fœnum: obliti
ſunt deum qui ſaluauit eos, qui fecit
magnalia in Ægypto, mirabilia in ter=
ra Cham, terribilia ī mari rubro. Poſtq̄
autem profecti ſunt de deſerto ſinai or
tum eſt murmur populi quaſi dolenti=
Num.11. um pro labore contra dominum. Vul=
gus quippe promiſcuum quod deſcēde
rat cum eis flagrauit deſiderio carniū
ſedenſq; ac flens: iunctis ſibi filiis iſra=
el ait. Quis dabit nobis ad veſcēdū car
nes? Recordamur piſcium quos come=
debamus in ægypto gratis. In mentem
nobis veniunt cucumeres & pepones,
porri quoq; & cepę, & allia. Anima no=
ſtra arida eſt: nihil reſpiciunt oculi no
ſtri niſi man. Sed & decem explorato=
res ex illis duodecī quos direxit Moy=
ſes ad explorandam terram promiſſio
nis detraxerunt terrę apud filios Iſra=
Num.13. el quam inſpexerant dicentes. Terra
quā luſtrauimus deuorat habitatores
ſuos. Populus quem aſpeximus proce=
rę ſtaturę eſt. Ibi vidimus monſtra quę
dam filiorum Enach de genere gigan=
teo quibus comparati quaſi locuſtę vi=
debamur. Fleuerunt igitur filii Iſrael,
& murmurati ſunt contra Moyſen, &
Aaron dicentes. Vtinam mortui eſſe=
mus in ægypto: nō in hac vaſta ſolitu=
dine. Vtinam pereamus & non indu=
cat nos dominus ī terram iſtam ne ca=
damus gladio & vxores ac liberi noſtri
ducantur captiui. Nonne melius eſt re
Num.16 uerti in ægyptum? Conſtituamus no=
bis ducem & reuertamur in ęgyptum.
Chore quoq; & conſilium eius irrita=
Nu.27. uerunt Moyſen in caſtris Aaron ſan=
ctum. Ad aquas contradictionis vexa=
tus eſt Moyſes propter eos quia exa=
cerbauerunt ſpiritum eius. In Sethim Nu.25.
fornicatus eſt populus cum filiabus
Moab, & initiatꝰ eſt Iſrael Beelphegor.
Deniq; terram bonam ingreſſi conta=
minauerūt eam in idolis ſuis & in cū=
ctis abominationibus ſuis. Incraſſatus
eſt enim dilectus & recalcitrauit ī craſ=
ſatus, impinguatus, dilatatus. Dereli= Deu. 32.
quit deum factorem ſuum & receſſit a
deo ſalutari ſuo. Prouocauerunt eum
in diis alienis: & in abominationibus
ad iracundiam concitauerunt. Immo=
lauerūt dęmoniis & nō deo: diis quos
ignorabant. Noui recenteſq; venerūt:
quos non coluerunt patres eorum. De
derunt deo ſcapulam recedētes & trāſ Eze.23.
greſſi ſunt leges eius peſſime. Forni=
cata eſt Oolla, id eſt Samaria & inſani=
uit in amatores ſuos in Aſſyrios pro=
pinquantes, veſtitos hyacintho, princi
pes & magiſtratus, iuuenes cupidinis
& in immunditiis eorum polluta eſt.
Quod cum vidiſſet ſoror eius Ooliba
quæ eſt Hieruſalem inſaniuit & ipſa ī
amatores ſuos & denudauit fornica=
tionem ſuam in tantum vt plus eſ=
ſet impia q̄ gentes. Omnes itaq; de=
clinauerunt: ſimul inutiles facti ſunt Pſal.13.
non eſt qui faciat bonum non eſt vſq;
ad vnum: excepto ſemine ſancto, quod
perſtitit in gente illa quod non eſt ex=
cuſſum, quia benedictio dn̄i erat. Cūq; Mat.21.
mitteret dn̄s ſeruos ſuos ꝓphas vt fru
ctus iſtius vineę acciperēt, agricolę ap=
prehēſis ſeruis eius aliū ceciderūt, aliū
occiderunt, alium vero lapidauerunt.
Iterum miſit alios ſeruos plures prio=
ribus: & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſ=
ſime autē miſit ad eos filiū ſuū dicens.
Verebunt filiū meū. Agricolæ aūt vi=
dētes filium dixerūt intra ſe. Hic ē hæ
res. Venite occidamus eū & habebimꝰ
hæreditatem. Et apprehenſum eū eie=
cerunt extra vineam & occiderunt. Et
quō cōtra ſupradicta bn̄ficia reddidit
mala gn̄atio praua & ꝑuerſa populus
ſtultꝰ & iſipiens, videamꝰ fr̄es & cauea
mus ne p̄cepta ſaluatoris trāſgrediēdo
illis cōfiguremur, aſſimilemur, cōforme
mur. Sūt mlti vocati ī ſctā eccl'ia, pauci



electi: multi ſunt qui exemplū illorū male
viuēdo ſequūtur: ambulantes in comeſſa
tionibꝰ & ebrietatibꝰ: in cubilibꝰ & impu
dicitiis: in cōtentione & æmulatiōe: cōfi=
1. Petri. 1. gurātes ſe, ſicut ait. B. Petrus Apl's prio=
ribꝰ ignorātię ſuę deſideriis: qui poſt car=
nē ī cōcupiſcētiā īmūditię ambulāt, dāna
tionēq; cōtemnūt, audaces, ſibi placētes, ſe
ctas nō metuūt, blaſphemātes. Sed vęh il=
Iudę. lis (vt ait Iudas Apl'us) qui via Cayn ab=
ierūt: & errore Balaam de mercede effuſi
ſunt, & cōtradictione Chore perierūt. Hi
ſunt in epulis ſuis mane conuiuātes ſine
timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine a=
qua quę a vētis circūferūtur: arbores au=
tūnales, infructuoſę, bis mortuę, eradica=
tę, fluctus feri maris deſpumātes ſuas cō=
fuſiones, ſidera errātia: quibꝰ ꝓcella tene=
brarū reſeruata eſt. Iſti ſunt, ſm̄. B. Petrū
2. Pet. 2. Apl'm, exiſtimātes voluptatē diei delicias
coinquinationis & maculę, deliciis affluē
tes, in cōuiuiis luxuriantes, oculos plenos
habētes adulterio & īceſſabili delicto: pel
liciētes aīas inſtabiles, cor exercitatū aua
Q ritia habētes, maledictiōis filii. De quibꝰ
Heb. 6. Paulus terribiliter intonat dicēs. Impoſſi
bile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, gu=
ſtauerunt etiā donū cæleſte, & participes
ſunt facti ſpiritus ſancti, guſtauerunt ni=
hilominus bonū dei verbū, virtuteſq; vē=
turi ſeculi, & prolapſi ſunt, renouari rur=
ſus ad pœnitētiā, rurſum crucifigētes ſi=
bimetipſis filiū dei. Per ꝑpetrationē etem
culpę amittūt donū gratiæ: & tales ſe fa=
ciūt vt rurſus quātū ad illos nō quātum
ad mīam diuinā atq; potētiā, vt inquā il=
lis neceſſariū videat: rurſus filiū dei ꝑ re=
dēptione ipſoꝝ crucifigi & oſtētui habe=
ri. Volūtarie em̄ nobis peccātibꝰ poſt acce
ptā notitiæ veritatē iā nō relinquit ꝓ pec
catis hoſtia. Terribilis nāq; eſt quędā expē
ctatio iudicii & ignis ęmulatio q̄ cōſum
ptura eſt aduerſarios. Nō relinquit ait ho
ſtia ꝓ pc̄tis volūtarie nobis peccātibꝰ poſt
acceptā notitiā veritatis. Vna eſt em̄ ve=
ra & ꝑfecta & ſola hoſtia caro Chriſti ſe=
mel in paſſione oblata ꝓ pc̄tō gn̄is huma
ni: quę amplīꝰ ꝓ nulliꝰ pc̄tō crucifigetur,
Rom. 6. aut patiet: quia Chriſtꝰ reſurgēs ex mor=
tuis iā nō morit. Quicūq; igr̄ crimīaliter
aut dānabiliter peccāt poſt acceptā gra=
tiā baptiſmatis preciū amittunt humanę
redēptionis nec habēt q̄d offerāt ꝓ pecca
to redēptionis iā factę, nec amplīꝰ faciēdę
precio amiſſo. Sicut nec genꝰ humanū ha
buiſſet poſt pc̄m̄ parētis primi originale,
hoſtiā quā ꝓ ipo pc̄tō originali vel ꝓ ſuo
actuali obtuliſſet, niſi illi pater ſūmę pie=
tatis dilecti filii ſui aſſumptā humanita=
tē ab oī peccati macula ꝑ diuinā potētiā
mūdificata ad offerendū gratis dediſſet.
Quę videlicet humanitas Chriſti in cru
ce ſemel oblata oēs tā prędecētes q̄ ſequē
tes ad vitā ęternā prædeſtinatos effuſiōe
ſui ſanguinis culpa lauit, & æterno patri,
Adę debitū ſoluēs, reconciliauit. Vna eſt
ergo redēptionis hoſtia qua amiſſa nō re
linquit nobis altera. Sed q̄uis iſta tā gra=
uia & terribilia ſunt peccantibꝰ, nō eſt tn̄
impoſſibile apud deū oē verbū. Pōt etem̄
miſereri & miſeret labētibꝰ, & ad eū pœ=
nitēdo reuertētibꝰ in hoc etiam tp̄e poſt
amiſſam baptiſmi gratiā & remittit cul=
pā. Sed licet peccātibꝰ pœnitētibꝰ nūq̄ lō
gīqua ſit diuina miſeratio, oībꝰ tn̄ formi=
dāda eſt poſt acceptā gratiā culpa: q̄a ter
ribilis īminet ſentētia cōtēptoribꝰ gratię:
ſicut ex eiuſdē verbis Apl'i ītelligi poteſt.
Ait em̄. Forſitan q̄s faciēs legē Moyſi ſine
miſeratiōe duobꝰ vel tribꝰ teſtibꝰ morit.
Quanto magis deteriora putatis mereri
ſupplicia qui filiū dei cōculcauerit & ſan
guinem teſtamēti pollutū duxerit in quo
ſanctificatꝰ eſt & ſpūi gratię cōtumeliā fe
cerit. Si ſermo veteris teſtamēti q̄ per an=
gelos dictꝰ eſt factꝰ eſt firmꝰ, & oīs pręua
ricatio accepit iuſtā mercedis retributio=
nē: quō nos effugiemus ſi tātā neglexeri=
mus ſalutē? Nō igit nos cōfiguremꝰ illis
in præuaricatione, ne ſimiles illis efficia=
mur in dānatione: ſicut quidā in hoc tp̄e
prauitatē illoꝝ imitantes, & correptionē
ſcripturarū cōtemnētes, tot & tantis ſce=
leribus ſe inuoluūt, vt merito de ipſis di=
ci poſſit, ꝙ ipſi ſint in quos nō ſolum de=
uenerunt fines ſeculorū, ſed etiam vitio=
rū: nō ꝙ poſt eos nō erūt vitia, ſed ꝙ mi=
nime valeat vnq̄ grauius aut deterius
ebullire vitioſitas humana. Nec intelli=
gunt q̄ diſtricte, q̄ diligenter ſeruanda ſit
ſanctimonia: cum ſcriptū ſit ꝙ etiā in co= Sap.1.
gitatione impii erit interrogatio: nec ſit
allata pax ī natiuitate Saluatoris, niſi ho Luc.2.
minibus bonę voluntatis. Non ſolum em̄

in cõſpectu dei purificandus eſt riuulus
operis vel ſermonis,ſed & fons intimę co
gitationis. *Si* autem neglexerimus ſcd̃m
ea quæ propter noſtri ſcripta, ſunt corre-
ptionem corrigi,timeamus cum illis anti
R quis cõtemptorib⁹ cõdemnari.Scitis,fra-
tres, multiplices pœnas illis propter ini-
quitatem eorũ fuiſſe illatas. Alii gladiis
ſunt occiſi, alii cæleſti igne combuſti,alii
terra glutiente abſorpti, alii morſibus ſer
pentum necati,alii dño aliis modis percu
tiente mortui.In terra promiſſionis præ-
cepta dei tranſgredientes a gentib⁹ ſæpe
ſũt ſeruituti ſubiecti. Deniqꝫ de terra ſua
penitus euulſi,diſꝑſi ſunt ꝑ multas re
giões, & cõtinuę ſeruituti ſubditi:&(qđ
omnibus grauius eſt)a fide ſaluatoris ex
cluſi & ꝑpetuæ dãnationi deputati ſunt.
Nõ igitur efficiamur ſimiles in culpa,ne
ſimul cũ illis cruciemur in pœna.Timea-
mus dñm deum noſtrũ qui eduxit nos de
Ægypto infidelitatis:& dedit nobis iocũ
ditatem ęternę dulcedinis:& dedit nobis
domos ꝑ bonã cõſeruationẽ, hortos,vi-
neta,olíueta, ꝑ virtutũ & bonoꝝ operũ
fructificationẽ,& ſatiat nos per ſpiritalis
gratię refectionẽ.Ipſi ſoli ſeruiam⁹ vt ꝑ
ipſius gratiã mereamur gloriã.In qua vi-
uit & regnat deus in ſcl'a ſcl'orũ.Amen.

¶In feſtiuitate paſchali & corporis
Chriſti. Ser.XXVII.

S
Leui.23. ISti ſunt dies quos obſer
uare debetis.Quartade-
cima die ad veſperã pa-
ſcha dñi eſt, & in quĩta-
decima ſolennitatẽ cele-
brabitis altiſſimo domi-
no. Diuina prouidẽtia genus humanum
ad amiſſam beatitudinem reuocare diſpo
nens,multiplices ſacrę legis inſtitutiones
propoſuit hominibus veteris teſtamenti
quibus venturæ ſacramẽta redemptionis
commiſit:& qualiter queqꝫ obſeruare de-
berent patenter edocuit. Vnde inter cæ-
tera ſacramẽta legalia quãdo paſchalem
ſolennitatem celebrarent, quæ ſpeciale &
præcipuum,quia redemptionis humanę,
ſacramẽtum erat, oſtendit dicens. Quar-
tadecima die ad veſperã paſcha dñi eſt.
Nos igitur fratres quibus iam nõ ſunt te
nẽda carnalia legis ſcripta,ſed ea quę ꝑ
illa ſunt ſignificata : nos inquã debemus
altius fodere & latentis boni fontem quę
rere, ſub vmbra veritatem, ſub figura rẽ,
ſub duritia corticis medullæ teneritudi-
nem,ſub litera intelligẽtiã ſpiritalem,ſub
tegmine paleę internam grani refectionẽ
diligenter inueſtigare. In agro namqꝫ le-
gis diuinæ theſaurus ſapientiæ latet oc-
cultus:quem qui inuenit, inuenit vitam,
& haurit ſalutẽ a domino. Quartadeci-
ma dei ad veſperam paſcha domini eſt.
Magnũ & euidens ſacramentũ habet nu T
merus iſte qui ex denario & quaternario
conſtat.Denarius namqꝫ ſignificat cõple-
tionem & finem legis, quaternarius exhi
bitionẽ & perfectionẽ euangelicę prędica
tionis.Lex etenĩ decem præceptis cõpre-
henditur.Et euangeliũ quatuor libris cõ
tinetur. Chriſtus itaqꝫ veniens in carne.
qui eſt finis legis denariũ legis cõpleuit:
& per aſſumptã humanitatẽ lucem euan
gelicæ doctrinæ declarans quaſi quatuor
dies cõſummauit. Et in conſummatione
prędicatiõis quatuor euãgelioꝝ quaſi in
fine vel ĩ veſpera quatuor dierũ ipſemet
Chriſtus phaſe celebrauit:quia ꝑ noſtrę
fragilitatis naturã ꝓ nobis in cruce mo-
riens de mundo ad patrem tranſitum fe-
cit. Debemus cariſſimi hoc phaſe.i.hunc
tranſitum dñi in quo ægyptios:videlicet
dęmones tenebroſos ſubegit & nos de po
teſtate eorũ liberauit: hũc inquã debem⁹
ſemꝑ cogitare & ea quę in veteri teſta-
mento ſcd̃m literã de hac ſolẽnitate ſcri-
pta ſunt in nouo ſpiritualiter obſeruare.
Debem⁹ carnes agni comedere, caput ei⁹
cum pedibus & inteſtinis vorare.Fit au-
tẽ ibi mentio nõ ſolum agni,ſed & hœdi. V
Chriſt⁹ agnus eſt,Chriſt⁹ hœdus. Agn⁹ Agnus
iuſtis, hœdus peccatoribus:caput diuini paſcha-
tas,pedes humanitas. Capui eius vora- lis.
mus quãdo cũ ſana fide & ſumma deuo-
tiõe cogitamus eius diuinitatẽ.Pedes vo
ramus quãdo cũ eadem fide & deuotio-
ne cogitamus eius humanitatem. Caput
eius voramus quãdo cogitamus eius im
menſitatem ſine dimenſione:æternitatem
ſine tempore:ſimplicitatẽ ſine diminutio
ne.Caput voramus quando eum cogita-
mus veraciter in omni eſſentia, in omni
loco, in omni tempore:ſed in omni eſſen-
tia ſine ſui definitione:in omni loco ſine
cõprehenſione:in omni tempore ſine mu



tabilitate.Caput voramus quãdo cogita
mus ꝙ non poteſt loco mutari qui vbiqꝫ
eſt:nec tempore qui ęternus eſt:nec ſenſu
qui ſapiẽtiſſimus eſt:nec affectu qui opti-
mus eſt: nec augeri qui immenſus eſt:nec
minui qui ſimplex eſt, nec diuidi qui vn⁹
eſt.Caput voramus,quãdo cogitamus ei⁹
potentiam,ſapientiam,ac bonitatem. Po-
tentiã qua cuncta creat:ſapientiã qua cũ-
cta gubernat:bonitatem qua creata & gu
bernata conſeruat.Caput voramus,quã-
do cogitamus eũ ſupra omnia,ſubter oĩa,
extra omnia,intra omnia.Supra non ela-
tum:ſubter non ſubſtratum: extra nõ ex-
cluſum:intra nõ incluſum.Supra pręſidẽ
do,ſubter ſuſtentando, extra continendo,
intra penetrãdo.Caput voramus quando
de vbertate dom⁹ dei inebriati,& de tor-
rente voluptatis eius potati , cogitamus
eũ fontẽ vitæ eſſe a quo bona cuncta pro
cedunt:& lumen verũ in lumine & de lu
mine vero,non tamen duo luminaria,ſed
vnum lumen.Caput voramus quãdo bea
torũ angelorũ concentum & ſanctorũ ꝑ
primã ſtolam iã glorificatoꝝ laudes ſum-
mę diuinitati libatas cogitamus:& cæle-
ſtia bona,inquãtum diuina largiente bo-
Pedes. nitate poſſibile eſt,pręguſtam⁹. Pedes vo
ramus quãdo humanitatem eius cogita-
mus.Pedes voramus quãdo cogitamus fi
lium dei pro nobis incarnatũ, pãnis inuo
lutũ,in cunis vagientem, vbera lactẽtem,
eſurientem, ſitientem,laſſeſcentẽ, lachry-
mantem,captũ,ligatum, colaphizatũ,cru
cifixum,mortuũ, ſepultum, reſurrexiſſe a
mortuis,aſcendiſſe in cælũ, ſedere ad de-
xteram patris, in die Iudicii venturum &
Inteſti- reddit urũ vnicuiqꝫ ſcd̃m opera ſua.Inte-
na. ſtina eius voramus quãdo ipſius occulta
& profunda; ſacramenta fideliter & de-
uote cogitamus : quibus videlicet ſacra-
mentis ipſe Chriſtus eſt ab initio præſi-
gnatus, ſicut multis oraculis eſt prophe-
tatus. Iſtius agni carnes nocte comedim⁹
quia modo in ſacramento dominicũ cor-
pus accipimus quãdo adhuc inuicem cõ
ſcientias noſtras non videmus . Sed non
comedamus quicq̃ ex eo crudum nec cre
dam⁹ eſſe hominẽ purum: ſed coquamus
eum per diuinitatis intelligentiã,non ta-
men aqua ne præſumamus eius myſteria
diſcutere per humanã ſapiẽtiã,ſed aſſum
per ſpiritus ſancti gratiã. *Si* quid reſidui
fuerit quod veſtrã excedat intelligentiã:
debet igni comburi.i.ſpiritui ſancto fide-
liter cõmitti. Accingamus renes noſtros X
per caſtitatem. Habeamus calciamẽta in
pedibus per defunctoꝝ patrũ imitationẽ,
baculos in manibus per vigilantiã paſto
ralem.Comedamus panes azimos ꝑ ſim
plicẽ doctrinã:lactucas agreſtes ꝑ ama-
ram pœnitentiã.Comedamus feſtinanter
vt mãdata dei,myſteria redẽptionis,gau-
dia patrię cæleſtis cũ feſtinatione cogno-
ſcamus:& pręcepta vitę impleamus:quia
& ſi hodie ꝙ licet nobis bene agere ſcim⁹
vtrum cras liceat ignoramus.Feſtinanter
ergo comedamus .i. ad ſolennitatem pa-
trię cæleſtis anhelemus. Nemo in huius
vitę itinere torpeat, ne in patria locũ per
dat.Hæc de ſpirituali intelligentia breui
ter ꝑſtrinximus, vt de tanto ſacramen-
to quãtũ poſſumus colligamus. Comeda
mus fratres phaſe: & non ſolum comeda
mus,ſed & faciamus.Faciamus phaſe:fa-
ciamus tranſitũ.Tranſeamus de tenebris
ad lucem,de mendacio ad veritatẽ:de vi-
tio ad virtutem.Tranſeamus inquantum
poſſum⁹ de ſuperbia ad humilitatẽ,de in
uidia ad caritatem,de ira ad tranquillita
tem,de acidia ad exultationem,de auari-
tia ad largitatem: de ebrietate ad ſobrie-
tatem:de luxuria ad caſtitatem.Tranſea-
mus de malo ad bonũ:de mundo ad deũ:
vt moriamur mundo,viuamus deo. Imi-
temur ſerui dominũ, diſcipuli magiſtrũ:
vt ſicut Chriſtus de mũdo ad patrẽ trãſ-
iuit : ita & nos de impietate tranſeamus
ad pietatẽ. Et in quintadecima ſolennita
tem celebrabitis altiſſimo dño.Quintade Y
cima dies totum tempus gratię,quod ab
aſcẽſione dñi Ieſu Chriſti & miſſione ſpi-
ritus ſancti protenditur, deſignat:in quo
ſolennitatẽ dño celebramus:quia per gra
tiam ipſius debemus quinariũ ſenſuũ no
ſtrorum per culpam corruptum, ad inte-
gritatem reuocare: & denariũ legis bene
viuendo complere.Quindecim etiam ꝑ
ſeptem & octo diuiduntur : quia nos de-
bemus in hac ſolennitate gratiæ taliter
viuere vt per ſeptiformẽ gratiã ſpũs ſan
cti mereamur adipiſci octo btitudines cę
li.Iſti ſunt dies:dies videlicet humanę re
dẽptiõis,dies gratię diuię:quos obſerua-

re debemꝰ ceſſando ab ope ſeruili.i.ab ope
peccati: & non ſolũ ob opere pcti, ſed etiã
a voluntate peccandi. Voluntas enim pro
facto computatur. Quicunq; autem dies
iſtos voluerit obſeruare( velle autẽ debe-
mus oẽs) ſemetipſum a malo ſtudeat con
ſeruare: quia intantũ quiſq; dies iſtos ſo-
lenniter obſeruat, inquantum a malo ſe-
metipſum conſeruat. Et tanto feſtiuiores
laudes diuinitati immolat, quanto iocun
ditatem gratiæ defęcata mente tranquil-
lius deguſtat. Eſt & alius trãſitus in mor
te iuſti, quãdo anima de ergaſtulo & vin
culis carnis egrediens liberata de tenta-
tionibus ſeculi tranſit ad gloriam liberta
tis filiorum dei. Felix ille tranſitus quo iu
ſtus poſt actionem bonam recipit ſtolam
primam:& euadens miſeriam intrat glo-
Apoc.14. riam:& poſt laborem inuenit requiẽ. Bea
ti namq; mortui qui in domino moriun-
tur. Amodo iam dicit ſpiritus.i. deus,vt
requieſcant a laboribus ſuis.Hoc etem̃ le
gis denario & euangelii quaternario qua
ſi quatuordecim dierũ numero comple-
to,agunt ibi quintãdecimam diem ſolen-
nem cum angelis coram altiſſimo domi-
no. Ibi gaudentes cum beatis ſpiritibꝰ in
gaudio ſolẽnitatis illius:glorificationem
ſuorũ corporum feliciter expectãt. Ibi ha
bitantes in excelſo vident regem in deco-
re ſuo. Eſt & aliud paſcha ſiue tranſitus
quando in die iudicii in reſurrectione ge
nerali ſancta vniuerſalis eccleſia de ęrum
na mundi,tranſibit ad beatitudinem cæ-
li:de mutabilitate temporis, ad ſtatũ ęter
I.Cor.15. nitatis.In hoc tranſitu induet hoc corru
ptibile incorruptionẽ, & mortale hoc in-
duet ĩmortalitatẽ: & abſorbebitur mors
in victoriam:& auferetur mors & ſtimu-
Apo.21. lus mortis. Et abſterget deus omnem la-
chrymam ab oculis ſanctorũ ſuorũ:& nõ
erit amplius neq; luctus neq; clamor:ſed
Z nec vllus dolor,quoniã priora tranſierũt.
Quinq; Igitur quinq; differẽtiis diſtinguere poſ-
phaſe. ſumus paſcha, ſiue phaſe, ſiue tranſitum
dicamus. Primũ fuit in percuſſione Ægy
pti:ſecũdum in paſſione domini:tertium
in iuſtificatione impii:quartum in morte
iuſti:quintũ in aſſumptiõe & glorificatio
ne totiꝰ eccl'ię,quę eſt corpꝰ Chriſti myſti
cũ.In primo liberati ſunt filii Iſrael de ſer
uitute Pharaonis: in ſecũdo liberati ſunt
electi de iugo diabolicæ poteſtatis:in ter-
tio liberatur iuſtificãdus de dominio ini-
quitatis:in quarto liberatur iuſtus de vin
culo carnis:in quinto liberabit̃ ſancta ec-
cleſia in omnibus filiis ſuis de corruptio
ne mortalitatis. Tunc ſancta mater eccle
ſia prius in hoc ſeculo lege per opera iu-
ſtitię cõſummata & euãgelio perfecto, ve
luti quatuordecim dierũ circulo decurſo,
in quintadecima ęternitatis celebrabit ſo
lennitatem altiſſimo domino.Ibi enim ſi-
ne termino dei vacabit laudibus , & erit
ei deus omnia in omnibus.Nos autẽ fra-
tres celebremꝰ interim & obſeruemus di-
es iſtos,dies redemptionis humanæ, dies
gratiæ diuinæ, ſcd̃m ea quæ ſupra dicta
ſunt:vt per præſens meritũ veniamus ad
futurũ pręmium,præſtãte domino noſtro
Ieſu Chriſto qui viuit & regnat per oĩa
ſecula ſeculorũ.Amen.

¶In feſto omnium ſanctorum.

Sermo.XXVIII. A

VIdens Ieſus turbas aſcẽ- Matt.5.
dit in montẽ &c. Q2 do
minus octonariũ per quẽ
ad octo beatitudines per
uenit̃ diſcipulos doctu-
rus in montem aſcẽdit:
hoc nobis inſinuat ꝙ qui ſacræ doctrinæ
verbum diſpenſat non in valle praui ope
ris,non in campo effrenatæ diſſolutionis
conſiſtere debeat:ſed montem ſpiritualis
conuerſationis per exercitia virtutum &
exhibitionem operum bonorum aſcen-
dat.Sicut etiam ſcriptum eſt.Super mon Eſa.40.
tem excelſum aſcende tu qui euangeli-
zas Sion. Aſcenſio ergo in montem,ſub-
limem deſignat cõuerſationem:ſeſſio do-
mini,authoritatẽ magiſterii:apertio oris,
effectum prædicationis. Beati pauperes B
ſpiritu,quoniã ipſorũ eſt regnũ cęlorum. Paupes.
Alii ſunt ſpiritu diuites,alii quodammo
do de ſpiritu nihil habentes : alii ſpiritu
pauperes. Spiritu diuites ſunt ſuperbien
tes:de ſpiritu nihil habentes nimis puſil-
lanimes. Spiritu pauperes, humiles. Su-
perbientes faciunt non facienda per ela-
tionem:puſillanimes facienda prętermit-
tunt:& humiles facienda faciunt per hu
militatem. Paupertas itaq; ſpiritus nihil
habẽs defectionis,nihil ſuperfluitatis,per
viã regiã ducit ad beatitudinẽ ſupernã.



C Beati mites.Mites ſunt lenes & patiẽtes:
qui neminem lędunt & improbis cedunt.
Mites. Sunt autẽ quidam qui ita volunt eſſe mi
tes vt nihil curent de vita aliena: neminẽ
de bono admoneant:neminẽ de malo cor
ripiant. Sed talis lenitas non eſt multum
laudanda:quia patitur defectũ vbi debe-
ret exercere virtutis effectum. Tales igi-
tur debent eſſe mites vt neminem lędant,
mala illata patienter ſuſtineant:& nõ ſo-
lum ſuã, ſed nec alienã negligant vitam:
vt ſi opus fuerit,& bonis ad meliora exhi
beant exhortationẽ, & malis de malo cor
reptionem.Eſt etem̃ modus in rebus:quia
ſicut homo nõ debet eſſe nimię aſperita-
tis:ſic nec debet eſſe nimię lenitatis:vt in
ter dexteram & ſiniſtrã per diſcretã man
D ſuetudinẽ ad beatitudinis perueniat ter-
Lugẽtes. ram.Beati qui lugent,quoniã ipſi conſo-
labũtur. Luctus ſolet eſſe ꝑ amiſſione ca-
rorum: ſicut quãdo aliquis amittit caros
ſuos,patrem,matrem,filiũ,aut aliquẽ pro
pinquum.Heu q̃ multi lugent caros ſuos
qui nequaq̃ lugent ſemetipſos! Q2 multi
lugent damna corporalia, qui lugere con
temnũt dãna ſpiritualia!Quando aliquis
infirmatur aut morit̃ lugent amici. Quã
do autẽ peccat damnabiliter, quãdo for-
nicat̃,quãdo dicit fratri fatue; quãdo vi-
det mulierem ad cõcupiſcẽdũ eam, nemo
luget.O ſanitas ĩſana,o viſio cæca,o vita
mortua. De his quę nõ lugẽda ſũt lugẽt,
& quę parũ lugẽda grauiter lugẽt:& gra
uiter lugenda,ſpiritualia.ſ.damna nõ lu-
gent vel etiã de ipſis ridẽt.De iſtis inquã
Eſa.5. prophetauit Eſaias dicens:Vęh qui dici-
tis bonũ malum & malũ bonum,ponẽtes
tenebras lucem & lucem tenebras. Ponẽ-
tes amarũ dulce & dulce amarum.Lugea
mus fratres amiſſionem carorũ, ſed plus
lugeamus amiſſionẽ bonorũ operũ,amiſ-
ſionem virtutũ. Lugeat corruptus amiſ-
ſionem virginalis integritatis. Lugeat ſu
perbus amiſſionẽ humilitatis. Lugeat ira
cundus amiſſionem internę tranquillita-
tis.Lugeat auarus amiſſionem largitatis.
Lugeat ebrioſus amiſſionem ſobrietatis.
Lugeat acidioſus amiſſionem ſpiritualis
exultationis.Lugeat inuidus amiſſionem
caritatis.Beati nãq; qui lugent modo per
pœnitentiã,quia cõſolabuntur per indul-
gentiã,deinde per iuſtitiam, poſtremo au
tem per gloriã.Poſſumus autẽ dicere tria E
eſſe genera ſpiritualiter & fructuoſe corã Lugẽtiũ
oculis creatoris lugẽtiũ.Alii nãq; lugent tria gña.
pro indulgentia culpę:alii lugent ex ſua-
uitate gratię diuinitꝰ ſibi collatę:alii am-
pliori feruore accenſi lugent ex deſiderio
futurę glorię.Et in his omnibus beati qui
lugent: quia qui ſeminãt in lachrymis in Pſal.125.
exultatione metent.Abſterget enim deus Apo.21.
omnem lachrymã ab oculis ſanctorũ ſuo
rum,& non erit amplius neq; luctus neq;
clamor,ſed nec vllus dolor:quoniã priora F
tranſierunt.Beati qui eſuriunt & ſitiunt Eſurien-
iuſtitiã,quoniã ipſi ſaturabuntur.Omnes tes.
homines eſuriunt & ſitiunt, ſed alii eſu-
riunt & ſitiunt malum:alii eſuriunt & ſi-
tiunt bonũ. Alii etem̃ eſuriunt & ſitiunt
aurũ,argentũ,veſtes precioſas,prędia,ter-
ras,vineas,domos,equos, & poſſeſſiões in
numeras. Iſta tamen omnia bona ſunt in
ſe:ſed in hoc quodãmodo mala eſſe dicũ
tur,ꝙ a malis male eſuriũtur & ſitiũtur.
Sic & dominus iniquũ dixit mãmona.i.
diuitias,non ꝙ res diuitiarum eſſent ini-
quę,ſed per iniquitatẽ acquiſitę.Alii eſu-
riunt & ſitiunt poteſtates & honores,alii
voluptates,alii ſalutatiões ĩ foro, primos
recubitus in cœnis, & primas cathedras
in ſyngogis : & vocari ab hominibꝰ rabi.
Sed tales non poſſunt fieri beati:quia nõ
poſſunt ſaturari. Totꝰ em̃ mũdus nequaq̃
homini ſufficeret,qui eſt dñs mũdi. Non
em̃ impletur oculus viſu,nec auris imple
tur auditu: nec in cæteris ſenſibus poteſt
homo ſaturari ex eorum delectationibꝰ.
Quod rex Dauid bene conſiderauit qui
q̃uis haberet ad comedendũ & bibẽdum
nõ ſolum ad neceſſitatem,ſed etiã ſi vel-
let ad ſuperfluitatem:tamen dixit.Satia- Pſal.16.
bor cum apparuerit gloria tua.Eſuriamꝰ
& ſitiamus nõ tranſitoria,nõ terrena,ſed
iuſtitiã,qa per eſuriẽ & ſitim iuſtitię per-
ueniemus ad ſatietatẽ ęternę glorię. Bea G
ti miſericordes,qm̃ mĩam cõſequẽtur. Si Miſeri-
ergo vis mĩam accipere,mĩam exhibe:di- cordes.
mitte,inqt,& dimittemini. Scd̃m.n.mẽſu Matt.6.
rã qua mẽſi fueritis,remetiet̃ vobis.Bea- Matt.7.
ti quoq; miſericordes qui aliis in miſeriis
ſuis aſſiſtũt & eos ſm̃ poſſibilitatẽ ſuam H
protegunt & defendũt. Beati mũdo cor- Mundi
de:quoniam ipſi deum videbunt.Mundo corde.
corde ſunt illi qui nec puluere inutilis

cogitationis,nec luto fœdantur prauę delectationis. Mundo corde ſunt,quos non tegit nebula terræ ignorantiæ,nec corrũpit ardor cõcupiſcentiæ.Mundemus igitur corda noſtra ab omni ignorantia per inquiſitionem veritatis : & ab omni peruerſa cõcupiſcẽtia per amorem virtutis. vt mereamur deũ videre in gloria regni

I cæleſtis.Beati pacifici:quoniã filii dei vo

Pacifici. cabuntur. Pacifici ſunt qui in ſemetipſis pacem facere & cuſtodire volunt:qui vitia aduerſantia ſubigũt, virtutes erigũt: & quicquid in ſe peruerſę cogitatiõis,locutionis,operiſve deprehenderint,prudẽter & potenter expellunt:nec aliquid perturbatiõis in regno ſuę dominatiõis eſſe permittunt:& ſi quid eis aduerſitatis cõtigerit,pacem tamen ſuã ſeruant,& cuncta cum cordis ſui trãquillitate iudicãt. Pacifici ſunt qui nõ tm̃ in ſe pacem cuſtodiunt, verũ etiã alios diſcordãtes ad vnitatẽ pacis reducunt. Pacifici ſunt qui dũ eis a malis mala inferũtur, mala minime

Ex pſal. 119. retribuũt:ſed cũ his qui oderunt pacẽ pacifici ſunt. Iſti filii dei vocabuntur: quia deus ſumma pax eſt, & omnia cum tranquillitate iudicat:filii dei,fratres Chriſti. Iſti filii per gratiã,Chriſtus filius per na

K turam.Hęredes dei,cohęredes autẽ Chri

Perſecutionẽ patientes. ſti. ¶Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã:quoniã ipſorũ eſt regnũ cælorũ.Multi patiunt̃ perſecutionem:ſed alii patiuntur propter culpam, alii patiũtur propter iuſtitiam & innocẽtiam. Sed dicit aliqs. Nemo poteſt modo p perſecutionem attingere ad beatitudinem:quia nunc in pace cõſiſtũt omnia,& ſancta eccleſia fere de nulla parte patitur aduerſa.Et ego dico ꝙ vbiq; perſecutiões ſunt: quia cottidie in penetralibus ſanctę eccleſię perſequitur Cayn Aabel,Iſmael Yſaac, Eſaũ Iacob.i.impius iuſtum:& ſi quis perſecutionem non patitur ab extraneis:pa

2.Tim.3. titur tamen a falſis fratribus.Omnes em̃ qui pie volunt in Chriſto viuere,perſecutionem patiũtur. Quia igitur nõ ceſſant perſecutiões,patiẽtia nobis neceſſaria eſt, vt reportemus repromiſſiones. Væh autem iis qui perdunt patientiã: quia perdunt & patientię coronã.Non ergo mur

Sap.3. muremus ſi in paucis vexemur,qa in mul

Epilog9 tis bene diſponemur. Igitur per paupertatem ſpiritus pertingitur ad regnũ cælorũ.Per manſuetudinẽ ſiue lenitatem ad terram viuentiũ.Per luctum ad verã cõſolationem. Per iuſtitię ſitim & eſuriem, ad ſupernę iocunditatis ſatietatẽ. Per miſericordiã temporaliter factam,ad miſericordiã æternã. Per cordis munditiam ad dei viſionem.Per pacẽ ad dei filiationem. Per præſentẽ perſecutionẽ ad æternã cęleſtis regni tranquillitatẽ & requiẽ. Beati namq; pauperes ſpiritu quoniã ipſorũ eſt regnũ cælorũ.Beati mites,quoniã ipſi poſſidebũt terram. Beati qui lugẽt,quoniã ipſi cõſolabuntur.Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã:quoniã ipſi ſaturabuntur. Beati miſericordes,quoniã ipſi miſericordiã conſequẽtur. Beati mundo corde,quoniã ipſi deũ videbunt.Beati pacifici,quoniã ipſi filii dei vocabũtur. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniã ipſorũ eſt regnum cælorum. Beati eſtis cum maledixerint vobis L

homines & pſecuti vos fuerint &c. Superius locutus eſt oĩbus electis, modo apoſtropham facit ad Apoſtolos q̃uis & hęc & aliis electis conueniant,oſtendẽs Apoſtolis in his verbis quãta pro eius nomine paſſuri eſſent. O q̃ pauci ſunt qui his De aplı̃s & cæteris martyribus.

verbis domini oculos cordis intẽdant: & per eoꝝ admonitionem beatitudinẽ quęrant! Q̃z multi ſunt qui pro parua verborum iniuria reddunt ſi poſſunt verbera, & ſi id perficere non valent quod conantur,hoc tamen & maiora conãtur. Q̃z bene Apoſtoli ſancti verba iſta ſuis cordib9 impreſſerunt:qui ibant a conſpectu cõcilii gaudentes,quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu cõtumeliã pati. Notandũ autẽ ꝙ ait mentientes & propter me. Actuũ.5.

Si enim homines quãdo nobis meledicũt M

iuſte nobis maledicunt,iam nõ habemus meritum. Gaudete & exultate.In multis decipimur fratres.Quãdo nobis arrident ſecularia, quãdo vulgus vanis laudibus nos attollit,gaudem9 & exultamus cum magis dolere, magiſq; flere deberem9: qa magis periculum habent proſpera q̃ aduerſa:laudes q̃ vituperatiões.Sed audiamus quod Apoſtolis ſalubre gaudiũ,quę ſalubris exultatio demonſtretur cum eis in contumeliis & perſecutionibus gaudendum eſſe & exultandum denũciatur. In quib9 gaudendum.



Subiunxit autẽ cauſam dicẽs.Merces em̃

Merces. veſtra multa eſt ĩ cęlo.Merces iſta,fratres, multa eſt,magna eſt, precioſa eſt, diuturna eſt.Tam multa eſt ꝙ non poteſt numerari.Tam magna eſt ꝙ nõ poteſt cõprehẽdi.Tã precioſa eſt ꝙ non poteſt æſtimari. Tã diuturna ꝙ nõ pÕt finiri,Ieſus Chriſtus dñs noſter,qui eſt deus benedictus in ſecula.Amen.

¶De homine a legione poſſeſſo. Sermo.XXIX.

N

Marc.5. SXeunti Ieſu de naui occurrit de monumẽtis homo in ſpũ ĩmũdo,qui domiciliũ habebat in monumẽtis &c.Dęmoniac9 iſte,quẽ legio poſſidebat, populũ gentiũ ab vniuerſitate dęmonum diu poſſeſſum deſignat.Populus nãq; gẽtilis tandiu ab omnibus dęmonibus poſſeſſus tenebatur:q̃diu per multiplicẽ idololatrię cultum illis omnibus famulabat̃.

Roma.1. Gentiles etem̃(ſicut ait Apoſtolus) mutauerunt gloriã incorruptibilis dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis,& volucrũ & quadrupedũ & ſerpentiũ.Qui cõmutauerũt veritatẽ dei in mẽdacium & coluerũt & ſeruierunt creaturę potius q̃ creatori qui eſt benedictus in ſecula.Amen. Catenę vel compedes quibus ligabatur quaſq; frangebat,ſunt naturalis legis præcepta ſiue gentiliũ legũ decreta, quibus a malo refrenari debuerat, ſignificant.Sed catenas & cõpedes dęmoniacus ligatus frangebat:quia gẽtilis populus quanto amplius his aut illis præceptis ligabatur per maloꝝ prohibitionem: tanto furioſius ea rumpebat per trãſgreſſionem. Et habitabat in monumẽtis,quia cõuerſabatur in fœtidis & mortuis operibus.De hac ruptione catenarũ & cõpedũ

Roma.1. hoc modo Paulus intulit dicẽs.Fœminæ eorũ ĩmutauerunt naturalem vſum in eũ vſum qui eſt cõtra naturam. Similiter & maſculi,relicto naturali vſu fœminę exarſerunt in deſideriis ſuis inuicem maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes.Et ſicut non probauerunt deum habere in notitia , tradidit illos deus in reprobum ſenſum vt faciãt quæ non conueniunt.Repletos omni iniquitate,malitia,fornicatione,auaritia,plenos inuidia,homicidio,contentione,dolo, malignitate:ſuſurrones, detractores, deo odibiles, contumelioſos,ſuperbos, elatos, inuentores malorũ:parentibus non obœdientes,inſipiẽtes,incompoſitos,ſine affectiõe,abſq; fœdere,ſine miſericordia.Ecce quomodo legio hominẽ poſſidebat,quomodo catenas & cõpedes rumpebat,quomodo in monumentis habitabat. Qui bene nocte & die in monumentis & in mõtibus clamaſſe & lapidibus ſe conſcidiſſe dicitur:quia & in aduerſis & in proſperis populus gentium in fœda actione,& vana elatione impudẽter ſe eſſe propalabat & lapideorũ idolorum cultura ſemetipſm

lacerabat.Grex porcorum qui iuxta mõtem paſcebat,& quẽ legio de homine pulſus intrauit:& in mare pręcipitauit, multitudinem infideliũ & quorũlibet immũdorũ exprimit hominum.Qui recte iuxta montem paſcuntur,dum per ſuperbiã elati,porcorũ ſimilitudine ad ima curui,ſuperna neſciunt & ſolis ſe tranſitoriis beſtialiter immergunt. Et dum ſe inquinamento carnis aut ſpiritus polluũt more porcorum in luto paſtum quærunt. Heu q̃ multiplex eſt mľtitudo iſta porcorũ:hominũ ſcilicet beſtialiter & turpiter viuentium,& porcos,qui in infimis tm̃ bonum ſuum quærunt imitantiũ! Vt enim de paganis & Iudęis taceamus,quis numerare poſſet multitudines falſorum chriſtianorũ qui q̃uis baptiſma perceperint,ſpiritui gratiæ tamen cõtumeliam facientes:male viuendo de ſemetipſis eum expulerũt, & horrendis ſe ſceleribus polluerũt! Qui tamen duo milia figuraliter eſſe dici poſſunt : duo quia diuiſi ſunt a bono : milia quia perfecti ſunt in malo. Legio ergo ab homine pulſus porcos ingreditur : quia dæmones ab illis qui ad vitam æternam prædeſtinati ſunt,per gratiam redemptoris fugati malis male viuentibus & terrenis intendentibus dominãtur. Quod tamen non faciunt niſi Ieſus prius concedat:quia nec malos tentare pręſumũt niſi potẽtia diuina pmittit.Grex vero porcoꝝ a legione ĩ mare præcipitat̃:dum per dæmones malorum vniuerſitas ad infernalem amaritudinem perducitur. Viderũt hoĩes ciuitatis illius a legiõe liberatũ P

ſedere ad pedes Ieſu veſtitũ & ſanæ men-
tis,& timuerunt. Seſſio ad pedes domini
ſignificat humilitatem, & bonorũ operũ
imitationem:veſtitus bonam actionem.ſa
nitas mentis iuſtificationẽ. Et rogauerũt
Ieſum vt diſcederet de finibus eorum. Si
Luc.5. cut Petrus memor fragilitatis ſuæ dixit:
Exi a me dñe qa homo peccator ſum:ſic
& iſti adhuc infirmi timuerunt, & eũ vt
de finibus eorum diſcederet rogauerunt.
Ait Ieſus liberato.Vade in domũ tuã ad
tuos & annuncia illis quãtã tibi dñs fece
rit,& miſertus ſit tui. Hoc exemplo doce
tur quiſq; ſuis primũ ſalutem ſibi factam
prædicare,& eos ad ſalutem percipiendã
prouocare:quia & ipſe eis propter cogna
tionem carnis magis debitor eſſe videt:&
Q ipſi forſitan illi citi⁹ credent q̃ alieno.Sed
q̃ multi intra ambitũ ſanctę eccl'ię cõtinẽ
tur qui hoc exẽplũ minime ſequũtur? Qꝫ
multi ſunt qui de ſuis parẽtib⁹ inquirũt
vtrũ corpore ſani ſint, vtrum habeãt vi-
ctũ,vtrũ veſtitũ,domos,agros,equos,gre-
ges,armẽta,aurũ,argentũ, pacem tẽpora-
lem,vtrũ gratiã potentũ & diuitũ poſſi-
dẽt:& ſic de iis quæ ad corpa pertinẽt cir
ca amicos ſuos ſolliciti ſunt: de iis vero
quę ad ſalutem animarũ neceſſaria ſunt,
ſollicitudinẽ nullam gerunt? Timendum
eſt autẽ ne tales ad antiqua vitia relapſi
ſint: & ꝙ ipſi iam ſalute careant quã nec
ſuis prædicare curant. Qui namq; ſpiri-
tuales ſunt,& qui ea quę ſunt ſpirit⁹ ſen-
tiunt, de ſuis diligenter inquirũt:an ſint
a vitiis puri,a peccatis liberi,virtutib⁹ di
tati,bonis operib⁹ pleni:vtrũ pacẽ dei ha
beãt cũ oĩbus:vtrũ bonũ operẽtur ad oẽs
maxime ad domeſticos fidei. Iſti etẽm li-
beratum iſtũ imitãtur qui ad vocẽ dñi ſa
lutem ſibi factam aliis ſtuduit nũciare:&
R per decapolim prædicare. Decapolis quæ
eſt regio decẽ ciuitatũ ſanctã eccleſiã de-
ſignat,quę decalogũ legis ſeruat.Et in de
capoli ſalutem ſibi factã prędicat:qui ſan
ctę eccleſiæ fidelibus a diabolo ſe liberatũ
eſſe verbis & operibus bonis demõſtrat.
Studeamus & nos, ſi nõdum liberati ſu-
mus,a diabolo liberari:& ſi iam nos libe-
ratos cognoſcim⁹,ſalutẽ aliis prædicem⁹,
quã nos obtinuiſſe gaudemus: memores
Matt.12. eius quod ſcriptũ eſt. Qui nõ eſt mecum
Luc.12. contra me eſt:& qui non colligit mecum,
diſpergit. Et item. Qui audit dicat veni. Apo.22.
Nunc ergo ſic audiamus & ſic dicamus
in via vt remunerari mereamur ĩ patria.
Quod nobis præſtare dignet Ieſus Chri-
ſtus dominus noſter,qui eſt deus benedi-
ctus in ſecula.Amen.

¶In feſtiuitate vnius confeſſoris.
Sermo.XXX.

HOmo qdã peregre ꝓfici- S
ſcẽs vocauit ſeruos ſuos Matt.25
& dedit illis bona ſua.
Homo iſte eſt Chriſtus:
ſerui chriſtiani, ꝓfectio
aſcẽſio:bona,dona:quĩq;
talenta exterior ſcientia quinq; ſenſibus
adquiſita:duo talenta intellectus & ope-
ratio bona:vnũ talentum intellectus tm̃:
multiplicatio talẽtorũ exercitatio virtu-
tũ,& exhibitio bonorũ operũ ad iuſtifica
tionem propriã & ad vtilitatẽ alienã.Ser
uus qui pecuniã dñi in terram abſcondit
ſignificat falſos chriſtianos,qui acceptũ
ingeniũ in rebus terrenis & trãſitoriis ex
pendunt:arctioris vitæ vias ingredi me-
tuũt,acceptã diuinitus ſcientiã aliis prę-
dicando multiplicare paruipendũt,erube
ſcunt,& cõtemnunt. Meto vbi non ſemi- T
naui:congrego vbi non ſparſi. Quaſi di-
cat.Non ſolum ab illis quibus gratiã ope
randi & prædicandi tribui fructum ope-
ris & prædicationis reqro:ſed & illos qui
bus nihil gratiæ tribui pro infructuoſita
te & ſterilitate condemno. Serue male &
piger.Serue quia mihi ſeruire debuiſſes,
operãdo,& prędicando:male malũ facien
do:piger a bono ceſſando.Oportuit te cõ
mittere pecuniã meam nũmulariis & ve
niens ego cepiſſem quod meũ eſt cũ vſu-
ra.Nũmularii ſunt,q audita prædicatiõe
facto & verbo ea quę audierũt multiplica
re ſatagunt.Ac ſi diceret.Accepta gratia
mea bonę operationi & prędicationi intẽ
dere debuiſſes.Quod ſi feciſſes,nõ ſolum
te ſed & alios mltos exẽplo & verbo tuo
mihi lucrifeciſſes.Sed qa ꝑ pigritiã tuã
qua a bono ceſſaſti,& ꝑ malitiã tuã qua
malũ feciſti,damnũ mihi nõ ſolũ iuſtifica
tiõis tuę,ſed & alienę intuliſti:& ideo dę
malitia & pigritia tua iuſte te arguo &
cõdemno.Tollite ab eo talentũ & date ei
qui habet decem talenta. Omni enim ha V
bẽti dabitur & abundabit: ei autem &c.



Habenti meritũ dabitur p̃miũ.Dabitur
q̃tum ad remunerationẽ:abũdabit q̃tum
ad beatitudinẽ.Ei autẽ q non habet etiã
id quod habere videbat̃ auferetur ab eo:
quia falſus qſq; xp̃ian⁹ in dãnatione nec
nomen xp̃ianitatis permittetur habere:
& ſicut nũc nudus eſt a ſacramentorum
interiori veritate: ſic tunc foris nudabit̃
exteriori obumbratione. prouideat itaq;
ſibi hũana conſciẽtia nũc in tempore vt
poſtmodũ de p̃mio gaudeat in ęternita-
te.Sic & talentũ doni cœleſtis expendat,
vt nõ dãnationẽ ſed ſaluationẽ in fine re
cipiat.Nemo dicat ſufficit mihiipſi intẽ
X dere,mihi ſoli ꝓuidere.De me reddituř⁹
ſum rationẽ:nolo ſalutẽ alterius quęrens
periclitari. Nõ ſum eruditus in ſcriptu-
ris:nec facũdus in verbis:modicum ſcio,
nunq̃ ꝓ tãtillo ſi non p̃dicetur,deus quẽ
q̃ accuſabit aut damnabit. Quot etenim
hoĩbus quiſq; q̃tum ad ſe ꝑtinet ꝓdeſſe
poteſt verbo:de tot deo dãnum facit ex
ſilentio:& de tot nõ iniuſte reddituř⁹ eſt
rationẽ in iudicio.Qui igit̃ multa nouit,
multa dicat:q pauca nouit,pauca dicat:
& q̃tum qſq; nouit tantũ dicat.Qui ſcit
vel vnũ euangeliũ vel vnũ virtutis exẽ-
plum:qcquid habet ꝑ cognitionẽ aliis tri
buat per p̃dicationẽ.Non cõſideret ſexũ,
ętatẽ,perſonã,tẽpus,locum : ſed prędicet
oĩbus,ſemꝑ,vbiq;.Maſculis,fœminis,ſeni
bus,iuuenibus,diuitibus,paũꝑib⁹.In pro
ſperitate,in aduerſitate,die,nocte, mane,
meridie,veſpere. In eccleſia,in platea, in
via,in agro,in terra,in mari:oĩbus ſem
per vbiq; bonũ quod nouit dicat ſi adſit
qui audire poſſit.Sunt nãq; multi qui in
Y his oĩbus ſpectabiliora ſemꝑ cõſiderãt &
his oppoſitis p̃dicare recuſant, quaſi de⁹
ſuperiora ꝓſpiceret & inferiora nõ cura
ret:cũ nonnunq̃ q̃ hoĩbus vident̃ infima
apud deũ habeãtur ſumma. Sũt etiã qui
dam q nũeroſiori populo aliqñ p̃dicant,
paucis vero loqui nũq̃ curant.Et q maio
ri culpa apud deũ ſe obligãt quia verbũ
dei ſiue p̃ pudore,ſiue prę ſuꝑbia & põ-
pa diuitiarũ penit⁹ ꝓferre recuſant.Qui
igitur talentũ cogniti boni p̃dicando ex
pendit,largitori talentũ lucrifacit,etſi nõ
in alio,tñ in ſemetipſo:quia q̃uis ille qui
audit,malũ non derelinquat:bonũ nõ fa-
ciat:ille tamen q loquit̃:in eo tñ ꝙ loqui-
tur animã ſuã liberat,& audientẽ igno-
rãtia nõ excuſat,& ideo illũ diuina ſentẽ
tia iuſtius damnat.Nemo aũt eſt q poſſit Z
ſe ab hac talẽti erogatiõe excuſare :quia
nemo eſt qui nõ valeat aliquẽ verbo ſuo
ad meliora ꝓuocare.Qꝫ aũt multi qui ad
miniſteriũ prędicationis ſignati ſunt , &
eiuſdẽ miniſterii ſumpt⁹ ſumũt,& de eis
delicate & luxurioſe viuũt:ꝙ inquã diui
nas ſcripturas neſciũt,de torpore & igna
uia ſiue contẽptu arguẽdi ſunt: qa eccle
ſię vbiq; bibliothecis,homiliariis,expoſi-
tionibus,tractatibus replete ſunt: & ipſi
lectioni & meditationi ſcripturarũ ſtu-
dium nullũ impẽdunt . Erubeſcant ergo
quarũdam eccleſiarũ miniſtri inutiles,in-
ſcii,& ignaui:torporẽ excutiant,libros le
gant,talentũ expendãt , tẽpus redimant,
qm̃ dies mali ſunt.Oĩbus deniq; modis
q̃bus poſſumus noſmetipſos emẽdare vel
alios adiuuare debemus:talentũ dñicum
erogare,& erogãdo multiplicare,vtpote
de quo in diſtricto iudicio redditurí ſu-
mus rationẽ.Sic fratres,talentũ expẽda-
mus in mũdo, vt in gaudio dñi gloriari
mereamur in cœlo.Quod nobis pręſtare
dignetur Ieſus Chriſtus dñs noſter , qui
eſt deus benedictus in ſecula. Amen.

De tabernaculis filiorum Iſrael.
Sermo.XXXI.

LEgimus in pagina vete
ris teſtamenti,dñm per A
Moyſen filiis Iſrael p̃ce Leui.23.
piſſe vt menſe ſeptimo
ſolẽnitatẽ tabernaculo
rum ſeptẽ diebus dili-
genter celebrarent,quatin⁹ poſteri ꝑ hãc
obſeruationem patres ſuos de ęgyptiaca
ſeruitute liberatos in deſerto quadragin
ta annis in tabernaculis habitaſſe remi-
niſcerẽtur,& deo liberatori ſuo per hanc
recordationẽ ꝓpenſi⁹ gratias referrent.
Quẽ vꝫ ſacrę ſolẽnitatis ritum poſtmo-
dum obſeruantes , ab omni opere ſeruili
ceſſabãt:in montẽ conſcendebant ramos
arboris pulcherrimę oliuę,mirti, ſpatu-
las palmarũ,ſalices de torrente,& ramos
ligni nemoroſi,ac denſarũ frondiũ cędebant,& in domatibus ſuis.i.tectis domo
rum,quę vꝫ tecta paleſtini ęqualia face-
re ſolebant,ſiue etiã in atriis manſionum
ſuarũ tabernacula erigebãt, victimas do

mino imolabant,tubis clangebãt,magno ac diuerſo epularũ apparatu reficiebant,
B & coram dño deo ſuo lętabant. Nos aũt qui non figuras ſed veritatẽ tenere debemus,non literã occidentẽ ſed ſpm̃ viuificantem ingramus:& qđ nobis antiquorũ exẽplo nõ carnaliter ſed ſpũaliter fit ſeruandũ,ſubtiliter attẽdamus. Quis eſt ergo iſte mẽſis ſeptimus in quo in tabernaculis p̃cipimur habitare,niſi tẽpus gratię in quo ſeptiformis ſpũs p vniuerſum mũdum tribuit fidelibus? Qui ſunt ſeptem dies,niſi p̃ſitis temporis qđ ſeptẽ dierum circulo & curriculo voluitur,ſeries? Quę ſunt tabernacula,niſi ſanctę & honeſtę cõuerſationis exempla diuerſis virtutib⁹ & operib⁹ bonis quaſi diuerſis ramis & ramorũ frondibus cõſtructa? Menſe itaq; ſeptio, ſeptẽ dieb⁹ in tabernaculis debem⁹ habitare:qa in hoc tpe gratię in dono ſeptiformi ſpũſſancti,& in om̃i vita noſtra, quę ſeptenario dierũ agit, debemus vir-
C tutes exercere,bona opera exhibere. Patres noſtri ſc; apłi quorum ſumus filii in ſanguine agni de ęgyptiaca ſeruitute liberati annis. xl. p eremũ in tabernaculis habitauerũt: qa in paſſione Chriſti de tenebroſa mũdi dñatione redempti in vita ſpiritali,q̃ per eremũ figurat,ab om̃i illicita delectatione abſtinendo & decalogũ legis & quaternariũ euangelii obſeruando,quaſi quadragenariũ cõplendo,virtutes exercuerũt,bona opera exhibuerunt: & in his oĩbus ſe non hic manentẽ ciuitatem habere,ſed futurã inqrere mõſtrauerũt. Ipſis quoq; debemus aſſimilari,vitam ipſorũ imitari,pegrinationis reminiſci & in ſpũalibus habitando tabernaculis,cõtinuas grates agere deo oĩm ſuorũ
D liberatori. Sed vt cõgrua & digna ſacratiſſimę ſolẽnitati valeamus tabernacula cõſtruere:ſtudeamus carnales affectiões, terrenas cupiditates,mũdanas vanitates, ſeculares actiones deſerere: ac generaliũ cogitationũ cõſuetudinẽ tranſcẽdentes, in montẽ.i.altiorem ſcripturarũ meditationem & cœleſtis boni ſublimẽ ſpeculationem aggrediamur & virtutũ & bonorum operũ frondoſos ramos decerpere,& tabernacula honeſtę cõuerſationis feſtinemus erigere: qbus in tantæ ſolẽnitatis obſeruatione cõtra ęſtũ vitiorũ, ventum tentationũ,imbrem pſecutionum muniamur. Precipitur aũt nobis vt ceſſemus ab om̃i opere ſeruili:quia prohibetur nobis cõſenſus & affectus peccati. Qui em̃ facit peccatũ,ſeruus eſt peccati. (Ioan.8.) Nec ſolum foris in opere:ſed intus in corde peccatũ perpetratur ſicut ſcriptũ eſt. Etem̃ in corde iniqtates operamini in terra. (Pſal.57.) Et alibi. In cogitationibus impii erit iterrogatio. (Sap.1.) Sed & pax non eſt annũciata in natiuitate ſaluatoris niſi hoĩbus bonę volũtatis. (Luc.2.)
E Hinc ergo ppendite q̃tum iubemur ceſſare ab opere ſeruili in quibus nõ tm̃ reprędẽditur actus,ſed etiã conſenſus peccati. Inter ſpiritales vero arbores,ſc; virtutes eſt caritas pulcherrima quę & in cœlum erigitur per dilectionẽ dei & vſq; ad terminos terrę dilatatur per dilectionẽ proximi. De cui⁹ laude & pulchritudine ſcriptum eſt. (1.Cor.13.) Si linguis hominũ loquar & angelorum:ſi habuero omnẽ fidem & oẽm ſcientiam:& ſi diſtribuero oẽs facultates meas in cibos pauperũ:& ſi tradidero corpus meũ ita vt ardeã,& cætera q̃ ibi cõtinentur,caritatẽ aũt non habeã nihil ſum nihil mihi pdeſt. Huius igitur pulcherrimi ligni ramos debemus habere,qa Caritatis intimę cogitationibus & affectibus
F nos debemus obũbrare. Oliua etiã q; oleũ cunctos excedit liquores recte miam exprimit,q̃ multas alias virtutes tranſcendit. (Oliua.) Mirtus bonũ habet odorẽ & ſignificat bonã opinionẽ,longe lateq; redolentem. (Mirtus.) Hanc habere debemus in cõſtructione noſtri tabernaculi quia in om̃i loco debem⁹ eſſe bon⁹ odor Chriſti. Aliter. Mirtus tẽperatiue virtutis eſt,ita vt diſſoluta membra tempando reſtringat: & ideo temperantiã recte deſignat. Palma q̃ victorum manũ adornat,victoriã non incõuenienter figurat. (Palma.) Hãc debemus habere oſtendentes nos carnẽ,mũdum, diabolũ, viciſſe. Habeamus quoq; ſalices de torrẽte,vt in hac mortali vita quę modo torrentis decurrit,caſto corde & corpore domino valeamus deſeruire. (Salix.) Salices quippe quę ſine fructu ſunt & ſteriles,caſtas cogitationes & officia carnis ab illicita delectatione propter regnũ cœlorũ caſtrata figurare poſſunt. Salices ergo ex noĩe habere pręcipimus quia ſine mũditia ſolẽnitatẽ domini digne celebrare non va-



G lemus. Queramus & ramos ligni nemoroſi ſiue denſarum frõdium vt videlicet habeamus aliarum multiplicationẽ virtutum:ex quibus oĩbus ſcilicet virtutibus & foliis ex ipſis pcedentibus,id eſt bonis operibus erigere debemus tabernacula.i.ſanctę conuerſationis exempla: (Lignum dẽſarum frondiũ.) quib⁹ nos aduenas in hoc mũdo & peregrinos ſicut omnes patres noſtros demonſtremus: non hic habere manentem ciuitatẽ, ſed futuram inquirere patenter
H oſtendamus. Quę deniq; tabernacula in domatibus & in atriis noſtris antiquorũ exemplo debemus figere,& in ipſis manere:quia debemus omnẽ miſerę carnis huius delectationẽ cœleſtis boni deſiderio tranſcendere:& ipſum quoq; mundũ qui circa nos eſt dilatatione cordis egredi,vt ſuperna & immẽſa bona ſublimius & perfectius poſſimus contemplari. Offeram⁹ etiam ſacrificiũ domino,non ſanguinem vitulorũ ſed fructum labiorum confitentium nomini eius. Sacrificiũ năq; laudis honorificat eum: & illic iter quo oſtẽdit ſalutare ſuũ. Sed & hoc facientes implebimus qđ Pſal.ait. (Pſal.118.) Cantabiles mihi erãt iuſtificationes tuę in loco peregrinationis meę. Clãgamus tubis per officiũ prædicationis vt & aliis recta p̃dicem⁹,& ad obſeruantiam tantę ſolẽnitatis eos cõuocemus. Scriptũ quippe eſt. (Apo.22.) Qui audit dicat veni. Et Pſalmiſta. Labia mea nõ prohibebo domine tu ſciſti. Iuſtitiã meã non abſcondi in corde meo:veritatẽ tuam & ſalutare tuum dixi. Non abſcondi miſericordiã tuam & veritatẽ tuã a concilio multo. Epularum apparatu nos reficiamus,vt corporis & ſanguinis Chriſti cõmunione & ſpiritualiũ chariſmatũ participatione noſmetipſos dignos p virib⁹ efficiam⁹. Talibus em̃ epulis interior homo noſter impinguat:tali epulatione ei⁹ deus delectatur. Gaudeamus non in mũdo ſed in dño ,quẽadmodum & apoſtol⁹ nos admonet dicens. Gaudete in domino ſemper:Iterũ dico gaudete. (Philip.4.) Si in domino gaudem⁹ vox exultationis& ſalutis erit in tabernaculis noſtris , non vox exultationis & perditionis, quę eſt in tabernaculis impiorum:quorũ pręſtolatio & exultatio furor: qui lętantur cũ male fecerint,& exultant in rebus peſſimis. Si ergo ſolẽnitatem tabernaculorũ digne celebrare volum⁹: hęc oĩa non carnaliter ſed ſpiritualiter obſeruemus. (Epilog⁹.) Ceſſem⁹ ab opere ſeruili abrenũciates affectibus & effectibus peccati. Aſcendamus in montẽ p meditationẽ ſacri eloquii, & ſpeculationem boni ſuperni. Colligamus ramos arboris pulcherrimę per caritatẽ fraternã , oliuę per miam,mirti per temperantiã,palmarum per victoriã,ſalicũ per caſtitatẽ , ramos denſarũ frondium per aliarũ virtutum multiplicẽ exercitationẽ. Et erigam⁹ tabernacula per honeſtã conuerſationẽ, in domatibus noſtris corruptionẽ carnis noſtrę deuotione mẽtis tranſcẽdendo: & in atriis noſtris ipſum mundũ dilatatione cordis exeundo. Immolem⁹,ſed hoſtiã laudis:clangamus,ſed tuba p̃dicationis: epulemur,ſed participatione ſacramẽtorum Chriſti,& dulcedine gratię cœleſtis: exultemus, ſed gaudio letitiæ ſpiritalis. Quę cuncta ſeptẽ diebus facimus ſi per omnẽ vitam noſtrã,quę ſeptem dierũ circulo voluitur, hæc agere non ceſſamus. Iſtam deniq; ſolẽnitatem ſcđm pręceptũ legis in die octauo conſummabim⁹:quãdo in die reſurrectionis abſorpta morte in victoriã a corruptione ad incorruptionem,a mortalitate ad immortalitatẽ pertingemus:quia ſi nunc ſeptẽ dies perficimus in itinere,octauũ tunc celebrabim⁹ in peruentione: quãdo videlicet gaudiũ & lętitiam tenebimus:quãdo fugiet dolor & gemitus: qñ abſterget de⁹ oẽm lachrymã ab oculis ſanctorũ ſuorũ: qñ timẽtib⁹ ſe multitudinẽ dulcedinis ſuę reuelabit:quã adhuc illis abſcõdit,quã oculus non vidit,nec auris audiuit,nec ĩ cor hominis aſcendit,quã preparauit de⁹ diligentibus ſe. Quã nobis pręſtare dignetur Ieſus Chriſtus dñs noſter qui eſt de⁹ benedictus in ſecula. Amen.

## De Apoſtolis vel aliis prędicatoribus. Sermo. XXXII.

K FVlgebunt iuſti & tanq̃ ſcintillę in harundineto diſcurrent. Iudicabũt nationes ,& regnabũt inęternum. (Sapiẽ.3.) Magna, mirabilis & precioſa eſt cariſſimi fratres,in his verbis laus ſanctorum: magnũ pręclarũ & ſublime refulget ĩ eis

meritum,& prẹmium eorum.De quibus
oẽibus ſermo propoſitus quatuor ponit
verba dicens : ꝙ fulgebunt . diſcurrent,
iudicabunt.& regnabunt.Fulgere perti-
net ad virtutẽ,diſcurrere ad prẹdicatio-
nem,iudicare ad reſurrectionem,regnare
ad beatitudinẽ.Fulgent ergo iuſti virtu
te,diſcurrunt prẹdicatione,iudicabũt in
reſurrectione,regnabunt in beatitudine.
L Fulgebunt iuſti,diuerſos iuſtos diuerſis
virtutibus nouimus fulſiſſe.Fulſit nanqꝫ
Abel per innocentiã: Noe per iuſtitiam:
Abrahã per fidem:Yſaac per longanimi-
tatem:Iacob per tolerãtiã laboris:Ioſeph
per continentiã carnis:Moyſes per man-
ſuetudinẽ:Ioſue per fortitudinẽ:Samuel
per caritatẽ. Dauid per humilitatẽ: He-
lias per zelum iuſtitię: Daniel per virtu-
tem abſtinentię:ſanctus Ioannes baptiſta
per ſanctitatẽ eximiam:Beata & inteme-
rata virgo Maria per ſpecialẽ humilita-
tis & integritatis gratiam. Alios deniqꝫ
ſequentibus tẽporibus fulſiſſe ſimiliter ꝑ
fidem: alios per ſpem, alios per caritatẽ,
alios per humilitatẽ,alios candore caſti-
tatis,alios effuſione ſanguinis,alios qua-
rũlibet aliarũ exercitatione virtutũ,alios
multorum bonorũ exhibitione operum.
M Sed vnde grauiter dolendũ eſt,& qđ ſi-
ne magno gemitu dicendum non eſt:nos
cernimus multos in ordine & profeſſio-
ne ſanctitatis conſtitutos,habitu clerica
li vel religioſo palliatos,a ſancto propo-
ſito apoſtatare & in exercendis operibus
iuſtitię torpere:ad honores ſeculares an
helare,terrenarum rerum cupiditatibus
inhiare,ad mũdanę curioſitatis inſtabili
tatem ſuſpirare:& ſanctę quietis & inter
nę contẽplationis penitus oblitos,exterio
ribus negociis tractandis abſqꝫ omni bo
na intẽtione impudenter ac turbulenter
ſe inferre:& qui ꝓdictarum virtutũ debe
rent fulgore ſplẽdere,cõtingit nonnunq̃
vitiorũ nigredine ſordere,intantũ vt ꝓ-
phetica ãmiratione cogamur proclama-
Thre.4. re.Quomodo obſcuratũ eſt aurũ:mutatꝰ
eſt color optimꝰ,diſperſi ſunt lapides ſan
ctuarii ĩ capite omniũ platearũ? Videmꝰ
Eſaię prophetiã.In quibuſdã impleri vz
pueros deficere in labore,& iuuenes ĩ in
firmitatẽ cadere,i.quoſdã conuerſos nuꝑ
tramitem boni propoſiti ĩgreſſos,q quaſi

necdum viribus exhauſtis alacriter debẽ
rent currere:viriliter agere,& portando
pondus diei & ęſtus rubiginẽ peccatorũ
ſuorũ ſtudioſe purgare:videmꝰ ĩquã eos
multiplices pigritandi & euagãdi occa-
ſiones impudẽter q̃rere:& concepti ſpiri
tus feruorẽ in fructu boni operis nõ oſtẽ
dere,ſed per teporẽ reſolutos ſteriles per
manere.Nec iſta tã mordaciter dicentes.
piã illorum ſollicitudinẽ qui fraternę ne
ceſſitatis curis inſeruiũt imprudẽter cul
pamus:ſed quorundã qui in via ſuę pro
feſſionis non recte incedũt prauitatẽ re-
prehẽdimus. Nec ſolũ ad ꝓdictarum vir N
tutum fulgorẽ cõſequendũ, debemꝰ hor
rere,deteſtari,& cauere mala: ſed etiã de
bonis eligere meliora, vt qui neceſſitati-
bus proximi per caritatẽ miniſtrat , ſi ſe
ad internę contemplationis ſecretã ſubli
mitatẽ ptingere poſſe conſpicit, vt ſcđm
vocẽ propheticam ſedens ſolitarius & ſe
leuãs ſuper ſe fiat ex Iacob Iſrael:ex Lya
fiat Rachel:ex Fenẽna fiat Anna:ex Mar
tha fiat Maria.Cuius rei ortamẽta vt vi
delicet actioni contẽplationem ꝑferamꝰ
nobis ꝓbet non tm̃ Iacob qui magis Ra-
chel dilexit q̃ Lyã:ſed & Helcana q plus
amauit Annam q̃ Fenennam: & Maria,
quę optimã partẽ elegiſſe dicit: & verus
Caleph filiũ Iephone . de quo legitur ꝙ Caleph.
nec ſenio fractus,nec labore ſatigatus pe Ioſue.14.
tierit ſibi a Ioſue montẽ dari,vt gigãtes
illic habitantes expugnaret : & montem
quẽ ſibi deus promiſerat poſſideret.Qui
etiã teſtatus eſt ꝙ eadem fortitudo in ſe
pſeuerauerit quã habuerat in multis an
nis tranſactis quãdo ad ipſam terram ex
plorãdã miſſus fuit. Sed(qđ ſine magno
mœrore proferendũ non eſt)pauci ſunt
qui iſtius viri exemplo in eodẽ virtutis
vigore pſeuerent,& infimis contẽptis ex
pugnatiſqꝫ dęmonibus ad ſublimia con-
ſcendere tentẽt.Sed nos(fratres cariſſi-
mi)eximia patrũ exempla ſpiritaliter mẽ
te colligamus,& meliora bonis ꝑferentes
potiora ſemꝑ eligamus:vt ad ꝓdictarum
virtutũ fulgorem quoquomodo ptinga-
mus.Nemo cõtra cõſiliũ vel volũtatem
ſui ꝓlati exteriora negocia tractare pſu-
mat,ne laqueo diaboli deceptus & hoſtili
gladio cęſꝰ cadat.Sic em̃ queadmodũ in
Maccabęorũ libro legitur. In illa die ſa- 1.Mac.5.



cerdotes ceciderũt in ꝓlio dũ volunt for
titer agere,dũ ſine cõſilio exeunt in ꝓliũ.
Sic & filii Iſrael reſiſtẽte Moyſe & ipo cũ
arca dñi in caſtris remanẽte cõtenebrati
per ignorantiã, aſcẽderũt in montẽ ꝑ ſu-
perbiã:& Chananeus & Amalechites:per
quos carnalia & ſpiritualia vitia figurãt
pſecuti ſunt eos vſqꝫ in horma,qđ interꝑ
tatur anathema.In qbus oĩbus manifeſte
deſignat:ꝙ qſquis cõtra diſcretionẽ ma-
iorũ terrena negocia tractare pſumit,ho
O ſtilis ſuggeſtionis gladio trucidat.Sed &
ipſi ꝓlati ſubiectorũ poſſibilitatẽ diligẽti
conſideratione librare debent: ne ſi vltra
ſcientiã vel vires ſuas agere tentẽt,oneri
ſuccũbant qđ ferre nõ valent. Vtant exẽ
plo & verbo Moyſi q dño promittente ꝙ
ante filios Iſrael mitteret angelũ ſuũ,re-
Exo.34. ſpõdit dicens. Obſecro dñe ſi inueni gra
tiam corã te,vt gradiaris nobiſcũ.Et itẽ.
Exod.33. Si non veneris nobiſcũ ne educas nos de
loco hoc. Moyſes ei cũ pplo Iſrael ad ter
rã pmiſſionis tendit cũ qlibet ꝓlatus ſibi
ſubiectos ad miſteria cuiuſpiã boni opis
exequẽdi prouehit.Qui recte dñm rogat
vt non tm̃ angelum pmittat,ſed ipſemet
gradiat:dũ non tã alicuius ſapiẽtis cõſi-
lio,q nonnũq̃ fallit q̃ diuina puidentia q̃
ſola pfecte,q̃ ſunt hoĩbꝰ vtilia nouit, hoc
fieri vel dimitti cõſtanter pcatur. Obſe-
cro(inqt)vt non educas nos de loco iſto,
niſi tu gradiaris nobiſcum . Meliꝰ eſt em̃
quẽlibet in ſua ſimplicitate viuere & mo
ri,q̃ ad negocia in qbus aĩæ ſuę ſcandalũ
ſumat tractãda ſine deo duce & coopan-
te pmoueri.Hęc oĩa dico(fratres)vt vi-
deatis quomodo caute ambuletis & non
ſitis vobiſmetipſis ſapiẽtes:& dũ virtutũ
fulgorẽ nõ ſapiẽter q̃ritis,obſcœnã vitio
rum & pctõrũ tenebroſitatem incidatis.
Seqtur.Et tãq̃ ſcintillę in harũdineto diſ
P currẽt. Scintilla in ſua q̃titate modica
Scĩtillę. eſt & habet ſplendorẽ & calorẽ.Scintilla
rũ ergo noĩe ſancti apl̃i & apoſtolorũ ſuc
ceſſores ꝓdicatores recte ſignant: q ſunt
parui ꝑ virtutẽ hũilitatis: ſplendidi ꝑ co
gnitionẽ veritatis:calidi ꝑ amorẽ virtu-
tis.Ipſi vero tãq̃ ſcintillę in harundineto
diſcurrere recte dicunt:qa ipſi ꝑ gentili-
tatẽ ad ſimilitudinẽ harũdinũ ab oĩi ve
ritate vacuã,oĩ vanitate repletã, ab oĩi
bono ope ſterilẽ & infructuoſam, oĩ vẽto

doctrinę agitatã ꝑ ipſam ĩquã diſcurren
tes,eã ſua ꝓdicatione a ſuꝑbia deiecerũt,
& ei ꝙ cinis & in cinerẽ reuerſura eſſet
oſtẽdẽtes, quodãmodo vt in bonã ſegetẽ
reſurgeret,in fauillam redegerunt.Hunc
diſcurſũ fecit ſanctꝰ Thomas ꝑ Indiã ma
iorẽ.Barptolemęꝰ ꝑ Indiã minorẽ: Symõ
& Iudas ꝑ Perſidẽ:Ioãnes ꝑ Aſiã,Andre-
as ꝑ Achaiã:Mattheus ꝑ ęthiopiã, Petrꝰ
ꝑ Cappadociã,Paulus ꝑ Illiricũ & Italiã.
Et cęteri apl̃i apl̃orũqꝫ diſcipuli ꝑ cętera
loca ſibi diuinitꝰ delegata . Sic videmus
paſtores aĩaliũ in nemoribꝰ aridas hęrbas
ĩpoſitis ignibꝰ cõburere & illis cõbuſtis
virides & ĩ paſtũ aĩaliũ aptas alias ſurge
re.Sed( qđ ſine mœrore dici non debet) Q
ecce ĩ locis in qbus labore apl̃orũ & eoꝝ
ſucceſſorũ harũdineto ſuccẽſo fructiferę
ſegetes ſurrexerãt, in eiſdẽ inquã locis ꝑ
deſidiã noſtrã harundineta iterũ ſuccre-
uerũt,& agrũ dñicũ iã pene repleuerũt.
Quid ſunt em̃ ĩmũdi,fornicarii,auari,fu
res,rapaces,& quicũqꝫ aliis qbuſlibet pra
uitatibus a deo ſunt diuiſi, diabolo cõiũ
cti?qd quęſo ſunt & ipſi niſi harundines
ſteriles ĩfructuoſę,dęmonũ ſuggeſtionibꝰ
& quaſi qbuſdã vẽtis in oẽm partẽ ĩpieta
tis agitatę?Quid ergo ocio torpemꝰ?cur
ꝓdicãdo nõ diſcurrimꝰ?cur malos quoſli
bet noſtra doctrina nõ ſuccẽdimꝰ,vt bo-
nos efficiamus?Sed vęh nobis miſeris qa
multi ſumꝰ diſcurſores,pauci ꝓdicatores.
Ciuitates,caſtella,vicos pcurrimꝰ, ſed in
arguẽdis pctõribꝰ & aĩabus cõuertendis
parũ laboramꝰ.Mũdus ſacerdotibꝰ plenꝰ
eſt , & ſi ſit q bonũ audiat nõ eſt q dicat.
Legimꝰ in libro dialogorũ quẽdã ſanctũ
virũ libros in qbꝰ ſacra verba cõtinebãt
ſemꝑ ſecum detuliſſe:qui quocunqꝫ per-
gebat ex eiſdẽ libris rigabat prata mẽtiũ
Erubeſcamus(fratres)de noſtra pigritia
ſanctorũ patrũ attẽdamꝰ ſtudia:quorũ eĩ
debemꝰ eſſe filii,eorũ debemus vitã imi-
tari.Harũdineta ſuccẽdamꝰ,malos a ſuis
prauitatibꝰ corrigamꝰ.Et bene prius di-
xit.Fulgebũt,deinde diſcurrẽt,qa primũ
debemus virtutibus fulgere, deinde eas
alios docere,ſicut ſcriptũ eſt.Quę cœpit Act.1.
Ieſus facere & docere.Sequitur. Iudica- R
bunt nationes . Quantũ ad iudiciũ ſunt Hominũ
quatuor ſpecies hominum , vz Iudicati ſpecies.
& ſaluati,iudicandi & ſaluandi:iudicati

& damnati, iudicandi & dãnandi.Iudi-
cati & ſaluati ſunt quorum ſaluatio iam
certa eſt.Iudicandi & ſaluandi ſunt quo
rum ſaluatio adhuc incerta eſt.Iudicati
& damnati ſunt quorũ dãnatio iam cer-
ta eſt.Iudicandi & dãnandi quorũ dãna
tio nondum certa eſt.Cum igitur in fine
mũdi,in die iudicii,in reſurrectione gene
rali, iſtę quatuor ſpecies hominum erũt:
conſtat tñ illos ſolũmodo nationes iudi-
caturos quorũ ſaluatio ꝓpter eminẽtio-
ris vitę meritũ tunc euidẽs & manifeſta
erit:quorũ hic laus canitur cũ dicit.Iudi
cabunt nationes.Quas nationes iudica-
bunt?Illos vtiq; iudicabunt,quorũ ſalua
tio ſiue dãnatio nondũ certa erit: quorũ
iudicio alii tranferent ad gloriã, alii trãſ
ferentur ad pœnã.Nã diabolus & ꝑfecte
mali vtpote iam iudicati ſine omi exami
natione in tormẽta detrudẽtur. Studea-
mus (cariſſimi) vt ſimus in illa die ſaltẽ
de iudicandis & ſaluãdis,tametſi de iudi
catis & ſaluatis, q alios iudicaturi ſunt,
eſſe nequeamus.Magna tñ & omibus mo
dis exoptanda & q̃renda ſanctorũ eſt ꝑfe
ctorum in illa die gloria:qui cũ ipſo iudi
ce ſedebunt & mũdũ cũ ipſo iudicabũt.
Et laudabile quidem eſt virtute fulgere,
ꝑdicatione diſcurrere:in iudicio iudica-
S re:ſed ineffabiliter laudabilius,excellen-
tius,atq; ſublimius eſt quod ſequitur:q;
ſc; regnabunt inęternũ. Inęternũ regna-
bunt,qa regnãti diuinitati ęternaliter in
hęrebũt. Cuius regni gloriã quã oculus
non vidit,& auris nõ audiuit,& q̃ in cor
hominis nõ aſcẽdit,idcirco vos totis pręcordiis deſiderare & ꝓmereri perpaucis
ſuademus:qa eã verbis prolixioribus ex
planare,ſicut vellemus,non valemus. Eã
tamẽ promereri nobis pręſtare dignetur
Ieſus Chriſtus dñs noſter,qui eſt de⁹ be-
nedictus in ſecula. Amen.

In annunciatione dominica.

Sermo.XXXIII.

T PAuca ſunt(fratres) &
parua q̃ de deo ſcimus:
pauca & parua quę ꝓſe
rimus. Quę etenim vel
q̃ta poſſumus dicere de
illo quẽ nemo vidit,vel
poteſt videre?Quãdo nãq; aliquis de deo
loquitur, tale eſt acſi cęcus natus de lu-
mine loquat̃.Deum eñ nemo vidit vnq̃. Ioan.1.&
& non videbit me homo & viuet. Vnde 1.Ioan.4.
& dñs ad ipſum Moyſen ad quẽ iſta ver Exo.33.
ba prolata ſunt ait. Veniam ad te in cali Exo.19.
gine nubis.Et deinceps. Moyſes acceſſit
ad caliginem in qua erat deus. Et Salo-
mon.Dñs(inquit)dixit vt habitarem in 3.Reg.8.
nebula Pſalmiſta quoq; ait.Nubes & ca- Pſal.96.
ligo in circuitu eius.Et item.Caligo ſub Pſal.17.
pedibus eius.Pedes dei ſancti doctores & V
prędicatores ſunt qui eũ ad auditorum
corda circunquaq; vehunt.Qui nonnũq̃
cœleſtia ſacramẽta nobis in ſuis ſcriptis
tam obſcure loquũtur vt a nobis vix in-
telligantur. Vnde bene in pſalmo ſcriptũ
eſt.Tenebroſa aqua in nubibus aeris: qa Pſal.17.
obſcura eſt ſcientia in prophetis. Daniel Dan.7.
etiam viſionẽ diuinam in viſione noctis
vidit,& Elyphat quendã coram ſe ſtan- Iob.4.
tem cuius nõ agnoſcebat vultum & hor
rorẽ viſionis nocturnę conſpexit. Sed &
rex Balthaſar,non corpus,nõ brachium: Dan.5.
non manũ,ſed articulos manus ſcribẽtis
contẽplatus eſt:qa minima ſunt q̃ nobis
manifeſtant̃ de ſacramẽto inuiſibilis dei
tatis.Deus nimirũ lucẽ habitat inacceſſi 1.Tim.6.
bilem,quẽ nullus hominũ vidit, ſed nec Ibidem.
videre poteſt.Si quid etiã de cœleſtibus
bonis videmus,videmus(ſicut ait Salo- Eccl'ſ.12.
mon)per foramina.Et ſicut dicit apoſto 1.Cor.13.
lus,per ſpeculũ & in ęnigmate:non facie
ad faciem.Quia ergo minima ſunt q̃ co-
gnoſcimus,idcirco modica ſunt quę prę
dicam⁹: ſicut exploratores terrę ꝓmiſſio
nis multa & magna bona contemplatę
terrę poſt tergum reliquerunt: & vnum
tantũmodo botrum & de malogranatis
& ficis,& de aliis bonis ei⁹ ad filios Iſra-
el in deſertum reuertentes detulerunt.
Sic & nos(fratres)ſtillam modicã de ple
nitudine boni ſpiritalis,de dulcedine ſci
licet diuinę laudis quę in ſacra ſolẽnita-
te dominicę annũciationis hac nocte de
cantata eſt,hauſimus:quã vobis propina
re diſpoſuimus.Audiuimus itaq; pſalmi
ſtam dicentẽ. Accingere gladio tuo ſu- Pſal.44.
per femur tuum,potentiſſime. Vox iſta
vox eſt antiquorum iuſtorũ patriarcha-
rum & prophetarũ & omnium recte vi-
uentium: & incarnationem verbi, aduen
tum Chriſti, expulſionem hoſtis anti-
qui, redemptionẽ generis humani,votis



oĩbus exoptantiũ continuis ꝑcib⁹ poſtu
lantiũ:& tandẽ impetrantiũ.Ipſe nimirũ
eos exaudiuit & gladio ſuo ſuper femur
ſuum ſe accinxit, quando ſuę diuinita-
tis potentiã humanitatis noſtrę fragilita
ti cõiunxit.Et accinctus potẽtia ſuę diui
nitatis ſup femur aſſumptę humanitatis
venit in mundũ:vt expugnaret fortẽ ar-
matũ cuſtodientẽ atriũ ſuũ.Fortis arma
tus diabolus.Fortior ſupueniẽs Chriſt⁹,
atriũ mundus,vaſa corda humana.Quę
Chriſtus de manu diaboli rapuit euacua
X uit & impleuit,euacuauit culpa, imple-
Samſon. uit gratia.Hunc fortiſſimũ bellatorẽ vc;
generis humani redemptorẽ,Samſon ille
iſraelitici populi princeps in multis figu
rauit. Per angelũ eñ annũciata eſt cõce
ptio & natiuitas Sãſonis:& p angelũ ãnũ
ciata eſt cõceptio & natiuitas ſaluatoris.
Sãſon fortitudinẽ habuit in capillis ſuis:
Chriſt⁹ in donis gatię ſpiritalis. Samſon
vinũ & oĩe qđ inebriare poteſt non bi-
bit:& calix Babylonis Chriſtũ non ine-
briauit.Nouacula ſuper caput Samſonis
non aſcendit:& mentem Chriſti malitia
non incidit. Samſon leonẽ occidit & de
fauce ei⁹ fauũ mellis extraxit: & Chriſt⁹
diabolum vicit,& de ore eius humanum
genus eripuit.Samſon accepit mulierem
alienigenã,& Chriſtus gentiũ eccleſiam.
Sãſon ſtrauit allophylos:& Chriſtus ſpi
ritales & corporales inimicos.Sãſon fra-
ctis portis Gazę aſcendit montis ſuperci
lium:& Chriſtus confractis portis infer-
ni conſcẽdit in cœlũ. Samſon multo plu
res de inimicis ſuis moriens:q̃ viuens cõ
triuit:& Chriſtus diabolũ & eius ſatelli-
tes multo amplius moriens q̃ viuẽs deui
cit.Sic redẽptor noſter non ſolũ oraculis
prophetatus,ſed & figuris ꝑſignatus:ac-
cinctus gladio diuinę potentię ſuper fe-
mur humanitatis ſuę in mundũ venit:&
fortẽ id eſt hoſtẽ antiquum debellauit,&
nobis exemplũ debellandi monſtrauit:&
officium iniunxit dicens.Eſtote fortes in
Y bello & pugnate cum antiquo ſerpẽte &
Ephe.6. accipietis regnum ęternũ.Sumamus er-
go armaturam dei,vt poſſumus oĩa tela
nequiſſimi ignea extĩguere. Habẽtes ſcu
tum per fidem,galeã per ſpem,loricam &
ocreas per caritatẽ. Quę duo lorica ſcili
cet & ocree ſicut ſunt vnius texturę, ſic
poſſunt eſſe vnius figurę.Quę etiã in ne
xione multorum ãnulorũ complexionem
multarum figurant virtutũ. Habeamus
quoq; lanceã quę ſurſum ad deũ eriga-
tur,& in hoſtem dirigatur per orationẽ:
arcum & ſagittas per prędicationẽ: gla- Ephe.4.
dium ſpiritus per diuinum ſermonẽ:qui Gladius
eſt viuus & efficax & penetrabilior omi Heb.4.
gladio ancipiti & pertingens vſq; ad di-
uiſionem animæ & ſpiritus: compagum
quoq; & medullarũ:& diſcretor eſt cogi
tationũ & intentionũ cordis: & non eſt
vlla creatura inuiſibilis in conſpectu ei⁹.
Omnia aũt nuda & apta ſunt oculis ei⁹. Z
Gladius iſte gladius eſt iuſtitię.Iſtũ gla-
dium debet miles Chriſti habere & eua
ginare & ipo hoſtiles acies trucidare.Eſt
& alius gladius militię quem euaginant
peccatores. Exacuunt eñ vt gladiũ lin- Pſal.63.
guas ſuas:& lingua eorũ gladius acut⁹. Gen.64.
Iſto gladio viuit Eſau,Iſto ſęuiſit Symeõ Ge.49.
& Leui fratres,qui ſunt vaſa iniquitatis
bellantia:in quorum conſiliũ non veniat
anima mea:& in cœtu illorũ non ſit glo
ria mea.Ipſi eñ in furore ſuo occidũt vi
rum,& in voluntate ſua ſuffodiunt mu-
rum.Maledictus furor eorum quia perti
nax,& indignatio eorũ quia dura: diui-
dantur in Iacob & diſpergãtur in Iſrael.
Gladius iſte(fratres)nõ educatur ſed cõ
tineatur in vagina. Omnes eñ qui gla- Mat.26.
dium acceperint gladio peribunt.Iſte igi
tur relinquatur:& ſupradictus aſſuma-
tur.Ipſe eſt eñ quẽ domin⁹ venit mitte- Mat.10.
re in terram.Iſtum in manu tenent ſan-
cti qui habent exultationes dei in guttu Pſal.149
re ſuo,ad faciendam iuſtitiã in nationi-
bus, increpationes in populis.vt faciant
in eis iudicium conſcriptũ:& hęc eſt glo
ria omnibus ſanctis eius. De hoc gladio
ait Moyſes cum populus Iſraeliticus fa-
ciendo vitulũ aureũ deliquiſſet dicens.
Si quis(inquit) dñi eſt iungatur mihi.
Et congregatis ad eum omibus filiis Le Exo.32.
ui ait.Hęc dicit dominus de⁹ Iſrael. Po-
nat vir gladium ſuper femur ſuum. Ite
& redite de porta vſq; ad portã per me-
dium caſtrorum: & occidat vnuſquiſq;
fratrem & amicum & proximum ſuum.
Fecerunt ita & ceciderunt illo die quaſi
vinginti tria milia hominũ.Et ait Moy-
ſes. Conſecraſtis manus veſtras hodie

dño vnuſquiſq; in filio & fratre ſuo : vt
A detur vobis bñdictio. Moyſes ſignificat
quẽlibet p̃latũ:cœtus Iſrael populũ ſub=
iectum. Vitulus peccatũ. Moyſes aſcen=
dit in montẽ quando p̃latus quiuis reli=
ctis infimis ad internã cœleſtiũ conſcen=
dit contẽplationẽ. Sed populus Iſrael vi=
tulum facit , qñ ſubiectorũ cuneus male
viuẽdo delinquit. Moyſes deſcẽdit , cum
p̃latus ad ſubditorũ vitã conſiderandã a
contẽplatione cœleſtiũ mentẽ ad inferio
ra reducit. Vitulũ aureum cõminuit, cũ
prauã actionẽ per prudentiam carnis vel
ſapientiã mũdi perpetratã ꝑ loco & tem
porę,cauſa,pſona,& modo ſubtiliter diſ=
cernit. In aquã proiicit cũ ex auctoritate
ſacri eloquii ipſam actionem peruerſam
fuiſſe rep̃hendit. Ex hac aqua potat⁹ po=
pulus in barbis aurũ habet : qñ in eo qđ
ſapiẽter ſe egiſſe gloriatus eſt ſtulte eum
egiſſe patẽter liquet. Et p̃uaricator popu
lus gladiis trãſuerberatur, cum ſeueriſſi
ma increpatione a malo mortificatur &
in bono viuificat̃,vt mortu⁹ mũdo viuat
deo. Si quis( inquit Moyſes) eſt dñi iũga
tur mihi. Sicut dicit beatus Gregorius:
Qui nõ iungit̃ Moyſi in vlciſcendo pc̃tõ
populi non eſt dñi. Ponat vir gladiũ ſup
femur ſuũ. Et item. Ite & redite a porta
vſq; ad portã. Primũ debemus gladiũ ſu=
per femur noſtrum ponere: deinde ire &
redire & reos occidere,qa primũ debem⁹
punire vitia ꝓpria,deinde aliena. A por=
ta vſq; ad portã imus & redimus quãdo
a maximo vſq; ad minimũ qd ſinguli de
liquerint diligẽter perſcrutamur . Vel a
porta vſq; ad portã pgimus, dum põdus
prauę actionis ab ipſa inchoatione vſq;
ad exitum contẽplamur. Per mediũ quo
q; incedimus:quãdo non ſolũ alienos vel
minus dilectos,ſed amicos quoq; & fami
liares iuſtę rep̃hẽſionis increpatione trãſ
uerberam⁹. Et quaſi viginti tria milia cę
dimus:dũ reprobos legem ſacrã,vel in di
lectione dei vel proximi trãſgredientes,
vel integrã ſanctę trinitatis fidem nõ ha
bẽtes ſęueriſſimę aĩaduerſionis gladio pu
B nimus. De hac diuina & ſpiritali vltio
ne ĩ Ezechiele ſcriptũ eſt,ꝙ Viro qui ha
bebat atramentarium ſcriptoris ad renes
ſuos per mediũ Hieruſalem p̃cedente &
ſup frõtem virorũ gementiũ & dolentiũ
ſuper cũctis abominationibus q̃ fiebant
in medio eius, Tau ſignãte,ſcriptum eſt
inq̃ ꝙ dñs pręcepit ſex viris quorũ vnuſ
quiſq; habuit vas interfectionis in manu
ſua dicens. Tranſite p mediũ ciuitatis,ſe=
quẽtes eum & pcutite: non parcat ocul⁹
veſter,neq; miſereamini. Senẽ,adoleſcen=
tulum & virginẽ & paruulũ & mulieres
interficite vſq; ad internecionẽ. Oẽm aũt
ſuper quẽ videritis Tau ne occidatis, &
a ſanctuario meo incipite. Vir q atramẽ=
tarium ſcriptoris habuit , Chriſtus eſt:q
diuinitatis ſuę ſapiẽtiam hũanitatis ſuę
naturę cõiunxit. Qui in Hieruſalẽ viros
gemẽtes & dolentes ſup cũctis abomina=
tionibus q̃ in ea fiunt, Tau litera ſignat:
quia ſuos electos intra ſanctã eccleſiã de
falſorum xp̃ianorum prauitate mœrẽtes
fide ſuę paſſionis ad verã ſalutẽ confir=
mat. Sex viri ipſum ſequẽtes non ſigna=
tos occidũt:quia pfecti quiq; ſanctę ciui=
tatis p̃lati ſui redẽptoris imitatores effe
cti,oẽs reprobos acceptã fidẽ prauis opi=
bus abnegantes:& in p̃ſenti p culpã mor
tuos oſtẽdunt,& in futuro ęternę damna
tionis pœna mortificãdos eſſe prędicũt,
Qui a ſanctuario dñi incipiũt,dũ etiam
multos ex illis qui in ſancta eccleſia gra=
dum habẽt ſanctiorẽ,dãnabiliter peccare
cõuincunt. Senem( inqt )adoleſcẽtulũ &
virginẽ & paruulũ & mulieres interfici=
te. Senex eſt inueteratus dierũ malorũ,q C
longa cõſuetudine pollutus & obuolut⁹
eſt ſordibus peccatorũ ſuorũ. Adoleſcẽs
illum ſignificat q malitiã pridẽ inchoa=
tã diuturnis incrementis augmẽtat. Vir
go eſt qui a fœcũditate virtutũ & bono
rum operũ ſterilis manet. Paruulus autẽ
eum exprimit q ſuam nequitiã recenter
inchoauit. Mulierũ vero noĩe illi cõgrue
figurant̃ qui mollioribus vitiis muliebri
ter deſeruiũt. Quos oẽs ſex viri vaſis in=
terfectionis iugulant, dum ipſis pœnam
dãnationis futurę inſinuãt. Quorũ non=
nulli taliter pcuſſi viuificantur, quia de
ſuis prauitatibus cõuerſi iuſtificant̃. Hie D
remias quoq; ꝓpheta ab hac percuſſione
torpentes in ſermone ꝓphetico terribili
ter maledicit dicẽs. Maledictus qui facit Hier.48
opus dñi fraudulẽter & deſidioſe:& ma=
ledictus q prohibet gladiũ ſuũ a ſangui=
ne. Ecce fratres quomõ maledicit̃ q diui=



nam iniuriã pro poſſe ſuo nõ vlciſci=
tur. Comedat ergo nos zelus dom⁹ do
mini: nec prohibeamus gladiũ oris ab
vltione peccati. Et vt non noſtris,ſed
Beda. egregii doctoris videlicet Bedæ preſ=
byteri verbis vtamur. Zelemus domũ
dei & quãtum poſſumus ne quid in ea
prauũ agatur inſiſtamus. Si viderimus
fratrem qui ad domũ dei pertinet ſu=
perbia tumidum ,ſi detractionibus aſ=
ſuetum,ſi ebrietati ſeruientem,ſi luxu
ria eneruatum , ſi iracũdia turbidum,
ſi alio quouis vitio ſubſtratũ: ſtudea=
mus inquantum facultas ſuppetit,ca=
ſtigare polluta, ac corrigerę peruerſa:
& ſi quid de talibus emendare nequi=
mus, non ſine acerrimo mentis ſuſtine
re dolore:& maxime in ipſa domo ora=
tionis,vbi corpus domini conſecratur,
vbi angelorũ præſentia ſemper adeſſe
non dubitatur, ne quid ineptum fiat,
ne quid qđ noſtram fraternam oratio
nẽ impediat totis virib⁹ agamus. Hæc
igitur ſacroſancta verba auribus intẽ
tis audire curemus:& quę vel in nobiſ
metipſis,vel in aliis emẽdãda ſunt,nõ
negligẽter emẽdemus. Hanc ſecandoꝝ
vitioꝝ ſolertiam ſe habuiſſę pſalmiſta
Pſal.118. gloriatur,dicens: Feci iudiciũ & iuſti=
tiã:nõ tradas me calumniantibus me.
E Calumniantur nos dæmones, quando
de corpore eximus: ſicut etiã legimus
in vita ſancti Martini ꝙ diabolus ĩ ho
ra mortis eius ad calumniandã animã
eius acceſſit. Si ergo hanc calumniam
euadere volumus:Iudiciũ & iuſtitiam
Pſal.105. faciamus. Beati enim qui cuſtodiũt iu
diciũ & faciũt iuſtitiã in omni tẽpore.
Ibidem. Exitus aquarum deduxerũt oculi no=
ſtri:dũ videmus malos nõ cuſtodire le
gẽ dñi. Tabeſcere nos faciat zelus no=
ſter:quoniam obliuiſcũtur inimici no=
ſtri verba illius . Simus ſtrẽnui in pu=
gna,vt eſſe glorioſi mereamur in victo
ria,& beati in gloria. Quod nobis prę=
ſtare dignetur Ieſus Chriſtus domin⁹
noſter,qui eſt deus benedictus ĩ ſecula.
Amen.

## ¶In Natiuitate vel Aſſumptione beatę Mariæ ſemper virginis. Sermo.XXXIIII.

QVę eſt iſta quę aſcen= F
dit ſicut aurora con= Cant.6.
ſurgens . Beata virgo
Maria( fratres cariſſi=
mi) aurora fuit qa &
pręcedentis temporis
qđ quaſi nox fuerat finis extitit,& ve=
ra lucis gratiæ ſoliſq; iuſtitiæ , qui ex
ipſa progenitus eſt,pręuentrix & ante
lucanũ ſidus fuit. Totum nãq; tempus
qđ ab Adam vſq; ad eius ortum præ=
ceſſit quaſi nox extitit,nox lõga,obſcu
ra,frigida,ocioſa,torpida, ſomniculo=
ſa,tacita,immo muta fuit. Nox abſen=
tia verę lucis, longa diuturnitate tem
poris, obſcura tenebroſitate infidelita
tis, frigida defectu charitatis,torpida
ab exhibitione boni operis, ſomniculo
ſa obliuione beatitudinis,tacita a voce
verę confeſſionis:muta a cantico diui=
nę laudis. Exceptis quippe paucis per=
ſonis qui pręcedenti tempore populũ
illum antiquũ de ſuis prauitatibus ca
ſtigabant , & myſteria futuri ſaluato=
ris:eccleſięq; more gallorum diem no=
cte pręcinentium prænũciabant,totus
pene mundus ſilentio ſomnoq; preme=
batur. Sicut ĩ ſapiẽtię libro ſcriptũ eſt. Sap.8.
Dum medium.i. ſummũ ſilentium te=
nerent omnia: & nox in ſuo curſu iter
ageret,omnipotens ſermo tuus domi=
ne a regalibus ſedibus venit. Quędam
tamẽ aſtra ſuis radiis tempus illud ir=
radiabant:quia ſancti patriarchę & p=
phetę ſuis virtutibus ignorãtiam po=
puli illius illuſtrabant. Quorum radii G
aurora apparente quodammodo offu=
ſcati ſunt,quia in cõparationem beatę
Marię pręcedẽtes ſancti paruam clari
tatem habuerunt. Quid enim fuit in=
nocẽtia Abel,iuſtitia Noę, fides Abra
hę, longanimitas Iſaac, tolerantia Ia=
cob, continentia Ioſeph, manſuetudo
Moyſi,fortitudo Ioſue,caritas Samue=
lis,humilitas Dauid,zelus Helię,abſti
nentia Danielis,eximia ſanctitas beati
Ioãnis,aliorũq; virtutes ſanctorum in
comparationem beatæ Mariæ ! Beata
igitur virgo Maria vere aurora clariſ
ſima fuit quæ ſuo magnifico iubare p̃
cedentium patrum claritatem mino=
rauit. Sane quęcunq; in ſcripturis vel

H in creaturis ſunt laudabilia, eius ſunt
Mariæ epitheta. laudi conuenientia. Sicut ergo eſt au-
rora verę lucis pręuentione: ſic eſt flos
pulchritudine, fauus dulcedine, viola
humilitate, roſa caritate, vel compaſ-
ſione, ſuauitate lilium, vitis fructifica-
tione, quodlibet aroma bona opinio-
ne. Caſtrum ſecuritate, murus vel tur-
ris fortitudine, clypeus aut propugna
culum defenſione, columna rectitudi-
ne, Sponſa fide, amica dilectione, mater
fœcunditate, virgo integritate, domi-
na dignitate, regina maieſtate. Ouis
innocentia, agna munditia, columba
ſimplicitate, turtur caſtitate, quodli-
bet mundum & domeſticum animal,
munda & manſueta cõuerſatione. Nu
bes protectione, ſtella cuiuſlibet virtu-
tis aut boni operis inchoatione. Luna
eiuſdem augmentatione, ſol conſum-
matione, cęleſtis deniq; paradiſus cæle
I ſtis boni plenitudine. Sed vt ad id qđ
incœpimus reuertamur, poſtq̃ ipſa be-
ata Maria orta eſt in mundo: velut au-
rora ſplendiflua ſtatim poſt eius ortũ:
ortus eſt ex ipſa ſol iuſtitiæ Chriſtus
deus noſter: qui pulſis tenebris totum
Eſa.9. mundum illuminauit, intãtũ vt Popu
lus gentium qui ambulauerat in tene
bris, videret lucem magnam. Illumina
uit enim Chriſtus mundum ſua nati-
uitate, ſua pręducatione: miraculorum
ſuorum operatione, ſua paſſione, reſur
rectione, apparitione, aſcenſione, ſpiri-
tus ſancti miſſione, apoſtolorum per
mundum diuiſione, & eorum prędica-
tione, & cęleſtis gratię in ſancta eccle-
K ſia diſtributiõe. Quia ergo (fratres ca-
riſſimi) nox pręteriit & dies illuxit no
bis, ſicut in die honeſte ambulemus.
Non ambulemus ſicut patres noſtri
Roma.1. gentiles. De quibus dicit apoſtolus ꝙ
cum cognouiſſent deum nõ ſicut deũ
glorificauerunt aut gratias egerunt,
ſed euanuerunt in cogitationibus ſu-
is: & coluerunt & ſeruierunt creaturæ
potius q̃ creatori qui eſt deus benedi-
ctus in ſecula. Propter qđ tradidit il-
los in reprobum ſenſum, vt facerent
quæ non conueniunt: repleti omni ini
quitate, malitia, fornicatione, auaritia,
cæteriſq; vitiis ac peccatis deteſtãdis:
quæ ibidẽ ſubſcribuntur. Sed nos (fra
tres) abiicientes vitia & peccata quæ
ſunt opera tenebrarum, induamus ar-
ma lucis quę ſunt virtutes & bona ope
ra: & ſicut in die gratiæ, honeſte ambu
lemus. Omnia autem vitia & peccata L
vel carnalia vel ſpiritualia ſunt. Quæ Vitia.
cũcta nobis prohibet apoſtolus aut re
aut ſignificatione vbi dicit. Non in Rom.13.
comeſſationibus & ebrietatibus: non
in cubilibus & impudicitiis: non in
contentione & æmulatione. Vniuerſa
nãq; carnalia peccata vel ad gulã per-
tinent & prohibentur nobis vbi dici-
tur, non in comeſſationibus & ebrieta
tibus: aut pertinet ad luxuriam, & pro
hibentur vbi additur: in cubilibus &
impudicitiis. Spiritualia vero aut ex-
terius fiunt & prohibentur vbi dici-
tur: Non in contentione. Aut interius
committũtur & prohibentur vbi ſub-
iungitur: non in æmulatione. Conten-
tio nempe foris eſt in ore: æmulatio in
tus in corde. Bona deniq; ſiue ſpirita- Virtutes.
lia ſiue corporalia præcipiuntur vbi
ſubinfertur. Induimini dominũ Ieſum
Chriſtum. Chriſtum quippe induere
eſt in Chriſto ſancte & honeſte viuere.
Ergo (cariſſimi) diabolum cum eius
operib⁹ tenebroſis abiiciamus, malum
odio habendo: & induamus Chriſtum
bonum diligendo, virtutes exercendo,
bona opera exhibendo: & ſic velut in
die gratiæ honeſte ambulabimus & ad
ſupernæ patrię gloriam ꝑueniemus.
Oremus autem pariter vt meritis &
precibus ſanctę Marię virginis, ſol iu-
ſtitię nobis ſemꝑ illuceat, ſemꝑ ſtet,
nũq̃ occumbat, vt exemplo Ioſue cui Ioſ.10.
ſol ſtetit ad Gabaon donec vlciſcere-
tur ſe de inimicis ſuis, nobiſcum ſit vt
ſuis fidelibus promiſit vſq; ad cõſum
mationem ſeculi donec & nos interfe
ctis noſtris hoſtib⁹: ſupernis donemur
ſedibus. Qđ nobis pręſtare dignetur
Ieſus Chriſtus dominus noſter qui eſt
deus benedictus in ſecula. Amen.

¶De quolibet confeſſore epiſcopo
aut alioqui populi rectore, & de
eius officio ac doctrina.

Sermo. XXXV.



M SAlomon ſapientiſſi-
mus regum antiquo-
rum (fratres cariſſi-
mi) & filius Dauid re
gis, quem elegit domi
nus eccleſiaſticũ præ-
latum doctorẽq; : vt ſe de periculo in
quo ex animarum cura, quas erudien-
das ſuſcepit, cottidie verſabatur eaſdẽ
vigilanter corripiendo & docendo li-
berare feſtinet: quodam in loco figura
Prou.6. tiue ſic admonet dicens: Fili ſi ſpopon
deris pro amico tuo, defixiſti apud ex-
traneum manum tuam. Illaqueatus es
verbis oris tui & captus propriis ſer-
monibus. Fac ergo qđ dico fili mi & te
metipſum libera: quia incidiſti in ma-
num proximi tui, diſcurre, feſtina, ſuſ-
cita amicum tuũ. Ne dederis ſomnũ
oculis tuis: nec dormitent palpebræ
tuæ. Eruere quaſi dãmula de manu, &
quaſi auis de inſidiis aucupis. Amicus
noſter proximus noſter eſt quẽ ſecũdũ
diuinũ præceptum ſicut nos diligere
N debemus. Extraneus iſte: Chriſtus eſt
qui extraneus nobis eſt & ſecundũ hu
manitatem & ſecundum diuinitatem.
Secundum humanitatem nobis extra-
neus eſt, quia nos non vidimus eum in
carne. Secundũ diuinitatem vero quia
deum nemo vidit vnq̃. Extraneus no-
bis eſt, quia ipſe iuſtus & beatus: nos
autem peccatores & miſeri. Extraneus
Eccl.9. oĩbus eſt, quia q̃uis ſint iuſti atq; ſapiẽ
tes & opera eorum in manu dei ſint: ta
men neſcit homo vtrum odio an amo
re dignus ſit, ſed omnia in futurum re
ſeruantur incerta. Apud hũc ergo ex-
traneum ille reuera pro amico ſpon-
det & velut fideiuſſor de reddẽdo de-
bito reſponſurus manum defigit, ver-
bis oris ſui illaqueatur: & propriis ſer
monibus capitur: qui aliorum animas
in curam ſuę prouidẽtię ſuſcipit. Diſ-
currat ergo neceſſe eſt, & feſtinet & ſuſ
citet amicum ſuum. Diſcurrat & feſti-
net exemplo, ſuſcitet verbo. Diſcurrat
a dextris & a ſiniſtris, in proſperis &
aduerſis: & bene faciat amicis & inimi
cis, bonis & malis, modeſtis & diſcho-
lis. Suſcitet amicũ ſuũ ammonendo vt
malum caueat, bonũ faciat. Non dor-
miat cauendo negligẽtiam maiorem:
non dormitet cauendo negligentiam
minorem. Eruatur quaſi dammula &
quaſi auis. Dammula eſt animal mũdũ Dãmula
& acerrimũ viſu: & auis alta petit vo-
latu. Eruatur prelatus ſiue doctor qua
ſi dammula: vt ſit mũdus per honeſtã
conuerſationẽ, & acer viſu per diſcre-
tionem. Eruatur quaſi auis vt alta pe-
tat ꝑ contemplationem. Non ſolum
enim prelati bona actio, verũ etiã con-
templatio ſubditis confert. Vnde apo
ſtolus. Siue mente excedimus deo, ſiue 2.Cor.5.
ſobrii ſumus vobis. Aliquãdo ergo de O
bet rector ſumere ſibi ꝑennas nõ milui
per rapacitatem, non corui per lania-
tionem, ſed columbę ꝑ ſimplicitatẽ:
& volare ꝑ contemplationem, & re-
quieſcere ꝑ actionis intermiſſionem
a puſillanimitate ſpiritus & tempeſta-
te, id eſt a curę paſtoralis anxietate. Sic
Moyſes minato grege ad interiora de- Exo.3.
ſerti, perrexit videre viſionem magnã.
Sed dominus fatigatis apoſtolis & oc-
cupatis acceſſu populi, ita vt non ha-
berent tempus manducandi dixit: Ve Mar.6.
nite ſeorſum in deſertũ & requieſcite
puſillũ. Et (vt ait Beatus Gregorius)
rector non debet propter curam proxi
mi poſtponere contemplationem dei:
nec propter contẽplationem dei negli
gere curam proximi. Vt igitur ſe libe-
ret rector, diſcurrat neceſſe eſt ꝑ bo-
nam actionẽ. Feſtinet ꝑ eiuſdẽ actio-
nis expeditionẽ: ſuſcitet amicũ ſuũ ꝑ
exhortationem: eruatur vt dammula
ꝑ mũditiam honeſtæ conuerſationis
& acumen diſcretionis: & vt auis per
ſublimitatem cõtẽplationis. Sane duo P
ſunt ꝑ quę pręcipue debet prælatus
ſemetipſum liberare: exemplũ ſcilicet
& verbũ. Exẽplum operis, verbũ prędi
cationis. Primo exẽplũ, deinde verbũ:
vt domini ſit imitator, de quo ſcriptũ
eſt: Cœpit Ieſus facere & docere. Sed Actu.1.
quia conſtans eſt de opere qđ videlicet
bene operari neceſſe ſit ei & ſi non pro
proximo tamẽ pro ſemetipſo: & quia
cernim⁹ multos paſtores qui q̃uis (vt
creditur) ipſi bene viuant, a verbo ta
men ceſſant: vel quia loqui neſciũt, vel
quia negligũt. Pretermittam⁹ de exẽ-

plo operis. & dicamus de verbo pdica
Q tionis. Quadripttitā doctrinā debet oīs
Doctri- prelatus animabus ſibi cōmiſſis. Primo
na qua- nãq debet ſubiectos docere fidē ſanctę
druplex & indiuiduę trinitatis. Secūdo quō pſi
deāt & ī pterent qnq ſenſibus corporis.
Tertio vt ſex opa miſericordię exhibe
ant. Quarto vt ſeptē virtutes principa
les exerceāt. Singula ſingillatim pſeq-
mur: primūq de fide dicam⁹. Tria qdē
erāt: corpus, & ſpūs, & deus. & corp⁹ q
dē mūdus erat: aīa ſpūs, & ipſa aīa qua
ſi in medio quodā erat habēs extra ſe
mūdū, intra ſe deū: & acceperat oculū
Oculi quo extra ſe mundū videret & ea q̄ in
tres. mūdo erant, & hic erat oculus carnis.
Aliū oculū accepat quo ſeipſam vide-
ret & ea q̄ in ipſa erant: hic eſt oculus
rationis. Aliū rurſum oculū acceperat
quo intra ſe deū videret & ea q̄ in deo
erāt, & hic eſt oculus cōtemplationis.
Hos igit̄ oculos q̄diu aīa aptos & re-
uelatos habebat, clare videbat & recte
diſcernebat. Poſtq̄ aūt tenebrę peccati
intrauerūt ī illā, oculus cōtēplationis
quidē in ſe extinctus eſt vt nihil vide-
ret: oculus vero rationis lippus effect⁹
vt dubie videret. Solus ille oculus qui
exterius fuit ī ſua claritate pmāſit: q q̄
diu lumē clarū habet iudiciū dubium
nō habet. Oculus vero ratiōis q̄diu lu
men ei⁹ nubilū eſt iudiciū certū habe-
re nō pōt, qa clare non videt, diſcernit
ambigue. Hinc eſt ꝙ corda hoīm faci-
lius ſibi cōſentiūt ī his q̄ oculo carnis
percipiūt q̄ in his q̄ acie mētis & ſenſu
rōnis attingūt: qa vbi ī vidēdo nō cali
gant, in iudicādo nō diſcrepāt. Homo
ergo q oculū carnis habet, mūdū vide-
re pōt, & ea q̄ in mūdo ſunt. Itē qa ocu
lū rōnis ex pte habet: animū ſimiliter
ex pte videt & ea q̄ ī aīo ſunt. Quia ve
ro oculū contēplationis nō habet deū
& q̄ in deo ſunt videre nō valet: fides
ergo neceſſaria eſt qua credant̄ q̄ non
vident̄ & ſubſiſtāt in nobis p fidē, quæ
nōdū pſentia nobis ſunt per ſpeciē. Sic
itaq ſubſtātia illoꝝ eſt fides, qa p ſolā
R fidē pbant̄ a nobis. Nō em̄ aliud maius
argumētū de illis dubitātibus pferre
poſſumus q̄ ꝙ illa credūtur fide q̄ ra
Fides. tione nō cōphēdunt̄. Fides origo eſt
in nobis ac fundamētū virtutū & bo-
norū operū. Vn̄ vt ait apoſtolus: Sine Heb.11.
fide impoſſibile eſt placere deo. Fides
ſi ī ſola cognitione ſit nō ſufficit niſi p
dilectionē viuificet̄ & ex dilectione ſi
poſſet operetur. Si nō poteſt operari, ſi
habeat dilectionem, ipſa dilectio ei eſt
opatio. Sūt multi q multa opa faciūt:
ſed quia dilectionē dei & pximi nō ha
bēt regnū dei ex ſuo ope nō cōſequūt̄.
Sola ergo fides, illa fides dicēda eſt, cui
comes eſt dilectio & quę p dilectionem
ſi tamē poteſt, operatur. Duo itaq ſunt S
in qbus conſtat fides cognitio ſcilicet
& affectus. Quorūdā fides cognitione
magna ē, affectu pua. Quorūdā vero af
fectu magna cognitione pua. Aliī fidē
& cognitione & affectu magnā: aliī co
gnitione & affectu paruā habēt. Verū
affectū magnū in fide magis laudabilē
eē q̄ cognitionē magnā, dn̄s manifeſte Matt.13.
oſtendit vbi fidem grano ſinapis com
parauit: qđ quantitate quidem paruū
eſt: ſed non feruore. Hinc mulieri Cha
naneę parum quidem ſcienti adhuc, ſed
multum cōfidenti, dictum eſt: Mulier Matt.15.
magna eſt fides tua. Illa nãq fides apđ
deum magna reputatur quæ etſi mi-
nus vigeat ſciētia, per conſtantiā tamē
fortis oſtenditur. Cum ergo fides co-
gnitione creſcit, adiuuatur. Cum vero
affectu fides creſcit promeretur. Igit̄
fides nō de cognitione ſola, ſed de affe
ctu & operatiōe laudat̄ & remunerat̄.
Hęc eſt em̄ q̄ iuſtificat: quę ſcđm apl'm
per dilectionem operatur. Altera vero
dæmonū eſt: de qbus ſcriptū eſt ꝙ dæ- Iaco.2.
mones credūt & cōtremiſcūt: Siue cu-
iuſlibet impii fidem tm̄ ſecundum co-
gnitionem, non etiam ſecundum dile-
ctionem habentis. De quo ſcriptū eſt,
quia qđ timet impius veniet ei. Nos T
autē (fratres) per dilectionē operemur Senſus.
vt pro dilectione remuneremur. Sēſus
corporis quinq ſunt, viſus, auditus,
olfactus, guſtus, & tactus: per quos ani
ma ſicut intus per rationem & contē-
plationē ad inuiſibilia, ita foris ad viſi
bilia ſuo modo pgreditur: & quę cor-
pori ſunt grata, commoda, vtilia, & ne
ceſſaria operatur. Sicut enim homo
ex duabus naturis, ſpirituali ſcilicet &



corporea eſt factus, & duobus bonis. i.
ſpirituali & corporali eſt ditatus: ita
duplici ſenſus virtute eſt munit⁹ & or
natus, intus videlicet rationalitate ad
inuiſibilia: foris ſenſualitate ad viſibi-
lia cōtēplāda. Habet autē rationalitas
in bonis inuiſibilibus ſuū fructū ac io
cūditatē, quēadmodū ſenſualitas in vi
ſibilibus. In viſibilib⁹ quippe bonis ſpe
cies eſt virtus, forma, iuſtitia, dulcedo,
amor, canticū gaudiū, cōtactus amati,
& quęſiti boni inuētio. In ſenſualitate
Viſus. viſus cæteris ſenſibus pcellētior eſt &
efficacior, ſed lōge inferior diſcretiua
& cōtēplatiua virtute rationis. Corpo
ralis nãq viſio, qa anguſta eſt, maxima
nō cōprehēdit: & qa hebes eſt, minima
nō diſcernit: & quia pigra eſt, nō attin
git remota: & qa perſpicax nō eſt, non
penetrat occulta. In rebus quoq viſibi
libus in quibus ſemp q̄rere debet viſus
vtilia ſpecie fallente corruptus nōnūq̄
capit noxia: & dū in eis inordinate de
lectatur: infelix animus intrinſecus in-
nūerabiliū delectationū & cogitationū
puluere fœdatur. Quia em̄ res mūda-
nę quas extrinſecus appetimus infini-
tę ſunt: cogitationes quas ex ipſarū re
rū delectatione vel memoria ītrinſec⁹
V trahim⁹ finitę eſſe nō poſſunt. Et ſicut
Cogita- oculus paſcitur ex ſpecie, ſic anim⁹ pa
tio. ſcitur ex cogitatione. Verū quātū ad
res ptinet nulla res eſt q̄ cogitari non
poſſit ſine peccato: quātū autē ad pra-
uos affectus, nulla res eſt in qua pecca
re nō poſſumus cogitādo. Quia igitur
huic ſenſui. i. viſui, tātus ineſt defect⁹
ad bonū, tātus affectus ad malū: oībus
modis neceſſe eſt cuſtodiat̄: qa per eius
Threñ.3 corruptionē anim⁹ maxime fœdat̄. Cu
ſtodiatur inquā ne (ſcđm Hieremiā)
oculus noſter deprędet̄ aīas noſtras in
Iob.31. cūctis filiabus vrbis noſtrę, vel vt ī Iob
Pſal.118. legit̄. Oculus noſter ſequat̄ cor noſtrū:
ſed potius auertat̄ ne videat vanitatē.
Audit⁹. Auditus etiā diuerſis modis corrūpit̄.
quapropter oportet vt caute cuſtodia
tur. Aliqñ corrūpit̄ vanis ſermonibus,
aliqñ adulationib⁹, aliqñ obſcœnis car
minibus, aliqñ detractionibus. Vnde
1.Cor.15. ſcriptū eſt. Corrūpūt bonos mores col
Olfact⁹. loquia mala. Olfactus vero corrūpitur
quotiēs variis odoribus inordinate de
lectatur. Iſte ſenſus purior ac mūdior
aliis ſenſibus eſſe videt̄: vnde & p illū
anima minus corrūpi probat̄. Hūc gu- Guſtus.
ſtus ſequit̄: per quem infelix gula ſuos
illicitos appetitus experitur. Iſte poſtq̄
corrūpit̄ variis ciborū ac potuū appa-
ratibus inſatiabiliter oblectat̄. Inde eſt
ꝙ beatus Hieronymus ſub perſona ſui
quorūdā impudentē ſupfluitatē repre
hendit ita dicēs: Natus in paupere do
mo & in tugurio ruſticano qui vix mi
lio & cibario pane rugientē ſatiare vē
trem poterā: nūc ſimilā & mella faſti-
dio. Noui & nomina & genera piſciū,
in quo littore concha lecta ſit calleo.
Saporibus auiū diſcerno pūincias, &
ciborū me raritas ac nouiſſime damna
ipſa delectāt. Nobis aūt (fratres) ſcđm
eūdē doctorē ſit pauper, vilis, & veſper
tinus cibus: olus & legumina: & inter-
dū paucos piſciculos pro ſummis du-
camus deliciis. Vltimus eſt tactus qui Tactus.
diuerſarū veſtiū mollitie & variarum
obſcœnitatū immūditia multotiēs cō
taminatur. Longū eſt fratres oīa aſſeq:
per quæ conſtat miſerā animā ex ſuis
ſenſibus infirmari. Iſti ſunt em̄ quinq Ioan.5.
porticus piſcinę qui in euāgelio cōme
morātur: in quibus iacebat multitudo
magna languētiū. Vnuſquiſq etenim
ſenſus tot ſeruat languētes quot appe
tituū patitur corruptiones. Sed quo-
tiēs ſpiritus ſanctus deſcēdit in nos &
in nobis excitat gratiā cōpūctionis, to
tiēs ſanat̄ noſter ſenſus a quacūq deti
neat̄ infirmitate corruptionis. Cuſto-
diamus, chariſſimi, ſenſus nr̄os ne forte
(qđ abſit) īgrediat̄ p feneſtras noſtras
mors ad aīas nr̄as. Quis ſit aūt fructus
iſti⁹ cuſtodię Eſaias breui ſermone cō
prehēdit vbi dicit. Quis poterit habi- Eſa.33.
tare de vobis cū igne deuorante? Aut
quis habitabit ex vobis cū ardoribus
ſempiternis? Qui ambulat ī iuſtitiis &
loquit̄ veritatē: qui pīcit auaritiā ex
calumnia, & excutit man⁹ ab omni mu
nere. Qui obturat aures ſuas ne audi-
at ſanguinē: & claudit oculos ſuos ne
videat malum. Iſte in excelſis habita-
bit, munimēta ſaxorū ſublimitas eius.
Panis ei datus eſt, aquæ eius fideles

ſunt.Regem in decore videbunt oculi
X eius:cernent terram delonge.Cor tuũ
Opera meditabit̃ timorẽ. Sex ſunt opera mi-
miſeri- ſericordiæ. Primum eſt eſurientem pa
cordię. ſcere.ſecudum ſitientem potare.tertiũ
hoſpitem colligere. quartum nudum
veſtire. quintum infirmum viſitare.
ſextum ad incarceratũ & incluſum ve
nire. Qui his intendit in tempore bea
Pſal. 40 tus erit in ęternitate. Beatus enim qui
intelligit ſuper egenum & pauperem
in die mala liberabit eum dominus. In
die mala.i.in die iudicii. Et animad-
uerte qđ eſt mirabile dictu:ꝙ in euan-
gelio non dicit̃ ꝙ alia peccata damnã-
dis commemorentur vel improperen-
tur in die iudicii niſi hoc tm̃ ꝙ miſeri
cordię opera neglexerunt: & econtra-
rio ſaluandi non laudantur de quibuſ
libet virtutibus niſi de hoc ſolum ꝙ
ea exhibuerunt. Vnde Petrus Rauen-
nenſis in libro ſermonum ſuorum. Ser
mone.xiiii. In regno (inquit) cęli co-
ram omnibus angelis in conuentũ re-
ſurgentiũ ꝙ Abel paſſus ſit,ꝙ Abrahã
fidem incœpit,ꝙ Moyſes legem tulit,
ꝙ Petrus crucem reſupinus aſcendit:
Deus tacet & clamat ſolum ꝙ com-
Luc.11. edit pauper. Demus ergo fratres elee-
moſynam & omnia munda erunt no-
Luc.6. bis. Demus vt detur nobis. Demus vt
ii quibus damus recipiant nos in ęter
Luc.16. na tabernacula. Demus gratis, quia
nos maxime qui de eleemoſyna viui-
Eccl'ſ.11. mus gratis accepimus. Mittamus pa-
nem ſuper tranſeuntes aquas,id eſt po
pulos quia poſt multa tempora inue-
niemus eum. Hæc dicimus (fratres)
quia nos etiam qui in religione viui-
mus ad clamorem pauperis aures im-
mo viſcera noſtra nõnũq̃ ĩhumaniter
claudimus. Sed qui habuerit ſubſtan-
1.Ioã.3. tiam mundi & viderit fratrem ſuũ ne
ceſſitatẽ habere &c. quomodo caritas
Prou.11. dei manet in eo? Anima autem quę be
nedicit impinguabitur:& qui inebriat
ipſe quoq; inebriabitur. Sacra volumi
na cariſſimi talib9 plena ſunt: nec iſta
dicimus vt vos velut ignorantes in-
ſtruamus: ſed hęc memoraſſe fortaſſe
non erat inutile. Sed quia bonorũ ope-
rum exhibitio,ſiue virtutum exercita

tio ſalutem confert ęternam: Dicto de Y
operibus dicamus de virtutibus. Vir- Virtu-
tutes in ſcripturis plures numerãtur, tes ſeptẽ
ſed eas modo cõmemorabimus quę in
euangelio ſub ſeptenario diſponũtur.
Prima eſt humilitas:ſecunda manſue-
tudo:tertia mentis compunctio:quar-
ta deſiderium iuſtitię: quinta miſeri-
cordia:ſexta cordis munditia:ſeptima
pax mentis æterna. Humilitatẽ Abra- Humi-
ham habuit quando dixit: Loquar ad litas.
dominũ meum cũ ſim puluis & cinis. Gen.18.
Sic & Iacob humilitatem habuit quã-
do domino loquens dixit. Minor ſum Gen.32.
cũctis miſerationibus tuis. Beata quo
ꝙ Maria hanc eandẽ virtutem habuit
quæ cũ ab angelo diceretur mater dei,
ſe dixit ancillam domini. Manſuetudi Luc.1.
nem Dauid habuit qui dixit: Vt iumẽ Manſue
tum factus ſum apud te, & ego ſem- tudo.
per tecum. Tenuiſti manum dexteram Pſal. 72.
meã & ex voluntate tua deduxiſti me:
Dicitur enim manſuetus quaſi ad ma
num venire vel manu duci ſuetus, vt
ſunt domeſtica animalia. Talis homo
velut iumentum non ſolum ad proſpe
ra ſed etiã ad aduerſa paratus eſt. Vn-
de idẽ ait: Ego ĩ flagella paratus ſum. Pſal. 37.
Tertia eſt mentis compunctio. Hanc Contri-
quoq; habuit ſicut alibi ait: Lauabo ꝑ tio.
ſingulas noctes lectum meum lachry- Pſal.6.
mis meis ſtratum meum rigabo. Quar Iuſtitiæ
ta eſt deſiderium iuſtitiæ. Iſtam etiam ſitis.
idem habuit ſicut quodam in loco di-
xit: Mei pene moti ſunt pedes,pene ef- Pſal.72.
fuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui ſu-
per iniquos pacem pec.vidẽs. Et item.
In matutino interficiebam omnes pec Pſal.100.
catores terræ, vt diſperderem de ci-
uitate domini omnes operantes ini-
quitatẽ. Quinta eſt miſericordia. Sed Miſeri-
quia ad ipſam pertinent quæ ſuperius cordia.
de operibus miſericordiæ diximus id-
circo ea hic non replicamus. Hæc in
beato Iob excellenter enituit. Vnde & Iob.31.
ait: Si comedi buccellam meam panis,
ſolus, & non comedit pupillus ex ea
&c. Sexta eſt cordis munditia quam & Mundi-
idẽ vir ſanctus perfecte habuit. Vñ & tia cor-
dixit. Pepigi fœdus cũ oculis meis vt dis.
nec cogitarẽ quidẽ de virgine. Septi- Iob.31.
ma eſt pax mẽtis ęterna. Et iſtã Dauid Pax.



Z quaſi ſpecialiter habuit. Dixit enim:
Pſal.119. Cum his qui oderunt pacem eram pa
cificus. Q̃plurima ſunt quę de terna-
rio fidei, de quinario ſenſuũ, de ſena-
rio operũ,de ſeptenario virtutũ dicere
poſſemus:ſed leuiter ſingula tangam9,
ne verbis prolixioribus vos onerem9.
Qui autẽ doctrinam fidei tm̃ ſufficere
putant,multum errãt. Quos bene He-
liſeus typice rep̄hendit vbi regi Iſrael
4.Re.13. loquens ait: Percute iaculo terram. Cũ
ꝗ eam tribus vicib9 percuſſiſſet & ſte-
tiſſet,iratus eſt contra eum vir dei di-
cens: Quia ſi percuſſiſſes eã quinquies
aut ſexies,aut ſepties: percuſſiſſes Sy-
riam vſq; ad internecionem. Nunc au-
tem tribus vicibus percuties eam. Ter
ram autem ter percutere & ſtare: eſt
terrena corda tm̃ de fide ſanctæ trini-
tatis erudire & nihil de ſanctitate bo-
næ conuerſationis adducere. Ergo ca-
riſſimi nos loquendo, vos audiendo,
vtriq; faciẽdo, percutiamus terram.i.
terrenitatem in nobis ter, in ſanctam
trinitatem fideliter credendo. Percu-
tiamus eam quinquies noſtris ſenſibus
potenter præſidendo. Percutiamus eã
ſexies: ſex ſupradicta opera miſericor-
diter exhibendo. Percutiamus eam ſe-
pties,ſeptem prędictas virtutes virili-
ter exercendo. Qđ ſi fecerimus percu
tiem9 ſpirituales hoſtes vſq; ad inter-
necionem:pacẽq; poſſidebimus in mũ-
do per gratiam, in cælo per gloriam:
Qđ nobis pręſtare dignet̃ Ieſus Chri-
ſtus dñs noſter, qui eſt deus benedict9
in ſecula. Amen.

¶In Epiphania domini.
Sermo.XXXVI.

A OBtulerunt Magi do-
Matt.2. mino aurum,thus, &
myrrham. Aurum ſa-
crę fidei ſignificat cla
ritatem. Thus deuotã
orationẽ. Myrrha car-
Aurũ. nalis affectus mortificationem. Aurũ
offerimus dum diuina ſapientia per fi
dem intus elucemus. Cuius oblationis
precium vt quantũ ſit q̃ve magnificũ
demonſtremus alienis verbis declara-
bimus. Sunt duo quædam: & hæc duo
in vno ſunt & vnũ ſunt duo hæc. Crea

tor & ſaluator: duo ſunt nomina & res
vna. Tamen aliud notat creator, aliud
ſaluator. Creator, quia fecit nos. Redẽ- Creator
ptor & ſaluator, quia redemit nos. Pri Redem-
mum non eramus & facti ſumus: poſt- ptor.
ea perieramus & redempti ſumus: &
ab vno vtrũq; factum eſt vt bonum no
ſtrum totum eſſet ab vno & totum in
vno & vnum. Creatori debemus ꝙ ſu-
mus: ſaluatori ꝙ reparati ſumus. Hęc
ſunt ergo duo quæ fidei ꝓpoſita ſunt
credenda: creator & ſaluator & quę p-
tinent ad creatorem, & quæ pertinent
ad ſaluatorẽ ſimiliter. Creator & quæ
pertinent ad creatorem hæc eſt vna
pars fidei: ſaluator & quæ pertinent
ad ſaluatorem, hæc eſt altera. In prima
parte diſcernit fides inter creatorem
& opera eius. In ſecunda parte diſcer-
nit fides inter ſaluatorem & ſacramẽ-
ta ei9. Ad creatorem pertinent opera
conditionis quæ ſex diebus facta ſunt:
ad ſaluatorem pertinent opera reſtau
rationis quæ complẽtur ſex ætatibus.
In prima parte ad fidem pertinent cõ
fiteri creatorem, & ab eo facta eſſe om
nia quæ habent eſſe. In ſecunda parte
ad fidem pertinet venerari ſaluatorem
vnum & ab eo reparata eſſe perdita q-
bus datum eſt vel dandum beatũ eſſe.
In prima parte recta fides inter crea- B
torem & creaturam, ita diſcernere de-
bet: vt & vnicuiq; horum quod ſuum
eſt tribuat & viciſſim alterius proprie
tatem in alterum non tranſfundat: id
eſt vt nec creaturæ attribuat creato-
ris maieſtatem: nec creatori aſcribat
creaturæ infirmitatem: nec deum con
cludat tempore, nec creaturã extẽdat
æternitate. Ita fides ſi vnicuiq; quod
ſuum eſt tribuit recte offert. ſi inter
vtrunq; bene diſcernit, recte diuidit,
& non peccat. Si vero in quolibet ho-
rum delinquitur fides, ſana neceſſe eſt
detrimentum patiatur. Nam illi qui
creaturam pro deo colentes gemino
errore decepti: vel creaturam æternã
vel deum temporalem eſſe credũt: qd
inde alud feciſſe dicendi ſunt q̃ excel-
lentiam factoris operi, & infirmitatem
facturę ſeu creaturę tribuiſſe creatori?
Rurſus philoſophi gẽtiliũ q̃uis inter

creatorem & opus ſuū recte diſcerne-
rent, nequaq̄ fideles tamē appellantur
quia fidem de ſaluatore nō habuerūt.
C Sequitur ergo deinde ea quæ in ſecū-
da parte poſuimus vbi primū in ſalua
tore agnoſcimus redemptionem, in ſa
cramentis eius redemptionis prępara-
tionem. Prima pars fidei ſpectat ad de
bitū naturę. Secūda pars fidei ſpectat
ad debitum gratiæ. Illa credere debe-
mus quia per naturam cōditi ſumus:
iſta credere debemus, quia per gratiā
reparati ſumus. Offeramus fratres ſa-
cramenta ſanáq; fidem, quia ipſa pla-
Thus. cet deo ſuper aurū & topazion. Thus
deuotam ſignificat orationem. Sicut
enim thus in thuribulo igne crematū
odorifera fumoſitate ſurſum aſcendit:
ita deuota oratio in corde flamma ca-
ritatis accēſa itima ſuauitate ad aures
diuinitatis ptīgit. Thuribulū nāq; eſt
cor: ignis caritas: thus oratio. Iſtiꝰ ſpi-
ritalis thuris diuerſę ſunt ſpecies. Quot
eñ ſunt animę Chriſtianę, bonę & de-
uotæ vel modo quolibet vtiles illi &
fructuoſę affectiones, tot non inconue
Orationū varietas. niēter offerre probātur orationes. Ali
quādo nimirum oramus, pœnam quā
pro peccatis noſtris meruimus timēdo
Aliquādo oramus, eadem peccata de-
flendo. Aliquando oramus ea confiten
do. Aliquādo oramus de venia magna
nimiter pręſumendo. Aliquādo oramꝰ
iudici nos humiliando. Aliquādo ora-
mus eius beneuolentiam captādo. Ali-
quādo oramus eius potentiā exaltādo.
Aliquādo oramus preces noſtras exag
gerando. Aliquando oramus inimicis
noſtris mala imprecādo. Aliquādo ora
mus noſtram neceſſitatem inſinuando.
Aliquādo oramus noſtram tribulatio
nem prōnūciando. Aliquando oramus
malitiam hoſtium noſtrorum accuſando.
Aliquando oramus auxilium diuinū
inſtanter poſtulando. Aliquando ora-
mus eleemoſynas erogando. Pœnā et-
enim timendo oramus quādo dicimꝰ.
Pſal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me:
neq; in ira tua corripias me. Eadē flen
Ibidem. do oramus quando orantes. Lauamus
per ſingulas noctes lectum noſtrum &
lachrymis noſtris lectū noſtrū rigamꝰ.

Ea quoq; confitendo oramus quando
ſcd̄m eūdem prophetam: Iniquitatem Pſal. 50.
noſtram annūciamus: & cogitamus p̄
peccato noſtro. De venia bene pręſu-
mendo oramus ſcd̄m illud. Iudica me Pſal. 25.
dn̄e quoniā ego in innocentia mea in-
greſſus ſum. Et In dn̄o ſperans nō infir
mabor. Et itē. Quare triſtis es aīa mea: Pſal. 41.
& quare cōturbas me. Spera ī deo qm̄
adhuc cōfitebor illi. Nos deo humiliā
do oramꝰ: vt eſt illud: Domine nō ſum Matt. 8.
dignus vt intres ſub tectum meū: ſed
tm̄ dic verbo & ſanabitur puer meus.
Et alibi. Peccaui ſuper numerū arenæ 2. Par. 37
maris & nō ſum dignus videre altitu
dinē cæli præ multitudine iniquitatis
meę. Eius beneuolentiā captādo ora-
mus quādo eius miſericordiā laudan-
tes: mitem, benignū, longanimē p̄dica-
mus: vt eſt illud. Miſericors & miſera- Pſal. 85.
tor dn̄s: longanimis & multū miſeri-
cors. Nō ī perpetuū iraſcetur: & cętera
quę ſequūtur. Potentiā eius exaltādo
oramus: cum dicimus. Tua eſt potētia In off. ecc.
tuū regnū dn̄e. Da pacē dn̄e in diebus
noſtris. Aliquādo oramus preces no-
ſtras in cōſpectu dei exaggerādo, ſcd̄m
illud. Exaudi dn̄e, placare dn̄e, attende
& fac. Mala inimicis noſtris imprecan
do oramus: cū dicimus. Confundātur Pſal. 70.
& deficiāt detrahētes animę meę. Ne-
ceſſitatē noſtrā inſinuādo tm̄ oramus
ſcd̄m illd̄. Dn̄e ſi hic fuiſſes frater meꝰ Ioan. 11.
nō fuiſſet mortuus. Et vt beata Maria
in nuptiis dominū orans dixit. Vinū Ioan. 2.
nō habēt. Tribulationē noſtrā pronun
ciādo oramus, quotiēs illud Dauidicū
dicimus. Effundo in cōſpectu eius ora Pſal. 141.
tionē meā & tribulationē meam ante
ipm̄ p̄nuncio. Hoſtiū noſtrorum malitiā
accuſando oramus: vt eſt illud: Reſpi- Pſal. 14.
ce inimicos noſtros qm̄ multiplicati
ſunt & odio iniquo oderūt me. Diuinū
auxiliū inſtāter poſtulādo oramus, qn̄
dicimus: Deus in adiutoriū meū intē Pſal. 99.
de: dn̄e ad adiuuandū me feſtina. Elee-
moſynā deniq; erogādo oramꝰ quādo
qd̄ ſcriptū eſt adimplemus. Abſcōdite Eccli. 29
eleemoſynam in ſinu pauperis & ipſa
orabit p̄ vobis ad dn̄m &c. Sūt & alii
modi multi qbus orare ſolemus: quos
hic cauſa vitādę p̄lixitatis deſcribere



nec volumus nec valemꝰ. Eſt & alia ſpe
Thimiama ruſticanum. cies incenſi, thimiama videlicet ruſtica
num quod in pauperioribus eccleſiis
circa corpora mortuorū vel cauſa ho-
noris vel etiam cauſa reprimendi fœto
D ris cremari ſolet, grauem & ingratum
Oratio pctōrū. habens odorem. Hoc conueniēter ora-
tionem peccatorū ſignificat: de quibus
Ioan. 9. ſcriptū eſt. Deus peccatores non exau-
Pſal. 65. dit. Et Dauid. Iniquitatem ſi aſpexi in
corde meo non exaudiet dominus. Ora
tio eñ quæ ad deū funditur debet eſſe
munda vt ſit accepta. Munda autē eſt
illorū oratio qui vera cōpūctione & cō
feſſione a ſordibus vitiorū mundati ſe
Matt. 6. cure dicere poſſunt. Dimitte nobis de-
E bita noſtra ſicut & nos dimittimus de-
Myrrha multiplex. bitoribus noſtris. Myrrha quæ amara
eſt carnis & carnalis affectiōis deſignat
mortificationē. Huius quoq; vt in alio
quodā ſermone digeſſimꝰ diuerſę ſunt
ſpecies. Alia eſt enim myrrha doloris.
Alia timoris, alia compunctionis, alia
confeſſionis, alia ſatiſfactionis, alia etiā
myrrha compaſſionis. Alia eſt myrrha
cuiuſlibet virtutis, alia boni opis. alia
eſt myrrha abſtinentię, alia cōtinentię.
Alia eſt myrrha ſubiectionis, alia præ-
lationis vel potius adminiſtrationis.
Omnis enim p̄latus qui pręeſt in ſolli-
citudine multiplicis curę amaritudine
2. Cor. xi repletur. Vnde & beatus Paulus de ſe
ipſo quodam in loco ſic ait. Præter alia
quę extrinſecus ſunt, inſtātia mea coti
diana ſollicitudo oīm eccleſiarū. Quis
infirmatur & ego non infirmor? Quis
ſcandalizatur & ego nō vror? Et in Iob
Iob. 26. legitur q; gigantes gemunt ſub aquis.
Luc. 19. Et dominus in euangelio. Martha Mar
tha ſollicita es, & turbaris erga pluri-
ma. Quæ turbatio operante gratia dei
plus credenda eſt habere meriti q̄ detri
menti: dum ſecundū Salomonem p̄ tri-
ſtitiā vultus corrūpitur animus delin
quentis. Tam multiplex eſt ergo ſpiri-
talis thuris & myrrhæ diuerſitas q̄ eſt
diuerſa ſanctę oratiōis & fructuoſæ a-
maritudinis vtilitas. Itaq; fratres qd̄
magi pagani obtulerunt corporaliter:
& nos offeramus ſpiritaliter: vt p̄ hu-
ius oblationis gratiā peruenire merea
mur ad gloriam. Qd̄ nobis pręſtare di

gnetur Ieſus Chriſtus dn̄s noſter q̄ eſt
deus benedictus in ſecula. Amen.

¶De ſacrificiis & holocauſtis & oblationibus. Ser. XXXVII.

F ANima mea in manibꝰ Pſal. 118
meis ſemp̄. Omne qd̄
p̄cioſum habemus, qd̄
magis diligimus, qd̄
magis amittere perti-
meſcimus, ſemp̄ vel ſæ
pius in manibus habemus vel pręma-
nibus habere ſolemus. Nihil eſt autem
quod homini debeat eſſe carius aut p̄-
cioſius anima ſua. Quid eñ p̄ficit ho- Matt. 16.
mo ſi vniuerſum mūdū lucret, aīę vero
ſuę detrimētū patiat? Aut quā cōmu-
tationē dabit homo p̄ aīa ſua? Pellē er- Iob. 2.
go p̄ pelle & cūcta q̄ poſſidet homo da
bit p̄ aīa ſua. Inde eſt cariſſimi q; pſal-
miſta ſanctus ſuā aīam in manibꝰ non
ſæpe ſed ſemper ſe habere dixit. velut
oblationem ſanctā dignā deo continue
offerendā, quā modis omnibꝰ cuſtodi-
re, & ſup Chriſtū qui eſt altare noſtrū
patri volebat offerre. Cuiꝰ exēplo infor
mati, nr̄as debemus aīas in manibꝰ tene
re, eaſq; ſemp deo ſacrificare & offerre Sacrificium.
Sacrificiū in veteri teſtamēto dicebat,
qn̄ de animalibus fiebat oblatio. Obla- Oblatio
tio autem aliarum quarūlibet rerū vo
cabat. Sacrificiorū autem ſecundū ve-
teris teſtamēti cōſuetudinem tria ſūt
genera. Alia enim ſunt holocauſta, alia Holocauſtū.
ſimplicia ſacrificia, alia pacifica. Holo-
cauſtū vocabatur qd̄ vel ex debito vel
ſponte oblatum totum incendebatur.
Sacrificium ſimplex vocabatur qd̄ pro Simplex
debito inſtitutionis oblatū partim cre
mabatur, partim reſeruabatur. Pacifi- Pacifica
ca dicebantur, quæ ſponte offerebātur
ſiue per gratiarū actionē, ſiue pro pręce
dentis voti adimpletione ſiue p̄ vo-
luntaria & ſpontanea deuotione. Holo
cauſtum aliquando fiebat de armentis
aliquando de pecoribus, aliquando de
volatilibꝰ. Oblatio aliquādo fiebat de
ſimila, quæ dicebatur ſacrificiū crudū,
aliquādo de clibano, aliqn̄ de ſartagine
aliquando de craticula & dicebat ſacri
ficium coctum. Sacrificia alia erāt pro
peccato, alia pro delicto. Delictum eſt Delictū.
quando non fit quod fieri debet. Pecca Peccatū

G tũ quando fit qđ fieri non debet. In ſa-
crificium autẽ vel holocauſtũ aliquan
do offerebat̃ taurus, aliqñ vitula, aliqñ
hircus, aliquando capra, aliqñ hœdus,
aliquando vitulus, aliquando vacca, ali
quãdo bos, aliqñ ouis, aliquãdo agnus,
aliquando aries, aliqñ turtur, aliquãdo
Oblatio. colũba, aliquando paſſer. Oblatio vero
aliqñ fiebat ex ſimila, aliqñ ex oleo, ali-
quãdo ex aceto, aliqñ ex vino, aliquãdo
ex thure, aliqñ ex thymiamate, aliquan
do ex calamo, qui aromaticus appella-
Eſa.49. bat̃. Vnde dñs ꝑ Eſaiã ad populũ Iſrael
Non emiſti mihi argento tuo calamũ.
Videamus nunc quid iſta ſignificẽt, vt
ex eorũ ſignificationibus valeamus in-
telligere ꝙ multis modis deo noſtras
Taurus. aĩas poſſimus offerre. Taurꝰ ſignificat
Eccli. 6. ſuperbiã. Vnde in eccleſiaſtico dicitur.
Non te extollas in cogitatione aĩę tuę,
velut taurus. Quotiẽs ergo ſupbiã no-
ſtrã deprimimus & cõterimus: totiens
Vitula. deo taurũ immolamus. Vitula ſignifi-
Sap.4. cat luxuriã. Vnde in libro Sapientię de
luxurioſis & immũde viuentibus dici-
†adulte tur. †Spuria vitulamina nõ dabũt radi
rinę plã ces altas nec ſtabile fundamentũ collo-
tatiões. cabũt. Dũ ergo noſtrã luxuriã ꝓ deo co
ercemus: deo quaſi vitulũ ſacrificamꝰ.
Hircus, capra, hœdus peccata vel pec-
Peccato catorũ pœnitentiã ſolent figurare. Pec
rũ ſpẽs. cata alia criminalia, alia venialia. Cri-
minalia alia maiora alia minora. Maio-
ra vt homicidiũ, inceſtus, adulteriũ, ſa-
crilegium. Minora vt furtũ, fornicatio.
Venialia vt riſus, ira leuis & tranſito-
Hircus. ria, verbũ aliquando ocioſum. Hircum
itaq; offerimus dñ de maioribus crimi
Capra. nibus. Caprã dñ de minoribꝰ. Hœdum
dñ de venialibus peccatis pœnitemus.
Vitulus Sic in vitulo ꝓpter ſuã teneritudinem
Vacca. boni operis inchoationẽ. In vacca quia
in maius robur excreuit eiuſdem ope-
Bos. ris ꝑfectionẽ. In boue ꝓpter eiꝰ ꝑfectam
fortitudinẽ, opis boni intelligimꝰ ꝑfe
Ouis. ctã, ac robuſtã cõſummationem. In oue
quoq; qa innocens eſt aĩal intelligimus
Agnus. bonę actionis innocẽtiam. In agno quia
in principio vitę mũdiſſimã habet pel
Aries. lẽ cordis munditiã. In ariete quia dux
eſt gregis, rationalis intellectꝰ per quẽ
adiuuante gratia oĩa noſtra bona de

bent regi, robuſtam accipiamus poten
tiam. Immolemꝰ igitur fratres animas H
noſtras deo. In tauro noſtram ſuperbiã
propter ipſum deprimendo. In vitula
noſtrã luxuriam coercẽdo. In hirco, ca-
pra, hœdo, pœnitentiã de noſtris pecca
tis agendo. In vitulo bonũ opus incho
ando. In vacca in eo ꝑficiendo, In boue
ipſum ꝑfecte conſummando. Poſſumus Hoſtia.
quoq; dicere ꝙ quęlibet hoſtia deſignat
bonam conuerſationẽ. Pellis hoſtię eiuſ Pellis.
dem cõuerſationis ſuperficiẽ: caput ini Caput.
tium, cauda finem, inteſtina occultam Cauda i
virtutem: ablutio hoſtię munditiã vitę teſtina.
honeſtę. Pellem hoſtię detrahimꝰ & ho
ſtiam mẽbratim diuidimus cum dereli
cta conuerſationis noſtrę exterius ſpe-
cie, interius ratione diſcernẽte ſingula
opera noſtra pro loco, tempore, modo,
intentione, diligenter diſcutimꝰ ne nos
vitiũ fallat ſub ſpecie virtutis: aut cul
pa ſub ſpecie rectę operationis. Sacrifi
cia autem noſtrę bonę conuerſationis
imperfectionẽ deſignant. Et holocauſta
eius perfectionẽ figurant. Voluntaria Volũta.
deniq; ſacrificia vel holocauſta de qui-
bus ſcriptũ eſt, Voluntarie ſacrificabo Pſal.53.
tibi, aut bonę voluntatis ſignificant de
uotionem, aut ſpontanei operis exhibi
tionem. Sed & quaſi fœminini generis I
eſt qđ offerimus, quando in aliqua vir-
tute vel leuiter infirmamur. Maſculũ
vero offerimus quãdo viriliter agimꝰ:
quando confortatur cor noſtrum: quã
do deficientibus pueris & laborantibꝰ
& iuuenibꝰ in infirmitatẽ cadẽtibꝰ ſpe
ramus in dño: aſſumimꝰ pẽnas ſicut aq
lę, currimꝰ & nõ laboramus: ambulamꝰ
& nõ deficimus. Turtur poſt primum Turtur.
parẽ ſecũdũ ferẽ nõ requirere, & ideo
caſtitatem debet ſignificare. Columba Colũba.
quoq; quæ felle caret & roſtro non la-
niat: ſimplicitatem & concordiam deſi
gnat. Paſſer qui in tecto nidificat, cæle Paſſer.
ſtem contemplationẽ figurat. Ille velut
paſſer in tecto nidificauerat q dicebat.
Noſtra conuerſatio in cęlis eſt. Offera Philip.3.
mus fratres noſtras aĩas in turture ꝑ
caſtitatẽ: in columba ꝑ ſimplicitatẽ, in
paſſere per cõtẽplationẽ. Simila quoq; K
quę abſq; fermento offerebatur ſimpli Simila.
cẽ doctrinã ſignificat. Oleum exprimit Oleum.



miſericordiã. Sicut enim oleum ſuper
omnes liquores quibus miſcetur aſcen
dit: ſic opus miſericordię omniũ operũ
effectus tranſcendit. Vnde qnemadmo
dum alibi diximus prętermiſſis aliis ſo
la miſericordiæ opera in die iudicii cõ
Acetum memorabuntur. Acetum & vinũ dupli
Vinum. cem exprimuut cõpunctionem, vnã vi
delicet quæ naſcitur ex dolore peccato
rum & timore tormentorũ: alterã quæ
naſcitur ex perceptione cæleſtium do-
norum & prægustatione futurorũ bo-
norum. Nam acetum ſignificat primã,
Thus. vinũ ſecundam. Thus (vt ſæpius dixi-
Thymia mus) ſignificat orationem. Thymiama
ma. vero non illud ruſticanum, de quo ſu-
pradiximus, ſed illud qđ eſt boni odo-
ris propter ſuam fragrãtiam, bonam ſi
2. Cor.2. gnificat opinionẽ. Vnde Paulus. Chri-
ſti bonus odor ſumus in omni loco. Ca
Calamꝰ. lamus deniq; eo ꝙ calamo cantica ſole
ant fieri: diuinam laudem ſignificat vel
gratiarum actionem. Offeramus etiam
in his animas noſtras: in ſimila videli-
cet per ſimplicem doctrinam: in oleo ꝑ
miſericordiam: in aceto vel vino ꝑ cõ
pũctionẽ: in thure per orationẽ: in thy-
miamate bono per bonã opinionem: in
calamo per diuinæ laudis decantatio-
L nem & gratiarũ actionem. Sciendũ eſt
autẽ ꝙ quando aues, ſcilicet turtures,
aut columbæ offerebant̃: caput earum
ad collũ retorquebatur, & per vulne-
ris locũ ſanguis effundebatur, veſicula
gutturis extrahebatur, pluma detrahe
batur, & ſic earũ caro cremabatur. Ca-
pitis retortio ſignificat mentis humi-
liationẽ, ſanguinis effuſio peccati con-
feſſionẽ: extractio veſiculę & detractio
plumæ, inflatę elationis & diſſolutę le-
uitatis ablationẽ. Sic ergo noſtram ho
ſtiam neceſſe eſt præparemus, ſi eã deo
M placabilem fore deſideramus. Fermen-
tũ & mel ſuper altare domini non offe
Fermen rebantur, quę & nos ſpiritaliter vitare
tum. debemus. Fermentũ enim ſignificat hę
Mel. reticam prauitatẽ: mel dulcedinẽ ſecu
larem. Hęreſis corrũpit fidẽ: dulcedo ſe
Sal. culi corrumpit bonam operationẽ. Sal
in omni oblatione offerebatur. Sic eñ
Leui.2. in Leuitico ſcriptum eſt. Quicquid ob
tuleris ſacrificii ſale condies: nec aufe

res ſal fœderis dei tui de ſacrificio tuo
In omni oblatione tua offeres ſal. Sal ſi
gnificat ſapientiam. Quicquid ergo bo
ni cogitamꝰ, loquimur, aut operamur:
totũ ſapiẽter agere debemus. Vnde &
in pſalmo qui ſpecialiter de oblatione
diuinę laudis canitur ſcriptũ eſt. Pſal- Pſal.46.
lite ſapiẽter. Iſtud quoq; ſal in libro ſa
piẽtię cõmendatur vbi dicitur. Siquis Sap.9.
erit cõſummatus inter filios hominũ,
ſi abfuerit ab illo ſapiẽtia tua ĩ nihilũ
cõputabitur. Ergo quia nõ omnia poſ-
ſumus omnes: & vnuſquiſq; habet ſuũ
donũ a deo, & in via dei alius ſic ambu
lat, alius aũt ſic: idcirco vnuſquiſq; no
ſtrũ in ſuo ſenſu abũdet. Et ſicut dicit
beatus Petrus vnuſquiſq; ſicut accepit 1.Pet.4.
gratiam in alterutrum illam admini-
ſtrantes ſicut boni diſpenſatores mul-
tiformis gratię dei. Si quis loquit̃ quaſi
ſi ſermones dei. Si quis miniſtrat tanq̃
ex virtute quã adminiſtrat deus: vt in
omnibus honorificetur deus. Qui ergo N
non habet bouẽ perfectionis nõ aſſiſtat
ante deũ ſine vitulo inchoationis: & q
non abundat ſimila doctrinæ, offerat
oleũ miſericordię. Et quiſq; in dono ſi-
bi quaſi ſingulariter dato excellenter
prępolleat: & in eo nõ ſibi ſingulariter,
ſed & aliis cõmuniter viuat: vt ꝑ gra
tiam bene diſpenſatam in tempore, glo
riam mereamur in æternitate. Qđ no-
bis prętare dignetur. Ieſus Chriſtꝰ do-
minus noſter: qui eſt deus benedictus
in ſecula. Amen.

¶De Babylone. i. ſeculari conuerſatio-
ne per ſeptem crimina, fugienda.

Ser. XXXVIII.

EGredimini de Baby O
lone: fugite de chal Eſa. 48.
dęis. Babylõ illa glo Babylõ.
rioſa in regnis, ĩcly
ta in ſuperbia chal
deorũ quæ ab anti-
quo in ſolitudinem
ſempiternã ob ciuium ſuorũ ſcelera re
dacta eſt, & nominis ſui interpretatiõe
& principũ ſuorum crudeli elatione &
habitatorũ ſuorũ ꝑuerſa conuerſatio
ne pręſens ſeculũ ſignificat. Quod vide
licet ſeculum: tum propter culpam, tũ
propter pœnã, tũ propter vtrãq;, per-

uerſę impięq; Babyloni rectiſſime com
p paratur.Habet enim ad modum ciuita
Seculi tis alicuius ſecundũ ſenſum tropologi
Porta. cum portas ſuas,murũ ſuũ,plateas ſu-
Exitus. as:ędificia ſua minora & maiora.Porta
per quam introitur eſt natiuitas:via p
quam tranſitur eſt mortalitas : porta p
quã exitur eſt mors . Quicquid nimirũ
natiuitas miſera ſubiicit,totum infelix
mortalitas ſecũ trahit: & quicqd mor-
talitas trahit totũ inſatiabilis mors de
Murus. glutit.Murus eius eſt orbis iſtius ambi
tus,quẽ intramus quidẽ naſcendo: ſed
exire non valemus niſi moriendo.Inter
vtrãq; vero portam,id eſt natiuitatem
per quã introimus, & mortem per quã
eximus per viam,id eſt mortalitatẽ per
quã tranſimus cottidie horis & momẽ
tis & corruptione & pœnalitate verſa
mur & fluctuamus, donec ſecundũ ar-
bitrium iudicis interni & æterni poſt
Plateę. meritum ad pręmium veniamus . Pla-
teæ iſtius ſpiritalis Babylonis ſeptem
vitia principalia ſunt. Iſtę plateæ lon-
gę ſunt & latę. Longę,per conſuetudi-
nem diuturnam:latæ,per diſſolutam li
centiam.Prima eſt ſuperbia.ſecunda in
uidia. tertia ira . quarta acidia. quinta
Supbia. auaritia.ſextagula.ſeptima luxuria.Su
perbia ad vnam partem, ſiue ad vnam
manũ habet elationem cordis:ad alte-
ram autem oſtentationem operis . In-
tus enim ſuperbia: foris iactantia. Su-
perbia in elatione cordis, iactantia in
oſtentatione operis.Superbia magis in
occulto coram deo:iactantia magis in
manifeſto coram proximo.Ad hanc pla
team inſtruendam primũ poſuit lapi-
Eſa.14. dem diabolus quando ſedem ſuam po-
nere voluit ad aquilonem & ſimilis eſ-
ſe altiſſimo. Ipſe rex eſt huius Babylo-
nis: ipſe tunc & hoc modo ipſam ciui-
tatem plateamq; primam eius cœpit ę-
dificare . Secundo loco primi parentes
noſtri plateam eandem vrbis Babyloni
cæ ædificauerunt: quando pomũ veti-
tum comedentes domũ ſcientiæ ſuper
bę quæſierunt.In hac platea vnuſquiſ
q; elatus tanto altius ſibi domum con
ſtruit,quanto amplius præ cæteris in-
flatus ſuperbit: & ſic de aliis vitiis in-
telligendum eſt ꝙ qui in vitiis inueniẽ

dis & exercendis primi extiterunt:ipſi
in ædificandis plateis babylonis primũ
laborauerunt.Et quanto ſe quiſq; vitio
ſus quolibet vitio grauius corrumpit
tanto ſublimiorem aulam ſibi in baby-
lone cõponit.In hac platea prima quæ
eſt ſuperbia:varii ſunt apparatus,varii Q
ornatus,& magis in ea quęruntur quę Supbiæ
pertinent ad laudem, q̃ quę pertinent appara-
ad voluptatem . Plus in ea affectantur tus.
quæ ſpectant ad mundi gloriam,q̃ quę
ad carnis concupiſcentiam.Omnia eñ
ſunt cõpoſita circũornata vt ſimilitu-
do templi.In ipſa purpura & byſſus ve
ſtes holoſericæ & tapetia de Ægypto:
ornamenta calciamentorum & lunulę
& torques,& monilia & armillę: & mi-
trę & diſcriminalia & periſcelides &
murenulæ & olfactoriola, & inaures &
annuli,& gemmę,& mutatoria, & pal-
lia,& linteamina,& acus, & ſpecula,&
ſyndones,& theriſtra. Habitatores eiꝰ
ingrediuntur pompoſe,& extento col- Ciuium
lo,& nutibus oculorum plaudentes.pe inceſſus
dibus ſuis compoſito gradu inceden-
tes.Repleta eſt terra eius equis: & in-
numerabiles ſunt quadrigę eius. ¶Se-
cũda Babylonis platea quę eſt inuidia, Inuidia.
altiſſima paupertate conſtringitur &
arctatur.Nam & ſi qua quandoq; poſſi
dent bona,dum pompã:diuitias & glo
riam quę in prima ei vicina platea ſu-
perabundant liuido aſpectu perpendit
ſe pauperrimam, & quaſi omni felicita
te deſtitutam credens,inconſolabiliter
gemit & tabeſcit.Habitatores eius tor
tiones & dolores tenebũt:& quaſi par-
turientes dolebunt.Hæc habet ex vna
parte proprium detrimentum:ex alte-
ra alienum incrementum.Inter propri
am quippe minorationem & alterius
augmentationem:vel etiam inter pro-
priam ignominiam & alterius gloriam
omnis mũdus quaſi per ſuę platee me-
dium cruciatꝰ agitur.In hac quoq; pla
tea diabolus princeps eſt : Quia Inui-
dia diaboli mors introiuit in orbẽ ter- Sap.2.
rarum.Habet autem multos,ſed oẽs
perditos ciues:Cain,ſcribas & phariſſę
os & principes ſacerdotum: quos ſcie-
bat Pilatus per inuidiã tradidiſſe Chri
ſtum.¶Tertia platea vrbis reprobę ira Ira.



eſt. Hęc ad vnam manũ habet iram le-
uem & trãſitoriam:ad alteram odium,
id eſt iram grauem & continuam . Hic
videbis feſtucam:illic trabem. In hanc
miſeram plateam concurrũt omnes im
petus vniuerſarum tempeſtatũ. In hac
etenim ſe agitant turbines diſſenſionũ:
ſtrepunt fragores cõminationũ,fremũt
venti contentionũ: ruũt imbres & grã
dines perſecutionum , micant fulgura
armorũ:ſonant tonitrua percuſſionum
Acidia. & ĩterfectionũ. Quarta platea vrbis ne
phãdę eſt acidia. Hęc habet ex vna par
te triſtitiã,ex altera deſperationẽ. Hæc
magis horrenda & amplius timenda p̃
cęteris videtur.Cũ enim graue ſit pec-
care : grauius eſt tamẽ irrationabiliter
in triſtitiã decidere:grauiſſimũ aũt per
triſtitiã in deſperationẽ ſe præcipitare.
In hac platea Cayn infelix primus ſibi
domũ erexit.cum dixit.Maior eſt iniq-
tas mea,q̃ vt veniam merear.Sed & Iu
das negociator peſſimus in hac eadem
platea manſionem ſibi conſtituit.dũ de
venia deſperans laqueo ſe ſuſpẽdit.Ab
eius ſe habitatione liberari petiit Pſal
Pſal. 68. miſta cum ait.Non me demergat tem-
peſtas aquæ:neq; abſorbeat me profun
dum : neq; vrgeat ſuper me puteus os
auaritia ſuum. ¶Quĩta aũt platea eſt auaritia.
Hanc ex vna parte conſtituit cupidi-
tas:ex altera tenacitas.Quæ q̃uis reple
ta ſit argento & auro , & non ſit finis
theſaurorum eius,ſatiari tamen nõ po
Eccl's. 5. teſt: quia auarus ( quantũ ad ardorem
ſitis eius ſpectat ) non implebitur pecu
nia:ſed quanto plus acquirit,tanto am
Iuuenal' plius habere cõcupiſcit.Vnde eſt illud.
Creſcit amor nũmi quantum ipſa pe-
cunia creſcit.In hac inſignem habet ar
Luc.16. cẽ diues ille auarus ſepultus in infer-
Gula. no.¶Sexta platea eſt gula.Cuius vnam
partem facit edacitas, alterã ebrietas.
Ab huiꝰ plateæ mãſione nos prohibuit
Luc.21. dominus vbi dixit. Videte ne grauen-
tur corda veſtra in crapula & ebietate.
Rom. 13. Et Apoſtolus.Non in cõmeſſationibus
& ebrietatibus.Et in ea quidem parte,
quę eſt edacitas ſunt omnia genera pa
nũ quę fiunt arte piſtoria,& obſoniorũ
qui fiũt arte coquinaria:genera diuer-
ſa carniũ quadrupedum & volucrum,
piſciũ marinorũ & fluuialium,piper &

alliũ & cyminũ ad conficiendos ſapo-
res & condimenta.In altera parte quæ
eſt ebrietas ſunt vina diuerſi coloris &
ſaporis,& vigoris,& odoris confecta di
uerſis hęrbis & aromatibꝰ,ad opus eo-
rum qui conſurgunt mane ad ebrieta-
tem ſectãdã & ad potãdũ vſq; ad veſpe
rũ.Quorum impudentiã idem prophe Eſa.5.
ta cuiꝰ hæc ſunt verba alibi redarguit
dicens.Prę vino (inquit) neſcierunt & Eſa.28.
prę ebrietate errauerũt.Sacerdos & p-
pheta neſcierunt prę ebrietate: abſor-
pti ſunt a vino.Errauerunt in ebrieta-
te:neſcierunt videntem,ignorauerunt
iudicium.Omnes eñ menſę eorum re-
pletę ſunt vomitu ſordiumq;,ita vt nõ
ſit vltra locus.Et item alibi in perſona
eorum. Venite ſumamus vinum & im
pleamur ebrietate, & erit hodie ſicut Eſa. 56.
& cras & multo amplius.Et ſi tales fue
runt propheta & ſacerdos & ſpeculato
res populi qui ab eodem propheta vo-
cantur canes impudentiſſimi neſcien-
tes ſaturitatem:quale putatis fuit vul
gus promiſcui ſexꝰ & ignobile! Sed &
Apoſtolus Paulus de guloſis loquens
ait. Multi ambulant quos ſæpe dicebã Philip.3.
vobis,nunc autem & flens dico, inimi-
cos crucis Chriſti:quorũ finis interitꝰ:
quorũ deus venter eſt, & gloria in con
fuſionem eorum:qui terrena ſapiunt.
¶Septima platea eſt luxuria . Hæc ex
vna parte habet immunditiam cogita R
tionis: ex altera immũditiam actionis. Luxuria
Hæc eſt vltima & infima oĩm platearũ
Babylonis,& in ipſam cõfluere videñt
ĩmũditię totiꝰ ciuitatis,& tñ ĩgnatiõis
ſuę pfluuio nõ põt ſaturari.Os etenim
vuluę (vt ſacra ſcriptura teſtat̃) eſt ĩſa Prou.30.
tiabile.Multa ſunt (fratres) q̃ de his oĩ
bus poſſent dici q̃ nũc neceſſe eſt p̃ter-
mitti.Nã tota die fere aliis rebꝰ intẽdi
mus,& ob hoc ad nr̃m libitũ ſcribẽdi tẽ
pus nõ habemus.Quę ergo nr̃am poſſi
bilitatẽ ſuperãt vobis ſcrutãda relinq-
mus.vobis colligẽda reſeruamꝰ.Et nũc S
cariſſimi nobis, horreamꝰ & abomine-
mur plateas & deteſtemur habitacula
Babylonis.i.oĩa ſcelera vitæ ſecularis.
Egrediamur de Babylone, fugiamꝰ de
Chaldęis:reuertamur Herusalẽ.Egre-
diamur mala noſtra relinquendo,fugia
mus pœnitẽdo:reuertamur bñ viuẽdo

In auerſione vel deſcenſione de Hie-
ruſalem in Babylonem primo loco fit
tentatio. Secundo, delectatio. Tertio, cō
ſenſus. Quarto, operatio. Quinto, con-
ſuetudo. Sexto, deſperatio. Per tentatio
nem nāq; mouemur. Per delectationem
deſcēdimus vel potius labimur. Per cō
ſenſum portas babylonis ingredimur.
Per operationē habitaculum nobis cō
ſtruimꝰ: per conſuetudinē ſeruituti ad
dicimur per deſperationē in carcerem
trudimur & vinculis ligamur. In reuer
ſione autem de Babylone in Hieruſalē,
prima eſt per diuinā aſpirationem pec
cati cognitio. Secūda cordis compun-
ctio. Tertia, oris confeſſio. Quarta, pœ-
nitentię ſatiſfactio. Quinta, virtutis ex
ercitatio. Sexta, boni operis exhibitio.
T Et notandum ꝙ ait. Fugiamus de chal
deis. Melius enim quędam peccata ma-
xime q̄ dulceſcunt nobis fugiendo vin
cimus q̄ reſiſtēdo. Vnde Apoſtolus de
fornicatiōe. Fugite (inquit) fornicatio
nem. Hoc etiam exprimit qđ nūcius q
venit ad Heli dixit. Ego ſum qui veni
de prelio, & ego qui de acie fugi hodie
Melius eſt enim fugere vitamq; ſalua-
re q̄ in bello occumbere. Egrediamur
fratres & fugiamus. Breuis autem eſt
via & facilis quæ eſt de Hieruſalem in
Babylonem: & econtrario (qđ eſt mira
bile dictu) grandis & difficilis eſt via
quæ eſt de Babylone in Hieruſalem. Fa
cile nimirū de bono in malū, de virtute
in vitium, de ſpiritu in carnē labimur:
ſed nō ęque de inferioribus ad ſuperio
ra, corpore qđ corrūpitur & aggrauat
animam preſſi, facile reſurgimus. Inde
Ęne.6. eſt illud poeticū. Facilis deſcenſus auer
ni. Sed reuocare gradum, ſuperaſq; eua
dere ad auras: Hoc opus, hic labor eſt.
Quia ſpiritus & caro magno ſibi confi
nio vicina ſunt, facile & cito per culpā
labimur: ſed qa poſtq̄ peccauimus pec-
cati conſuetudine premimur, difficile
per iuſtitiam releuamur. Vnde & iſta
ſpiritualis reuerſio longum, arduum,
& difficilem aſcenſum recte habere di
Matt.7. citur. Hinc eſt qđ Saluator ait. Arcta &
ardua eſt via quę ducit ad vitam. Si er
go ſumꝰ in hac reuerſionis via per pœ
nitentiam vel in ipſa Hieruſalem per
bonam & perfectam conſcientiā, tenea-
mus qđ habemꝰ ne aliꝰ noſtrā accipiat
coronā. Si ſtamꝰ videamꝰ ne cadamus, 1.Cor.10.
ſemper ſuſpicantes de inſidiis & incur
ſibus hoſtium noſtrorum, qui nos ab- V
duxerunt & captiuauerunt, & de can- Pſal.136.
ticis Sion interrogauerunt. Qui ſecun Thre.4.
dū ſententiā Hieremię velociores ſunt
aquilis cæli: ſuper montes peſequūtur
nos: in deſerto inſidiantur nobis. Aqui Aquilæ
lę cęli ſancti ſunt prælati, qui ad cæle- cæli.
ſtia bona ſublimiter volant: & ſupernę
claritatis radios contemplantur. Mon
tes deſignant altitudinem contempla-
tionis. Deſertū ſignificat ſecretū vitæ
ſpiritalis. Sed perſecutores noſtri velo
ciores aquilis cæli ſunt, quia crudeles
ſpiritus acrius ad nos perſequendum
q̄ noſtri prælati ad defendendum mul-
totiens inſiſtunt. Et licet in alta ſuper-
nę contemplationis aſcēdamus, vel in
abſcondita conuerſationis intimæ re-
cedamus, nunq̄ tamen nos deſinūt per
ſequi: nunq̄ nobis deſiſtunt inſidiari.
Vnde neceſſe eſt chariſſimi, vt non ſolū
fortiter, ſed & ſapiēter gradiamur. Cō
tra perſecutionem etenim debemꝰ eſſe I
fortes: contra inſidias ſapientes. Si er-
go fortiter & ſapienter ambulemus ho
ſtes euademus, in Sion cum ſalute per
ueniemꝰ: & lætitia ſempiterna erit no
bis in Chriſto. Quod nobis præſtare di
gnetur Ieſus Chriſtus dominus noſter
qui eſt ſuper omnia deus benedictꝰ in
ſecula. Amen.

## De ciuitate ſancta Hieruſalem ſecūdum ſenſum tropologicum. Sermo. XXXIX.

HIeruſalem ciuitas ſan- X
cta, & ciuitas ſancti. Se Apo.21.
cundū hiſtoriam ciui- Eſa.52.
tas eſt terrena: ſecun-
dū allegoriā ſancta eſt
eccleſia: ſecūdū tropo-
logiam vita ſpiritalis: ſecundū anago-
gen patria cæleſtis. Prętermiſſis igitur
aliis de illa quę ad tropologiam ſpectat
dicamus & ex eius deſcriptione mo-
res bonos in nobis ædificare ſataga-
mus. Quēadmodū ergo Babylon. i. vita
ſecularis habet ſuas plateas & cætera



quę deſcripſimus ſuperius: ſic & ſancta
Hieruſalē, id eſt vita ſpiritualis habet
ſuæ ædificationis diſpoſitionem in bo-
Y no: ſcilicet murum ſuum, plateas ſuas,
Hierl'm ędificia ſua, portas ſuas. Habet etenim
ſpūalis murum extrinſecus in circuitu vn-
murꝰ & diq; quo circūdatur per bonorum mo
plateæ. rum diſtrictam, continuam & perfectā
diſciplinam. Habet & ſeptem plateas
cōtra ſeptē plateas Babylonis ꝑ quaſdā
ſeptē virtutes ſeptē vitiis ſupra deſcri
ptis contrarias. Habet nimirū ſancta &
ſpiritalis vita humilitatem, quę eſt cō-
traria ſupbię: habet caritatē, q̄ eſt cōtra
ria inuidię: habet pacē, q̄ eſt cōtraria irę,
Habet ſpūalē lętitiā, q̄ eſt cōtraria aci-
dię: habet largitatē, q̄ eſt cōtraria auari
tię: habet abſtinentiā, quę eſt contraria
gulę. Habet continētiā, quę eſt contra-
ria luxurię. Quarū platearū partes ſiue
illas quę ad vnā manū ſunt, ſiue illas q̄
ad alterā, deſcribere fortaſſe nō erit in
Hūilitas utile. Prima platea ciuitatis ſanctę quā
humilitatē diximus hinc habet humi-
litatē illā quā homo habet & exhibet
intus ſoli deo in occulto. Illinc habet
humilitatem illā quā habet & exhibet
homo foris ꝓpter deū ꝓximo in mani-
Luc.14. feſto. Cuius virtutis fructus vel plateę
bonū dn̄s demonſtrat, vbi dicit. Omnis
qui ſe humiliat exaltabitur. Quanto ni
mirū in pręſenti quilibet ſe magis hu-
Z miliat ꝓpter deū: tanto in futuro ſubli
Caritas. mior erit apud deū. ¶ Secūda platea eſt
caritas, quę ex vna parte habet dilectio
nē dei: ex altera dilectionē ꝓximi. Hinc
enim iubemur diligere deū ex toto cor
de, anima, viribus, & memoria: illinc iu
bemur proximū diligere ſicut noſmet-
ipſos. Caritatis fructus atq; bonū quan
Matt.22. tū ſit dominus per ſemetipſum notifi-
cat vbi dicit. ꝙ in his duobus manda-
tis tota lex pendet & prophetæ. Sed &
Rom.13. inde eſt quod Apoſtolus ait. Plenitudo
legis eſt dilectio. ¶ Tertia platea huius
Pax. ſpūalis Hieruſalē pax eſt. Huius vnam
partem facit intus concordia cum deo:
alterā facit foris concordia cum proxi
mo. Iſtā hinc & inde nos habitare eāq;
Marc.9. inter nos mediā eſſe dominꝰ præcepit
vbi ait. Sal habere in vobis & pacē ha-
bete inter vos. Cuius fructus quantus
ſit alibi oſtendit vbi ait. Beati pacifici, Matt.5.
quoniam filii dei vocabuntur. Magnus
eſt hic fructus, magnum bonum. Nam Rom.8.
ſi filii & hæredes: hæredes quidem dei,
cohęredes autem Chriſti. ¶ Quarta pla A
tea eius ſpiritualis lætitia eſt. Cuiꝰ par Lętitia
tem vnam facit exultatio illa quæ in- ſpūalis.
tus ſolum ſentitur in affectione: alterā
facit illa quę etiam foris apparet in ſen
ſualitate. Aliquando quippe tanta læti
tia cęlitus infunditur animæ vt nō ſo
lum intus ſentiatur, ſed & foris agno-
ſcatur, in vultu, in voce, in geſtu in mo
tu. Vnde pſalmiſta. Cor meum & caro Pſal.83.
mea exultauerunt in deum viuū. Hinc
eſt qđ ſacra ſcriptura refert ꝙ lætante
populo dei & laudante deum vox au- 1.Para.30
diebatur procul. Quid enim mirum ſi
intus lętante patre de filio qui poſt prę
uaricationē rediit ad cor, Symphonia Luc.15.
lętitię chorusq; ſimul foris audiantur.
Inde eſt etiam ꝙ in ſacris ſolennibꝰ die
bus prohibemur contriſtari, ſcriptura Neę.8.
teſtante quæ dicit. Dies ſanctificatꝰ eſt
domino deo veſtro nolite lugere & no
lite flere. Ite & comedite pinguia, & bi
bite mulſum: & mittite partes eis qui
non pręparauerunt ſibi. Sanctus enim
dies domini eſt. Nolite cōtriſtari. Gau
dium etenim domini eſt fortitudo no-
ſtra. Hinc eſt qđ Saluator ait. Nūquid Luc.5.
poſſunt filii ſponſi ieiunare q̄diu cum
ipſis eſt ſponſus? Ipſa namq; lætitia quę
in ſacris ſolennibus diebus in victu vel
in veſtitu a credentibus habetur vel
exhibetur bona bene ea vtentibus eſt:
quia ſicut eis eſt ex dono dei ſic ab eis
fit ad honorem dei. Huius virtutis vti
litas, quæ vel quanta ſit Paulus decla-
rat vbi Corinthiis de collectis ſcribēs
dixit. Vnuſquiſq; prout deſtinauit in 2.Cor.9.
corde ſuo non ex triſtitia vel ex neceſſi B
tate. Hilarem enim datorem diligit
deus. ¶ Quinta platea ciuitatis ſanctæ Largitas
eſt largitas quam ex vna parte conſti-
tuit iuſta acquiſitio, ex altera diſcreta
diſtributio. Ex vna parte facit eam iu-
ſta acquiſitio, quia religioſa & honeſta
largitꝰ dedignatꝰ viuere vel dare ex ra
pto, ex turpi, ex fraude, ex furto, vl' quo
libet mō alio iniuſto, acqſita ſubſtātia &
dedignatꝰ de fermētato ſacrificare lau-

dẽ. Ex parte altera cõſtruit eã diſcreta
diſtributio. Si enim minus iuſto daret
iam fieret ipſamet auaritia: ſi plus iu-
ſto iam non eſſet largitas ſed prodiga-
litas. Quantus ſit fructus largitatis ſal
uator in euangelio oſtendit dicens. Da
Luc.6. te & dabitur vobis. Menſuram bonã &
confertã & coagitatam & ſupereffluen
tem dabunt in ſinũ veſtrũ. ¶Sexta pla-
C. tea iſtius Hieruſalẽ abſtinentia eſt: quę
Abſtinẽ ex vna parte habet parſimoniã, ex alte
ra ſobrietatem. Parſimonia eſt contra-
ria edacitati: ſobrietas ebrietati. Ieiu-
niorum & abſtinẽtię exempla multa re
periunt̃ in ſcripturis, ex quibus pręci-
pua ſunt Ieiunia Moyſi & Helię & do-
mini ſaluatoris. Ieiunii & abſtinentiæ
fructus quãtus ſit ĩ Niniuitis elucet, q
per triduanã abſtinentiã diuinã placa-
uerunt iracundiã: & de ſubuerſione ſi-
bi cõminata meruerunt indulgẽtiam.
Ionę.3. ¶Septima platea ſanctę ciuitatis eſt cõ
D tinentia ſiue caſtitas. Hęc ex vna parte
Caſtitas habet munditiã cordis ex altera mũdi
tiã corporis. Vel ex vna pte habet mũ-
ditiam cogitationis: ex altera munditi
am actionis. Cuius virtutis quãtus ſit
fructus atq; bonũ in viduis & virgini-
bus eniteſcit ex quibus viduę ſexageſi
mũ: virgines centeſimũ poſſident fru-
ctum. Has cariſſimi virtutes recte pla-
teas nominamus. i. vias latas ad ĩhabi-
tandũ, ſpiritualiter ambulandũ, curren
dum, & ad omne ſpirituale negociũ ha
biles: qa omnis via quę ducit ad vitam
licet inchoantibus vel etiam proficien
bus arcta & ardua videatur: prouectis
tamẽ & perfectis lata & plana eſſe pro-
batur. Vnde Pſalmiſta. Viam mandato
Pſal.118. rum tuorum cucurri, cũ dilataſti cor
meũ. Et item. Om̃is cõſummationis vi
Ibidem. di finem: latũ mandatũ tuũ nimis. Nã
quicũq; perfectã habet caritatem, quæ
foras mittit timorem, dulce habet imo
1.Ioan.4. reputat quicquid ſibi tentationum vel
aduerſitatum occurrerit: dicẽs cũ apo-
ſtolo. Non ſunt condignę paſſiones hu
Roma.8 ius temporis ad futuram gloriam quæ
reuelabitur in nobis. Hinc in canticis
canticorum de caritate ſcriptum eſt. ꝙ
fortis eſt vt mors dilectio: dura vt ĩfer
Cant.8. nus ęmulatio. Lãpades eius lampades

ignis atq; flammarũ. Aquæ multę non
poterunt extinguere caritatẽ: neq; flu-
mina obruent illã. Si dederit hõ omnẽ
ſubſtãtiã domus ſuę pro dilectiõe qua
ſi nihil deſpiciet eã. In hac ciuitate ſpi
rituali turris quoq; fortiſſima eſt: de q̃
ſcriptũ eſt. Turris fortiſſima nomẽ do E
mini ad ipſum confluet iuſtus & ſalua Turris
bitur. Scitis cariſſimi quia hominibus nomen
quibuſlibet ſuam vrbem defendentibꝰ dñi.
nõ in equis, armis, portis, muris aut eti
am viribus ſuis tanta fidutia eſt quãta
ĩ turri ſuę ciuitatis. Fugatis. n. & retro
actis vnicũ refugiũ ſoluq; tutamẽ eſt
turris. Sic ſic fidelibus contra ſpũales
hoſtes dimicantibus vnica ſpes eſt, atq;
tutela nõ ſolũ in aduerſis verum & in
proſperis, ĩuocatio diuini nominis. Nõ
enim ignorant qd̃ quicũq; inuocauerit
nomẽ domini ſaluus erit. Inde eſt etiã
ꝙ ſancta vniuerſalis eccleſia in ſuis ha
bet inſtitutionibus primũ inuocare no
mẽ domini in diuinis obſequiis incho
andis fideliter & fidutialiter proclamã
do. Deus in adiutorium meũ intende. F
Habet quoq; portas duas Hieruſalem Portę
iſta ſpũalis quarũ prima & inferior eſt Hierl̃m
fides catholica. Secũda & ſuperior eſt:
cõtẽplatio diuina. De his duabꝰ portis
ſcriptũ eſt: Ingredieẽ & egredieẽ & pa-
ſcua ĩueniet. In pria porta inueniet pa Ioan.x.
ſcua grẽ: in ſecũda paſcua glię. Vt au-
tem diuerſis ex locis ſcripturę, & ex aſ
ſertionibus quorundã poteſt intelligi: Hierl̃m
ipſa terrena Hieruſalẽ ſecundum anti ſitus.
quũ ſitum in cliuo poſita fuit. Sic & in G
cliuo poſita eſt ciuitas iſta, quę eſt vita Gradus
ſpũalis, & habet gradus ſuos a porta aſcẽdẽdi
vſq; ad portam, ꝑ quos aſcẽditur ab in
ferioribus ad ſuperiora: vt qui aſcẽdũt
per ſingulos gradus a terrenis elõgen
tur, vt cęleſtibus appropinquent. San-
cte enim viuere volentibus primũ in-
trandũ eſt per fidem: deinde ꝑ incremẽ
ta iuſtitię ad cõtemplationẽ cęleſtium
conſcendendum. Eſt itaq; primus gra-
dus in prima porta vel potius ipſa por
ta eſt primus gradus ſiue ſcala aſcẽſio-
nis. A terrenis eñ eleuati, primo loco
pedem ponere debemus in primã ſcalã
id eſt fidem. Secundo ex fide debemus
aſcendere in ſpem. Tertio debemꝰ aſcẽ



dere ex ſpe in caritatem. Quarto aſcen
dere debemus ex caritate in aliarũ vir
tutum exercitationẽ, maxime in ſepte
narium principalium virtutum quæ ĩ
euangelio deſcribuntur: qui ſeptenari
Mat.5. us incipit vbi dicitur. Beati pauperes
ſpiritu quoniam ipſorum eſt regnũ ce
lorum. Quinto debemus aſcendere: ex
ſeptenario principalium virtutum, in
ſenarium bonorum operum qui ĩcipit
Mat.25. vbi dicit̃. Eſuriui & dediſtis mihi man
ducare. Sexto aſcendere debemus ex ſe
nario bonorum operum in prędicatio-
nem. Iuſtum enim & idoneum probat̃,
vt qui bonũ operatur ipẽ hoc aliis lo-
quat̃, vt ſit imitator ſaluatoris de quo
Actu.1. ſcriptum eſt. Quę cœpit Ieſus facere &
Prędica docere. Prędicatio autem duobus ali-
tio. quando modis expletur: verbis ſcilicet
Marci & miraculis. Vnde de primis & ſũmis
vltimo. prędicatoribus ſcriptum eſt. Illi autem
profecti prędicauerũt vbiq; domino co
operante & ſermonem confirmante ſe-
quentibus ſignis. Septimo loco debe-
mus aſcendere ex prędicatione in con-
templationem. De his ſcalis ſiue gradi
Pſal.121. bus aſcenſionis ſcriptum eſt. Illuc aſcẽ-
derunt tribus tribus domini teſtimo-
nium iſrael ad cõfitendum nomini do
Pſal.85. mini. Et alibi. Beatus vir cuius eſt au-
xilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo
diſpoſuit in valle lachrymarum in lo-
co quem poſuit. Qui autẽ per iſtos gra
dus vſq; in portam contemplationis q̃
in ſummo, & quaſi ĩ exitu ciuitatis hu
ius poſita eſt, conſcenderit: ipſe ſemet-
ipſum ſpiritualiter egreditur & ſuper
greditur vt fiat ex Iacob Iſrael: ex Lya
Rachel: ex Fenẽna fiat Anna, & ex Mar
tha fiat Maria. Et q fuit boni opis exhi
bitor fiat diuinitatis cõtẽplator. Hic ẽ
Thre.3. qd̃ Hieremias ait. Bonũ ẽ viro cũ por-
tauerit iugũ ab adoleſcentia ſua. Sede
bit ſolitariꝰ, qa leuabit ſe ſup ſe. Hinc ĩ
Canti.3. canticis canticorũ ſcriptũ eſt. Egredi-
mini filię Syon & videte regẽ Salomo-
nẽ ĩ diademate quo coronauit eũ mat̃
ſua: in die deſpõſatiõis eiꝰ, & ĩ die lęti-
tię cordis illiꝰ. Hic pſalmographus ait
Pſal.67. Ibi Beniamin adoleſcẽtulꝰ in mẽtis ex
ceſſu. Feſtinemus fr̃es poſt labores opis
ad qetẽ & libertatẽ cõtẽplationis egre

di: vt & nos regẽ in decore ſuo & terrã
noſtrã licet adhuc de lõge valeamꝰ in-
tueri. Aſcẽdamꝰ in virtutẽ de virtute
ſicut decet ꝓ ſalute, vt ꝑ p̃dictũ aſcẽſio
nis ſeptenariũ ꝑuẽire valeamꝰ ad octo-
nariũ btĩtudinum. Qd̃ nobis p̃ſtare di-
gnetur &c.

De cuſtodibꝰ Hierl̃em ciuitatis ſctẽ.
Sermo.XL.

SVper muros tuos Hie H
ruſalẽ conſtitui cuſto- Eſa.62.
des, tota die & nocte ĩ-
ꝑpetuo nõ tacebũt. Qui Ibidem.
r̃miniſcimini dñi ne ta
ceatis & ne detis ſilẽtiũ
ei donec ſtabiliat & donec ponat Hie-
ruſalẽ laudẽ in terra. Hieruſalẽ ciuitas Apoc.21
ſancta & ciuitas ſctĩ ſancta eccl̃ia ẽ: cu- Eſa.52.
ius rex ei ꝑegre ꝓficiſcẽs p̃poſuit cu-
ſtodes ac ſpeculatores q eã die ac nocte
cuſtodiãt & a malo defendãt. Sũt ergo
diuerſæ ſpeculę & diuerſi ſpeculatores
immo ſpeculatorũ ordines q in diuer-
ſis locis ſanctę ciuitatis p̃ſideãt, hoſtes I
arceãt, ciues cuſtodiant. In pria ſpecula Speculę
reſidet dõnus apl̃icus q ſicut oĩbꝰ p̃ſi- in eccl̃ia
det, ita oĩbꝰ ꝓuidere debet, in ſcd̃a ſpe-
cula ſũt pr̃iarchę, in tertia archiep̃i, in
q̃rta ep̃i, in q̃nta archidiaconi, in ſexta
archipbr̃i ſiue vt in qbuſdã locis appel
lant̃ decani, in ſeptia pbr̃i: & in his oĩ-
bus quicũq; ſunt dignitate ſublimio-
res: ipſi ſunt ciuitatẽ cuſtodiendi ma-
gis debitores. Officiũ ſingulorũ, ſpecu-
lę ſunt eorũ. Verbi gr̃a. Specula pbr̃orũ
pbr̃atus eſt eorũ. Specula archipbr̃orũ
archipbr̃atꝰ eſt eorũ. Specula archidia
conoꝝ archidiaconatꝰ eoꝝ. Et ſic de cę
teris. Verũ fratres ſecũdũ ſacri eloquii K
teſtimoniũ exigẽtibꝰ ppl̃i peccatis nõ-
nũq̃ hypocrita ſpeculã ſacri regiminis
aſcendit, ppl̃m premit nõ cuſtodit. Vñ
grauiter dolendum, grauiterq; gemen
dum. Quę enim cariſſimi pulchritudo
vel quis honor eſt dicendus ſi ſimia pi
naculum tẽpli dei cõſcẽdat, & in ipſo
reſideat? Nõne ad tã mõſtruoſum ſpe-
ctaculũ tota ciuitas cõcurret agẽs ſup
hoc manibꝰ plauſum, ore cachinnũ? Si
mia eo ꝙ hũanę formę q̃dã habeat ſimi
lia, vt aiunt, dicta: aĩal eſt puũ & piloſũ
abſq; voce, agile, deforme, petulcũ, & al

ta montiū ſiue ędificiorum libēter cō-
ſcendens. Quę licet viliſſimū & turpiſ-
ſimū & horrendū ſit aīal, tū hoīes ſecu
lares ſuis erroribus decepti q in auib9
cęli ludūt & in beſtiis terrę & heu ma-
xime clerici in ſuis domibus hāc habe-
re & in ſuis feneſtris ponere ſolent: vt
apud ſtultos q ptrāſeūt p eius aſpectū
gloriā ſuarū diuitiarū iactitēt. Per hāc
aūt mōſtruoſam beſtiolam: Hypocrita
ſpeculator rectiſſime figurat. Ipſe eteni
eſt ſimia p ſimulationē: puus p deſpectio-
nē: piloſus p ſupfluitatē: abſq voce per
noxiā taciturnitatē: agilis p leuitatē:
deformis p turpē cōuerſationē: petulās
ac petulc9 p luxuriā: alta petēs p ſupbi-
am. Alta petit p ſupbiam, quia ſi in hoc
honore eſt: ad illum. i. ad ſupiorē ſemp
anhelat. Verbi gratia. Si in pbr̄atu reſi
det concupiſcit archipbr̄atum: ſi in ar
chipbr̄atu archidiacoatū: ſi ī archidia-
conatu, epatū: ſi ī epatu, archiepatū: ſi ī
archiepatu pt̄archatū quē honorē vo
cam9 ēt pt̄atū: ſi ī pt̄archatu ē apl'ica-
Papat9. tū mallet hr̄e. Sed qa hoc honore ī ec-
cleſiaſticis dignitatibus nihil eſt excel
lenti9 hic poſuit deus terminū mari. i.
humanæ cogitationi fluctuanti & tu-
mēti: & hic confringit tumētes fluctus
eius. Impii enim quaſi mare feruens qd
quieſcere non poteſt. Et de huiuſmodi
ſpeculatore venerabilis & laudabilis
Bernardus. Bernardus Clareuallēſis in libro de cō
ſideratione ita ſcribit dicens. Simia in
tecto rex fatuus in ſolio. Mōſtruoſa res
gradus ſummus & animus infimus: ſe
des prima & vita ima. Lingua magnilo
qua: & manus ocioſa: ſermo multus &
fructus nullus: vultus grauis, actus le-
uis: ingens authoritas, & nutans ſtabi-
Oſe. 8. litas. Hinc eſt quod dominus per Oſee
dicit. Ipſi regnauerūt & non ex me. Pri
cipes extiterunt & non cognoui. Hinc
Eſa. 58. per Eſaiam de talibus conqueritur di-
cens. Speculatores eius cæci omnes, ne
ſcierunt vniuerſi, canes muti, non valē
tes latrare: Videntes vana, dormientes
& amantes ſomnia. Et canes impuden-
tiſſimi neſcierunt ſaturitatem. Ipſi pa-
ſtores ignorauerunt ſcientiam. Omnes
in viam ſuā declinauerunt vnuſquiſq
ad auaritiam ſuā, a ſummo vſq ad no-
uiſſimum. Venite ſumamus vinum & Ibidem.
impleamur ebrietate: & erit hodie ſi-
cut & cras & multo amplius. Nūc his
dimiſſis quos non miſit, ſed dimiſit do
minus, vertamus nos ad eos qui bene
pręſunt & videamus quales debeant eſ
ſe qualiter pręeſſe vel pdeſſe. Sed quo-
modo inueniemus fratres ſpeculatorē
idoneum cum ipſe dominus vix inue-
niat dicens: Quem mittam, & quis ibit Eſa. 6.
nobis? Et item in euangelio. Quiſputas Luc. 12.
eſt fidelis ſeruus & prudens quem con
ſtituit dominus ſuper familiam ſuam?
Sed ipſe dominus in apoſtolo loquens
per apoſtolum docet nos qualis eſſe de
beat ſpeculator dicēs. Oportet ait epi- 1. Tim. 3.
ſcopum irreprehenſibilē eſſe: vnī9 vxo
ris virum, ſobrium, prudentem, ornatū
pudicum, hoſpitalem, doctorem, nō vi-
nolentum, non percuſſorem, ſed mode-
ſtum: non litigioſum, nō cupidum, ſuæ
domui bene prępoſitum, filios haben-
tem bene ſubditos cum omni caſtitate.
Si quis autem ſuæ domui præeſſe ne-
ſcit, quomodo eccleſię dei diligentiam
habebit? Non neophytum, id eſt noui-
tium ne in ſuperbiam elatus in iudici
um incidat diaboli. Quod autem ait L
vnius vxoris virum vel quod ait filios
habentem illius temporis fuit non iſti
us eſt, nec eſſe debet. Si autem ſpecula-
tor quem paſtorem vel prelatum dice
re poſſumus, ſi inquā eſt viciosus a ſuis
ſubditis minime reprehendendus eſt.
Vnde Iſidorus. Sunt (inquit) qui præ
poſitos ſuos peruerſe iudicāt dum ter-
renis ſtudiis eos plus viderint eſſe in-
tentos: ſi vel parum iam ipſi de ſpiri-
talibus cognouerunt. Rectores a deo
ergo iudicandi ſunt: a ſuis autem ſub-
ditis iudicandi non ſunt: exemplo do-
mini qui p ſe vendentes colūbas & nū
mulariorum mēſas proprio euertit fla
gello. Vel etiam ſicut dicitur. Deus ſte Pſal. 81.
tit, in ſynagoga deorum: in medio au-
tem deos diiudicat. Qꝫ ſi a fide exor-
bitauerit rector tunc erit arguendus
a ſubditis. Pro moribus vero reprobis
tolerandus magis q̄ diſtringēdus a ple
be eſt. Sciendum eſt etiam ꝙ ſicut pro M
moribus reprobis a ſubditis non eſt ar
guendus: ſic in his quæ bene docet: &



pręcipit non eſt contemnendus. Hinc
dominus in euangelio dicit. Super ca-
Mat. 23. thedram Moyſi ſederunt ſcribę & pha
riſęi: quæ dicunt ſeruate & facite: quæ
N faciunt facere nolite. Sed iam cariſſimi
quæ terrenarum, & mundanarum ciui
tatum cuſtodes in ſuis cuſtodiis agere
ſoleant videamus: & tūc forſitan quod
ſpiritalibus ſanctæ eccleſiæ cuſtodibus
faciendum ſit clarius videre valebim9.
Solent autem ciuitatū cuſtodes ac ſpe
culatores maxime tempore bellorum ī
alto ſedere, vigilare, per totam ciuita-
tem pręcipue noctibus circuire, tubis
clangere, fiſtulas inflare, citharizare, &
cantare. Sic ſic dilectiſſimi facere debēt
ſpeculatores ciuitatis noſtræ. Debent
in alto ſedere, per ſpiritualem conuer-
ſationem: vt eorum conuerſatio nō ſit
in terra, ſed in cælo: non in carne, ſed
in ſpiritu: quatinus eorū anima in pul
uere non humilietur, & venter eorum
terrę non conglutinetur: ſed ſuper mō
tem excelſum aſcendant illi qui euan-
gelizant ſyon: & pedes ſint ſpecioſi ſu-
per montes annunciantiū pacem, præ-
dicantium ſalutem, dicentium Sion re
gnabit deus tuus. Debent vigilare per
circunſpectionem vt intuitum vertāt
a dextris ne proſperis fallantur: a ſini-
ſtris ne aduerſis frangantur: retro per
pręteritorum vtilem memoriam: ante
per futurorum prouidentiam. Debent
vigilando circunſpicere ne ex improui
ſo hoſtis adueniat, portas frangat vel
murum irrumpat, domos accēdat, tur-
res euertat, ciues occidat, ſpolia detra
hat, ciuitatē deſtruat, populum in ba-
byloniam abducat. Debent circuire to
tam ciuitatem. i. gentem ſibi cōmiſſam
& ſcrutari ne lapide cuiuſlibet virtu-
tis dilapſo murus diſciplinę vel ad mo
dicum infirmetur: & ſi id contigerit ī-
uenire, q̄to citius fieri poteſt reſarcire.
Quod ille bene adimpleuit qui ait. Pre
1. Cor. 11. ter illa quæ extrinſecus ſunt, inſtantia
mea cottidiana, ſollicitudo omniū ec-
cleſiarum. Debent tubis clangere, p ter
O ribilē prędicationē. Tubarū alia lignea
Tubę diuerſę. alia terrea, alia cornea, alia ęnea. Tuba
lignea appoſito igne facile adurit. Tu-
ba terrea pcuſſione facile frangit: tuba
cornea de carne procedit, ſed carnē ex-
cedit: tuba ęnea fortis eſt & pcuſſioni-
bus non facile cedit. Propterea tuba li-
gnea bene ſignificat prędicationē illo-
rum qui facile vincunt tentationibus.
Terrea illorū pdicationē qui frangun-
tur aduerſitatibus. Tuba cornea illorū
prędicationem qui tentationes ſuper-
ant. Tuba ęnea prędicationem illorum
qui in aduerſitatibus inuincibiles per
durant. Fiſtulas debēt inflare per blan-
dam conſolationem. Aptum eſt eni vt
aſperitatem & duritiam terroris, blan-
dimentum conſolationis ſequatur: vt
per ſequētem ſuauitatē præcedēs aſpi-
tas temperetur. Has fiſtulas habere iu
bentur prædicatores vbi ſcriptum eſt.
Dicite puſillanimes, confortamini. Ci- Eſa. 35.
tharizare debent per bonam operatio-
nem. Cithara nāq quæ digitis tangi- Cithara
tur vt ſonum reddat, bonam operatio-
nem recte figurat. Hęc cithara ſex ha-
bet chordas: ſex videlicet opera miſeri
cordię. Eſuriui & dediſtis mihi mādu-
care &c. Cantare debēt per laudem &
gratiarum actionem. Semper enim gra
tias debēt agere dn̄o bonorū omnium
largitori. Debent ergo ſancti ſpeculato Epilog9
res in alto ſedere per ſpiritalem cōuer
ſationem, vigilare per circunſpectionē,
circuire p ſollicitudinē, tubis clangere
per prędicationem, fiſtulas inflare p cō
ſolationem, citharizare per bonam ope
rationem, cantare per gratiarum actio-
nem. Et hæc omnia facere debēt die &
nocte. i. in proſperis & aduerſis. Vnde Eſa. 21.
& ipſe Eſaias cui9 hęc ſunt verba quæ
prępoſuimus de ſeipſo dixit. Super ſpe
culam domini ego ſum ſtans iugiter p
diem: & ſuper cuſtodiam meā ego ſum
ſtans totis noctib9. Donec (inquit) ſta
biliat & donec ponat Hieruſalē laudē
in terrā. Primū ponit deus laudē eccle
ſię ſanctę in mundo per gratiam: dein-
de ponit ei laudem in cælo per gloriā.
Sed donec ponat ei laudem in cęlo ne-
ceſſe eſt, ſancti ſpeculatores eius ad cu
ſtodiam vigilent in mundo. Sed quia
niſi domin9 cuſtodierit ciuitatem fru- Pſal. 126.
ſtra vigilat qui cuſtodit eam: deprece-
mur dominum, vt per ſemetipſum nos
cuſtodiat, vt pupillam oculi, quatinus

per gratiam nobis impenſam in tempo
re cum ipſo regnare valeamus in æter
nitate. Quod nobis pręſtare dignetur
Ieſus Chriſtus dominus noſter qui eſt
Deus benedictus.

In purificatione beatę Marię ſemper
virginis, de purificatione mentis.
Sermo.XLI.

P Mala.3. VEniet ad templum ſu-
um dominator quem
vos quęritis: & angelꝰ
teſtamẽti quẽ vos vul
1.Cori.3. tis. Templum dei fr̃es
ſanctum eſt, quod eſtis
vos. Ad hoc templum venit dñs diuer
ſis modis. Venit etenim per creaturaꝝ
contemplationem: venit per ſcriptura
rum lectionem: venit per miraculorũ
operationem: venit per pręceptorũ ſuo
rum prędicationem: venit per internã
aſpirationem: venit per aduerſitatem:
venit per proſperitatem: venit commi
nando mala: venit promittendo bona:
venit mala auferendo: venit bona con
ferendo: venit per cognitionem verita
tis: venit per amorem virtutis. Et eſt
quidem in templo ſuo per gratiam, ſed
venit ad idem templum per maiorem
gratiam, vt det gratiam pro gratia, vt
iuſtus iuſtitiã faciat adhuc: & ſanctus
ſanctificetur adhuc. Quia oĩ habẽti da
bit & abundabit. Nobis aũt poſt acce-
ptã gr̃am voluñtarie peccãtibꝰ, relinqui
tur (vt ipſe dñs ait Iudęis) domꝰ non
iam eius, ſed nr̃a deſerta: & (vt p Hiere
miã ait) Fit ei hęreditas eiꝰ ſicut ſpelũ
ca hyenæ & domus eiꝰ q̃ nos fuimus, q̃
domus or̃onis eẽ debet: qa in cordibus
nr̃is cum debemꝰ adorare & timere: fit
ſpelũca latronũ.i.hitatio dęmoniorũ: q
p furtiuas ſuggeſtiões nos pphanãt, &
Q ptrahũt ad illicitas delectatiões. Cũ au
tẽ dñs iteꝝ exurgit ad miſerãdũ ſyon:
qa tp̃s miſerẽdi eiꝰ, qa vẽit tp̃s: tũc mit
tit ſtrẽnuũ ſuę clientelę famulũ, q p̃pa-
ret viã eiꝰ añ eũ: vt mũdificato & ſan-
ctificato templo quod fuerat contami-
natum & pphanatũ, ſtatĩ ad ip̃m veni-
at dñator quẽ nos q̃rimꝰ, & ãgelꝰ teſta
mẽti quẽ nos volumꝰ. Dñator potẽtia:
angelꝰ gr̃a: dñator in eo ꝙ nos dignatꝰ
creare: ãgelꝰ ꝙ dignatꝰ ẽ nos redimere.

Prę̃mittit̃ ergo ex oĩbꝰ cęleſtis curię ſer Cõſide- ratio culpę.
uiẽtibꝰ & officialibꝰ q̃ſi cuſtos & pcu-
ratrix & ĩpatrix pr̃ia atq̃ mũdatrix tẽ
pli dñi cõſideratio culpę, vt illđ a cun-
ctis ſordibꝰ emũdet ac velut vere cęle-
ſtis regis Thalamũ p emũdationẽ decẽ
ter adornet. Ingreſſa igit̃ conſideratio,
ſeu cognitio culpę videt gẽtes ĩgreſſas
in ſanctuariũ dei de qbꝰ p̃ceperat vt nõ
intrarẽt eccl'iam eius. Videt tẽplum &
oĩa vtenſilia eius polluta & obuoluta,
contaminata & prophanata: tectũ eius
deſuper cum trabibus & tignis & laq̃a
riis, telis aranearum vndiq̃ palliatum
id eſt mentem cum ſuis ſenſibus, affe-
ctionibus & virtutibus velatam per to
tum vanitate turgentis ſuperbię: areã
vero deorſum, ideſt carnem ſtratam lu
to luxurię, medios parietes, id eſt ſer-
mones & actiones vitiorum ſordibus a
ſummo vſq̃ ad imũ ſtercoratos & fœ-
datos. Ibi requieſcunt beſtiæ: habitant Eſa.13.
ſtruthiones, & piloſi ſaltant ibi. Ibi vlu Eſa.34.
læ in ædibus eius: & ſyrenæ volupta-
tis. Ortæ ſunt ſpinæ & vrticę, & paliu-
rus in munitionibus eius. Et facta eſt
domus domini cubile draconum, & pa
ſcua ſtruthionum. Vnicornes deſcen-
dunt cum eis: & tauri cum potentibꝰ.
Non eſt tranſiens per eam: quia onocro
talꝰ & hericiꝰ; & ibis & coruꝰ hĩtãt ibi.
Occurrũt dęmonia onocẽtauris: & pi-
loſus clamat alt ad alterũ. Ibi cubat la
mia, & ĩuenit ſibi reqẽ. Ibi hẽt foueã he
riciꝰ & enutrit catulos, & circũfodit &
fouet in vmbra eiꝰ. Illuc cõgregati ſũt
milui alter ad alterũ. Ibi coruus in ſu-
perlimĩari, & lappa & tribulꝰ ſup aras
eius. His omnibus nihil aliud innui-
tur, niſi peccatorem chriſtianum, ſiue
crudelium ſuggeſtionibus dæmonum,
ſiue reproborũ cõſiliis hoĩm interiꝰ ex
teriuſq̃ corruptũ: & nõ iã dñicę, ſed dę
moniacę magis habitationi mãcipatũ.
Hęc attẽdẽs cognitio, ſeu conſideratio
culpę ingemiſcit, & tabeſcit nõ habens
cõſolatorẽ, nec ĩueẽiẽs cõſolationẽ. Nec
p̃ſumit ſola ſubire ſarcinã tãti negocii:
reminiſcens verborum Salomonis vbi
dicit. Melius eſt duos eſſe ſimul q̃ vnũ, Eccl's.4.
habent enim emolumentum ſocietatis
ſuæ: ſi vnus ceciderit ab altero fulciet̃.



Ibidem. Vęh ſoli, quia cum ceciderit nõ habet
ſubleuantem. Et ſi dormierint duo, fo-
uebuntur mutuo. Vnus quomodo ca-
leſſet? Et ſi quiſpiam pręualuerit cõtra
R vnum, duo reſiſtent ei. Pro his omnibꝰ
iſta prima virtus aliis prę̃miſſa quã cõ
ſiderationem culpę nominamus, omni
um inuocat rectorem deum vt ſibi prę
ſtare dignetur auxilium ad tantũ obſe
quium exequendum. Mittitur ergo ei
cœlitus quædã pediſequa eius: quæ dũ
huiuſmodi res bene geritur eam ſemp
Conſide- ratio pœnę. ſolet comitari, cõſideratio videlicet pœ
næ: & p̃cipitur ei vt opus acceleret &
domũ dñi circa eius aduentum p̃para
re feſtinet. Quę cor hũanũ cœlitus illa
pſa, videt peccatoris ſtipendium qđ p-
meruit iam iãq̃ pſoluẽdũ (ſtipendium
aũt pc̃ti ẽ mors & mors æterna) videt
crudelia tormenta, calores igniũ, & fri
gora niuiũ, famẽ & ſitĩ, terrores & tor-
tores, tenebras, fœtores, vermes & ſi q̃
ſunt ſimilia. Dum ergo cõſideratio cul
pę hinc, cõſideratio pœnæ ĩde, rebꝰ vbi
q̃ agendis vnaq̃q̃ pro ſuo officio ſoler
ter intendit: nequaq̃ vires ſuas ad hoc
negocium rite pagendũ ſolas ſufficere
S prudẽter attendunt: Mittunt̃ ergo eis
Dolor. duo ſatellites curię cœleſtis ſtrẽnui, &
Timor. virtute pleni: dolor.ſ.& timor, eas ĩ hoc
labore perficiendo nõ ſolũ ſeq, ſed etiã
eis obſeq cõſueti: & ĩducit cõſideratio
culpę dolorẽ de pc̃tõ p̃terito: cõſidera-
tio vero pœnæ timorẽ de tormĩto futu
ro. Qui grauẽ ſibi laborẽ inſtare cogno
ſcẽtes, ptricis & ſcopis opꝰ arripiũt & tã
ta (ſi fas eſt dicere) veſania int̃ pietes
debacchant̃, vt niſi moderatrix & gu-
bernatrix oĩm q̃ ocyſſime adcurrat tpa
ta diſcretio, domũ totã nõ iã ſolũ euer
rãt ad q̃rẽdũ qđ erat pditũ, ſed potius
ſubuertãt ad pdendũ qđ ſubſtiterat ad
huc ſaluatũ. Dum enĩ debent opari pec
catoris emendationẽ, ipſe eorũ ĩpetum
ferre non p̃ualens, aliquando pœne p̃-
Diſcre- tio. cipitatur in deſperationem: Mittitur
ergo diſcretio: quæ dicto citius aduo-
lans freno ſui moderaminis, furẽtes co
hibet, moderatur, dirigit & gubernat.
His igitur omnibus ſimul laboranti-
bus & ſeſe viciſſim adiuuantibus: tota
domus dñi ſpurcitia, q̃ vel p cogitatio

nem vel per locutionem, aut per opera
tionem facta fuerat, in vnũ coacta ſter-
quilinium in medium cordis congeri-
tur: vt adhuc accepto conſilio & auxi-
lio diuino modo quolibet egerat̃. Tũc
renouante deo antiqua miracula, per-
cutitur petra cordis & fluunt aquæ in
abũdãtia. Mittit̃ enim ſexto loco ad p̃-
ſignificandã pfectionẽ opis in cor hu-
manum cõpunctio. Quę ab imo cordis Cõpun- ctio.
exurgens ſuo ĩpetu deteſtabilẽ illam &
horrẽdã maſſam ſubleuat, & diſſoluit:
& aliis manũ apponẽtibꝰ totis oĩm vi-
ribꝰ ad oſtiũ pellit̃ vt expellat̃. Tũc de- T
niq̃ vt ſeptiformis ſc̃ti ſpũs gr̃a adeſſe Cõfeſſio
mõſtret̃: Septĩo loco dirigit̃ oſtiaria.i.
cõfeſſio: qua veniẽte & os diu mutũ, &
p diabolũ obſeratũ apiẽte, tota illa ne-
phãda cõgeries eliminat̃. His itaq̃ per-
actis.i. vitiis & pc̃tis expulſis iure hęre
ditario virtutes & bona opa ſuccedũt.
Quibus oĩbꝰ domus dñi adornat̃: & cõ
tra eius ingreſſum emũdata & ornata
decentiſſime p̃parat̃. Et ſtatim venit ad
templum ſanctũ ſuum dñator quẽ nos
q̃rimus, & angelus teſtamenti quẽ deſi
deramꝰ. Celebratur ergo ſolẽnitas ſan
cta purificationis tanto gaudio, vt nõ
ſolum hoĩbus verũ & angelis dei gau-
diũ ſit in cælo ſup vno pc̃tõre pœnitẽ- Luce.15.
tiã agẽte pluſq̃ ſup nonagita nouẽ iu-
ſtis q nõ ĩdigẽt pnĩa. Eia cariſſimi emũ
demus nos ab oĩ inqnamẽto carnis, &
ſpũs, vt ſimꝰ ſine macula & ſine ruga:
quatinꝰ p nr̃am bonã cõuerſationẽ & p
meliorẽ cõuerſiõis cõuerſationẽ ea ge-
ramꝰ ĩ tpe, de qbus lętemur ĩ ęternita-
te. Qđ nobis p̃ſtare dignetur Ieſus xp̃s
dñs nr̃ q eſt deꝰ bñdictꝰ in ſcl'a. Amen.

In purificatione beatę Marię, de pu-
rificatione eccleſię. Sermo. XLII.

IPſe eſt quaſi ignis con V
flãs & quaſi hęrba fullo Mala.3.
nũ. Et ſedebit cõflãs, &
emundans argẽtum: &
purgabit filios Leui: Et
colabit eos q̃ſi aurũ, &
q̃ſi argẽtũ, & erũt dño offerẽtes ſacrifi
cia ĩ iuſtitia. Saluator nr̃ dilectiſſimi no
bis, ad tẽplũ ſuũ veniẽs.i.ſc̃tãm eccl'iam
viſitãs p ſuę diſpẽſationẽ incarnatiõis,
vt eã ſibi exhiberet ſine macl'a luxurię,

& ſine ruga malitię,emũdauit eã ab oĩ
ingnamẽto carnis & ſpũs, ꝑ gr̃am redẽ
ptionis & effectũ iuſtificationis . Quæ
gr̃a vel effectus hic manifeſtiſſime deſi
gnať,cõprehẽdiť,exprimiť: vbi ꝑ ꝓphe
tã ꝓdiciť.Sedebit cõflãs & emũdãs fili
os Leui. Vbi nãq; diciť ſedebit,demon-
ſtrať eius diligẽs intẽtio nos ſaluãtis.
Vbi vero ſubdiť,cõflãs: ãguſtia nr̃ę tri
bulationis,vbi aũt deinde inferť: pur-
gabit filios Leui,effectus nr̃æ iuſtifica-
tionis.Ipſe eſt quaſi ignis cõflans,quaſi
hęrba fullonũ. Dñs quaſi ignis eſt con-
X ſumẽs lignũ,fœnũ,ſtipulam: q̃a grauia
ꝑccata grauiter punit. Eſt etiã q̃ſi hęr
ba fullonũ,quia leuiora leuius puniẽs,
lotis munditiã reſtituit.Et purgabit fi
lios Leui,& colabit eos quaſi aurum &
quaſi argentum . Per filios Leui ſacer-
dotalis dignitas intelligiť. Et ſi ſacer-
dotes colandi ſunt & purgãdi,quid de
cęteris eſt dicendum:cũ iudiciũ incipi
at a domo dei & colabit eos?Metallum
poſtq̃ cõflatum eſt ĩ fornace,vt ſępe vi-
demus ad exemplar terreum qđ lingua
vulgari coclear dicere poſſum⁹ , cui &
ꝑ qđ in vas vel in aliud quodlibet in
ſtrumentum infundendum eſt & infor
mandum ab artifice vice colarii, quoli
bet inſtrumẽto ne carbões ſimul trãſe-
ant interpoſito,traducitur & tranſfer-
tur.Quod totũ ĩ hac ſpirituali purga-
tiõe ꝑfecti⁹ cõpleť.De ſpũali nãq; cõfla
Rom.5. tione ſcriptũ eſt. Tribulatio patiẽtiam
opať,patiẽtia ꝓbationẽ.Et dñs in euan
Ioan.16. gelio.In mũdo ꝓſſurã habebitis. Ad co
Mat.7. lationẽ aũt ꝑtinet qđ ait. Arcta ẽ via q̃
Luc.13. ducit ad vitã.Et itẽ. Cõtẽdite ĩtrare ꝑ
anguſtã portã. Non enĩ ad modicũ ar-
ctať q ex vna ꝑte audit:qđ tibi non vis
alteri ne feceris:& ex altera q̃cũq; vul-
tis vt faciãt vobis hoĩes & vos eadẽ fa
cite illis. Per arctam autem viam duci
tur & ꝑ ſtrictum foramẽ colatur, cui
omne quod delectat niſi ſecundum de-
um ſit,etiam cogitare prohibetur . De
informatione vel conformatione ſic di
2.Cor.3. cit Apoſtolus.Nos omnes reuelata fa-
cie gloriam domini ſpeculantes in ean
dem imaginem tranſformamur,a clari
tate in claritatem tanq̃ a domini ſpiri
tu.Per tribulationem quippe conflati,

& per diſtrictam diſciplinam,quę in ꝓ-
ſenti non videtur eſſe gaudii,ſed mœ-
roris,colati:integritatem & pulchritu
dinem,diuinę imaginis in nobis recipi
mus , qui eam in nobis praue viuendo
miſerabiliter corruꝑramus: & noſtræ
conditionis dignitas ex vaſe contume
lię in vas tranſfertur glorię.Colabit (ĩ
quit) eos quaſi aurum,& quaſi argen-
tum.Quicquid in auro, id eſt ſenſu no Pſal.11.
ſtro & argento,id eſt eloquio commix-
tum eſt ęre,ſtagno,plumbo,camino dei
excoquitur & per diſtrictionem diſci-
plinæ colatur vt ſit igne examinatum,
probatum terrę,purgatum ſeptuplum
Contingit autem cariſſimi ſępenume- Y
ro vt qui in fornacem ſanctę purgatio
nis mittuntur vt probentur,non pro-
bentur,ſed reprobẽtur.Hinc Eſaias po Eſa.1.
pulo Iſrael ait . Argentum tuum ver-
ſum eſt in ſcoriã.Hinc Ezechiel ait.Fi-
li hominis verſa eſt mihi domus iſrael
in ſcoriam.Omnes iſti, æs & ſtannum,
& ferrum,& plumbum,in medio forna
cis ſcoria argenti facti ſunt . Hinc do-
minus ad Hieremiam ait. Probatorem Hieř. 6.
dedi te in populo meo robuſtum & ſci
es & probabis viam illorũ . Omnes iſti
principes declinantes,ambulãtes frau-
dulenter,æs,& ferrum,vniuerſi corru-
pti ſunt.Defecit ſufflatorium in igne:
conſumptũ eſt plũbũ:fruſtra conflauit
conflator:malitię eorum non ſunt con
ſumptę . Argentum reprobum vocate
eos:quia dominus proiecit illos . Poſ- Z
ſunt tamen ęs & ferrum & ſtannum &
plumbum in bona aliquando ſignifica
tione accipi.Æs etenim,quia ſonorum Æs.
eſt apte ſignificat ſonum pręedicationis
Ferrum autem quia per illđ iuſtitia ſo Ferrum
let exerceri, virtutem ſignificat ſeueri
tatis. Stannum etſi argentum non eſt, Stãnum
tamen quia a longe argenti ſuo colore
vł fulgore ꝓſe ferre videť ſilitudinẽ,ꝑt
figurare cuiuſlibet virtutis , vel boni
oꝑris imitationẽ.Dũ enĩ aliq̃s in alte-
ro videt alicui⁹ virtutis fulgorẽ ſplen
deſcere,etſi nõ põt illi ĩ eadem virtute
coęq̃ri:tñ q̃a ſtudet illũ inq̃tũ ꝑt imita
ri,videť velut ſtãnũ q̃tũuis argẽti lõga
ſilitudie aliq̃ tñ ei⁹ imitatiõe decorari.
Plũbũ q̃a põderoſũ ẽ , ſignificat graui- Plũbum



tatem. Sed in hoc loco omnia iſta non
in bona,ſed in mala ſignificatione acci
Æes. pi poſſunt.Æs itaq; propter tinnit⁹ ſui
melodiam , placentem ſignificare po-
Ferrum teſt adulationem. Ferrũ quia ipſo cru-
delia & iniuſta homicidia multotiens
Plũbum fiunt,figurat crudelitatem. Plumbum
ꝑ ſuam põderoſitatem deſignat ſegni
Stãnum tiem.Stannum exprimit virtutis ſimu
Scoria. lationem.Scoria, quę eſt metalli purga
mẽtum, quãlibet ſignificat vitioſitatẽ.
Fratres ne ſimus ęs ꝑ adulationẽ,nec
ferrum ꝑ crudelitatem , nec plumbũ
ꝑ ſegnitiem,aut ſtannum ꝑ ſimula-
tionem: ſed nec ſcoria ꝑ quãlibet vi-
tioſitatem: formidabiliter timeam⁹ qđ
Hieř.6. dicitur.Defecit ſufflatorium ĩ igne,fru
ſtra conflauit cõflator:malitię enim eo
rum non ſunt conſumptæ. Argentum
reprobum vocate eos,quia dominus ꝓ
iecit illos. Hæc omnia nobis terribili-
ter ſunt formidanda.Nos etenim qui ĩ
religione ſumus,nos maxime in confla
torio fornacis ſumus.Cõflatorium nẽ-
pe clauſtrum nobis eſt in quo velut au
rum in fornace,tędio,ſilentio, lectione,
meditatione,oratiõe, ieiuniis,vigiliis,
rigore diſciplinę,debemus a noſtris ꝑc
catis purgari & probari.Conflator prę
latus noſter eſt qui ad nos emẽdandos
continue laborat.Sufflatorium, verbũ
eius eſt & exemplum. Timeamus cariſ
ſimi eius in nobis laborem fruſtrati dũ
incorrigibiles exiſtentes ꝑ eum con-
temnimus emendari: timeamus argen
tum reprobum vocari. Timeam⁹ a do-
mino proiici.Hic eſt quod de reprobo-
Rom.2. & ſuꝑbo dicitur . Dedit ei deus locũ
pœnitẽtię & ipẽ abutiť eo in ſuꝑbiã.
Timeamus ergo ĩ loco humilitatis ſu-
Ecclí.10. ꝑbire:quia initium omnis ꝑccati ſu-
ꝑbia.Ponam⁹ ante mẽtis oculos ver-
ba hodiernę ꝓphetice lectionis, q̃ ſupi-
us continentur vbi de domino dicitur.
Malac.3. Quis poterit cogitare diẽ aduent⁹ ei⁹?
Et q̃s ſtabit ad vidẽdum eum? Ipſe enĩ
quaſi ignis conflãs,& quaſi hærba fulo
lonũ. Qui enim venit & conflať & pur
gat electos ſuos per miſericordiam in
tempore,in fine temporis veniẽs & cõ
flabit minus purgatos per iudiciũ. Vñ
Pſal.100. ſcriptum eſt. Miſericordiam & iudiciũ

cantabo tibi domine:nunc miſericordi
am tunc iudicium.Nam electi imperfe
cti minus purgati ante iudicium,in iu
dicio perfecte purgabuntur. Hinc apo
ſtolus ait. Fundamentum aliud nemo 1.Cor.3.
poteſt ponere præter id quod poſitum
eſt . Si quis autem ſuperędificat ſuper
hoc fundamentum, aurum & argentũ
lapides precioſos , vt videlicet cogitet
ea tm̃ quæ dei ſunt, ſicut faciunt ꝑrfe
cti:lignum,fœnum,ſtipulam:dum diui
ſus cogitat ea quæ ſunt mundi quibus
ſine dolore carere non poteſt,vt faciũt
imꝑrfecti : vniuſcuiuſq; op⁹ manifeſtũ
erit.Quando?In die iudicii.Dies enim
domini,ideſt dies iudicii declarabit:q̃a
in igne reuelabiť:& vniuſcuiuſq; opus
quale ſit ignis probabit. Si cuius opus
manſerit (ſubaudi integrum ) merce-
dem accipiet ꝑrfectionis. Si cuius op⁹
arſerit,in eo videlicet quod ĩ parte co-
gitauit quę ſunt mundi, detrimentum
patietur,ſcilicet & imꝑrfectionis & ar
doris.Ipſe autem ſaluus erit,ſic tamen
quaſi ꝑ ignem. Studeamus cariſſimi,
& ſatagamus pro viribus nũc a domi-
no ꝑ miſericordiam ꝑrfecte corrigi,ne
iudex venturus & ſeculum ꝑ ignem
iudicaturus,ſua iudiciaria ſententia ꝑ
quam etiam quidam electi,ſunt tranſi-
turi & purgandi & colandi inueniat
quod debeat cremari:ſed vt pro ꝑrfe-
cto merito,ꝑrfecto pręmio ab ipſo me-
reamur,tunc coronari:Quod nobis ꝓ-
ſtare dignetur &c.

In ſeptuageſima aut alio pœnitẽtiæ
tempore de plantandis in nobis vir-
tutum ſeminariis:& eiiciendis vitio
rũ radicib⁹ ſũpta parabola,de paradiſi
deliciis. Sermo. XLIII. A

T Vlit dñs de⁹ hoĩm quẽ Gene.2.
formauerat,& poſuit eũ
in paradiſum volupta-
tis. Tropologice.i.mo-
raľr hęc differẽtes cariſ
ſimi dicim⁹ ꝙ hõ a deo
formať qñ iuſtificať: & in paradiſũ poniť
dũ ĩ ſecura iocũditate,ſiue iocũda ſecu
ritate bonę cõſcię collocať. Quid ei me
li⁹ ĩtelligim⁹ ꝑ paradiſũ plenũ voluptate
q̃ mẽtẽ hũanã ex cõfidẽtia bõę conſcię
plenã ſecuritate? Secura.n.mẽs q̃ſi iuge Prou.15.

conuiuium. Nihil ergo rectius accipi-
mus per illam terreſtrem paradiſi glo
riam q̄ bonam iuſti cõſcientiã. De qua
2.Cori.1. & apoſtolus ait. Gloria noſtra eſt teſti
monium conſciẽtię noſtrę. Quid quęq́
aptius figurari dixerim per illius quie
tem optimam q̄ tranquillitatem mẽtis,
& pacem internam? De hac pace popu
lo non in via dei ambulãti, ſed in ĩuio
Baru.3. diaboli errãti: Baruch ait. Si in via dei
ambulaſſes, habitaſſes vtiq́ in pace ſu-
per terram. Nam ſi parentes primi ĩ pa
radiſo præceptũ creatoris tenuiſſent, ĩ
habitatione pacis eius perpetuo quie-
uiſſent. Ita & nunc quicunq́ mandata
dei corde perfecto cuſtodiunt, in pacis
intimę ſecuritate malorũ timore ſubla
to requieſcunt. Non ſolum autem pa-
radiſus terreſtris ſua voluptate, ſecuri
tate, pace, gloria, bonæ conſcientiæ no-
ſtrę ſpiritalia bona ſignificat: verum &
fontis ſui fluuiorumq́ manatione atq́
natatiliũ, ambulatilium, & volatilium
ad alta volantium, ſuaue canẽtiũ mul-
titudine: ac diuerſarum arborum mul
tiplici fructificatione, omniũ quoq́ flo
rum vernantium pulchritudine cõue-
B nienter illa figurat. Significat enim in
Paradiſi nobis fons paradiſi gratiam ſpiritalem:
amœna. quatuor flumina, quatuor principaliũ
virtutum exercitationem: natatilia eo
q́ piſces in aq̄s hincinde fluctib⁹ q̄ſſa-
ti natando laborant, laborioſum boni
operis exhibitionem: ambulatilia no-
ſtrę iuſtitię incrementum & perfectio-
nem: volatilia per volatum diuinã cõ-
templationem, per cantum, laudem &
Arbo- gratiarũ actionem. Arbores quoq́ mul
res. tiplici fructificatiõe & flores varia pul
chritudine virtutum in nobis figurãt
vtilem decorem & opinionẽ. Olea mi-
ſericordiam ſignificat, vt ex diuerſis ſa
crę ſcripturæ paginis poteſt intelligi.
Eſt autem olea nomẽ ipſius arboris cu
ius fructus oliua vocatur. Inde eſt diſti
chon cuiuſdem verſificatoris. Arboris
eſt olea fructus eſt nomen oliua. Hinc
oleum liquor expreſſus: fæx cui⁹ amur
ca. Vitis ſignificat ſapientiam. Chriſt⁹
Ioan.15. etenim qui eſt dei ſapientia dixit. Ego
ſum vitis vera. Sed & vinum modice
Ficus. ſumptũ acuit ingeniũ. Ficulnea ꝑpter

dulcorem & ſuauitatẽ ſui fructus, dul
corem & ſuauitatem deſignat internã.
De qua ſcriptum eſt. O q̄ bonus & ſua Sapi.12.
uis eſt domine ſpiritus tuus in nobis.
Et ſapientia. Spũs meus ſuper mel dul Eccl.24.
cis, & hęreditas mea ſuper mel & fauũ.
Et Pſalmiſta de ſuauitate. Memoriam Pſal.44.
abundantię ſuauitatis tuę eructabunt
Et de dulcedine. Q̄ȝ dulcia faucib⁹ me Pſal.118.
is eloquia tua ſuꝑ mel ori meo. Lignũ Lignum
ſcientię boni & mali exprimit obedien ſciẽtię.
tiam. In ipſa nempe ſi eam ſeruam⁹ bo-
num experimur, ſi tranſgredimur ma- C
lum. Lignum vero vitę charitas eſt. Li- Lignum
gnum etenim vitæ vitam hominis ſa- vitæ.
nam & incolumẽ & immortalem ſem-
per conſeruaſſet ſi de ipſo ſemper ho-
mo comedere potuiſſet. Inde ẽ q́ poſt q̄
peccauit Adam de eo ſcriptum eſt. Ne Gene.3.
forte mittat manum ſuã & ſumat etiã
de ligno vitæ & comedat & viuat inę-
ternum: Emiſit eum dominus deus de
paradiſo voluptatis. Quẽadmodum er
go lignũ vitę (vt ſupra dictũ eſt) ĩmor
tale cõſeruaſſet corpus humanũ: ita &
caritas dũ poſſidet immunem a morte
peccati humanũ cuſtodit ſpm̃. Palma Palma.
manib⁹ victorũ ferri ſolebat & ideo vi
ctoriã ſignificat. Quęlibet autem arbor
aromata ſua redolẽtia bonã famã deſi Aroma-
gnat. Sic & roſa ꝑ ruborẽ paſſionẽ vel ta.
cõpaſſionẽ. Liliũ ꝑ candorẽ caſtitatem. Flores.
Viola ꝑ defectionẽ floſcli & capitis ſui
ad ima humilitatẽ figurat. Non mire-
ris ſi ſupradictę arbores ĩ paradiſo ter
reſtri, vel etiam q̄libet aĩalia aut vola-
tilia eẽ dicant. Nã de arborib⁹ ſcriptũ
eſt. Plãtauerat aũt dñs de⁹ paradiſũ vo Gene.2.
luptatis a principio in quo poſuit ho-
minẽ quẽ formauerat. Produxitq́ dñs
de⁹ de humo. ſ. ꝑadiſi oẽ lignũ pulchrũ
viſu & ad veſcẽdũ ſuaue: lignũ etiã vi
tę ĩ medio ꝑadiſi: lignũ ſciẽ boni & ma
li. Vbi enĩ oẽ lignũ pulchrũ viſu & ad
veſcẽdũ ſuaue in paradiſo fuiſſe dicit,
nullũ lignũ defuiſſe videt. Et de aĩalib⁹
& volatilib⁹ poſt q̄ dñs Adam poſuit ĩ
paradiſum, ita ſcriptũ ẽ. Formatis dñs
deus cunctis aĩantib⁹ terrę, & volatili-
bus celi adduxit ea ad Adam vt vide-
ret quid vocaret ea. Nec enĩ credendũ
videt ea Adã extra ꝑadiſũ lõge q̄ſitum



ſi eorum vti miniſterio voluiſſet: ſed de
prope accepturum. Myſticis ergo diui-
tiis atq́ deliciis ſupra deſcriptis mens
iuſtorum conſerta, conferta & redimi-
D ta dignoſcitur. Cui mens impiorum ſi-
ne conſcientia valde diſſimilis eſt. Nã
vt Paulus dicit. Inquinatę ſunt eorum
mens & conſcientia. Hinc Salomõ ait.
Proũ.24. Per agrum hominis pigri tranſiui & ꝑ
vineam viri ſtulti: & ecce totum reple-
uerant vrticę, operuerant ſuperficiẽ ei⁹
ſpinę: & maceria lapidũ deſtructa erat.
Quaſi diceret. Vitam negligẽtis homi
nis conſideraui & mentem eius quã vr
ticæ & ſpinæ replent: quia in corde ne-
gligentis, prurientia terrena deſideria
& punctiones pullulant vitiorũ & mu-
nimina virtutum perdidit. Non ſolum
autem in agro pigri, in vinea ſtulti vr-
ticæ & ſpinæ quæ hic deſcribunt oriũ-
tur, ſed & multæ inutiles arbuſculæ, &
hęrbę noxię, videlicet tribuli, vepres, ru
Tribuli. bi, lappæ, cicutę & multa ſimilia. Tribu
li ergo eo q́ minus duros aculeos ha-
beant & non valde vulnerando lędant,
cuiuſlibet amaritudinis prauę tribula-
Spinæ. tionem recte deſignant. Spinæ quæ du-
riores habent ſtimulos & acrius pun-
gunt, grauiorem cordis rancorem con
Vepres. grue figurant. Vepres quoq́ quia lace
rando vulnerant rixarum & contentio
num exacerbationem ſciſſionemq́ apte
Rubi. ſignificant. Rubi etiam qui duriſſimos
habent aculeos, ac grauiſſime vulnerãt
& cruentãt, crudelitatis immanitatem
Vrtica. exprimunt. Vrtica quia digitos tangẽ
Lappa. tis ſæpe perurit ſignificat libidinẽ. Lap
pa quia dum veſtibus aut capillis inii-
citur tenaciter eis inhæret, figurat te-
Cicuta. nacitatem. Cicuta deniq́ quia ĩtus eſt
inanis & vacua, & foris odore fœtida,
inanem gloriã & malam exprimit opi-
nionem. Per vrticas aũt & ſpinas quas
Salomon ſupius ſolas & nominatim po
ſuit, omnia vitia carnis & cordis ſigni-
ficantur. Nã libido quæ per vrticas ex-
primitur, ſignificare poteſt omia vitia
carnis: rancor vero qui per ſpinas intel
E ligitur omnia vitia cordis. Nõ ſint ca-
riſſimi nobis in noſtrarũ horto delicia
rum, nõ ſint inquã tribuli per q̄libet
vel leuiſſimam prauę amaritudinis tri-

bulationem, non ſpinæ per rancorẽ, non
vepres per exaſperationẽ, nõ rubi quos
quidem etiam ſcorpiones vocant, per
crudelitatem. Non ſint vrticæ per libi-
dinem: nõ lappæ per tenacitatem, nõ ci
cutæ per fœtidam opinionem, nõ deni
q́ quælibet arbuſcula inutilis aut hær
ba noxia per q̄libet vitioſitatem. Enĩ
uero ſit in noſtro paradiſo olea per mi-
ſericordiam, vitis per ſapientiam, ficul-
nea per dulcedinem internam, lignum
ſcientiæ boni & mali per obœdientiam,
lignum vitæ per caritatem fraternam,
palma per victoriã, quęlibet arbor aro-
matica per bonã famã. Sit in eo roſa per
paſſionẽ vel certe cõpaſſionẽ, lilium per
caſtitatẽ, viola ꝑ humilitatẽ: omnis de-
niq́ arbor bona floſq́ pulcherrim⁹ per
cuiuſlibet virtutis fructificationẽ, pul-
chritudinem & opinionem. Hunc para
diſum cariſſimi totis viribus exercea-
mus: omni diligentia cuſtodiamus. Ex-
erceamus operatione, cuſtodiamus cir-
cũſpectione, quia ſcriptũ eſt. Vt opera- Geñ.2.
retur & cuſtodiret illum. Timendũ q̄p
pe eſt nobis ne ſerpens veniat, pomũ ꝑ
tendat, Euam in nobis ſeducat, Adam
corrumpat: & de paradiſo eiici faciat.
Hinc Apoſtolus ait. Timeo ne ſicut ſer 2.Cor.11.
pens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita cor-
rumpantur ſenſus veſtri, & excidant a
ſimplicitate quæ eſt in Chriſto. Serpẽs
diabolus, Eua caro, pomum delectatio
terrenorum. Quemadmodum autẽ ſer
pens Euam pomo decepit: ſic diabolus
inſenſatam carnem terrena delectatio-
ne illicit & ſeducit. Et ſicut Eua Adam
induxit ad eſum pomi, ſic nonnunq̄ ca
ro ſpiritum trahit ad conſenſum pecca
ti; & ſic vterq́ de paradiſo, id eſt de ſta-
tu boni ſui eiicitur: quia & ſpiritus af
fligitur per malam conſcientiam: & ca
ro punitur per pœnam. Mentem ergo
noſtram & conſcientiã dilectiſſimi non
ſolum exerceamus ſed & cuſtodiamus.
Non enim deerit tentator, nõ deerit tẽ
tatio. Operemur igitur & cuſtodiam⁹
in tempore, vnde gloriemur in æterni-
tate. Quod nobis præſtare dignetur Ie
ſus Chriſt⁹ dominus noſter: qui eſt de⁹
benedictus in ſecula. Amen.

¶In medio quadrageſimæ de Hieruſa-
lem pro ſancta eccleſia per allegoriam
F ſumpta. Ser. XLIIII.
In ĩtroitu. LÆtare Hieruſalẽ & cõ
uentum facite oẽs qui
diligitis eam. Hieruſa-
lẽ cariſſimi ciuitas ſan
cta & ciuitas ſancti, ſan
cta eccleſia eſt quæ ſpõ
ſa dei eſt ſicut ſacra ſcriptura teſtatᷣ di
cens in Apocalypſi angelo ſancto Ioan-
Apo.21. ni loquente. Veni oſtendam tibi ſpon-
ſam vxorem agni. Et ſuſtulit me in ſpi-
ritu in montem magnũ & altũ & oſten
dit mihi ciuitatem ſanctam Hieruſalẽ
deſcendentem de cælo a deo habẽtẽ cla
Ephe. 4. ritatem dei. Et apoſtolus. Viri diligite
vxores veſtras ſicut & Chriſtus dilexit
eccleſiam & ſeipſum tradidit pro ea vt
illã ſanctificaret, mũdans lauacro aquæ
in verbo vitæ: vt exhiberet ipſe ſibi glo
rioſam eccleſiam non habentem macu-
lam aut rugã, aut aliquid huiuſmodi:
ſed vt ſit ſancta & ĩmaculata. Ita & viri
debent diligere vxores ſuas vt corpo-
G ra ſua. Et poſt pauca. Sacramẽtum hoc
magnũ eſt. Ego aũt dico ĩ Chriſto & in
Eccl'ia. eccleſia. Sancta aũt eccleſia recte de cæ-
Iacob.1. lo deſcendere dicitur quia oĩe datum
optimũ & omne donũ ꝑfectũ quo eam
ſponſus ipſius Chriſtus ab omni macu
la & ruga ſanctificãdo iuſtificat, deſur-
ſum eſt deſcẽdens a patre luminũ. Quę
& claritatẽ dei habere ꝓhibetᷣ: quia cla-
ritatẽ quã habet ſpõſus eius ꝑ naturã,
dat ei habere ꝑ gratiam: non ꝑ ple-
nitudinem ſed ꝑ plenitudinis parti-
cipationem. Et ipſa quidẽ ſancta eccle-
ſia partim eſt in cælo partim in mũdo.
Ibi velut in patria: hic vt ĩ exilio. Ibi re
gnans: hic ꝑegrinans. Et celebrantur
nuptię vtrobiqꝫ, hic in fide, ibi in cõtẽ-
1.Cor.3. platiõe. Hic in ſpe, ibi in re. Videmꝰ eñ
nunc ꝑ ſpeculũ in ęnigmate tunc aũt fa
cie ad faciem. Nũc cognoſcimus ex par
te: tũc cognoſcemus ſicut & cogniti ſu
mus. Cum eñ venerit qđ ꝑfectum eſt
euacuabitᷣ qđ ex parte eſt. Hic ĩ nuptiis
ꝓpinatᷣ vinũ gratiæ: ibi ꝓpinatur vinũ
gloriæ. Vinum gratię ad iuſtificationẽ:
vinum gloriæ ad beatitudinem. Et li-
cet ſanctam eccleſiam ita ſecundum ſta
tus diuerſos credulitatis ſcilicet & vi-
ſionis, ſpei & rei, iuſtificationis & beati
tudinis, gratiæ & gloriæ, diſtingamus:
vt ĩ exilio ſit filia, in regno mater: quẽ-
admodum ſcriptum eſt. Illa aũt Hieru Gala.4.
ſalem quę ſurſum eſt libera videlicet a
tentationibus, tribulationibus & mor-
talitate: quę eſt mater omnium noſtrũ:
licet inquã ſic diſtingamꝰ vna eſt tamẽ
vxor agni: ſpõſa Chriſti: ſicut ſcriptum
eſt. Vna eſt columba mea, ꝑfecta mea. Cant.6.
Vna prædeſtinatione, nondũ vna glori
ficatione. Columba puritate ſimplicita
tis, ꝑfecta conſummatione virtutis.
Hæc igitur verba quæ in principio po
ſuimus, lætare Hieruſalem & conuen-
tum facite, oĩes qui diligitis eam: quæ
ſunt verba conſolatoria, non illi dicta
videntur, quæ ſurſum in regno cũ ſpõ-
ſo iam gloriatᷣ: ſed ei quæ adhuc ab eiꝰ
viſione in ærumna ſeculi præſentis lõ-
ge ꝑegrinatur. Lętare Hieruſalẽ. Qua
ſi ꝑ conſolationẽ ꝑegrinanti dicere
tur. Hieruſalem quæ adhuc in mundo
ꝑegrinaris: tẽtationibus fatigaris, ad
uerſitatibus ꝓbaris, ꝑſecutionibꝰ exer-
ceris, mortalitate ꝓmeris: lætare in ad-
uerſis quaſi ſciens: Qꝫ licet is qui foris 2.Cor.4.
eſt homo corrumpatur, tamen is q intꝰ
eſt renouatur de die in diem. Id eñ qđ Ibidem.
in ꝓſenti eſt momentaneũ & leue tribu
lationis noſtræ ſupra modũ in ſublimi
tate ęternũ glorię pondus operatur in
nobis, non contemplantibus nobis quæ
videntur, ſed quæ non videntur. Læta-
re, qa non ſunt condignæ paſſiones hu Roma.8
ius temporis ad futuram gloriam quæ
reuelabitur in nobis. Lętare ergo ꝓ die
bus quibus humiliaris, annis quibꝰ vi-
des mala, quia quanto grauior pugna,
tanto maior eſt corona. Et conuentum H
facite omnes qui diligitis eam. Conuen Conuentus.
tus fratres quotiens pro bono & bene
fit materia eſt exultatiõis, occaſio gau-
dii & incitamentũ lætitię maxime hoc
in loco ſiue negocio, quo filiis ſuadetᷣ,
vt conueniant, matri congaudeant: ma
tri inquam quæ eos ĩ baptiſmo genuit:
ac diuinorum teſtamentorum doctri-
na ſuaui velut vberum ſuorũ lacte nu-
triuit. Vbi autem ad malum ꝑpetran
dum fit conuentus multorum multo-



tiens malorum cauſa fit & effectus. Et
de huiuſmodi conuentu Paulus ſic di-
1.Cori.11. cit. Conueniẽtibus vobis in vnum, iam
non eſt dominicam cœnam manduca-
re. Vnuſquiſqꝫ enim ſuam cœnam prę-
ſumit ad mãducandum: & alius quidẽ
eſurit alius autẽ ebrius eſt. Et poſt pau
Conuenticula. ca. Laudo vos, in hoc non laudo. Hinc
dominus ꝑ Pſalmiſtam, de inique con
Pſal.xv. uenientibus dicit. Non congregabo cõ
uenticula eorũ de ſanguinibus. Iniquo
rum eſt ſegregare ſe a conuentu iuſto-
rum & facere de ſe conuenticulum, vel
conuenticula, vt bini vt terni cõgrega
ti nihil aliud ſtudeant niſi dictis abſen
tium rodere vitam, vel in alios vel etiã
in ſuimet ꝑniciem aliqua praua ma-
chinari. Huiuſmodi autem conuẽticu-
la multis modis fiunt vel potius mul-
timoda ſunt huiuſmodi conuenticula.
Alia namqꝫ ſunt vanitatis vt conuenti
cula ludẽtium: alia loquacitatis, vt ver
ba ocioſa, & ſuꝑflua & ſcurrilia & tur
pia proferentium. Sunt etiam alia con
uenticula detractionis, alia contentio-
nis, alia ſeditionis, alia comeſſationis &
potatiõis, alia luxuriæ & turpitudinis,
alia deniqꝫ cuiuſlibet prauitatis. Nos
ergo cariſſimi nequaq̃ conuẽticula ve-
lut iniqui faciamus: quia ſi conuẽticu-
la de ſanguinibus, id eſt de peccatis ꝑ
ꝑtrandis facimus, a domino ſicut audi
tis non cõgregamur. Faciamus autem
Heb.x. conuentum: vt ſecundum apoſtolũ cõ-
ſideremus inuicem in prouocationem
caritatis & bonorum operum non deſe
rentes collectionem noſtram ſicut con-
ſuetudinis eſt quibuſdam. Faciamus cõ
uentum vt ſimus omnes pariter in vna
fide, in vna dilectione, in vna exercita-
tione virtutũ, in vna exhibitione bono
rum operum. Sed quoniam huiuſmodi
conuentus ab omnibus chriſtianis etiã
laicis & coniugatis generaliter exigun
tur aliquomodo: nos qui in congrega-
tione conſiſtimus conuentum diligen-
tius & ſpecialius faciamꝰ vnde eorum
meritum vt iuſtum eſt tranſcendamus
I & excellentius a domino ꝓmium perci
Sex conueniẽdi loca. piamus. Sex itaqꝫ ſunt loca in quibꝰ cõ
uentum debemus facere, conuentumqꝫ
tenere: ſcilicet in refectorio, in labore, ĩ
clauſtro, in choro, in dormitorio, in ca-
pitulo. In refectorio dum conuentũ fa-
cimus duplicem fructum acquirimus:
quia ibi reficitᷣ corpus & ſpiritus. Cor
pus cibo, ſpiritus diuino eloquio. In la
bore triplicem fructum acquirimꝰ. Ibi
etenim fructum habemus honeſtæ oc-
cupationis, fructum exercitationis, fru
ctum vtilitatis. Fructum occupationis
habemus, quia dum labori intendimus
ad nulla inutilia vagamur. Fructũ exer
citationis ibidem percipimꝰ quo ſanio
res efficiamur. Habemus fructum vti-
litatis, quia labor noſter in domino nõ
eſt inanis. In clauſtro fructũ accipimus
pacis & ſilentii. De quo ſcriptum eſt.
Erit opus iuſtitiæ pax: & cultꝰ iuſtitiæ Eſa.32.
ſilentium & ſecuritas vſqꝫ in ſempiter
num: & ſedebit populus meus in pul-
chritudine pacis, & in tabernaculis fi-
dutiæ & in requie opulenta. Habemus
quoqꝫ in clauſtro fructũ lectionis & me
ditationis. Fructum deuotionis & ora-
tionis, fructũ contemplationis & com-
punctionis. Ibi præceptis maiorum in-
ſtruimurᷣ: exemplis informamur, incita
mur monitis. In choro autem habemus
ꝑ recitationem lectionum fructũ eru
ditionis. In pſalmis vero & hymnis &
canticis ſpiritalibus fructũ diuinę lau-
dationis. Sane fructu diuinæ laudis ſo
ciamur angelis, dũ officium qđ illi cõ-
plent in cælis non exercemus in terris:
& impletur per illos pariter & nos qđ
ſcriptum eſt. Confeſſio eius ſuꝑ cælũ Pſal.148
& terram. In dormitorio vero fructum
capimus quietis corporalis. Sunt quo-
qꝫ qui illic percipiunt non tm̃ quietem
corporis ſed & guſtum boni ſpiritalis.
Aliquando quippe mens eorũ dulcedi-
nem internam ibi ſentit dormiẽdo: quã
ſentire non poteſt vigilando. Quidam
etiam alios fructus & vtilitatem ibidẽ
accipiũt vigilando, orando, peccata ſua
plorãdo: & ipletᷣ in eis Dauidicũ illud:
Lauabo ꝑ ſingulas noctes lectũ meum Pſal.6.
la. m. ſtra. m. ri. In capitulo deniqꝫ cõuẽ Capituli bona.
tum facimus vt noſtras negligentias &
tranſgreſſiones emendemus. Capitulo
igitur omnes debent intereſſe quicũqꝫ
correctioni & emendationi volunt ſub
eſſe. Sed ſunt quidam in religione q in

morem equorũ emiſſariorũ incraſſato-
rũ, laſciuientiũ, & manum ſtabularii ſi
mum tergentis & eos procurantis non
ſuſtinentium: vel de minimis leniter in
crepari non patiuntur: ſed velut equi
indomabiles in magiſtros qui eos caſti
gare & emendare vel a peccatis emun
dare debẽt effrenate nimis inſaniũt. Fu
roribus etenim impatientię arrepti, mi
narum & contumeliarum morſibus in
eos debacchantur. Quid autem de tali
bus agere debeat ſanctus prælatus qui
ſtabularius domini eſt Pſalmiſta decla-
Pſal.31. rat vbi dixit. In chamo & frẹno maxil-
las eorum conſtringe: qui non approxi
mant ad te. Per chamũ & frẹnum mino
ra & maiora dei præcepta figurantur.
Qui ergo rationabilibus caſtigationi-
bus rationabiliter & voluntarie nõ ac-
quieſcunt: diuinorũ p̃ceptoꝝ authori-
tatibus velut equi & muli chamo & frę
2.Ti.3. no arctius conſtringendi ſunt. Omnis
enim ſcriptura diuinitus inſpirata vti
lis eſt, ait apoſtolus, ad docendum, ad ar
guendum, ad corripiendum, ad erudiẽ-
dũ in iuſtitia: vt perfectus ſit hõ dei ad
L omne opus bonũ inſtructus. Sunt autẽ
Eq feri. equi tantæ feritatis quidã & impatien
tiæ vt dum ferrantur vel curãtur cha
mo vl' frẹno nequaq̃ poſſint teneri. Hu
iuſmodi equoꝝ labiũ broie. i. ferramen
to conſtrictoꝝ inducitur, vt eius diſtri
ctione quieti teneantur. Qđ bene in qᵃ-
buſdam typice geritur quia propter ni
miam eorum inſolentiam cibus aut po
tus eis minuitur, vel ſilentium eis con
tinuũ imponitur. Superborum etenim
contumacia graui ſententia feriẽda eſt:
Eſa.26. ne ſi miſereamur impio non diſcat face
re iuſtitiam & in terra ſanctoꝝ inique
gerens nõ videat gloriam domini: ſi nõ
1.Cor.4. magis tradatur Satanæ in interitũ car
nis. i. aſperrimę ſententię eius carnali-
tati aduerſanti & contrariæ: vt vel ſo-
la vexatione ĩtellectum dante auditui:
ſpiritus ſaluus fiat in die domini. Quã
videlicet ſententiam ſi ferre recuſaue-
rit etiam ſi non abſceſſerit de ſocietate
M proiiciatur. Nec hoc fit crudeliter ſed
miſericorditer: ne contagione peſtifera
plurimos perdat. Nec iſta dicimus fra-
tres vt minus perfectorum imbecillita-

tem tolerandam eſſe denegemus: ſed in
domo dei ſic exercendum eſt iudicium,
ſic exercenda iuſtitia ne inſolentiũ ſu-
perbia modo quolibet toleretur: neue
imperfectorum imbecillitas vllo modo
pręgrauetur. Sunt & alii per gratiã dei
in religiõe velut roncini aut aſini one-
riferi & laborioſi, qui ab aliis clamati
vel etiã voluntarie proſtrati de ſuis ne
gligentiis ſponte veniam poſtulant, &
humiliter ac patienter eas emendant.
Sunt & alii in domo dei cæleſti gratia
ditati: qui etiam iniuſte clamati lætan
ter ſe proſternunt, & iniurias tacite ꝓ
Chriſto ſuſcipiunt. Tam autem culpas
ſponte emendantibus q̃ iniurias patiẽ-
ter ſuſcipientibus vox illa Pſalmiſtę cõ
uenit vbi dicit. Ego autẽ in flagella pa- Pſal.37.
ratus. Et alibi. Vt iumentũ factus apud Pſal.72.
te: & ego ſemper tecum. Tenuiſti manũ
dexteram meam & in voluntate tua de
duxiſti me. Soli tamen apud deum glo
riam acquirunt qui iniuſte flagellati ĩ-
iurias tacite ſuſcipiunt. Vnde Petrus.
Hæc eſt (inquit) gratia, ſi propter con- 1.Pet.2.
ſciẽtiam dei ſuſtinet quis triſtitias pa-
tiens iniuſte. Quę enim gratia eſt ſi pec
cantes & colaphizati ſuffertis? Sed ſi be
ne facientes patienter ſuſtinetis hęc eſt
gratia apud deum. In hoc enim vocati
eſtis quia & Chriſtus paſſus eſt pro no
bis vobis relinquens exemplũ vt ſequa
mini veſtigia eius. Qui peccatũ non fe-
cit nec inũentus eſt dolus in ore eius.
Qui cũ malediceretur nõ maledicebat.
Cum pateretur, non cõminabatur. Tra
debat autẽ ſe iudicãti iniuſte. Primi er N
go q̃diu incorrepti perſiſtunt pẽdẽt in
cruce latronis blaſphemantis: ſecundi
dũ corriguntur in cruce latronis veniã
poſtulantis: tertii qui propter deũ tan
tũ ſuſtinent in cruce Chriſti innocẽter
patẽtis. Primis ſi nolint corrigi ꝓpter
ſuperbiam imputatur culpa: ſecũdis ꝓ-
pter humilitatẽ datur indulgentia: ter
tiis propter innocentiam augetur gra-
tia. Igitur in capitulo cariſſimi conuẽ- O
tum faciamus: vt culpas noſtras corri-
gamus, immo iniuriam accipiamus. Vi
temus conuenticula, faciamus conuen
tum. Faciamus cõuẽtũ vt ſimus vnani
mes in fide, caritate, opatione, recte cre



dendo, ſyncere diligendo, ſancte viuen-
do. Faciamus conuentum in refectorio,
ſimul comedendo. In labore q̃ ad ipſum
pertinent ſimul exercẽdo. In clauſtro ſi
mul ſedendo. In choro ſimul canẽdo. In
dormitorio ſimul quieſcẽdo. In capitu
lo noſtras culpas corrigendo. Faciam⁹
conuentum in tempore vt ſuperno bea
torũ conuentui iungi mereamur ĩ ęter
nitate. Quod nobis p̃ſtare digneť. &c.

¶De cella vinaria per allegoriam
P accepta pro eccleſia. Ser. XLV.

Cant.2. INtroduxit me rex ĩ cel
lam vinariã, ordinauit
in me caritatem. Cella
vinaria cariſſimi nobis
ſancta eccleſia eſt: ſingu
læ fideles animæ ſingu
la dolia. Cella a celando dici videtur. In
ea quippe celantur quælibet neceſſaria
ſiue vtilia ab oculis & a tactu alienorũ
ſiue furũ. Sãcta igitur eccleſia recte cel-
la vocatur quia in ipſa & per ipſam di-
uinum arcanum & cęleſte ſacramẽtum
ab immunda multitudine celatur ſicut
Matt.7. ſcriptum eſt. Nolite ſanctum dare cani
bus: & nolite ſpargere margaritas ante
Q porcos. Dolium quoq̧ a dolando recte
Dolium vocatur. Dolium ergo quælibet fidelis
anima congrue nominatur, quæ tenta-
tionum & perſecutionum dolationib⁹
ad continendum gratię cęleſtis liquorẽ
paratur & aptatur. Sed & aſſeres aut
tabulæ illæ in quibus dolium conſtrui
tur, bene virtutes nobis datas per natu
ram figurant: & circuli ſuperadditi qᵃ-
bus tabulæ conſtringũtur, virtutes no-
bis datas per gratiam apte ſignificant.
Quẽadmodũ enĩ illæ tabulæ niſi circu
lis conſtringuntur vinum non cõtinẽt
ſic virtutes naturales niſi virtutibus q̃
per gratiam nobis ſuperadduntur adiu
uantur, cæleſtia dona continere non va
lent. Duo etiam fundi anterior & poſte
rior ſenſualitatem & rationalitatem
deſignant. Anterior quippe qui verſus
lumen eſt & patet, ſenſualitatem: Poſte
rior vero qui verſus parietem eſſe ſolet
& latet, abſconditam & latentem ſigni
ficat rationalitatem. Porro ſuperior ap
tura per quã vinũ infundiť cõueniẽter
intelligiť mẽtis ĩtelligẽtia: vinũ qđ ex-

trahiť, gr̃a. Deniq̧ duciculus. i. foramẽ
ꝑ qđ vinũ educiť vt diſpẽſeť & ꝓpineť:
eſt eloquẽtia vl' opatio bona. Sicut aũt
ſunt quędã dolia cõtinentia vina dura
& auſtera: q̃dã vero dulcia & ſuauia: ſic
quędã fideles & ſanctę aĩæ ſunt in ver-
bo & facto ſeueriores & fortiores: quę-
dam vero mitiores & remiſſiores. Sane R
quatuor ſunt q̃ ſpecialiter ĩ vino diſcer
ni poſſũt, videlicet ſapor, odor, pulchri
tudo ſiue color & vigor. Spiritalis ita-
q̧ vini de quo loquimur, ſapor percipiť
& cognoſcitur in doctrina: odor in fa-
ma: pulchritudo in decore boni exẽpli:
vigor in rigore recti iudicii. Ad ſaporẽ
ꝑtinet qđ Pſalmiſta dicit. Q̃ dulcia fau Pſal.118.
cib⁹ meis eloqa tua ſuper mel ori meo.
Ad odorem qđ Paulus ait. Chriſti bo- 2.Cor.2.
nus odor ſumus in omni loco. Ad pul-
chritudinem ſpectat, qđ idẽ alibi dicit.
Nox præceſſit dies autem appropiqua- Rom.13.
uit ſicut in die honeſte ambulem⁹. Ad
vigorem qđ Pſal. canit dicens. Feci iu- Pſal.118.
dicium & iuſtitiam, non tradas me ca-
lumniantibus me. Vinum autem non- S
nunq̃ quãto eſt fortius, tãto aceſcit fa-
cilius & meli⁹. Sic & viri ſancti quãto
ſunt in bonitate fortiores: tãto fiũt cõ-
tra delinquẽtes mordaciores. Bonũ ita
q̧ eſt vinũ ſed carius eſt acetũ: qa bona
eſt lenitas mãſuetudinis: ſed ſalubrior
eſt aliquotiẽs vigor ſeueritatis. Hinc ꝑ
ſapientiã diciť. Qui arguunt laudabun Prouẽ.24.
tur. Et alibi. Verba ſapientiũ ſicut ſti- Eccl's.12.
muli & quaſi claui in altum defixi. Hic
eſt quoq̧ ꝙ ꝓpheta poſtq̃ eũ ſpũs dei ĩ
altũ leuauit amarus indagatione ſpũs
ſui abiit, quia quanto quiſq̧ ꝑ ſpũm dei
ſublimi⁹ attolliť: tãto ampli⁹ cõtra de-
linquẽtes ĩdignať. Hic eſt deniq̧ ꝙ ĩ ta Exod.37.
bernaculo dñi fuiſſe deſcribũť acetabu
la: qa ꝓpter deliquẽtes, ĩcrepatio modis
oĩb⁹ ẽ neceſſaria. Quę ſi ſubtrahať, tinea
pc̃ti totũ corp⁹ bonitatis paulatĩ corrũ
pit & demoliť. Per muſtũ aũt qđ in do- T
lio feruet, donec pareť & purgeť qđ re
cti⁹ accipim⁹ q̃ gratiã vel vitã Neophy
toꝝ ac pœnitẽtiũ, q diuerſarũ cogita-
tionũ & affectionũ ęſtib⁹ agitanť: donec
cõſcia purificata & clarificata ac pacifi
cata qeſcãt. Q̃uis. n. gr̃a cæleſtis velut
dulce vinũ dolio hũanæ mẽti ſuauiter

diuinitus infundatur:& ab ipſa mente
gratanter ac iocunde ſuſcipiatur:mira
biliter tamen ipſam mentē gratia ſuſce
pta grauat dum eam vl' per memoriam
peccatorū amaricat,vel ad ſatiſfaciēdū
& ad bene viuendum ſtimulat,vrget &
ſollicitat:quemadmodū de beato Ioan-
Apo.10. ne legimus ꝙ liber quem ad comeden-
dū cęlitus accepit in eius ore ſicut mel
dulcis fuit, ſed ventrem eius amarica-
Eccl's.1. uit.Nam vt ait Salomon.In multa ſa-
piētia multa eſt indignatio: & qui ad-
dit ſcientiam addit & dolorē.Recte er-
go per feruorem muſti bullientis deſi-
gnatur angor & feruor animę pœnitē-
tis,& ad emēdationem totis virib⁹ eni-
V tentis. Per dolia vero vel vaſa ferrata,
quid conuenientius intelligimus q̄ il-
lorum vitam aut conuerſationem qui
poſt conuerſionem,clauſtralis diſcipli-
næ vinculis mancipantur: vt eius rigo
re conſtricti virtute & opere fortiores
in poſterum efficiantur?Qui inibi clau
ſi velut muſtum abſq; ſpiraculo cōſtri-
guntur:quia ad ea quæ ſecundum car-
nem placere poſſunt,ne ad modicum q
dem exire permittuntur.Quid enim ha
bere poteſt ſpiraculi cui etiam cogita-
re prohibetur quæ ſunt mundi? Quoꝝ
quidam (quod ſine dolore dicendū nō
eſt) ſuis peccatis exigentibus vincula
rumpunt & vinum effundunt:quia per
ſuam impatientiam gratiam amittūt.
Vnde bene dominus per prophetam iu
daico populo dixit: Excuſſiſti iugum:
Hier.2. rupiſti vincula:dixiſti non ſeruiā. Alii
X vero non minori demētia vexati,tot &
tātis ieiuniis ſtudēt atq; vigiliis ſe ma
cerare vt inceptum propoſitum diſci-
plinæ non valeant tenere: & confractis
viribus tam animi q̄ corporis nulla bo
na opera, nullas virtutes queant exer-
cere:& dum ſemetipſos indiſcrete affli
gunt,gratiæ cæleſtis iocūditatē & fru-
ctum amittunt.Audiuimus & etiam vi
dimus quoſdam poſt talem abſtinentiā
ad tantā ingluuiē delapſos vt non poſ
ſent ſatiari.Qui autem iter vtrūq; vo-
lant & per regiam viam ambulant,qui
diſciplinæ vincula nō rumpunt, nec ſe
irrationabiliter affligēdo deſtruunt,ad
ſummæ culmen pfectionis plerūq; perti
gunt.Vnde & ex ſua fortitudine nōnū
q̄ verbo vel exēplo vigorē bonitatis cō
ferunt.Aliquando vina herbis pigmē- Y
tariis aut aromatib⁹ cōficiunt vt gra-
tiora potātibus efficiant.Qđ in electis
veraciter tunc peragitur dū eoꝝ ſancti
tas donis quibuſdā ſpecialibus & excel
lentibus condit,& roborat:vt calix eo- Pſal.74.
rū ſalutaris mixto ſit plen⁹ & inebriās Pſal.22.
& pclarus.Quedā etiam ſunt dolia,vi-
na debilia cōtinentia , q̄ videlicet vina
quia ad vigorē fortium non conſurgūt
recte vitā infirmorū minuſq; perfectoꝝ
ſignificant.Talia quoq; vina quorundā
accidentiū impulſibus facile deteriorā
tur:adeo vt multotiēs piciantur:quia
infirmi quiq; & imperfecti cito perſecu
tionibus ac tētationib⁹ franguntur &
vincuntur,intantū nonnunq̄ vt nō p-
bent ſed reprobent.Et tamen illud im-
putandū nō eſt gratię diuinæ,ſed mali
tię humanę.Deniq; fæx quæ ſub vino ī Fæx.
imo reſidet dolii,fomitē deſignat pecca
ti:qui licet in hac mortalitate penitus
nequeat exinaniri,debet tamen ſemper
deorſum pmi,ne ſurſum aſcendat ani-
miq; virtutes ſua fœditate corrūpat.
Sane queādmodum iuſti ſunt dolia dei Z
gratiam dei continentia:ſic iniuſti ſūt
dolia diaboli ī ſemetipſis culpā hn̄tia.
Et de his ſic ſcriptura clamat. Fel dra- Deut.32.
conū vinū eoꝝ & venenū aſpidū īſana
bile.Nōne tibi dolia diaboli fuiſſe vidē
tur filii Iacob Symeon & Leui?De qui-
bus ipſe Iacob teſtat dicēs.Symeō & Le Gen.49
ui fratres,vaſa iniqtatis bellātia:ī cōſi-
liū eoꝝ nō veniat aīa mea:& ī cœtu eo
rū nō ſit gloria mea:qa ī furore ſuo oc-
ciderūt virū & in volūtate ſua ſuffode
rūt murū.Maledictus furor eoꝝ qa pti
nax:& indignatio eoꝝ quia dura.Diui
dam eos in Iacob & diſpergam eos ī Iſ-
rael.Quidā etem ſunt peſtilentes qui ſi A
bi qdā malitię germanitate cōiūcti to-
tā turbāt aliqū ciuitatem dei:&furore
ſuę iracūdię fortiter arrepti virū occi-
dūt,qa platū viriliter agētem,pfecte lo-
quentē inquātū valent ſubuertūt. Vi-
ro deniq; occiſo,murū ſuffodiūt:qa ma
lignitatis ſuæ gladiis plato repſſo mu-
nimēta virtutū & bonoꝝ operū in ſctā
cōgregatiōe,fundit⁹ p virib⁹deſtruūt.



Fratres in conſilium eorum nō veniat
anima noſtra:& in cœtu eoꝝ nō ſit glo
ria noſtra.Sit maledictus furor eorum,
quia pertinax:& indignatio eorum , qa
dura. Quid autem de talibus ſit agen-
dū ad periculum euadēdum ipſe Iacob
inſinuat dicens.Diuidam eos in Iacob,
& diſpergam in Iſrael.Nihil enim me-
lius de talibus agitur vt periculū eua-
datur:q̄ vt ſeparentur ab inuicē ne ma
nus eorum implere poſſint conceptam
& inceptam iniquitatem.Sed & diligē-
ter attendendum eſt ꝙ cædem quā Sy-
meō & Leui per audaciam cōpleuerūt
per fraudulentiam inceperūt . Primum
Gen.34. enim cum Emor & Sichem filii Iacob ī
dolo de circunciſione locuti ſunt:& cir
cūciſione facta tertia die quādo grauiſ
ſimus vulnerum dolor eſt,illis reſiſtere
non valentibus,Symeon & Leui cędem
peregerunt.Sic ſic cariſſimi nobis,qui-
dam malignantes prælatis eccleſiæ vel
etiam amicis & fratribus fraudulenta
conſilia ſæpe tribuunt:quibus eos poſt-
modum nequiter inuoluunt . Sed quæ
merces fraudulenta conſilia dantib⁹ de
beatur aut reddatur Abachuc prophe
Abac.2. ta teſtatur dicens.Væh qui potum dat
amico ſuo mittens fel ſuum & iebriās,
vt aſpiciat nuditatem eius.Replet⁹ eſt
ignominia pro gloria.Bibe tu quoq; &
conſopire,Circundabit te calix dexterę
domini & vomit⁹ ignominię ſuper glo
riam tuam. Hinc Salomon de fraudu-
lentis ait.Ipſi contra ſanguinem ſuum
Prou.1. inſidiantur & moliuntur fraudes con-
tra animas ſuas.Captio nāq; quā abſcō
dunt apprehendit eos,& in laqueū quē
abſconderūt cadunt ipſi.Taliū ergo nō
ſolum audacia eſt frangenda:ſed & fal-
lacia prudenter eſt cauēda. Habet quo
B ꝙ diabolus alia dolia, alia vinorum ge
nera continentia. Non ſolum etem ma
lignantes replet nequitia, ſed & luxu-
riantes replet immunditia . Inde eſt ꝙ
meretrix illa famoſa Babylon aureū po
Hier.51. culū in manu legitur tenere per qđ in-
ebriat reges & gentes terræ.Non enim
ſufficit diabolo vt quoſdam impleat vi
tiis ſpiritalibus,niſi & alios impleat vi
tiis carnalib⁹ .Aliquādo vero vt mixtū
faciat , quoſdam vitiis vtriſq; fœdat.
Non ſimus fratres dolia diaboli vitiis C
repleta . Simus autem dolia continen-
tia vinum dei.vinum per veram ſancti
tatem:acetum per iuſtam increpationē:
ferratum per rigorem & diſciplinā iu-
ſtitiæ.Pigmentatum vel mellitum, per
ſuauitatem dulcedinis ęternę.Vel cer-
te vinum debile per mediocritatem im
perfectionis humanæ. Hæc idcirco fra-
tres ita diximus quia vita exterior ma
nifeſtat quale vinum vnuſquiſq; intra
ſemetipſum contineat. Scriptum quip
pe eſt:ꝙ amictus corporis:& riſus den- Eccli.19.
tium , & ingreſſus hominis enunciant
de illo. Cella igit vinaria ſancta eſt ec- Epilog⁹
cleſia:quodlibet dolium quælibet fide-
lis ac perfecta anima:tabulæ quibus do
lia conſtruuntur , virtutes quas habe-
mus per gratiam.Fundus poſterior ra-
tionalitas:anterior ſenſualitas,apertu-
ra per quā vinum infunditur, mētis in
telligentia:vinum gratia:foramen du-
ciculi ſeu fonticuli per qđ exit eloquen
tia vel operatio bona . Introduxit me Canti.2.
rex in cellam vinariam,ordinauit ī me D
caritatem.Verba iſta cariſſimi cuiuſli- Applica
bet fidelis ſunt animæ , quæ ſe Chriſto tur ad
duce in ſanctam eccleſiam gaudet ītro ſanctum
ductā & cæleſti gratia per verba & exē epm,ab-
pla perfectorum ſanctorum qualis iſte batē aut
fuit cuius hodie ſolennia celebramus alium re
gratulatur imbutam. Ingrediamur fra ctorem.
tres & nos in ſanctam eccleſiam:ingre-
diamur inquam non tm̄ fide ſed & dile
ctione,id eſt non ſolum credulitate ſed
etiam operatione:nō ſolū viſibili ſacra
mentorū participatione,ſed etiā inuiſi
bili ſpūaliū donorū pceptione. Ordina Cant.2.
uit in me caritatē.Habet quęlibet vir-
tutes vel bona opera ordinem ſuū. Or
do nimirum eſt eleemoſynæ vt primū
temetipſum des deo: deinde tua des p
eo . Nam ſi tua des deo, & teipſum za-
bulo non eſt æqua partitio . Primo er- Eccli.30.
go miſerere animę tuę placens deo.Nā Eccli.14.
qui ſibi nequam eſt cui bonus erit?Pri-
mum veſti te bonis operibus:deinde in
due pauperem veſtibus.Primum recipe
Chriſtum corde tuo : deinde paupe-
rem hoſpitio tuo.Dum vis peregrina-
ri primum elongare a vitio tuo : de-
inde a vico tuo:ſic & caritas ſecūdum

diuinum præceptum ſuum habet or-
dinem,vt primum diligas & quantum
potes deum:deĩde proximum tuum ſi-
cut teipſum. Intremꝰ fratres in cellam
hanc vinariam:& accedamus ad maio-
ra dolia,fortiora vina continentia.i.ad
ſanctos ꝑfectiores cæleſti gratia ꝑfe
ctius abundantes vt ꝑ ipſos inebrie-
mur ab vbertate domus dei & torren-
te voluptatis eius potemus,& ꝑ ipſos
hauriamus ſalutem a dño.Intremus in
quã vt modo inebriat ꝑ gratiam & or-
dinata diuinitꝰ in nobis caritate,poſt-
ea mereamur inebriari ꝑ gloriã.Qđ no
bis ꝓſtare dignetur Ieſus Chriſtus do-
minus noſter qui eſt ſuper omnia deus
benedictus in ſecula.Amen.

### ¶In aſſumptione beatæ Mariæ. Ser.XLVI.

E

INter cætera dilectiſſi-
mi glorioſa miracula q̃
in aſſumptione beatiſſi
mæ virginis Mariæ le-
gendo vel canendo ad
ipſius laudẽ ſeculis oĩ-
bus attollendam & recolendam recita
mus:purpuream vt violã,ipſam eſſe de
uotiſſime cantare ſolemus. Quẽadmo
dum autem in ſuperiori quodã ſermo-
ne breuiter inſinuauimus:quęcunq; in
ſcripturis, quæcunq; in creaturis ſunt
amabilia : quæcunq; ſuauia, quæcunq;
dulcia,quæcunq; pulchra,quæcunq; re
dolentia,quæcunq; iocunda, quæcunq;
F precioſa,quæcũq; ſunt laudabilia, eius
Violæ laudibus ſunt conueniẽtia.Sed prętere-
compa- miſſis omnibus aliis de ſola viola dica-
rat Ma- mus:vt qualiter beatiſſimam virginem
ria. non ſolum purpureo colore: verum &
aliis quibuſdam proprietatibꝰ ſuis eui
dẽter ſignificet oſtẽdamus.Phyſici ſuis
in libris affirmant & medici in ſuis cõ
fectionibus probant violam naturã ha
bere frigidam: & idcirco cõtra calidos
morbos eſſe bonam.Significat ergo re-
cte carnalium extinctionem vitiorum.
Carnalia quippe vitia quaſi calidi mor
bi ſunt:quia miſeram animam quã te-
nent,ſuis feruoribus incendunt. Qua-
ſi ergo viola membris male calentibus
apponitur vt ſanentur,quotiẽs gratia
cæleſtis nobis infundit vt feruores vi-
tiorum in nobis mitigẽtur.Habet vio- G
la colores duos:viridem ſcilicet & pur Violæ
pureum.Solent doctores per virorẽ cæ colores
leſtium & immarceſcibilium bonorum viridis.
operum ſpem intelligere.Cæleſtia nãq;
bona quaſi ſemper virent & nunq̃ mar
ceſcunt:dum a perpetuo ſuæ bonitatis
ac pulchritudinis ſtatu nulla mutabi-
litatis ariditate decidunt.Quæ dũ fir-
miter,conſtanter,& indeſinenter ſpera
mus,quaſi eorum immarceſſibili viro-
re nos coloramus.Poſſumus quoq; per
virorẽ cuiuſlibet virtutis aut boni ope
ris inchoationem intelligere. In germi
nantibus enim de occulto ſinu terrę ꝓ-
deuntibꝰ viror primum apparet.Qua-
ſi ergo nouelli germinis virorem in no
bis proferimus , dum naſcentis in no-
bis & ex nobis virtutis vel boni ꝑeris
noſtra pulchritudine decoramur. Poſ-
ſumus etiam ꝑ virorem virtutum &
bonorum operum immarceſcibilem in
telligere ꝑpetuitatẽ.Quaſi enim ſem-
per in nobis vireſcunt : dum in nobis H
abſq; defectu ſubſiſtunt . Purpura au- Purpu-
tem regum eſt . Hinc eſt ꝙ Alexander reus co-
rex Syriæ miſit Ionathæ purpuram & lor.
auream coronam velut regio munere
honorando.Sed & cum idem Ionathas
præfato regi & Ptolemæo regi Ægy-
pti apud Ptolemaidẽ occurriſſet, iuſſit
eum præfatus rex ſuis veſtibus ſpolia-
ri & purpura indui: volens eum regio
ornamento glorificare. Bene ergo pur
pura regalem ſignificat dignitatẽ.Bea-
ta itaq; virgo Maria vere purpura fuit Maria.
quæ ſuper omnes ſanctos regali digni-
tate velut domina mundi,& regina cæ
li,effulſit:quæ ſe præ omnibꝰ regaliter
egit & rexit : vitia depreſſit , virtutes
erexit.Depreſſit enim in ſemetipſa ſu-
perbiam,erexit humilitatem: depreſſit
iram,erexit pacem:depreſſit inuidiam,
erexit caritatem . Depreſſit triſtitiam
ſeculi,erexit exultationem dei. Depreſ
ſit tenacitatem,erexit largitatem. De-
preſſit gaſtrimargiam, erexit parſimo-
niam. Depreſſit luxuriam,erexit caſti-
tatem : immo virginitatem eximiam.
Quia ergo mala deꝑſſit:& bona erexit.
Vel quia ſecundum prophetæ ſentẽtiã
illa euellit & deſtruxit : iſta ædificauit



& plantauit: vere fuit purpura, vere re-
I gia dignitate decorata. Habet etiã Vio-
Violę la bonum odorem,per quem bonam de-
odor. ſignat opinionem. Nõ ſolum enim bona
conſciẽtia ſed & bona opinio eſt neceſſa-
Chriſma ria.Hinc eſt ꝙ Chriſma duos in ſe habet
liquores.Chriſma aũt gręce,vnctio dicit
latine. Eſtq; Chriſma oleũ cum Balſamo
mixtũ,quo vnguũtur capita regũ & pon
tificum:quo etiã baptizatos ſacerdos vn
git in vertice, ſicut eodẽ pontifex per im
poſitionẽ manus confirmandos vngit in
frõte.In chriſmatę vero principaliter ſpi
ritus paraclitus datur. Vnde & per abũ
dantiã gratię duos liquores mixtos ha-
bet oleũ & balſamũ.Oleũ conſciẽtię: Bal
ſamum famę.Oleũ quo intus conſcientia
perungit:Balſamũ cuius odore foris pro
ximi reſpguntur . Oleũ intus ad pacẽ cũ
deo:Balſamũ foris ad exemplũ cum pro-
Maria. ximo . Habuit igit beatiſſima virgo non
ſolum intus ſanctitatẽ ad conſcientiam:
ſed & foris ſanctitatis opinionẽ ad famã.
Nouit em̃ ꝙ quẽadmodũ quidã ait:Cri-
minis eſt formã componere, ſpernere fa-
Eccl's.7. mã.Nouit ꝙ melius eſt nomen bonum q̃
Prou.10. vnguenta precioſa.Nouit ꝙ memoria iu
ſti cũ laudibus: & nomen impiorum pu-
2.Cor.2. treſcet.Nouit ſcđm apoſtolũ Chriſti bo-
nus odor eſſe in om̃i loco . Vere ergo vt
viola odorifera fuit: cuius odor non tm̃
homines reſperſit ſed & angelos in admi
rationẽ ſui cõuertit.Vere odorifera fuit
cuius odor non ſolũ terrã ſed & cœlum
impleuit.Omnis deniq; viola naturaliter
caput. i. floſculũ ſuum ad ima deflectit.
Hũilitas. ac per hoc humilitatẽ conuenienter ex-
primit.Quã virtutem in beata Maria ex
Luc.1. cellenter fuiſſe quis dubitet?Cum em̃ ab
angelo pronũciaretur mater dei,& ꝑ hoc
vere domina mundi & regina cœli : hu-
militer reſpondit.Ecce ancilla dñi. Vere
ergo & ĩ hac viola fuit ꝙ vere caput ad
ima deflexit dum in eo ꝙ maior extitit
ſemetipſam amplius humiliauit,eligens
non alta de ſe ſapere ſed magis humili-
bus conſentire.Habebat quippe iam ſcri
Luc.14. ptum in corde ſuo:ꝙ omnis qui ſe humi
liat exaltabitur : & qui ſe exaltat humi-
Prou.16. liabitur.Et illud.Ante ruinam exaltatur
ſpiritus:& ante gloriã humiliabitur.Re-
cte ergo beata Maria ſcđm omnia quę ſu
pra dicta ſunt viola fuit :dũ omnia quæ
myſtice ſunt dicta veraciter exercuit.Et K
nos cariſſimi,nos inquã viola ſimus :nos
beatam virginem imitemur q̃tum vale-
mus. Simus quaſi naturaliter frigidi,per
incendii carnalis extinctionem:ſimus vi-
rides,per iuſtitię ĩchoationem, & per ip-
ſius ꝑpetuitatẽ,vel cęleſtium bonorum
ſpem immarceſcibilẽ & expectationẽ. Si-
mus purpurei noſmetipſos bene regẽdo
Odoriferi apud omnes nomen bonũ obti
nendo:caput ad ima deponamus de no-
bis humillima ſemper ſentiendo.Confor
memur beatę virgini pro viribus in ſan-
ctitate:vt cõſortes illi fieri mereamur in
beatitudine. Quod nobis ꝓſtare dignet.

### In aſſumptione beatę Marię ſemper virginis. Sermo.XLVII.

L
Eccl.24.

QVaſi Cedrꝰ exaltata ſũ
in Libano : & quaſi Cy-
preſſus in monte Sion.
Quaſi Palma exaltata
ſum in cades : & quaſi
plantatio roſę in Hieri-
cho.Iſta verba dilectiſſimi,quę propoſui
mus vobis, in eccleſiaſtico in laudem ſa-
pientię velut ipſa loquente deſcribũtur:
& in laudẽ & gloriam beatiſſimę virgi-
nis Marię,cuius aſſumptionis diem cele-
bramus,in perſona ipſius quaſi ipſa ſe de
center commendãte in eccleſiis hodie re
ctiſſime recitantur.Iſta quippe recte Ce-
drus,Cypreſſus,Palma,& cętera quę ibi
dem ſubſequũtur,extitit :quę cũctis quę M
per ea figurantur virtutibus referta re- Cedrus.
fulſit.Cedrus arbor eſt libani alta & val Libanus
de imputribilis.Per Libanum autem qui
dealbatio interpretatur,pręſens ſeculum
quod qualicũq; candore tẽporaliter ꝓſplẽ
det, multotiens ſignificatur . Recte igi-
tur beata dei genitrix arbor libani fuit:
quia de ſeculo pręſentis carnis originem
habuit. Sed ipſius libani altitudinem ſe
ad alta ſurrigens exceſſit: quia cunctam
mundi gloriam ſuarum ſublimitate vir-
tutum inęſtimabiliter tranſcendit. Quæ
imputribilis quoq; fuit,dum virgo incor
rupta permanens mater extitit.Bene de

niq; ſe ſicut Cedrum exaltatam dixit:dū
inuiolata ſemper exiſtens,& primum per
gratiam & poſtmodum per gloriam, prę
N omnibus creaturis ſe ſublimatam vidit.
Cypreſſ⁹ Et quaſi Cypreſſus in monte Sion. Cy-
preſſi lignum fortiſſimū,cedro pene pro-
ximam habet virtutem,templorum tra-
bibus aptum,impenetrabili ſoliditate nū
q̄ oneri cedens, ſed in ea qua primū fue-
rit ſoliditate perſeuerans, fortitudinem
Sion. quoq; congrue ſignificat.Sion etiam quę
ſpecula interpretatur,ſancta eccleſia bene
intelligitur,quæ cęleſtis boni pulchritu-
dinem ſublimiter ſpeculatur.Beata itaq;
Maria apte quaſi Cypreſſus in mōte Siō
exaltata dicitur:quę dum in mundo vi-
ueret, cunctis quę mundi ſunt potenter
ſubactis,virtutum gradibus ad cœleſtia
fortiter ſcandēs,diuinitatis gloriam præ
cunctis eccleſię fidelibus ſpeculabatur:&
nunc eam prę cunctis ſpiritibus cœleſti-
bus contemplatur.Quaſi Palma exaltata
ſum in cades.Legimus in veteri teſtamē-
to populum Iſrael bis in deſerto potatū
aqua de petra producta,primo in Raphi
dim:ſecundo in cades.Quę duo loca du
plicem in nobis compunctionem apte ſi-
gnificant: vnam quę naſcitur ex memo-
ria vel dolore peccatorum: alteram quæ
ſurgit ex deſiderio futurorum prēmiorū.
O Quod etiam ex interpretatione eorundē
Raphadī locorum recte colligitur.Nam raphidim
qui primam ſignificat interpretatur ſa-
nitas iudicii vel viſio oris ſufficiens eis.
Cades. Cades autem ſanctus. In raphidim ergo
aqua potamur dum noſmetipſos intrin-
ſecus ſane de noſtris peccatis diiudican-
do compungimur: & prouida oris con-
feſſione de eiſdem ſufficienter abluimur.
In cades vero potamus,dū deſiderio cœ-
leſtium bonorum deuote & ſancte accen
P ſi & liquefacti: iocundo potum noſtrum
Palma. cum fletu miſcentes inebriamur. Palma
autem victoriam ſignificat. Bene igitur
beata dei genitrix ſe velut Palmā in ca-
des exaltatam gloriatur: quia ſpiritali-
bus hoſtibus potenter & victorioſe ſub-
actis non dolore criminū:ſed amore præ
miorum cęleſtium compuncta ſuauiſſi-
me potabatur. Poteſt quoq; per aquam
quę in Raphidim populo data eſt, donū

ſancti ſpiritus intelligi quod fidelib⁹ ad
iuſtitiam datur in mundo:per aquam ve
ro quę data eſt in cades,ſuperni fontis a-
qua quę glorificatis ad gloriam datur in
cœlo:vt iſta detur in merito,illa detur in
prēmio. Et de prima quidem ſcriptū eſt.
Effundam ſuper vos aquam mundam & Eze.36.
mundabimini ab omnibus inquinamen-
tis veſtris.Ad ſecundam autem pertinet
ꝙ Ioannes in perſona Chriſti dicit. Ego Apo.21.
ſitienti dabo de fonte aquæ vitę gratis.
Qui em̄ ſitit iuſtitiam reficietur per glo
riam.Beata itaq; Maria ſe velut Palmam
in cades exaltatam recte ꝓhibet,quia ſu-
perni fontis dulcedinem omnibus ſpiriti
bus excellentius poſſidet. Et quaſi plan-
tatio Roſæ in Hiericho.Roſa quæ rubet Roſa.
apte deſignat paſſionem.Et ſi Roſa in eo
ꝙ rubet exprimit paſſionem, ergo in eo
ꝙ plantatur cōgrue deſignat compaſſio-
nem.Compaſſio in corde:paſſio in corpo
re.Compaſſio latet:paſſio patet,Roſa ita
ꝙ plantatur,quando compaſſio cordi in-
figitur:florem rubentem producit,quan
do in effectum paſſionis procedit.Hieri- Q
cho luna interpretatur,& ꝑ defectu car- Hieric⁹.
nis aut defectu ſeculi prēſentis ponitur.
Patet itaq; ꝙ dei genitrix quaſi plātatio
roſę in Hiericho extitit, quia in defectu
ſeculi prēſentis virtute compaſſionis ex-
cellenter & ſingulariter enituit. Nam & Luc.2.
ipſius animam pertranſiuit gladius. Et
quis digne perpendere poſſit qualē dolo-
ris gladium ſuſtinuit,dum ſuum filium
vnigenitum in cruce pendere moriq; vi-
dit? Quaſi Oliua ſpecioſa in campis,& R
quaſi Platan⁹ iuxta aquas.Oliua figurat Oliua.
miſericordiā.Fuit ergo beata Maria Oli
ua ꝑ miſericordiā: & tāto precioſior per
miſericordiā:q̄to excellentior per gratiā.
Et bene in campis:quia in planitie ſeculi
prēſentis:quia in latitudine ſanctę eccle-
ſię vbiq; terrarū diffuſę,vt omnes pecca-
tores ad ipſam libere & abſq; impedimē-
to,reſpiciant:ad ipſam confugiāt, ab ipſa
conſilium quęrant,auxilium percipiant,
per ipſam deo reconciliati, venia lętifica
ti,gratia locupletati, fide illuminati, ſpe
cōfortati,caritate iuſtificati,aliis virtuti
bus exercitati,bonis operibus adornati,
& tādem gloria beatificati.Et quaſi pla-



tanus iuxta aquas in plateis.Sed prior ſi
nis quē poſuimus melior videtur vt di-
catur quaſi platanus iuxta aquas.Plata-
Platan⁹. nus a latitudine foliorum dicta eſt vel ꝙ
ipſa arbor patula ſit & ampla.Nam grę-
ci πλατύς platys latus vocatur.Folia aūt
bona opera ſignificant. Quēadmodū em̄
veſtitur & ornatur ſuis foliis, ſic & iuſt⁹
operibus bonis. Bene ergo beata dei ge-
nitrix velut platanum iuxta aquas ſe ex
titiſſe dicit, quia donis irrigata diuinis,
in bonis operibus dilatata ſemper fuit.
Hinc eſt ꝙ poſtq̄ nuncium angelicum ꝙ
Luc.1. dei mater eſſet accepit, ilico in montana
Iudeę ad Elizabeth quam concepiſſe au-
dierat,perrexit:nō vt verbum angeli mu
lieris atteſtatione probaret, ſed vt mulie
ri prouectę ętatis virgo iuuencula mini-
S ſterium ſedula impenderet. In plateis ſi-
cut cinnamomum & balſamum aroma-
Aroma- tizans odorem dedi.Venditores aroma-
ta. tum in nundinis ſedentes in plateis, di-
uerſas aromatum ſpecies exponūt,& ipſa
aromata odoris ſui ſuauitatibus plateas
reſpergunt. Sic ſpiritualium aromatum
poſſeſſores virtutum & bonorum operū
fragrantiis per lata vitiorum gradientes
ſuauiter afficiunt & eos odore ſuę famę
Cīnamo ab itinere prauitatis reducunt.Cinnamo
mum. mum autē licet bonum odorem habeat,
& per hoc famam ſacrę virginis figura-
re queat:ex eo tamen ꝙ corticem ſuū in
modum cannę format,laudem & gratia-
rum actionem recte deſignat. Quod bea
tę virgini congrue conuenit:quę dum ab
Elizabeth audiuit ꝙ verba angeli in ipſa
complerentur,ſtatim in laudē & gratia-
rum actionē prorupit dicens Magnificat
Balſamū anima mea dominū.Balſamum vero per
ſuum odorem beatę Marie bonam famā
exprimit.Vnde & de ipſa canimus,ꝙ ei⁹
Eccli.50. odor inęſtimabilis erat in veſtimētis ei⁹:
& ſicut dies verni circundabant eam flo
res roſarum & lilia conuallium.Hoc em̄
beatę virgini Marię maxime conuenit:q̄
mundum vniuerſum opinionis optimæ
redolentia inęſtimabiliter adimpleuit.Et
quaſi myrrha electa dedi ſuauitatē odo-
Myrrha. ris.Myrrha propter ſuam amaritudinem
ſignificat mortificationem carnis. Quæ
virt⁹ in beata Maria ſingulariter enituit
eo ꝙ ſingulariter caſta fuit. Vnde conue

nienter nō odorem ſed odoris ſe dediſſe
centenaria vel millenaria martyrum nu- Silr ha-
mero queat comprehẽdere!Quorũ alii(vt bet Heb.
quædã ſcriptura clamat)ferro perempti, 11.



alii flammis exuſti, alii flagris verberati,
alii pelagi demerſi periculo,alii viui deco
riati,alii narib⁹ perforati,alii cruciati pa-
tibulo, alii vinculis mãcipati, alii linguis
priuati, alii lapidibus obruti, alii frigore
afflicti,alii fame macerati, alii vero trun-
catis manibus ſiue cæteris cæſis membris
ſpectaculũ cõtumeliæ in populis nudi p-
E pter nomen dñi portantes.Sed poteſt vi-
deri mirum quomodo martyriũ paradiſo
cõparetur,cum martyriũ amaritudinem,
paradiſus autẽ habeat iucunditatẽ.Sed ſi
ſubtilius rẽ perpenderimus, nõ videbitur
mirũ:quia ſanctis martyribus omnia tor-
mentorũ genera iocunda fuerunt,& totũ
eis dulce imo parũ fuit quicquid eis po-
teſtas aduerſa pro nomine chriſtianitatis
inferre potuit. Vnde & de Apoſtolis ſcri-
Actuũ.5. ptũ eſt. Ibant Apoſtoli gaudẽtes a cõſpe-
ctu cõcilii,quoniã digni habiti ſunt p no
mine Ieſu cõtumeliã pati. Et Apl'us Pau-
lus pro magno reputãs dono pati p Chri
Philip.1. ſto Philippenſibus ſcribens ait. Vobis do
natũ pro Chriſto non ſolum vt in eũ cre-
datis,ſed etiam pro ipſo patiamini. Cum
pomorũ fructibus. Habent ſancti marty-
res fructus in mundo, fructus in cælo. In
mũdo fructus iuſtitię,in cælo fructus glo
rię. In mundo fructus meriti,in cælo fru-
F ctus pręmii.Cyperi cum nardo:nardus cũ
Cyperus croco. Cyperus dicitur eſſe herba aroma
tica in Ægypto ſemine candido & odoro
quod coquitur in oleo & exprimitur. In-
de vnguẽtũ paratur,quod regale dicitur.
Cyperus ergo donum regiminis.i.diſcre-
Rectores tionẽ vel certe ipſos rectores animarũ cõ-
Mardus. uenienter ſignificat.Nardus herba humi
lis eſt. Vnde & humiles ſubiectos ſignifi-
Crocus. cat.Crocus eſt aurei coloris:& propterea
Docto- doctores cæleſti ſapientia claros recte de-
res. ſignat.Cyperi (vt arbitror) ppterea plu-
rali numero proferuntur, cũ cætera quæ
ſequuntur ſingulariter ſcribantur,vt per
hoc valeamus agnoſcere ꝙ quiſq; præla-
tus prę cęteris, omnibus virtutibus & bo
nis operibus debeat abundare.Hinc eſt ꝙ
G beatus Auguſtinus de prælato præcipit
Pręlatus dicens.Circa omnes ſeipſum bonorũ ope-
rum præbeat exemplũ : corripiat inquie-
tos,conſoletur puſillanimes, ſuſcipiat in-
firmos,patiens ſit ad omnes:diſciplinã li-
bens hanc metuendus imponat. Et q̃uis

vtrũq; ſit neceſſariũ,tamẽ plus amari ap-
petat q̃ timeri. Talibus verbis beati Au-
guſtini edoctus quiſq; pręlatus omni bo-
nitate ſibi cõmiſſos tranſcendere neceſſe
eſt ſatagat:vt his grauis,his fractus,ſua-
rum plenitudine virtutũ omnibus omnia
factus omnes lucrifaciat. Cyperi autẽ cũ
nardo ſunt, dum prælati cũ ſibi ſubiectis
diuinis ſe præceptis humiliter ſubdunt.
Hinc etenim ſcriptũ eſt. Rectorem te con Eccl'i.32.
ſtituerunt, noli extolli : eſto in illis quaſi
vnus ex ipſis. Cum eñ ſancti rectores re-
cta ſicut debent,dicunt:& quę dicũt cum
ſibi ſubiectis humiliter faciunt:vere cype H
ri cum nardo ſunt.Nardus cum croco eſt Nardus.
dum ſubiectorũ humilium multitudines
ſanctorũ doctorum, claritate cæleſtis ſa-
pientiæ fulgentiũ pedibus appropinquã-
tes,doctrinam ſalutarem ab ipſis libenter
audiunt, & eorũ verbis credendo & ope-
rando fideliter acquieſcunt:implẽtes præ
ceptum Iacobi quo dicitur.Sit omnis ho Iacobi.1.
mo velox ad audiẽdum,tardus autem ad
loquẽdum, & tardus ad iram. In talibus
etiam impletur teſtimoniũ Moyſi quo di
cit.Qui appropinquãt pedibus eius,acci- Deut.33.
pient de doctrina eius.Pedes enim domi-
ni ſancti doctores ſunt,qui eum ad audiẽ
tium corda ſua prædicatione vehũt. Ad
quos pedes qui humiliter accedũt de do-
ctrina eius per ipſos accipiunt:quia ſicut
ſcriptum eſt, qui cum ſapientibus gradi-
tur ſapiens erit.Et amicus ſtultorum effi
cietur ſimilis. Fiſtula & cinnamomũ. Fi- I
ſtula arbor aromatica eſt parua robuſti Fiſtula.
corticis & purpurei:quæ ad curandas vi
ſcerum moleſtias vtilis eſt, & per hoc o-
mnes de peccatis ſuis timore dei qui eſt
principiũ ſapientiæ, cõpunctos & viſcera
cordiũ ſpiritalia de turpiũ cogitationum
moleſta congerie vera cõfeſſione purgã-
tes,ſignificare poteſt.Quaſi nãq; moleſtia
viſcerum fiſtula curatur: dũ in vniuerſis
vere pœnitẽtibus perfecta confeſſione oc
culta cõſcientię de ſua prauitate purgan
tur. Fiſtula ergo ſunt quicũq; vel ĩ ſe vel
in aliis, peccatorum intrinſecus latentiũ
moleſtias per gratiam cõpunctionis con-
feſſionis vel etiam efficacioris admonitio K
nis expellũt.Cinamomũ eſt arbor breuis, Cinamo
odorifera, dulcis,cinerei coloris,ad vſum mum.
medicinę fiſtula duplo pręſtantior.Dictũ

autẽ cinnamomũ ꝙ cortex eius in modũ
cãnę ſit formatus.Et ꝗ ꝑ cannã a pue=
ris ad hoc inciſam ſolet eorũ ore ſon⁹ for
mari:poteſt ꝑ cinamomũ ſanctoꝝ ſacer=
dotũ,videlicet Hieronymi,Gregorii,Au=
L guſtini,& Ambroſii,& vniuerſorũ talium
Cõfeſſo= cõfeſſio deſignari.Dum em̃ nõ ſolũ corde
res. credũt ad iuſtitiã, verũ & ore cõfitentur
ad ſalutẽ:pro ſoni ſalutaris ꝓlatione cin=
namomo cuius cortex in modũ ſonabilis
cãnę circũflexus formatur, poſſunt ſancti
cõfeſſores ſignificari.Sicut ergo ꝑ fiſtu=
lã pœnitẽtes & vera cõfeſſione moleſtias
peccatorũ de ſuis cordibus egrediẽtes, in
telligimus:ita per cinnamomũ ſanctos cõ
feſſores intelligamus. Cũ vniuerſis lignis
Libanus libani.Libanus interpͣtatur dealbatio. Li=
gna vero libani in altũ prę cęteris arbori=
bus creſcũt. Vnde & in Ezechiele ad de=
ſcribẽdũ ſublimitatẽ vel potius ſuperbiã
Ezech.3. Aſſur dictũ eſt. Ecce Aſſur quaſi cedrus
in libano,pulcher ramis,& frondibus ne=
moroſus,excelſuſq; altitudine,& inter cõ
denſas frondes eleuatũ eſt cacumen eius.
Virgies. Per ligna itaq; libani congrue ſanctarum
chorũ virginũ accipimus,quæ de celſitu=
dine ſuę munditię in altũ ſe eleuãt,& cæ=
leſtibus bonis donis ſuæ puritatis altius
cæteris appropinquant.Perfectio nãq; vir
ginalis nõ tam terrena q̃ cæleſtis, nõ tam
humana q̃ angelica vita eſt: quia ſemper
eſt angelis cognata virginitas.Ligna igi=
tur libani ſanctę virgines ſunt Agnes,Cę
cilia,Agatha,Lucia,& oẽs aliæ quarũ nõ=
mina hic recẽſeri nõ poſſunt.Sancta itaq;
mater eccleſia cum his quę prędecũt etiã
ligna libani habet:quia cũ prædictis ſan=
ctis ſacras virgines ꝑ altam munditiam
M albentes,& ad cæleſtia bona ſe ſublimiter
Myrrha erigẽtes poſſidet.Myrrha & aloe.Iſtę duę
& aloe. ſpecies amaritudinem habẽt, & propter=
ea cõtra putredinem corporũ ſi eis inun=
Cõtinẽ= gantur valent.Habet autẽ myrrha maio
tes. rem vim q̃ Aloe:propterea per myrrham
Abſtinẽ= continentiã:per aloen abſtinentiam intel=
tes. ligimus.Graue eſt abſtinere:grauius con
tinere. Myrrha & Aloe repellunt vermes
& putredines corporũ:cõtinentia vero &
abſtinentia a corde & carne corruptiones
vitiorum. Vel certe per myrrhã & aloen
hoc ĩ loco intelligimus melius cõtinẽtes
& abſtinẽtes:ꝑ has virtutes ſemetipſos

exercẽtes. Cum vniuerſis primis vnguen
tis.Prima vnguenta pręcipua dona ſunt: Vnguẽ=
vt eſt caritas,ꝓphetia. Vnde Paulus enu ta prima
meratis donis ſpiritalibus ait. Et adhuc 1.Cor.12.
excellentiorem vobis viam demonſtro.Si
lĩguis hominũ loquar & angelorum &c.
Et poſt pauca. Nũc autem manent fides,
ſpes, caritas:tria hæc:Maior autem horũ
eſt caritas. Sectamini caritatem,ęmulami
ni ſpiritalia .i. diligite dona diuina. Ma=
gis autem vt prophetetis,id eſt prædice=
tis. Primũ itaq; cõmendauit caritatẽ,de=
inde prophetiam.i.prędicationẽ:ꝗ prędi
catio magis circa fructũ caritatis verſat̃. N
Habet ergo ſancta mater eccl'ia hortũ ꝑ Epilog⁹.
conuerſationem bonã: clauſum ꝑ diſci=
plinam:fontem per ſapientiã, ſignatũ per
figuram.Habet paradiſum malorũ puni=
corũ in paſſis martyribus:cyperos in præ
latis rectoribus: nardum in ſubiectis hu=
milib⁹:crocum in eruditis doctoribus:fi=
ſtulam in compunctis pœnitentibus. Ha=
bet cinnamomũ in confeſſoribus:ligna li=
bani in virginibus, myrrham in continẽ=
tibus:aloen in abſtinentibus:vniuerſa pri
ma vnguẽta in præcipuis donis ſpiritali=
bus. Et iſtæ ſunt ſpiritales ſanctę matris
eccleſię diuitię.Iſtæ germinantis horti,&
fontis irrigantis diuitiæ. Matrem eccleſiã
cariſſimi nobis in his omnibus imitemur:
vt cum ipſa ſponſum in decore ſuo vide=
re mereamur:& cum ſponſa in cælis glo= O
riemur.Habeamus & nos paradiſum ma Exhor=
lorũ punicornm aduerſa pro Chriſto ſæ= tatio.
pius patiendo, & oppreſſis cottidie cõpa
tiendo: cyperos diſcrete nos regendo:nar
dũ noſtris prælatis humiliter nos ſubdẽ=
do:crocũ luce ſapientię effulgendo:fiſtu=
lam peccata noſtra de noſtris cordib⁹cõ=
feſſione & luctu expellendo : cinnamomũ
pro acceptis beneficiis gratias concinen=
do.Ligna libani opera mũditię exhibẽdo:
myrrham ab illecebris carnis cõtinendo:
aloen ab eſcis etiã licitis abſtinẽdo:omnia
prima vnguẽta,dona præcipua poſſiden=
do.Hæc eſt via:per hãc eamus,vt ad gau
dium quod ſanctorũ milia poſſident,ꝑ=
ueniamus. Quod nobis præſtare digne=
tur Ieſus Chriſtus dñs noſter, qui eſt de⁹
benedictus in ſecula.Amen.

¶De operibus ſex dierum.
Sermo.LXI.



P IN principio creauit de⁹
Gene.1. cœlum & terrã . Prima
die fecit lunã primariã:
ſecunda die firmamẽtũ:
tertia die congregauit
aquaꝝ inferiores in locũ
vnum:quarta die fecit luminaria:quinta
die volucres & piſces:ſexta beſtias. Mun
do igit̃ creato diſpoſito & ornato & om̃i
qđ eſſet humano corpori neceſſariũ,com
modũ, gratũ, primũ ꝑ̃parato :fecit deus
hominẽ eadẽ ſexta die dñm oĩm,poſſeſſo
rem vniuerſorũ:qui q̃uis poſterior tẽpo=
re conditur,cauſa tamen prior,dignitate
ſuperior cęteris inuenit̃.Cauſa ꝗppe ho=
minis fecit deus hunc ſenſibilẽ mũdum:
vt mũdus hũano corpori, corp⁹ ſpiritui,
Q ſpũs ſubiectus eſſet creatori.Nã quia hõ
ex duplici natura factus eſt,duo illi bona
ipſius cõditor ꝑ̃parauit.Vnũ viſibile,al=
terum inuiſibile:vnũ corporale, alterum
ſpũale.Vnũ tranſitoriũ,alterũ æternum.
Vtrũq; plenũ,& vtrũq; in ſuo genere ꝑfe
ctum.Vnum carni,alterũ ſpiritui: vt in
vno ſenſus carnis ad iocunditatem foue
retur: in altero ſenſus mẽtis ad felicitatẽ
repleretur.Carni viſibilia,ſpũi ĩuiſibilia.
Carni ad ſolatiũ, ſpiritui ad gaudiũ. Ex
his bonis vnũ dedit:alterũ ꝓmiſit . Vnũ
vt gratis poſſideret̃,alterũ vt per meritũ
ꝗreret̃.Quod viſibile erat bonum,gratis
dedit:qđ aũt inuiſibile erat,merito ꝗren=
dum ꝓpoſuit:vt ex dono gratuito ꝓba=
retur & excellẽtia ꝓmiſſionis,& fides ꝓ=
mittentis.Poſtq̃ aũt homo peccati caligi
ne tenebratus oculũ contẽplationis ami=
ſit,non ſolũ illi vniuerſitas iſta rerũ viſi=
bilium ꝑ̃bet corporeę ſuffragiũ ſuſtenta=
tionis:verũ & adminiculũ ꝑcipiendę di=
uinę cognitionis.Scriptũ nanq; eſt.Inui=
Rom.1. ſibilia ipſius a creatura mũdi per ea quæ
R facta ſunt ĩtellecta cõſpiciunt̃. Tria ſunt
inuiſibilia dei,potentia,ſapiẽtia, benigni
tas,Ab his tribus ꝓcedunt oĩa.Potentia
creat,ſapientia gubernat,benignitas con
ſeruat.Quę tamẽ tria ſicut in deo ineffa
biliter vnũ ſunt:ita in operatione ſeparã=
ri non poſſunt.Potentia ꝑ benignitatem
ſapiẽter creat:ſapiẽtia per potentiã beni
gne gubernat:benignitas per ſapientiam
potenter cõſeruat.Potentiam manifeſtat
creaturarũ immẽſitas:ſapientiam decor:

bonitatẽ vtilitas.Magnũ eſt igit̃ donum
dei & bonũ hoĩs rerum viſibiliũ cõditio
dum ꝑ eas corpus humanũ ſuſtentat̃, &
mens earũ cõtemplatione illuminata ad
cõditoris ſui cognitionẽ,admirationẽ &
amorem mirabiliter ſublimat̃. Sane qua= S
tuor modis deus occultus ad notitiã ho
minũ venit,duobus modis intus, duob⁹
modis foris.Intus per rationem & aſpira
tionem:foris ꝑ creaturã & doctrinã. Ra=
tio & creatura pertinẽt ad creaturã:aſpi
ratio & doctrina ꝑtinent ad gratiã . His
itaq; cõpoſitis & de operibus ſex dierum
breuiter proſecutis, quid in his doctrinę
moralis lateat videamus:& q̃ noſtrę ędi=
ficationi proſint,diligenter inquiramus.
In principio creauit deus cœlũ & terrã. T
Cęlũ ſpiritus,terra corpus.Per cęlum em̃
conuenienter intelligimus ſpm̃ humanũ
ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei formatũ:
ad bona cęleſtia cognoſcẽda,amãda,quæ
renda,ac poſſidenda creatũ . Per terram
accipimus corpus humanũ,qđ eſt terreũ
& in terrã breui reuerſurũ.Sicut ſcriptũ Gene.3.
eſt.Terra es,& in terrã reuerteris.Cęlum
ſpiritus,ꝗ celat & occultat nobis ad libi
tum ſuũ q̃ in ipſo ſunt , ſicut ſcriptũ eſt. 1.Cor.2.
Quis em̃ ſcit hominum q̃ hominis ſunt:
niſi ſpũs hominis q in ipſo eſt? Terra cor
pus,ꝗ cotidie teritur, donec in terrã re
uertatur.Cęlũ itaq; ſpiritus,terra corp⁹:
quia ſicut cęlũ terra eſt ſublimius atq; ſo
lidius:ſic eſt excellentior corpore ſpirit⁹.
Mũdus in prima cõfuſione eſt hõ in iniq
tate ſua.Sicut em̃ mũdo primordiali ad V
huc confuſo non inerat lux aut futurus
ordo:ſic homini iniqtati ſubiecto nec lux
lucet ꝑ cognitionẽ veritatis,nec ordo in=
eſt per diſpoſitionẽ ęquitatis.Et de⁹quaſi
in media cõfuſione lucẽ primariã creat,
quãdo peccatorẽ diuerſis ſceleribus con
fuſum lucis intimę radiis illuſtrat:vt ꝗd
ſit ,quid eſſe debeat agnoſcat & ad nor=
mã recte viuendi ſemetipſum diſponat.
Significat itaq; lux primaria peccati co= X
gnitionẽ.Firmamentũ inter aquas ſupe=
riores & aquas inferiores,diſcretio eſt in
ter vitia & virtutes. Aquę nãq; inferio=
res deſignãt vitia:aquę ſuperiores virtu
tes. Et quaſi firmamentum inter vtraſq;
aquas ponit̃:quando ꝑ virtutẽ diſcretio
nis virtutes a vitiis,& vitia a virtutibus

dirimūtur. Deinde cōgregatio aquarū q̄
erant ſub firmamēto. Cōgregatio aquarū
cohibitionē exprimit vitiorū. Vitia nāq;
ga penitus in hac vita de naturę hūanæ
penetralibus euacuari vel eliminari non
poſſunt, ꝓpter eorū fomites naturaliter
nobis inſitos: debent q̄tū p diuinā grām
poſſibile eſt, cohiberi, coarctari, & in vnū
redigi: ne per totū effluāt, totū occupent,
& corrūpāt: & ſenſus noſtros ab inq̄ſitio
ne veritatis, affectus noſtros ab exercita
tione virtutis, mēbra noſtra ab exhibitio
ne boni operis impediāt. Sicut em̄ terra
aquis occupata nō potuit germinare: ſic
nos vitiis īplicati, nec ſenſibus veritatem
inq̄rere, nec affectibus virtutes exercere,
nec mēbris opera bona valemꝰ exhibere.
Y Aquis igit̄ in vnum congregatis aer cla-
reſcit, & caleſit, & terra germinat: q̄a vi-
tiis cohibitis, aīa noſtra lucet p cognitio
nem & calet p dilectionē, & caro fructifi-
cat per bonā actionē. Cōditio luminariū
ſignificat perfectā, nebuloſa ignorātię cę
citate ſepoſita, veritatis inſpectionem. Et
poteſt ſol ſignificare cognitionē eorū q̄
pertinent ad ſanctā eccleſiā: ſtellę cogni-
tionē eorū quę ptinent ad vnāquāq; crea
turam ſiue ad vnāquāq; fidelem animā.
Piſces q̄ laborant in imo, id eſt in aq̄s ſol-
licitudinē actionis bonę deſignant q̄ vitę
labentis fluctibus agit̄. Volucres quę ad
alta volāt ſignificant contēplationē cęle
ſtium p quā ab infimis ad ſumma ſuble-
uamur. Aīalia terreſtria figurant ſenſus
corpis noſtri, eo ꝙ ipſa participāt cū ſen
ſibus hūanis: quaſi etem̄ animalia in no-
bis creātur, cū ſenſus corporis noſtri per
vanitatē prius corrupti, per diuinā gra-
Z tiam redintegrātur. His ita cōpoſitis no
uiſſime fit homo ad imaginē & ſimilitu-
dinē dei: quia taliter in nobis virtutibus
& bonis operibꝰ diſpoſitis, fit peccator cō
formis & cōſimilis deo per iuſtitiam qui
priꝰ fuit informis & diſſimilis p culpam.
Homo deniq; formatꝰ, in paradiſum vo-
luptatis transfert̄: quia peccator regene-
ratus in mūdo per gratiā: ſublimatur in
Epilogꝰ. cęlū per gloriā. Cęlū itaq; ſpiritus, terra
corpus: lucis primarię cōditio, cognitio:
firmamentū inter aquas inferiores & a-
quas ſuperiores, diſcretio inter vitia &
virtutes. Aquarū inferiorū congregatio:

vitiorum eſt cohibitio. Productio germi
num, exhibitio bonorū operū. Luminariū
cōditio perfecta veritatis agnitio. Piſces
bona actio: volucres, contēplatio: aīalium
creatio ſenſuū corporaliū redintegratio.
Adę formatio, iuſti pfectio. Adam in para
diſo, iuſtus in cęlo. Ecce fratres alius mū
dus. Mūdus iſte maior, mūdus iſte ſenſi-
bilis, ante omnē diem eſt creatꝰ: in primis
tribus diebus diſpoſitus, in tribꝰ ſequen
tibus ornatus. Videamꝰ cariſſimi vtrum Exhor-
ſicut habemus p creationē exiſtentiā, ſic tatio.
etiā habeamus diſpoſitionē per iuſtitiā,
& ornatū per conuerſationē bonā. Videa
mus ſi in nobis ſit lux primaria p noſtro-
rum cognitionē peccatorū, firmamētum
per diſcretionē vitiorū & virtutū. Aqua
rum cōgregatio, per vitiorū cohibitionē:
germina arborū vel herbarū, per virtutū
exercitationē. Videamꝰ an ſint lumīaria
per cognitionē veritatis. Piſces p exhibi
tionem boni operis. Volucres p volatum
contēplationis. Aīalia terreſtria per īcor-
ruptionem ſenſualitatis. Videamꝰ an ſit
in nobis humana dignitas reformata per
iuſtitiā, quę fuit deformata per culpā. Et
an cūcta q̄ fecimus eſſe viderimus valde
bona, cū deo & in deo ſabbatizemꝰ nunc
per bonā conſciētiam: & tūc ſabbatizemꝰ
in ipſis per gloriā, vt impleatur in nobis
q̄d ſcriptum eſt. Erit ſabbatū ex ſabbato.
Quod nobis p̄ſtare digneẗ Ieſus Chriſtꝰ
dominus noſter qui eſt benedictus in ſe-
cula. Amen.

## De Arca Noe. Sermo. LXII.

OMnis caro corruperat A
per illicitum coniugiū Gene. 6.
viā ſuā & inuenit Noe
gratiā corā dn̄o. Et ait
dominꝰ ad Noe: Fac ti
bi arcam de lignis lęui
gatis, & intrabis in eā, tu & tres filii tui,
vxor tua & vxores filiorū tuorum, & de
cunctis animātibus & volucribus mūdis
ſeptena & ſeptena: de immūdis vero bina
& bina. Adducā em̄ aquas diluuii & de-
lebo hominē & cuncta quę feci ꝓpter ho
minē: in quibꝰ eſt ſpiritus vitę &c. Quia
ſcientibus legē loquor fratres viſum eſt B
mihi ſententiā de Arca ſuccincte tranſ-
currere veſtræ manui latiora colligenda



relinquere. Corruptio vię perpetratio eſt
culpę. Arca eccleſia. Noe pręlati. Familię
eius ſubiecti: inundatio diluuii: tentatio-
nes ſeculi. Singula ligna, ſingulę animę: lę
uigatio lignorū, iuſtificatio animarum.
Linitio interior caritas in affectu cordiū:
exterior linitio, caritas ī exhibitione ope
rum. Manſiunculę & triſtega, diuerſi or-
dines & diuerſa merita. Bicameratio bo
na actio, & contēplatio. Tricameratio: cō
iugium, continentia, caſtitas. Longitudo
arcę eſt cognitio perfecta, per tria tēpora
ſanctę trinitatis. Latitudo, effectꝰ in pro-
ximum boni operis. Altitudo, excellentia
trium principaliū virtutum, fidei, ſpei, &
caritatis. Animalia ſunt actiui, volucres
contēplatiui, eſca ſcriptura: quadraginta
dies, vita prę ſens: mōtes Armeniæ ſubli-
mitas vitę ęternæ: receſſus aquarū, abla-
tio tentationū & perſecutionū. Nunc igi
tur fratres quia per fidē & baptiſmū in
C arca ſumus: videamꝰ ſi ſumꝰ quales eſſe
debemus, ſi videlicet nō de immūdis ſed
de mundis animātibus & volucribus ſi-
mus. Q̄uis etem̄ in eccleſia p̄ſenti ſc̄d̄m
quorūdam effectū operum aut perceptio
nem ſacramentorū vtraq; videantur eſſe
permixta: in cęleſtem tamen patriā nihil
D intrabit immūdum aut inquinatū. Nul-
lus ergo in nobis in his qui actioni bo-
nę deſeruiunt, imitetur lupū per rapaci-
tatem, leporē per inutilem timiditatem,
vulpē per calliditatem, vrſum per mur-
murationē, canem per rixam, leonē per ſę
uitiam, aſinum per ſtultitiam, ſuem per
Aquila. immūditiam. Aquila cæteris auibus al-
tius volat, & ideo elationē congrue ſigni
Vultur ficat. Vultur auis a tardo volatu nomia
ta putatur quia pro magnitudine corpo
ris prępetes volatus nō habet: pigritiam
Miluus. ergo recte figurat. Miluus quoq; quia ra
Coruus. pax eſt, rapacitatem exprimit. Per coruū,
quia roſtro laniat intelligimus detractio
Vlula. nem. Vlula cum clamat fletum aut gemi
tum imitatur, ſignificat ergo triſtitiam.
Noctua. Noctua dicitur eo ꝙ nocte circūuolāt: &
per diem non poſſit videre, Vnde & per
Pica. eam accipitur ignorantia. Pica verba in
diſcrimine vocis exprimit vt homo, quæ
etſi linguam in ſermone nequeat explica
re, ſonum tamen humanæ vocis imita-

tur. De hac quidam congrue dixit. Pica Martial.
loquax, certa dominū te voce ſaluto. Si E
me non videas eſſe negabis auē. Pica ita- Vpupa.
q; deſignat garrulitatē. Vpupa auis ſpur
ciſſima in ſtercore humano commorans,
& fimo veſcens immūdo, carnis humanę
fœditatem vel malę opinionis fœtorē fi-
gurat. Nemo itaq; in nobis ex his qui cō
templationi vacare propoſuerūt, ſit aqui
la per ſuperbiam, vultur per pigritiam,
miluus per rapacitatem, coruus per de-
tractionē, vlula per noxiam triſtitiam, no
ctua per ignorantiā, pica per garrulitatē,
vpupa per fœditatem & ſiniſtrā opinio-
nem. Et de huiuſmodi hominibꝰ nō quæ
ſanę rationis ſed quę corruptę ſenſuali- Boetius.
tatis ſunt ſequentibus, Boetius in libro
de conſolatione philoſophię ſic ait. Eue-
nit vt quod transformatū vitiis videas,
hominem exiſtimare nō poſſis. Auaritia
feruet, alienarum violentus ereptor: lupi
ſimilem dices. Ferox atq; inquies linguā
litigiis exercet: cani comparabis. Inſidia-
tor occultus, ſurripuiſſe fraudibus gau-
det: vulpeculis exequetur. Irę intempe-
rans fremit, leonis animū geſtare creda-
tur. Pauidus ac fugax nō metuenda for-
midat, cerui ſimilis habeatur. Segnis ac
ſtupidus aſinum viuit. Leuis atq; incon-
ſtans ſtudia permutat nihil ab auibꝰ dif-
fert. Fœdis immundiſq; libidinibus im-
mergit̄, ſordide ſuis voluptatibꝰ detine-
tur. Ita fit vt qui probitate deſerta ho-
mo eſſe deſierit, cum in diuinam condi-
tionem trāſire nō poſſit, vertatur in be-
luam. Sed quia per animalia greſſibilia F
actiuos, per volatilia contemplatiuos ſu-
perius ſignificari diximus: ad ſentētiam
noſtram redeamus, & videamus ne in no
bis ſint aliqui, qui immūdum aliquid ſe-
cum deferant per q̄d ab ingreſſu patriæ
cœleſtis alieni fiant. Q̄uis etem̄ in arca
Noe, id eſt in vniuerſali eccleſia Chriſti
nunq̄ deſint peccatores & immūdi, ſem-
per tamen deſiderare & inq̄tum valemꝰ
cauere debemus ne in noſtro triſtego ſi-
ue cœnaculo, id eſt domo noſtra ſint ali-
qui qui per ſuam culpā cogitatione vel
operatione, affectu aut effectu ſupna ſan
ctorū ſocietate ſint indigni. In omi quip
pe cōditione & gradu huius vitæ opti-

mis mixta ſunt peſſima: & dum preſens
currit ſeculum ,ſunt zizania cum ſpicis
triticeis: paleæ cum granis:colubri cum
piſcibus:hœdi cum agnis. Sed licet pec-
catorum ſocietas iuſtis ſit valde grauis
& moleſta, minime tamen eſt infructuo-
ſa:quia ꝗuis ab eis bene viuendi non ha
beant exemplum , habent tamen per eos
exercitium.Abel nanq; non eſt quē Cain
malitia non exercet . Vnde dominus in
euangelio vt ſcilicet malorum malitiam
bonis vtilem mõſtraret,dum de zizaniis
& bono ſemine parabolam proferret,do-
Mat.13. minum agri dixiſſe retulit.Sinite vtraq;
creſcere vſq; ad meſſem.Hinc & per pſal
Pſal.58. miſtam dicit.Ne occidas eos , nequando
obliuiſcantur populi mei.Hinc eſt etiam
Cant.2. quod per Salomonem dicitur.Sicut liliũ
inter ſpinas ſic amica mea īter filias. Mo
Exhor- dis tamen omnibus cariſſimi laboremus
tatio. fratres illos qui remiſſius agunt corripe-
re,admonere,emendare : ne cum venerit
iudex mũdos & immũdos ſeparare con-
tingat eos non cum mundis gloriam ſed
cum immundis pœnam intrare . Magis
autem pariter ſatagamus,vt omnes cum
benedictis ad dexteram eius conſtituen-
dis patriam cœleſtem ingredi, & regem
in decore ſuo cõtēplari mereamur.Quod
nobis præſtare dignetur Ieſus Chriſtus
dominus noſter qui eſt benedictus in ſe-
cula.Amen.

De Gedeone in natiuitate domini.
Sermo.LXIII.

G
Eſa.9. IVgum oneris & virgã
humeri eius, & ſceptrũ
exactoris eius,ſuperaſti
ſicut ī die madian . Iſta
verba prophetica prin
cipaliter ad Chriſtũ re-
feruntur . Vnde pauciſſimis interiectis
idem propheta Eſaias ſcilicet, cuius hęc
ſunt verba manifeſte de eo prophetat di
Eſa.9. cens.Paruulus natus eſt nobis, filius da-
tus eſt nobis,& factus eſt principatus ei⁹
ſuper humerum eius : & vocabitur no-
men eius admirabilis, conſiliarius, deus
fortis,pater futuri ſeculi,princeps pacis.
Multiplicabitur eius imperium: & pacis
non erit finis.Super ſolium Dauid & ſu
per regnum eius ſedebit , vt confirmet
illud & corroboret in iudicio & iuſtitia
a modo vſq; in ſempiternum. Zelus do-
mini exercituum faciet hoc.Iugum one-
ris ei⁹ & virgam humeri eius & ſceptrũ H
exactoris eius ſuperaſti.Iugum culpa,vir
ga pœna,ſceptrum damnatio æterna.Iu
go premebamur,virga cędebamur , ſce-
ptro damnabamur.Exactor diabolus,vi-
ctor Chriſtus.Chriſtus etenim vt per no
ſtrę carnis aſſumptionem mũdum intra-
uit:fortem armatum cuſtodientem atriũ
ſuum velut fortior ſuperueniens extur-
bauit,& vaſa eius diripuit.Fortis arma-
tus diabolus,atrium mũdus : fortior ſu-
perueniens Chriſtus, vaſa,animæ: dire-
ptio vaſorum redemptio animarum:pro
pulſatio fortis armati, religatio diaboli.
Exactore igitur noſtro ſuperato & iugo
eius:virga eius & ſceptro eius contritis:
ſumenda nobis eſt parabola prophetica
ſicut prædictus propheta nobis myſtice I
præcepit dicens.Et erit in die illa cum re Eſa.14.
quiem tibi dederit domin⁹ a labore tuo
& a concuſſione tui,& a ſeruitute dura,
qua ante ſeruiſti:ſumes parabolam iſtam
contra regem babylonis & dices . Quo-
modo ceſſauit exactor , quieuit tributũ?
Contriuit dominus baculum impiorum,
virgam dominantium , cędentem popu-
los,in indignatione plaga īſanabili, ſub-
iicientem in furore gentes, perſequētem
crudeliter. Conquieuit & ſiluit , omnis
terra gauiſa eſt & exultauit.Abietes quo
q; lætatę ſunt ſuper te:& cedri libani.Ex
quo dormiſti non aſcendit qui ſuccidat
eas.Quia igitur computruit iugum a fa
cie olei,& comminuta eſt virga percuſſo
ris noſtri & ſceptrũ exactoris noſtri con-
fractum:merito victo debem⁹ inſultare.
victorem laudare . Sed iam attendamus K
quomodo ſpiritale bellũ geſtum ſit:quo-
modo victoria peracta. Sicut in die ma-
dian . Legimus in libro iudicum ꝗ poſt Iudic.6.
mortem delborę peccauerunt filii Iſrael
domino.Qui tradidit eos in manum ma
dian ſeptem ānis & oppreſſi ſunt ab eis
valde . Pugnauit autem Gedeon contra Gedeon.
eos iubente domino & ſuperauit eos, &
populum Iſrael liberauit. Quia nota eſt



hiſtoria & ſcientibus legem loquor, lon-
gumq; & ſuperfluum videtur totã hiſto
riam replicare,hiſtorię narratione pręter
miſſa,iis quę ad ſpiritalem intellectũ per
tinent intendamus, & qualiter Chriſtus
pugnator noſter, ſaluator noſter,iugum
oneris noſtri,virgam humeri noſtri, ſce-
ptrum exactoris noſtri , ſicut in die Ma-
dian ſuperauit videamus.Madian inter-
pretatur iniquitas . Significat ergo con-
grue populus Madian vniuerſitatē dę-
monum qui nunꝗ̃ æquitatem ſed ſemper
iniquitatem operantur. Quatuor princi
pes Madian, Oreb,Zeb, Zebee,Salmana,
vniuerſos dęmonũ principes apte figu-
rāt.Qui propterea quaternario deſigna-
ri poſſunt,quia per quatuor partes mun
di nobis incurrunt,& bellum nobis infe-
runt.vel certe quia ad quatuor vitia quę
per quatuor partes mundi deſignantur
nos detrahunt.Oriens enim vbi lux ori-
Luc.16. tur aſtutiam exprimit:quia filii huius ſe
culi prudentiores ſunt filiis lucis in ge-
neratione ſua . Occidens quia in ipſo ſol
occidit & pars terrę ſuperior lucē amit-
tit,figurat ignorantiã.Sic meridies,quia
caleſcit luxuriam:& ſeptentrio, quia fri-
geſcit,ſignificat malitiam. Principes er-
go dęmonum generaliter quatuor ſunt:
dum per hæc quatuor vitia nos diſſipan
M tes quaſi in quatuor principales ventos
diſtrahunt ac diſperdunt.Iſtos etiam ar-
bitror eſſe quatuor angelos qui in apo-
Apoc.7. calypſi nocere terrę & mari,& arboribus
prohibiti legũtur vbi ſic dicitur.Et vidi
alterũ angelum aſcēdentem ab ortu ſo-
lis,habentem ſignum dei viui: & clama-
uit voce magna,quatuor angelis,quibus
datum eſt nocere terræ & mari dicens:
Nolite nocere terrę & mari, neq; arbori-
bus : quoadvſq; ſignemus ſeruos dei in
frontibus eorum. Terra ſunt qui in ſan-
ctę vitæ conuerſatione ſtabiliter & firmi
ter habitant . Mare ſunt, qui in actioni-
bus exterioribus neceſſitate vitæ pręſen
tis moti fluctuant . Arbores ſunt, qui in
alto diuinæ contemplationis ſuccreſcen
tes fructificant . Quibus omnibus mali-
gnorum ſpirituum principes nocere pro
hibentur,dum a lęſione ipſorum occulta
diuina diſpoſitione coercentur. Quibus
etiam mirabilem & miſerabilem læſionē
inferunt: quotiens exigentibus peccatis
eadem diſpoſitione relaxati ſuis tentatio
nibus cum illis pręualere poſſunt. Vnde
& apte in libro Iudicum dicitur . Quia
oppſſi ſunt filii Iſrael a madianitis valde
Ipſi eñ vt vniuerſi greges eorũ veniebāt Iudic.6.
cũ tabernaculis ſuis,& īſtar locuſtarũ vni
uerſa cõplebāt innũera multitudo hoīm
& camelorũ quicqd tetigerant deuaſtan
tes.Qui ſicut locuſtę terram eorum ope-
riunt,quia leues & circunuolantes ſunt:
& carnales eorum ſenſus & affectus ſuis
prauitatibus opprimunt . Qui ſicut ea-
dem hiſtoria refert,in valle iacent per de
ſperationis , ſcilicet profunditatem . Ad
aquilonem per malitię frigiditatē: iuxta
montem per elationis ſocietatem . Sem-
per eſt enim dæmonibus coniuncta ela-
tio.Quorum cameli quibus inuehuntur Cameli.
ſunt homines reprobi ad terrena curua
ti gibbo peccatorum enormes & onuſti.
Qui videlicet cameli , ſicut arena maris
innumerabiles ſunt:quia ſtultorũ in bo-
no opere ſterilium infinitus eſt numer⁹.
Et Madianitæ cum camelis omnia ſata Iudic.6.
filiorum Iſrael dum adhuc ī herba ſunt,
vaſtant: dum dæmones per reprobos ho
mines perſecutionibus concitatis in his
qui videbantur recte viuere,teneritudi-
nem virtutum & bonorum operum diſſi
pant.Qui deniq; nihil ad vitam pertinēs
eis relinquunt:dum in eis principales vir
tutes occidunt:non boues,non oues,non
aſinos:quia continentiam, innocentiam,
patiētiam eis auferunt.Madianitis itaq; N
ſpiritalibus ſpiritales iſraelitę ſeptem an
nis ſeruiunt,id eſt toto tempore quo deũ
deſerunt vitiis ſe ſubdunt , peccatis in-
uoluunt, virtutibus carent , opera bona
non habent.Et ꝗ̃s ſcdm quod in hiſto-
ria illa ſcriptum eſt, faciant ſibi antra &
ſpeluncas in mõtibus & munitiſſima ad
pugnandum loca,nequaꝗ̃ tamē poſſunt
hoſtibus reſiſtere & manus hoſtiles eua-
dere:quia ex quo deum dereliquimus &
ab ipſo dereliquimur, fiunt hoſtes noſtri
ſcdm Hieremiã velociores aquilis cœli: Thre.4.
ſup mõtes pſequũt nos, in deſerto īſidiā
tur nobis. Veniat neceſſe eſt purgator tri
tici ſtrenu⁹,viroꝝ fortiſſim⁹:ille ī quã Ge

deon qui in mundo deſtruat aram idolo
latrię:ſuccidat lucum ignorãtię qui tau-
rum,id eſt vitulum ſaginatum ſcilicet ſe
metipſum deo patri offerat : nec in vel-
lere nec in rore ſignum quęrat,ſed quod
per vtrunq; ſignificatum eſt patenter ex
hibeat,hoſtes ſuperet & populum ſuum
O liberet & ſaluet eum . Quomodo?In ſo-
no tubarum, in fractione lagenarum, in
accenſione lampadum . Chriſtus quip-
pe tubam ſonare fecit dum euangelium
prædicauit.Lagenam fregit,dum paſſio-
nem ſuſtinuit:lampadem accendit, dum
Matt.10. miracula fecit . Tuba quoq; ſonuit,dum
patrẽ laudauit dicens. Cõfiteor tibi do-
mine cęli & terrę,quoniã abſcondiſti hęc
a ſapientibus & prudentibus & reuelaſti
ea paruulis.Nam ſicut eſt tuba prędica-
tionis,ſic eſt & tuba laudationis: queãd-
Pſal.80. modum ſcriptum eſt. Buccinate in neo-
Pſal. 150. menia tuba.Et item. Laudate dominũ in
ſono tubę.Lagunculã ſuam confregit,ſi-
cut hoc propheta pronunciauerat dicẽs.
Eſa.10. Ecce dominus deus confriget lagunculã
in terrore:& excelſi ſtatura ſuccindẽtur.
Lagũcula eſt caro humana. Dominꝰ au-
tem lagunculã confregit in terrore quia
in morte Chriſti territi ſunt homines :
territi ſunt & dęmones.Territi ſunt ho-
mines, quia qui ad ſpectaculũ illud con-
Luc.23. uenerant,vid ntes terręmotum & cęte-
ra quę fiebant , percutientes pectora ſua
reuertebantur.Dęmones quoq; ſunt ter-
riti,quia viderũt eum ſtatim diabolũ re-
ligare ,baratri pagula confringere, mor-
tis profunda penetrare , ſuos electos ve-
lut captiuam captiuitatẽ potenter edu-
cere, Et excelſi ſtatura ſunt ſucciſi , quia
ſuperbi homines antiqua dñatione ſunt
priuati.Sed & lampadẽ Chriſtus accen-
Ioan.10. dit dum in mundo bonũ opus multipli-
citer exhibuit.Vnde & iudęis ait.Multa
bona opera oſtendi vobis ex patre meo.
Iudic.7. Gedeon ad pugnam ſuã ad triginta mi-
lia hominum vocauit :ſed in trecẽtis ſu-
perauit:& in exercitu Chriſti multi ſunt
vocati,pauci electi. Significãt autem illi
trecẽti viri omnes electos qui vere arma
ti ſunt fide ſanctę & indiuiduę trinitatis
ſiue munimine triũ principalium virtu-
tum fidei, ſpei,& caritatis . Qui nequaq̃
flexo poplite vel ore fluminis aquis im-
merſo bibunt : quia in rebus tranſeunti-
bus non ſuperflua ſed neceſſaria tm̃ quæ
runt . Reprobi vero flexo poplite & ore
lymphis immerſo torrentis aquas bibũt:
quia fluxis rerum tranſeuntium delecta-
tionibus ſe totos ĩmergunt.Gedeon non
ſolum citra ſed & vltra iordanem hoſtes
ſuperauit.Chriſtus non tm̃ in iudęa ve-
rum etiam in gentibus dęmones expu-
gnauit.Sic Gedeon,ſic Chriſtus pugna- Exhor-
uit & ſuperauit.Nos igitur fratres con- tatio.
ſideremus quomodo pugnemꝰ vt ſupere
mus.Quod me videritis facere(dixit Ge
deon hominibus ſuis) hoc facite:& con-
clamate dño & Gedeoni. Sic vult Chri-
ſtus vt illi cõpugnemus,conclamemus &
ſuperemus . Exemplum em̃ dedit nobis,
vt ſicut ipẽ fecit,ita & nos faciamus.Ad
hoc ſpectare videtur quod ait. Qui ĩ me Ioan.14.
credunt opera quę ego facio ipſi facient
& maiora horum facient. Habemus au-
tem non tm̃ Chriſtum propugnatorẽ &
ſaluatorem : verũetiam pręlatum noſtrũ
qui vice eius fungitur : qui nos debet in
bello præcedere & nobis exemplum pu-
gnandi monſtrare . Qui vtinam ſit Ge- P
deon non Abimelech. Abimelech em̃ ſi-
gnificat prælatum reprobum & iniquũ:
qui quæ ſua ſunt quærit , non quæ Ieſu
Chriſti.Abimelech,fratres ſuos ſup vnũ
lapidẽ trucidauit.Iniquus pręlatus ſuos
fratres per duritiam ſuam deſtruit.Abi-
melech vrbis ſuæ homines occidit & ſal
in ea diſperſit:& reprobus prælatꝰ in ec-
cleſia ſua commiſſa ſibi ſubiectos verbo
& exemplo interimit, nec ſapientem nec
ſapientiam in ipſa inquantũ eius praui-
tati permittitur,derelinquit.Habeant er
go viri ſichem Abimelech: nos vtinã ha Q
beamus Gedeonem. Ierunt inquit ligna Iudic.9.
ſyluarum vt conſtituerent ſuper ſe regẽ
Venerunt ad oleam , vitem, ficum, quæ
omnes renuerũt ſuper ea regnare, & in-
ter ea promoueri: dixerũtq; ligna ad rhã
num impera tu nobis.Quæ reſpondit.Si
vere me regem vobis conſtituitis, veni-
te & ſub vmbra mea requieſcite . Si au-
tem non vultis egrediatur ignis de rha-
mno & deuoret cedros libani.Ligna ſyl-
uarum ſcđm parabolam Ionathę ſunt



viri ſichem.Rhamnus Abimelech.Scđm
myſticã autem ſignificationem quid re-
ctius per ligna ſyluarum accipimꝰ q̃ na-
tiones vel cõgregationes quaſlibet infru-
ctuoſas & homines in peccatis annoſos
& veternoſos,& ęternis incendiis aptos?
Per oleã autem poſſumus intelligere fi-
delem aliquem virum excellentẽ virtute
miſericordiæ.Per vitem vero eo ꝙ Chri
Ioan.16. ſtus qui eſt ſapientia dei ait:Ego ſum vi
Eccli.31. tis.Et quia ſcriptum eſt Vinum modice
ſumptũ acuit ingeniũ.Accipimus quẽli
bet iuſtum eximiũ virtute ſapientię.Per
ficum deniq; accipimus alium præpol-
lentẽ gratia dulcedinis internę.Ficus em̃
dulcẽ habet fructũ.Ligna em̃ ſylueſtria,
ad oleã,vitem,ficum, vt ex eis regẽ acci-
piant veniunt:cũ quęlibet infructuoſę co
gitationes aliquẽ virum miſericordem,
aut ſapientẽ, vel mitem aut dulcẽ in prę
latum requirũt. Sed olea,vitis, ficulnea,
regnum tale reſpuũt:quia electi per pra-
uorum malitiã ſi in eorũ regimine con-
ſtituantur proprio fructu priuari & illis
nil prodeſſe pertimeſcunt. Deinde ligna
rhãnũ ſuper ſe regẽ leuant,cũ iniqui aliũ
iniquum ſpinis peccatorũ oppoſitum in
rectorẽ expoſtulant.Iſti quoq; igne alter-
no deuorantur, dum peruerſi ſubiecti &
peruerſus eorũ pręlatus alterutro furore
& ira conturbãtur. Et talibus hominibꝰ
de tali igne ac deuoratione propheta ſic
Eſa.33. ait.Spiritus veſter vt ignis vorabit vos.
Cum em̃ inuicem inuidẽt,inuicem mor-
dent,inuicẽ conſumũtur.Sed iam ad no-
R ſtrã materiã reuertamur. Chriſtus itaq;
iugum oneris noſtri & ſceptrũ exactoris
noſtri,ſicut in die Madiã ſuperauit,quia
tuba ſuę predicationis, & paſſione mor-
tis,& exhibitione bonę actionis dęmones
debellauit:& nos ab eorũ dominatione li
berauit.Habemus autem & aliũ Gedeo-
nem,id eſt Chriſti ꝓpugnatoris & ſalua
toris,in hoc bello vicem gerentẽ:pręlatũ
ſcilicet noſtrum:Illius auxilio hoſtes no-
ſtros cotidie debellantẽ. Hic offerat ne-
ceſſe eſt cũ Gedeone panes azimos ꝑ ſim
plicem videlicet doctrinã: hœdũ per pœ
nitentiam:& ipſum coctũ per dilectionẽ:
& deſuper thus fundat per cõpunctionẽ
Offerat & taurũ ſcilicet ſemetipſum: vt
licet mori pro populo ſuo non cõtingat
opere:mori tamẽ pro ipſo paratꝰ ſit ſem-
per voluntate.Ingrediar(inquit Gedeõ) Iudic.7.
partem caſtrorũ: & qđ fecero ſectamini.
Sic omnis pręlatus ſibi ſubiectis bene vi- S
uendi formã debet exhibere ne de illorũ
eſſe numero cõprobetur qui dicũt & nõ
faciunt:& qui alligãt onera grauia & im
portabilia & imponũt in humeros homi
num, digito autẽ ſuo nolunt ea mouere.
Ingrediatur ergo caſtra hoſtilia, non ſo-
lum ea q̃ ſunt vtilia,neceſſaria,vel in ma
lis cauendis aut in bonis exercendis,pro
uidẽdo,diſponendo:ſed & faciẽdo. Ingre
diatur partem caſtrorũ,miniſteriũ ſuum
implendo.Ingrediatur caſtrorũ partem,
non em̃ omnia poteſt ſolus: quia manus
Moyſi graues ſunt & indigent aliorũ au
xilio ſuſtentari.Clãgat tuba ſua prędicã
do & cantando:frangat lagenã ieiunãdo
& vigilando:accendat faculã virtutes ex
ercendo,bona opera exhibẽdo.Et nos do
mino & Gedeoni cõclamemus ipſum in
his om̃ibus imitando . Sed ſunt quidem
carnales etiã religionis habitu palliati :
quorũ buccinatio tota carnalis eſt. Nũq̃
em̃ de religione, nunq̃ de emẽdatione or
dinis loquũtur:quia ſcđm apoſtolicã ſen
tentiam:nõ quę ſunt ſpiritus ſed quę car Rom.8.
nis ſunt ſapiunt . Parũ inquiunt dormi-
mus:parũ comedimus,pauperrime viui-
mus.Iſti ſi non fuerint ſaturati,ſępius nõ
tm̃ murmurant,ſed & litigant.Qui vti-
nam ſaturati pacem habeãt. Nec tamen
iſta dicẽtes de neceſſariis corporis loqui
reprehendimus.Sed ꝙ iſti ſemp de carna
libus nunq̃ de ſpiritualibꝰ loquũtur mi-
rabile eſt in oculis noſtris.De neceſſariis
quippe corporis humani prout oportet
loqui laudabile eſt: quia nemo vnq̃ odio
carnem ſuam habuit :ſed nutrit & fouet
eam. Verũ loqui de his quę ad ſpiritum T
pertinent,eſt prorſus neceſſariũ cum ſpi-
ritus humanus potior pars hominis vel
certe (vt quidã philoſophus ait)ipſe ho
mo ſit.Mens(inquit)cuiuſcũq; is eſt quiſ
q;.Alii in refectorio buccã ſuam ad come
dendum & bibendũ ſatis aperiũt:in cho
ro ad legendum & canendũ ſępe vel ſem
per claudunt. Alii non minori culpa ſed,
maiori dementia confitẽtes dño parũ in
corde nimis in ore caput exagitãt,voces
falſificãt,cãtũ effœminãt,& laudẽ diuinã

ſpiritu vanę glorię capti magis ſtrident,
ſibilant ꝗ cantāt. Nunc ergo cariſſimi, de
Exhortatio. his oībus nos inuicem fraternę corripia-
mus, & corrigamus vt buccina noſtra be
ne ſonante hoſtiū caſtra terreamus. Sane
ſermo diuinus quē ſiue ꝑdicatū ſiue can
tatum ꝑ tubā figurari dicim⁹, in hac ea-
dem hiſtoria per panē vel gladiū intelli-
Iudic. 7. gitur. Referens (inqt) aliquis ſomniū pro
ximo ſuo dixit. Vidi ſomniū, & videbaẗ
mihi quaſi ſubcineriti⁹ panis ex hordeo
volui: & ī Madiā & caſtra deſcēdere: cūq̧
veniſſet ad tabernaculū ꝑcuſſit illud &
ſubuertit, & terrę funditus coęquauit.
Reſpōdit is cui loq̄baẗ. Nō eſt hoc aliud
niſi gladius Gedeonis. Tradidit eñ deus
V in manus eius Madiā & oīa caſtra eius.
Sermo dei. Sermo itaq̧ dei, tuba eſt, panis eſt, gladi⁹
eſt. Tuba eſt quia auribus inſonat. Panis
eſt quia eſurientiū iuſtitiā mentes ſanat.
Heb. 4. Gladius eſt quia cordiū ſecreta penetrat.
Vnde apl's. Viuus eſt (inquit) ſermo dei
& efficax & penetrabilior oñi gladio an
cipiti: & ꝑtingēs vſq̧ ad diuiſionem aīæ
ac ſpiritus, compagū quoq̧ & medullarū
& diſcretor cogitationū & intentionum
cordis: & non eſt vlla creatura inuiſibilis
in cōſpectu eius. Non ſolum aūt oportet
nos tuba clangere (ſicut dictū eſt) ꝑdicā
do, cātando vel canēdo: verū & lagenam
frāgere, carnē noſtram cū vitiis & concu
piſcētiis crucifigēdo. Sed ſunt in ordine
multi qui religionē profeſſi ſalubrē eius
aſperitatē obhorrent, ſemp in requie opu
lenta viuere cupiētes & ꝙ deus nullā ab
eſcis carnis moleſtiā requirat aſſerentes.
Nos vero cariſſimi frāgamus hāc lagun
culam in fame & ſiti: in frigore & nudita
te: in labore & ęrūna, & ceteris hmōi. Ac-
cendamus noſtras lāpades, vt virtutes ex
erceamus, opera bona exhibeamus. Tali-
bus armis hoſtes ſupabimus, victoriā ob
tinebimus, palmā poſſidebimus. Palmam
inquā aureā. Sic & Gedeon de quo ſermo
eſt, palmā auream obtinuit dum inaures
aureas de pręda hoſtium ab exercitu ſuo
poſtulauit, & accepit. Sic & nos fratres ſi
legitime certamus, palmā aureā, id eſt ſu
pernā gloriā poſſidebimus. Quam nobis
pręſtare dignetur Ieſus Chriſtus. Amen.

## De Apoſtolis Petro & Paulo.
## Sermo. LXIIII.

FEcit deus duo magna lu Gene. 1.
minaria: luminare maius
vt pręeſſet diei: & lumi-
nare min⁹ vt pręeſſet no
cti. Et ſtellas. Forſitan mi
ramini fratres ꝙ in ſolē
nitate ſanctorū apoſtolorū Petri & Pauli
ſermonē vobis facturi de iis ꝗ in operib⁹
ſex dierū cōtinētur eiuſdē ſermonis fun-
damentū ponimus. Sed hoc ſine ratione
minime facimus: dū ꝑ creationē mūdi, re
generationē generis hūani: & per ornatū
cęli & terrę decorē, & pulchritudinē vni
uerſalis eccleſię conueniēter intelligim⁹.
Cęlū ſignificat ea ꝗ ī ſancta eccleſia ſunt
ſumma, terra ſignificat ima. Cęlum ſigni
ficat ꝓlatos, perfectos, contēplatiuos: ter-
ra ſubiectos, impfectos, actiuos. Pręlati nā
q̧ perfecti, contēplatiui, ſiue auctoritate
noīs, ſiue differentia dignitatis, ſiue meri
to virtutis: ſubiectis, imperfectis, actiuis,
ſunt ſupiores. Subiecti vero impfecti, acti
ui, ꝓlatis perfectis, contēplatiuis, ſunt in-
feriores. Ornatus cęlorum virtutes expri
mit perfectorū: ornatus terrę virtutes im
perfectorū. Illos velut cęlos excellēter ele
uatos ornat diuina cōtēplatio: iſtos quaſi
terrā adhuc in imo reſidentē decorat bo
na actio. Illi per cōtinuas preces ꝓtegūt:
iſti ꝓtegūtur. Illis gratia cœleſtis cōferẗ:
& per illos iſtis deferẗ. Vnde & dñs per Oſee. 2.
prophetā ait. Exaudiā cęlos & ipſi exau-
dient terrā. Et alibi ſcriptum eſt. Aperiet
dñs theſaurū ſuū optimum, cęlū: vt plu-
uiam tribuat terrę tuę in tēpore ſuo. Cū
igiẗ per creationē mundi, reſtaurationem
generis hūani, & ꝑ diſpoſitionē & ornatū
cœli & terrę ordinē & pulchritudinē vni
uerſalis eccleſię cōueniēter ītelligam⁹: qd
ꝑ duo magna lūinaria ſolē vꝫ & lunā, re
ctius ꝗ ſanctos apoſtolos quorū ſolennia
celebramus. i. Petrū & Paulū accipere de
bemus? Qui vere ſunt lūinaria ꝑ gratiā,
magna ꝑ excellentiā. Petrus eñ ceteris
eminet excellētia poteſtatis. Paulus excel
lentia ꝑdicationis. Petrus ſol. Paul⁹ luna.
Petrus ſol per collatā ſibi diuinitus potē
tiam. Paulus luna ꝑ collatā ſibi cęlit⁹ ſa-
pientiā. Luminare maius fecit deus dum
Petro dixit Caro & ſanguis fidei ſacra-
mentū tibi nō reuelauit, ſed pater q eſt in Matt. 16.
cęlis: & illum tunc lucere in cęlo ꝑcepit,



dum illi claues regni cęlorum contra-
didit. Luminare minus fecit dū Saulū
ſtrauit & Paulum erexit: & in illo cor-
porale lumen ad tempus extinxit, ſed
Z ſpirituale in ꝑpetuū accēdit. Sed iam
videamus quomodo luminare maius
iuſſit pręeſſe diei, & luminare minus ꝑ
eſſe nocti. Per diem Iudęa cōgrue ſigni
ficatur: quæ doctrina legis & prophe-
tarum quaſi claritate quadā luminis
cęleſtis illuſtrabatur. In hoc quippe nō
mediocriter gentibus pręlucebat ꝙ nō
tm̄ naturalem, ſed & ſcriptā legem ha-
bebat. Vnde & apoſtolus cū de Iudæis
& gentibus diſputaret ait: Quid ergo
amplius eſt Iudęo: aut quæ vtilitas cir
cūciſionis? Multum ꝑ omnē modum.
Primū quidē quia credita ſunt illis elo
Nox. quia dei. Per noctem gentilitas recte fi
guratur, quę ſuę cæcitatis tenebris an
tiquitus tegebatur. An non tenebroſa
Roma. 1. nox fuit gentilitas cuius etiam ſapien
tes cū cognouiſſent deum nō ſicut deū
glorificauerunt aut gratias egerunt:
ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis
& obſcuratum eſt inſipiēs cor eorum?
Dicentes enim ſe eſſe ſapiētes, ſtulti fa
cti ſunt, & mutauerunt gloriā incor-
ruptibilis dei, in ſimilitudinē imaginis
corruptibilis hominis & volucrum &
quadrupedū & ſerpentū. Cum enim co
gnouiſſent deū ipſum naturaliter in-
telligendo, nō ſicut deum glorificaue-
rūt ipſum ꝑ iuſtitiā colendo: aut gra
tias egerunt eum pro accepto benefi-
cio laudando: ſed euanuerunt in cogi-
tationibus ſuis per ſuꝑbiā. Et obſcu-
ratum eſt inſipiens cor eorū ꝑ igno-
rantiam. Superbia nāq̧ dū mentem in-
fumigat ꝓprii luminis claritate priua
tos obſcurat. Dicētes enim ꝑ ſuper-
biam & iactantiam ſe eſſe ſapientes ꝑ
acceptā ſciētiam, ſtulti facti ſunt oꝑrā
te ſuperbia ꝑ cęcā & excęcantē igno-
rantiam. In quātā autem ſtultitiā cor-
ruerint oſtēditur cū de idololatria ſta-
tim infertur. Et mutauerūt gloriā in-
corruptibilis dei in ſimilitudinē imagi
nis corruptibilis hominis & volucrū
& quadrupedum & ſerpētum. Et poſt
pauca. Tradidit illos deus in paſſiones
ignominię: nam fœminæ exarſerunt in
deſideriis ſuis inuicem: & ſicut non ꝓ-
bauerunt deum habere in notitia: tra-
didit illos deus ī reprobum ſenſum vt
facerent quæ non conueniūt: repletos
omni iniquitate, malitia, fornicatione,
auaritia, neq̄tia: plenos inuidia, homi-
cidiis, contentione, dolo, malignitate:
ſuſurrones, detractores, deo odibiles,
contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuen-
tores malorum, parentibus nō obœdiē
tes, inſipientes, incompoſitos, ſine affe-
ctione, ſine fœdere, ſine miſericordia.
Quos ſub vnius perſona hominis Pau
lus cuius hęc ſunt verba, acriter redar
guens ait. Secundū duritiā autē tuam, Ro. 2.
& cor impœnitens theſaurizas tibi irā
in die iræ & reuelationis iuſti iudicii
dei: qui reddet vnicuiq̧ ſcd̄m opa ei⁹.
Sic abyſſus abyſſum inuocat: dū culpa A
culpam generat. Culpa nāq̧ ſuperbiæ
genuit in eis cęcitatem ignorātię: & cę
citas ignorātię genuit impietatē idolo
latriæ: & impietas idololatriæ genuit
maculam luxurię, & macula luxurię co
oꝑantibus ſupradictis, genuit enor-
mitatem omnis iniuſtitię: quę tādē ge-
nuit contemptū & duritiā impœniten
tię. Ecce quomodo gentilitas fuit nox
tenebroſa. Luminare vero maius diei,
& luminare minus nocti pręfuit: dum
Petrus Iudęis, Paulus gentibus prędi-
cauit. Qd̄ manifeſte Paulus in epiſtola
ad Galatas declarans: Cum vidiſſent Gala. 2.
(inquit) ꝙ creditum eſt mihi euange
lium pręputii, ſicut Petro circunciſio-
nis. Qui eñ operatus eſt Petro in apo-
ſtolatum circūciſionis: operatus eſt &
mihi inter gentes & cętera. Dies itaq̧
Iudęa, nox gentilitas, Luminare maius
Petrus, Luminare min⁹ Paulus. Q̄uis B
autem Paulus prædicator fuerit gen-
tium, ꝗuis electionis vas, ꝗuis omnib⁹
plus laborauerit, ꝗuis nihil min⁹ a ma
gnis apoſtolis fecerit, ꝗuis ad tertium
cęlum & in paradiſum dei raptus, arca
na ibi verba quæ non licet homini lo-
qui, audierit: non me tamen arbitror
ſublimitati eius in aliquo derogare: in
eo ꝙ ipſum minori luminari. i. lunæ:
Petrum vero maiori. i. ſoli comparo.
cum Petro ſoli dictum eſſe conſtet: Tu
es Petrus, & ſuper hanc petram ædifi- Mat. 16.

cabo eccleſiam meam. Et tibi dabo cla-
ues regni cęlorum, & quodcũq; ligaue
ris ſuper terram erit ligatum & in cę-
lis: & quodcũq; ſolueris ſuper terram
erit ſolutum & in cęlis: & cum ſoli Pe-
tro iubente domino eum ſuper aquas
maris ambulare conceſſum ſit: Petroq;
ſoli inter cęteros & pre cęteris a domi
no cura paſtoralis principaliter & ſpe-
cialiter iniũcta ſit, vbi dicit: Paſce agnos
meos. Ambo tamen magni, ambo mira
biles, ambo laudabiles ſunt & prædica
biles: ambo paſſione germani, ãbo vna
die, vno loco, vnius ſententiã tolerauе
G re tyranni. Vnde licet eos ad cõmodũ
ſententię noſtrę ſcd̃m prędicta lumina
ria ſuperius eos diſcernamus: vter ta-
men vtri præponatur non eſt certum:
quia poſſunt exiſtimari meritis nõ diſ
pares qui ſunt in paſſione æquales. Et
licet in Petro fides emineat: in Paulo
doctrina pręcellat: magiſterium tamen
Pauli fidei plenitudo eſt: & credulitas
D Petri doctrinę eſt fundamẽtũ. Iſti ſunt
duę principales in eccleſia turres, duo
propugnacula, duo duces, duo p̃cones,
duę columnę, duę oliuę, duo candela-
bra. Turres eminendo, propugnacula
muniendo, duces pugnando, pręcones
prędicando, columnę ſuſtinendo, oliuę
E miſerendo, candelabra lucendo. Sane
ſciendum eſt ꝙ poteſtas ſoluendi & li
gandi q̃uis ſoli Petro data videatur a
domino, abſq; vlla tamen dubietate cę
teris apoſtolis data eſt, ipſo teſte q̃ poſt
paſſionis ſuę reſurrectioniſq; ſuę triũ-
phum apparens eis, & inſufflauit & di
Ioan. 20. xit omnibus: Accipite ſpiritũ ſanctũ:
quorum remiſeritis peccata remittun
tur eis: & quorum retinueritis retenta
ſunt. Necnõ etiam nũc in epiſcopis ac
preſbyteris omni eccleſię idem officiũ
cõmittitur, vt videlicet agnitis peccã
tium cauſis quoſcũq; humiles ac vere
pœnitentes aſpexerit hos iam a timo-
re perpetuę mortis miſerans abſoluat.
Sic quoq; licet Paulus ſpecialis doctri
nę donũ excellenter acceperit: noſcẽdũ
tamen eſt alios apoſtolos eius doctrinę
gratia p̃fecte donatos ipſo domino do-
cendi miniſteriũ illis iniũgente dñ ait:
Mat. 28. Euntes docete omnes gẽtes baptizan-
tes eos in nomine patris & filii & ſpi-
ritusſancti: docẽtes eos ſeruare omnia
quęcũq; mãdaui vobis. Fecit itaq; deus Gene. 1.
duo magna luminaria vt luminare ma
ius pręeſſet diei, & luminare minus p̃-
eſſet nocti. Et ſint (inquit) in ſigna &
tẽpora & dies & annos: & luceãt in fir
mamento cęli & illuminẽt terrã. Quã-
tum ad ſenſum literę ſpectat, corpora-
lia luminaria cęli eſſe ſcimus in ſigna
tẽpeſtatis ac ſerenitatis: in ſigna naui-
gandi: & ita de cęteris huiuſmodi plu
ribus. Sunt & in tẽpora quia eorũ cur
ſu, aſcenſu, & deſcẽſu quatuor anni tẽ
pora determinãtur & cõplent. Sunt in
dies & annos: quia eorũ & pręcipue ſo
lis ortu curſu, & occaſu cõſummãtur.
Sic & ſpiritualia luminaria iſta ĩ ſigna
nobis ſunt: dũ malum vitandi, bonũq;
faciẽdi nobis exẽpla tribuũt. In tẽpora
quoq; nobis ſunt dũ in incerto diuitia
rum quę cũ tẽporibus defluũt neminẽ
ſperare debere patenter nos erudiunt.
Vnde & beat[9] Paulus ait: Reliquũ eſt 1. Cor. 7.
vt qui habent vxores tãq̃ non habẽtes
ſint: & qui flent tãq̃ nõ flẽtes: & q̃ gau
dent tãq̃ non gaudentes: & qui emunt
tãq̃ nõ poſſidentes: & qui vtuntur hoc
mũdo, tãq̃ nõ vtantur. Pręterit enim fi
gura huius mũdi. Et ad Timotheum.
Diuitibus huius ſeculi præcipe nõ ſu 1. Tim. 6
perbe ſapere: nec ſperare in incerto di-
uitiarũ. In tẽpora nobis ſunt dũ vt in
tẽporibus æterna q̃ram[9] nos inſtruũt.
Hinc & idẽ Paulus ait. Ecce nũc tẽpus Ro. 13.
acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Per
dies aũt bonorũ operũ inchoationem:
Per annos vero eorũ intelligimus con
ſummationẽ. Sancta ergo hæc cæleſtia
luminaria dies & ãnos nobis miniſtrãt,
& determinãt: dũ ad bonorũ operũ in-
choationẽ & p̃fectionẽ ratiõabiliter &
diſcrete, ſuis præceptis nos illuſtrant
quẽadmodũ & p̃fatus apoſtolus admo-
net dicens: Obſecro fratres per miſeri- Rom. 12.
cordiã dei vt exhibeatis corpora ve-
ſtra hoſtiã viuẽtẽ, ſanctã deo placentẽ,
ratiõabile obſequiũ veſtrũ. Hęc deniq; E
Luminaria in firmamẽto cęli lucent &
terrã illuminãt: quia & perfectis in cę-
leſti cõuerſatione firmatis mirabiliter
coruſcãt & inferioribus ac imperfectis



eos verbis erudiendo & exemplis accẽ
dendo lumen iuſtitiæ præſtant. Sancti
quippe perfecti in cęleſti cõuerſatione
firmantur in via per gratiã: in patria p̃
gloriam. Hic per iuſtitiã, ibi per ſtolam
primã donec accipiãt & ſecũdã. Vnde
Phil. 3. & prędictus apoſtolus ait: Noſtra autẽ
cõuerſatio in cęlis eſt. Imperfecti vero
adhuc velut in terra habitant: dũ ter-
renis laboribus ſępius inſudant. Qua-
propter & illi nomine firmamẽti: & iſti
nomine terrę cõgrue deſignãtur. Hæc
de ſanctis apoſtolis Petro & Paulo di-
ximus & eorũ magnam claritatẽ ſcd̃m
duo maiora cęli luminaria nõ ſicut vo
luimus ſed ſicut valuimus declaraui-
G mus. Et ſtellas. Sicut p̃ duo maiora cę-
Apl̃i re- li luminaria Petrum & Paulum ſcd̃m
liq̃ ſtellę prędictã rationẽ accipimus: ita per ſtel
las cęteros apoſtolos accipere debem[9].
Licet enim omnes apoſtoli ſint magni,
& omnes pariter & cõmuniter gratia
cęleſti ſint donati: neſcio tamẽ quo pa-
cto Petrus & Paulus præ cæteris pecu
liari quadã in cęlo fidei virtute videñt
pręcellere: dũ Petro quaſi bono diſpen
ſatori, claues regni cęleſtis dedit Paulo
tãq̃ idoneo doctori magiſteriũ eccleſia
ſticę iſtitutionis iniũxit. Vnde iſta duo
maxima luminaria velut ſol & luna
vno in loco nõ videntur fixa, dũ Petro
vniuerſalis eccleſię cura iniungitur, &
Paulo omniũ gẽtiũ doctrina cõmittit.
Cęteri omnes velut ſtellę in firmamẽto
vno ſinguli fixi videntur in loco dũ eo
rum vnuſquiſq; vno p̃dicauit ĩ regno.
Prędicauit enim Ioannes in Aſia, An-
dreas in Achaia: Matthęus in Æthio-
pia: Iacobus maior & minor in Iudęa:
Philippus in Scythia: Thomas ĩ India
maiore. Barptolemęus ĩ India minore:
Symon & Iudas in Perſide. At non ita
Petrus & Paulus dum Petrus cæteris
in naui relictis, ſuper maris aquas am-
bulãs totius eccleſiaſticæ dignitatis ſe
principẽ fore ſignũ accepit: & Paulus
qui ab Hieruſalem per circuitum vſq;
ad Illiricũ impleuit euangeliũ Chriſti.
Quis itaq; ſimul omnes cęlitus nobis
H luceant: lumenq; veritatis in tenebris
vitę præſentis præbeant: & qualiter de
Babylone in Hieruſalem ſupernã aſcẽ-
dere valeamus, nos doceãt: beati tamẽ
Petrus & Paulus quorũ ſolennia cele-
bramus ſpeciali quodã fulgore, cęleſtis
iuſtitiæ nos irradiãt. Nũc igitur cariſ- Exhor-
ſimi nobis, tãtorũ luminariũ ſplendore tatio.
luſtrati omnes filii lucis & filii diei ſi-
mus nõ noctis neq; tenebrarũ. Abiicia-
mus opera tenebrarũ: & induamus ar-
ma lucis. Sed non hoc tm̃: ſed & tranſ-
formemur a claritate in claritatẽ, tãq̃
a domini ſpiritu. i. nõ ſolũ relictis ma-
lis acquiramus bona: ſed etiã inter bo-
na ſectemur ſemper potiora: vt de vir-
tute in virtutem cõſcendẽtes meritis
& precibus beatorum apoſtolorũ deũ
deorum in Sion videre mereamur. Qđ
nobis pręſtare dignetur Ieſus Chriſtus
dominus noſter qui eſt deus benedict[9]
in ſecula. Amen.

### ¶ In Natiuitate beatæ Mariæ.
### Sermo. LXV.

SIcut ſpina roſam, ge- I
nuit Iudæa Mariam.
Plębs antiqua fratres
plębs Iſraelitica quaſi
arbor quędã fuit: quæ
in Abraham radicem
habuit, & in Iſaac & Iacob ſtipitem p̃-
duxit: & ſe erexit ac in duodecim pa-
triarchis & filiis eorũ ramos ac ramuſ
culos multiplicauit. Quę quidẽ p̃pter
pinguedinem fidei ac iuſtitiæ Abrahæ
Iſaac & Iacob & quorũdã qui ex ipſis
ſunt geniti: olea vel vitis in quibuſdã
ſcripturę locis meruit appellari: ſed ob
quorũdã immo multorum ex eis pro-
cedentiũ prauitatẽ ſpinæ potiſſimũ po
teſt comparari. Vnde ad demonſtrãdã
præcedentem eius bonitatẽ & ſequen-
tem eius prauitatẽ, dominus per Hie-
remiam dicit: Ego plantaui te vineam Hiere. 2.
electam, omne ſemen verum: quomodo
conuerſa es in prauũ vinea aliena? Et
poſt pauca Hieremias ipſe. Oliuã vbe-
rem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam,
vocauit dominus nomen tuũ. Ad vo-
cem loquelæ grãdis exarſit ignis in ea.
Abraham quippe Iſaac & Iacob & plę
roſq; ex eorum ſtirpe progenitos domino
placuiſſe & cũ ipſis ſiue per ipſos domi
nũ locutum eſſe ſcriptura teſte didici-
mus: ac p̃ hoc viti ſiue vineæ vel oliuæ

aut etiã ficulneæ gentem illam merito
k cõparat agnoſcimus. Sed & nũc videa-
m⁹ quõ & quare ſpinę, q̃ ſtimulos acu-
tos ꝓducit & crudeliter pungit: eadẽ
gens ꝑpter multoꝝ filioꝝ ſuoꝝ impie
tatẽ iure debeat cõparari: & ĩueniem⁹
ꝙ multi crudelitatis ei⁹ aculei e ſacri
eloquii teſtimoniis poſſint dinũerari.
Primũ itaq; legim⁹ de crudelitatis gẽ-
tis illius ſtimulis Ioſeph a ſuis fratrib⁹
iniuſte odio habitũ: tunica talari nuda
tũ, in ciſterna poſitũ: ac tãdẽ Hiſmaeli-
tis negociatorib⁹ crudeliter vẽditũ: ad
exteras & ignotas gẽtes ducẽdũ. In Æ-
gypto quoq; a Pharaone afflicti dũ pa-
tiẽtiã in aduerſis habere debuiſſent: ad
uerſus Moyſen & Aaron turbati dixe-
Exo.5. rũt: Fœtere feciſtis odorẽ noſtrũ corã
Pharaone & ſeruis eius: & ꝑbuiſtis eis
gladiũ vt interficerẽt nos. Poſtq̃ autẽ
egreſſi ſunt de Ægypto añ trãſitũ ma-
ris rubri, dũ Ægyptios ſe vidiſſent ſe-
quẽtes, ſęquiẽtes cõtra Moyſen dixerũt:
Forſitan nõ erãt ſepulchra ĩ Ægypto,
ideo tuliſti nos vt moreremur ĩ ſolitu-
dine. Quid hoc facere voluiſti vt edu-
ceres nos de Ægypto? Nõne iſte eſt ſer
mo quẽ loquebamur ad te in Ægypto
dicentes: Recede a nobis vt ſeruiamus
Ægyptiis: multo eñ melius eſt ſeruire
eis, q̃ mori in ſolitudine? Poſt trãſitum
vero maris rubri ĩ deſerto Sin furẽtes
aduerſus Moyſen & Aaron dixerunt:
Vtinã mortui eſſemus ꝑ manũ dñi in
terra Ægypti, qñ ſedebamus ſuꝑ olas
carniũ, & comedebamus panẽ ĩ ſaturi-
tate. Cur eduxiſtis nos ĩ deſertũ iſtud,
vt ĩterficeretis oẽm mľtitudinẽ fame?
Sed cũ pſalmographus propter multi
plicẽ prauitatis eoꝝ nequitiã nõ inter
rogãdo ſed admirãdo & ſtupẽdo ꝓcla-
met dicẽs: Quotiẽs exacerbauerũt eũ ĩ
deſerto, in irã cõuerterũt excelſum in
inaquoſo? quid neceſſe eſt ſingillatim
eoꝝ cõtẽtiones deſcribẽdo laborare &
varias eoꝝ rixas dinumerare, qb⁹ dñm
& Moyſen irritauerũt ĩ caſtris, Aaron
ꝙ ſanctũ dñi? Sic & in terra ꝓmiſſionis
poſiti ĩmolauerũt dęmoniis & nõ deo:
diis quos ignorabãt: & deũ q eos genu
erat, dereliq̃rũt: & obliti ſunt dñi crea
toris ſui. Altaria ei⁹ deſtruxerũt, & ꝓ-
phetas occiderũt? Ad vltimũ vero, vt
cumulũ dãnationis ſuę cõſũmarẽt, au-
ctorẽ vitę cruci cõfigẽtes interemerũt.
His & hmõi ꝑuerſitatib⁹ velut crude-
liſſimis ſpinarũ ſtimulis gens illa ꝑfida
ſemꝑ hiſpida fuit: & flores ex ſe ꝓcedẽ
tes. i. ꝓphetas & alios iuſtos ex ſe natos
lacerare & cruẽtare nõ deſiit. Ex qbus
alii ab eis ſecti ſunt, vt Eſaias: alii lapi-
dati, vt Hieremias ĩ Ægypto, Ezechiel
in Babylone: alii ĩ occiſione gladii mor
tificati, vt Vrias, Ioſias: alii minis eorũ
fugati, circuierũt ĩ melotis, in ꝑllibus
caprinis, vt Helias: egẽtes, anguſtiati,
afflicti, quoꝝ dign⁹ nõ erat mũd⁹. Sed
& principes eoꝝ viduã & aduenã inter
fecerũt, & pupillos occiderũt: & dixerũt,
nõ videbit dñs. Nã & de hmõi crude-
liſſimis pũctionib⁹ ſcribis & phariſęis
dñs exprobrãs ait: Vęh vobis ſcribę &
phariſęi hypocritę, q ædificatis ſepul-
chra ꝓphetarũ, & ornatis monumenta
iuſtoꝝ: & dicitis, Si fuiſſem⁹ ĩ dieb⁹ pa
trũ nroꝝ, nõ eſſem⁹ ſocii eoꝝ in ſangui
ne ꝓphetarũ. Itaq; ĩ teſtimonio eſtis vo
biſmetipſis ꝙ filii eſtis eoꝝ, q ꝓhetas
occiderũt. Et poſt pauca. Hieruſalẽ, Hie
ruſalẽ q̃ occidis ꝓphetas: & lapidas eos
q ad te miſſi ſũt. Habuit etiã arbor iſta
folia nõ ſemꝑ mãſura: ſed qñq; caſura,
carnales. ſ. legis obſeruãtias: quarũ de-
fluẽtiã Paulus ĩſinuat dũ ad eas dicit:
parabolã tꝑis inſtãtis: Iuxta quã mune
ra & hoſtiæ offerebãt q̃ nõ valebãt iu-
xta cõſciẽtiã, perfectũ facere ſeruientẽ:
ſolũmõ ĩ cibis & potib⁹: & variis bapti
ſmatib⁹ & iuſtitiis carnis vſq; ad tẽpus
correctionis ĩpoſitis. Et alibi: Reproba
tio fit ꝑcedẽtis mãdati ꝑpter ĩfirmita-
tẽ ei⁹ & inutilitatẽ. Nihil eñ ad ꝑfectũ Heb.7.
adduxit lex. Vmbrã eñ habebat lex fu
turoꝝ bonoꝝ, nõ ipſam imaginẽ rerũ.
Intelligim⁹ itaq; ĩ Abrahã arboris nrę M
radicẽ. In Iſaac & Iacob ſtipitẽ: in duo-
decim patriarchis ramos. In filiis eorũ
multiplices ramuſculos. In carnalibus
obſeruãtiis folia. In iuſtis ãtiqs ꝑcipue
ꝓphetis flores. In prauitatibus eiuſdẽ
popľi ſpinales ſtimulos. Inter quos vero
flores btã virgo Maria cęteris glorioſi⁹ Maria.
rutilat: q̃ nõ ſolũ antiquos, verũ & vni
uerſos iuſtos ſua pulchritudine ſuꝑat.



Sed qa dixim⁹ quõ gens Iudaica ſpinæ
comparetur: dicamus quomodo beata
Maria per roſam. i. ipſum florem ſigni
Roſa. ficetur. In roſa quatuor diſcerni poſſe
videntur ſcilicet natura, forma, color,
& odor. Natura eſt roſa frigida, forma
lata, colore alba aut rubra, odore gra-
ta. Per naturam ergo ſignificat vitio-
rum extinctionem: per formam carita-
tem: per colorem puritatem & paſſio-
nem, vel certe compaſſionem: Per odo-
rem bonam opinionẽ. Quæ cuncta (ex-
cepta corporali paſſione) beatæ Mariæ
cuius hodie natiuitatẽ celebramus re-
ctiſſime congruũt. Nam vt cætera quę
ſatis nota ſunt taceam: virtutem com-
paſſionis beata Maria habuit: quia ei⁹
Luc.2. animam, ſicut ſcriptũ eſt, doloris gla-
dius ꝑtrãſiuit. Igitur ſicut ſupra di-
ctum eſt Iudęa eſt ſpina. Maria roſa. Et
ſicut ſpina roſam, ſic Iudęa Mariam ge
nuit, dum illa crudelis hanc miſericor
dem edidit. Quid enim crudelius gẽte
Treñ.4. Iudaica? de qua ſcriptum eſt ꝙ lamiæ
nudauerunt mammã. Filia populi mei
crudelis quaſi ſtruthio in deſerto? Et
Treñ.4. item. Maior effecta eſt iniquitas filiæ
populi mei ꝑccato Sodomorum, quæ
ſubuerſa eſt in momento & non cœpe-
runt in ea manus. Quid aũt miſericor
dius beata Maria, quæ a cunctis fideli-
b⁹ miſericordiæ mater appellatur, & a
cũctis vera fide eã inuocãtibus miſeri
cordiæ eſſe mater cõprobatur? Sed qa
N Iudęæ nequitiã & beatæ Mariæ boni-
Exhor- tatem ſemper laudãdam deſcribere nõ
tatio. ſufficimus ad noſmetipſos ſtylum ver
tamus, & qualiter ab illa declinare &
iſtam debeamus imitari diligenter vi-
deamus. Non ergo imitemur impiam
Iudęam, vt ſimus ſpinæ: ſpinę inquam
2.Reg.23 illę de quibus ait Dauid: Præuaricato-
res quaſi ſpinæ euellẽtur vniuerſi: quæ
nõ tolluntur manibus: et ſi quis eas tã
gere voluerit armabitur ferro & ligno
lanceato igniq; ſuccenſæ comburẽtur
vſq; ad nihilum. Crudeles ſunt iſtæ ſpi
næ: crudeles ſunt ac deteſtabiles. Quæ
non tolluntur manibus, quia non poſ-
ſunt euelli de ſua crudelitate virtute
humana, ſed ſola potentia diuina. Et ſi
quis eos, voluerit tangere: armabitur
ferro & ligno lanceato: quia quorundã
ferina crudelitas nullo modo reprimi-
tur: niſi duriſſimo & ſeueriſſimo rigo-
re iuſtitiæ feriatur. Igni deniq; ſuccen-
ſæ vſq; ad nihilum comburuntur: quia
flãmis gehennalibus condemnati quã-
tum ad hoc qđ in mundo fuerint ad ni
hilum rediguntur. Non ſimus fratres
tales ſpinæ vel talibus ſimiles, quia ſpi
narũ acerbus eſt fructus, punctio cruẽ
ta, & ſpinæ raro rei cuilibet adaptanť:
niſi tm̃ igni & combuſtioni. Et quid
amarius peccato: & quid grauius æter
nis incendiis quibus peccatores cõcre
mantur? Imitemur beatam virginem
Mariam maxime ſcđm hoc qđ de roſa
ſuꝑius diximus, vt vitioſitatis noſtrę
flammas ſcđm eius naturam frigidam
extinguam⁹ corda noſtra ſcđm formã
eius in dilectione dei & proximi latius
expandamus. Simus rubicundi et ſi nõ
pro Chriſto ſanguinem effundẽdo, ſal
tem infirmis eius membris cõpatiẽdo:
& odoriferi bonã opinionẽ vbiq; diſꝑ-
gendo. Iudaicam vitemus nequitiam a
malo declinando: beatæ Mariæ virgi-
nis imitemur ſanctimoniã: bene facien
do: vt eius meritis & precibus euadere
damnationẽ & cõſequi męreamur bea
titudinẽ. Quod nobis pręſtare digne-
tur Ieſus Chriſtus dñs noſter, qui eſt
deus benedictus in ſecula. Amen.

¶De deo laudando: in feſto cuiuſli-
bet ſancti. Sermo.LXVI.

MVltis ex locis ſacrę ſcri- O
pturæ didicim⁹ deum
in ſanctis ſuis eſſe mi-
rabilem atq; laudabi-
lem, & tanto laudabi-
liorem quanto mirabi
liorem. Diuerſos autem modos lauda-
tionis diuinæ ſanctus pſalmographus
in vltimo libri ſui pſalmo nobis pro-
ponit vbi dicit: Laudate eũ in ſono tu- Pſal.150.
bæ: laudate eũ in pſalterio & cithara:
in tympano & choro, in chordis & or-
gano. In cymbalis bene ſonantibus: in
cymbalis iubilationis. Et vt hęc oĩa nõ
de corporalibus, ſed de ſpiritualib⁹ ĩn-
ſtrumẽtis intelligẽda eſſe ꝑdoceret: ſta
tim adiũxit: Oĩs ſpũs laudet dominũ.
Omnis ſpũs: angelicus. ſ. & humanus.

P Videamus ergo quid hęc omnia ſpiri
Tuba. taliter ſignificent. Tuba terribilē ſonū
habet: vt per hoc p̄dicationē illā figu-
rat quę vel de breuitate vitę pręſentis
ſiue de diuturnitate futurę damnatio-
nis fortiter nos terret. De breuitate p̄-
Matt.3. ſentis vitę vt ibi. Iam ſecuris ad radicē
eſt poſita arboris. De diuturnitate fu-
Eſa.60. turę damnationis vt ibi. Vermis eorū
non morietur: & ignis eorū non extin-
guetur. Et quia de differētia tubarū.i.
modo prędicationū ſuperius in quodā
ſermone ſufficiēter diximus: nūc eadē
repetere nō curamus. Laudate eum in
Pſalte- pſalterio & cithara. Pſalterium diuina
rium. contemplatio: cithara bona actio: quia
pſalterium a ſummo cithara ſonat ab
imo. Qđ pſalteriū videlicet bene deca-
chordum in ſacra pagina vocatur: qa
in contēplatione diuina tota legis ſe-
Q ries vere & perfecte cōſummatur. Sane
Cithara cithara ſpiritalis iſta, ſex habet chor-
das.i. ſex opera miſericordię: quę ſunt
dare cibum eſurienti: potū ſitienti, &
cętera. Ad hāc citharam ſonandā & p
eam laudē deo decantandā ipſe Chri-
Luc.11. ſtus nos hortatur vbi dicit: Date elee-
moſynam & omnia munda ſunt vobis.
Et antiquos de cōtemptu culpans per
Eſa.28. prophetā dixit: Reficite laſſum & hoc
eſt refrigeriū meū, & noluiſtis. Laudate
Tympa- eū in tympano & choro. Tympanū fit
num. ex corio ſiccato ſuper ligneum circum
extēſo, quo iuuenculę tympaniſtrię lu-
dere ſolent, quę meliora inſtrumēta nō
habent. Significat autē congrue tym-
panū abſtinentiam, per quā caro ſicca-
tur, attenuatur, & extenditur. Et hoc
tympanū Paulus exprimere videt̄ vbi
Gala.5. dicit: Qui aūt ſunt Chriſti carnem ſuā
crucifixerunt cū vitiis & concupiſcen
tiis. Sed quia nil valet abſtinentia quā
non comitatur concordia recte poſtq̄
dixit Laudate eū in tympano: addidit
Chorus & choro. Eſt enim chorus contēperata
collectio vocū: & ꝑpterea per chorū de
ſignatur cōcordia morū. Qui autē lau
dare dominū in tympano abſtinentiæ
nō etiā in choro cōcordię conant̄: iure
ieiunia eoꝝ reprobātur: ſicut p ꝑphetā
Eſa.58. dicitur: Ecce ad lites & cōtētiones ieiū
natis & percutitis pugno impie. Nolite
ieiunare ſicut vſq; ad diem hāc vt au-
diatur i excelſo clamor veſter. Nūquid
tale eſt ieiuniū qđ elegi p diē affligere
hominē animā ſuā? Et poſt pauca. Nō-
ne hoc eſt magis ieiuniū qđ elegi. Diſ-
ſolue colligationes impietatis: ſolue fa
ſciculos deprimētes. Qui ergo dn̄o pla
cere vult ipſum laudādo in tympano
abſtinētię, ſtudeat etiā placere illi eum
laudādo in choro cōcordię. Laudate eū R
in chordis & organo. Chordę deſignāt Chordę
virtutes. Chordę vt ſonū reddant extē
dūtur: virtutes vt fructū cōferant exer
centur. Chordarū igitur extenſio, vir-
tutū eſt exercitatio: ſonus chordarum
vtilitas virtutū. In chordis deum lau-
dant, quicūq; recte viuendo ſanctis vir
tutibus eū honorāt & illoꝝ chordę cō
corditer ſonāt: quorū virtutes ad pfe-
rendā laudabilem iuſtitiā vniformiter
cōcordant. Illę quoq; virtutes clare ſo-
nū reddūt: quę ab omni humiditate ſic
catę ſunt: qa virtutes illę ſuauiter deo
ſonāt, quas vitiorū fluxa nō humectāt.
Chordę deniq; minime ſonāt niſi tāgā
tur: qa virtutes nequaq̄ clareſcunt niſi
prius aduerſitatibus exerceantur. So-
nus chordarū roboratur & formatur
ex propinqua ſibi ligni cōcauitate: vir
tutū vero bonitas cōmēdatur ex inter
na & latente operantis intenſione. Or- Organū
ganū eſt quaſi turris fiſtulis diuerſis
fabricata: qđ flatu follium ſonat. Quid
itaq; p folles niſi perfectiores doctores
ſpiritali doctrina repletos? Quid etiā
per organū rectius q̄ audiētiū diſcipu-
lorū cœtū intelligimꝰ? Per folles orga-
nū implet̄, vt p ſuas fiſtulas ſonū red-
dat: & p doctores ſpū ſancto plenos di-
ſcipulorū cuneus doctrina ſpiritali ad
implet̄ vt p ſuos ſenſus & membra vel
certe virtutes & opa laudē deo dicat.
In organo igit̄ a nobis deus laudatur:
dū in noſtris auditoribꝰ & ex nr̄a ſpiri
tali doctrina p eoꝝ bonā cōuerſationē
glorificat̄. Et ſic implemus qđ ſcriptū
eſt. In doctrinis glorificate dn̄m. Qđ vi Eſa.24.
delicet organū formā habet turris: qa
diſcipulorum turba ſemper debet eſſe
fortis & ſublimis ad reſiſtendū inimi-
cis. In chordis ergo dominū laudamꝰ,
dum in nobiſmetipſis virtutes exerce-



mus. In organo dum alios hoc vel illo
S modo ad laudē dei promouemus. Lau-
date eum in cymbalis bene ſonātibus:
laudate eum in cymbalis iubilationis.
Cym- Cymbala inuicem ſe tangunt, & ſic ſo
bala. nū reddunt: & ſignificant vicarium ho
norem quo ſe inuicem iuſti pręueniūt:
vel alternam exhortationem qua ſe in
uicem admonēt: vt ſemper melius ope-
rentur, & ſemper deuotius deum lau-
dent. Et de his cymbalis & de comper
cuſſione ſiue conſonantia eorum beatꝰ
Rom.12. Paulus ſic dicit: Caritatem fraternita-
tis inuicem diligētes: honore inuicem
Rom.15. pręuenientes. Et item. Certus ſum fra-
tres mei & ego ipſe de vobis quoniam
& ipſi pleni eſtis dilectione: pleni omni
ſcientia, ita vt poſſitis alterutrum mo
nere. Et hęc ſunt cymbala bene ſonan-
tia: ſancta videlicet ſanctorum ad me-
liorem prouectionem alterna monita.
Cymbala vero iubilationis recte labia
noſtra ſunt: quæ dum ſe inuicē in lau-
dādo deum percutiūt iubilationis eius
iocunda ſuauiter promunt. Eſt autem
Iubilus. iubilus ineffabile gaudium, qđ nec ta-
ceri poteſt nec exprimi valet: qđ eccle-
ſia in pręcipuis feſtiuitatibus repręſen
tat circa eandem ſyllabam varias for-
mando melodias vt in natali domini
cantatur tāq̄ ſponſus: quaſi nō valens
Exhor- mentis exprimere hilaritatem. Nunc
tatio. igitur cariſſimi nobis, laudemus domi
nū in ſono tubę (vt dictū eſt) per prę-
dicationem: in pſalterio per cōtempla-
tionem: in cithara per bonam operatio
nem. Laudemus eum in tympano per
abſtinentiam: in choro per cōcordiam.
Laudemus eum in chordis virtutes in
nobiſmetipſis exercendo: in organo ali
os ſpiritali doctrina ad diuinam laudē
pręmonendo & prouocando. Laudemꝰ
eum in cymbalis bene ſonantibus inui
cem nos ad meliora commonendo. In
cymbalis iubilationis eius ſemper lau-
dem noſtris labiis concinendo. Laude-
mus inquā dominū quia ſpeciale nobis
eſt canticū ſingularis lętitia: laus diui
na. Laudemus dominū, quia ſi eū lauda
mus ſicut debemꝰ, erimus populus eiꝰ
Eſa.43. de quo dicit: Populum iſtum formaui
Pſal.49. mihi, laudem meā narrabit. Laudemus
dominū quia ſacrificium laudis hono-
rificat eum: & illic iter quo oſtēdet no
bis ſalutare ſuū. Laudemꝰ dominū quē
(teſte ſcriptura) cūcta ſua laudant ope
ra nō tm̄ ſenſata ſed & inſenſata & in-
ſenſibilia. Et quoniā non omnia poſſu-
mus omnes, & vnuſquiſq; ſuū donū ha
bet a deo, vnuſquiſq; noſtrū in quo ſe
velut ſpecialem agnoſcit habere gra-
tiam in eo excellenter operando, laudē
decantet diuinā. Laudemus ergo domi
nū vniuerſi, laudemus eū ſinguli. Lau-
demus eum moribus, laudemus eū ſup
terram cum hominibus iuſtis in tēpo-
re: laudemus eum vocibus vt meritis
& precibus ſanctorum quorum hodie
ſolennia celebramus, ſuper cęlum cum
laudare mereamur cū angelis in æter-
nitate. Quod nobis pręſtare dignetur
Ieſus Chriſtus dn̄s noſter qui eſt deus
benedictus in ſecula. Amen.

¶De quatuor regū aduerſus quinq;
reges pugnantium allegoria.

Sermo.LXVII.

F Actū eſt vt Amraphel T
rex Sennaar, & Arioch Gen.14.
rex Ponti, & Chodor-
laomor rex Elamitarū,
& Thadal rex gētium,
inirent bellum contra Baſa regem So
domorum & contra Berſa regem Go-
morrę, & cōtra Semeber regē Seboym,
& contra Sennaar regem Adamę, con
traq; regem Balę: ipſa eſt Segor. Qua
tuor ſuperius dicti reges ſunt vniuer-
ſi dęmones, qui idcirco quatuor eſſe di
ci poſſunt, quia a quatuor vētis nobis
incurrunt: vel quia quatuor principa-
les virtutes in nobis debellare conten
dunt. Ex quibus Chodorlaomor q in- Chodor
ter alios quaſi caput & prīceps extitit laomor.
& cuius belli cauſa principaliter fuit
Diabolum ſingulariter exprimit, q in-
ter alios malignos ſpiritus impugnan
dis vel expugnādis credentibus princi
patum gerit. Chodorlaomor quaſi ge-
neratio manipuli, vel quaſi decorum
manipulum interpretatur: quia diabo
lus malorum collationem quaſi gene-
rat dū eos in malo ſuis prauis ſugge-
ſtionibus procreat; & velut decorum
manipulum manu vehit, dum illos

fallaci mūdi huius pulchritudine de-
coratos ad tormēta portat. Ipſe eſt rex
Elam. Elamitarum. Elam interpretatur ſecu-
lū vel orbis: & ſignificat vniuerſitatē,
hominū ſeculum amātiū, & p circuitū
ſuę prauitatis ambulantiū. Sicut ſcri-
Pſal.11. ptum eſt: In circuitu impii ambulant.
Elamitę quoq; interpretantur oppoſi-
ti vel deſpecti. Et diabolus eſt rex Ela-
mitarum. i. omniū fidelibus aduerſan-
tium: & ab ipſis merito deſpectorum.
Cūcti deniq; reprobi ſpiritꝰ reges ſunt,
quia ſcd̄m apoſtolū, tenebrarū harū re
Pentapolis. ctores exiſtunt. Pentapolis regio ſuis
quinq; ciuitatibus diſpoſita, humanæ
carnis ſenſualitas eſt ſuis quinq; ꝓprie
tatibus diſcreta. Quinq; vero ſenſus
corporis: huius regionis reges ſunt: dū
extrinſeca negocia ſcd̄m quinquifidā
diſcretionē naturaliter & ꝓprie ſibi de
legata & deſignata regaliter diſponūt.
V Quatuor autē prędicti reges qnq; ſub
iūctos reges vincūt, dū maligni ſpiritꝰ
ſenſus corporis prauis delectationibꝰ
corrumpunt. Et pentapolis duodecim
annis in ſuis quinq; regibus Chodor-
laomor ſeruit, dum carnaliter viuētiū
hominū vniuerſitas ſeruitium qd̄ deo
ſcd̄m apoſtolicam doctrinam exhibere
debuiſſet, in quinq; ſenſibus corporis
corruptis diabolo impendit: a quo an-
no tertiodecimo recedit, dum ſcd̄m re
ctam ſanctę trinitatis fidem, legis deca
logum decernit. Sed cū carnalium col
lectio per timorē dei cōpuncta ſuis ab-
renūciare prauitatibus diſponit: tunc
diabolus aduerſus eam acrius ſæuit.
Gen.14. Vnde & in hac hiſtoria ſcriptū eſt: ꝙ
quinq; regibꝰ pentapoleos a Chodor-
laomor recedentibus ipſe congregatis
regibus complicibus ſuis aduerſus eos
bellū mouit. Sed nequaq̄ ī loco cōgruo
ad cōmodū quinq; regū bellū hoc ge-
ſtū eſt. Nā ſcriptū eſt ꝙ direxerūt aciē
cōtra quatuor reges in valle ſilueſtri.
Vallis autē ſilueſtris habebat puteos
multos bituminis. Itaq; rex Sodomorū
& rex Gomorrę terga verterūt, cecide
runtq; ibi: & qui remanſerant fugerūt
ad montem. Tulerūt autē omnē ſubſtā
tiā Sodomorū & Gomorrę, & vniuerſa
quę ad cibum ꝑtinēt, & abierūt: nec
non & Loth & ſubſtātiam eius filium
fratris Abram qui habitabat in Sodo-
mis: Et vnus qui euaſerat nunciauit
Abram. Sic ſic cariſſimi multotiēs fie- X
ri cernimus ꝙ ſunt quidā qui dū deo
ſeruire deliberant, nec tamē ſuis praui
tatibus ꝑfecte renunciant, contingit
non vt ipſi hoſtes vincāt, ſed vt ab ho-
ſtibus cęſi cadant: & ſuā ſubſtātiam. i.
virtutes & bona oꝑa iam inchoata ꝑ
dāt. Quid enim ꝑ vallem ſylueſtrem,
niſi terrena & infructuoſa actio? Quid
per puteos bituminis niſi profunditas
amarę tenacitatis vel certe vorago vi
ſcoſę & peruerſę conſuetudinis figura
tur? Si ergo contra hoſtes noſtros ſpi-
ritales dimicare diſponimus: nō in val
lem vitiorū deſcēdamus: ſed in mōtem
virtutum aſcēdamus, vt vincamus vel
ſaltem effugiamus. Tulerunt Loth fi- Y
lium fratris Abram. Abram qui inter- Abram.
pretatur pater excelſus intellectum ſi-
gnificat: qui cęteris animę ſenſibus vi-
detur eminere & pręſidere. Cuius fra-
ter Aram qui interꝑtatur excelſus af- Aram.
fectum deſignat qui homini datus eſt,
non vt infimis incumbat: ſed vt ſum-
mis ſemper ꝑ ipſum inhęreat. Si ergo
Abram ſecūdū myſticam ſignificatio-
nem eſt intellectꝰ rationalis: Aram fra-
ter eius affectus cordis, poſſumus non
incōuenienter per Loth intelligere ef-
fectum boni oꝑis. Ex affectu nāq; cor
dis naſcitur effectus boni oꝑis. Nec
mirum ꝙ Aram mortuo, & Abram ab
ſente Loth capitur & abducitur. Dum
enim cordis affectus per culpam mori
tur, & intellectus, diligens cuſtodia ꝑ
negligentiam abſentatur, ſtatim effe-
ctus boni operis a rectitudine bonę in-
tentionis alienatur, ſuiſq; bonis fundi-
tus priuatur. Cuius bona ſex opera mi
ſericordię dici poſſunt. Nuncius autē
qui hęc nūciat Abram vermis eſt con-
ſcientię malę: qui cęteris omnibus ab-
ductis ſolus ſolet remanere. Quibus co
gnitis pater excelſus adiunctis trecen-
tis decem & octo vernaculis. i. aliis ani
mæ potentiis hoſtes inſequitur & cæ-
dit, prædāq; virtutum & bonorum oꝑe
rum in trecentis decem & octo verna-
culis ſuperando reducit. Trecēta ſcd̄m Z



doctorum aſſertionē tau literā, quę for
mā crucis habet ſignificat. In ſacramē-
to igiť crucis & ī denario legis & octo
nario. i. ſpe futuræ beatitudinis noſter
Abram dimicat, hoſtes ſuperat, ciues li
berat, prędam reportat. Cui de cęde re
gum reuertēti, Melchiſedech ſacerdos
dei altiſſimi & rex Salem. i. Chriſtꝰ qui
noſtrę victoriæ ſemꝑ congaudet & con
gratulatur occurrit, & profert panem
& vinū: ſacramentū corporis & ſangui
nis ſui illi participando: & benedicit ei
in donis ſpiritalibus illum multiplicā-
do: & Abram dat illi decimas oīm quæ
acquiſiuit, perfectionē virtutum & bo-
norum operū non ſuæ virtuti ſuperbe
attribuendo, ſed illi humiliter aſcribē-
do ac dicendo. Non nobis domine non
nobis ſed nomini tuo da gloriam. Et
Exhortatio. nunc dilectiſſimi turpe ſit nobis cum
Loth in ſodomis. i. in carnali delectatio
ne & circa Iordanē. i. deſcenſum ſecula
rium negociorum cōmorari. Timeamꝰ
eius exēplo deprędari, & captiuari. Ad
tutiora ſemper loca, hoc eſt ad ſecretio
ra virtutum cacumina conſcendamus:
vt de his periculis magis ſecuri cæle-
ſtia bona facilius promereri valeamus.
Quod nobis pręſtare digneť Ieſus &c.
¶De octo terris diuerſarum rerum ple
nis moraliter. Sermo. LXVIII.

A Pſal.32. MIſericordia domini ple-
na eſt terra. Plures di-
uerſaſq; terras hic ad
euidentiā propoſiti ſer
monis deſcribere decre
uimꝰ, vt ex earū deſcri
ptione plures nobis ſenſuū ſpiritalium
intellectus aperiamus. Eſt itaq; terra q̄
plena eſt furore domini & eſt terra quę
Terra plena furoris dn̄i. plena eſt correptione dn̄i. Terra q̄ ple-
na eſt furore dn̄i eſt infernus: terra quę
plena eſt correptione dn̄i eſt, ignis pur
gatorius. Infernus em̄ cōgrue dici po-
teſt plenus furore dn̄i: qa in eo ad ple-
nū furorē eius ſentiunt, qui ſe hic vel
a peccatis damnabilibus penitus tene-
re, aut poſt lapſum emēdare contēpſe-
runt. Huiꝰ terrę quę eſt oīm terrarū in
fima, & in hac parte vltima, dn̄s ad Eze
chielē mentionē facit: vbi de quorūdā
principū gentiliū & gētiū eorū damna
tione locutus eſt dicens. Fili hoīs cane Ezech.32
carmē lugubre ſuꝑ multitudinē Ægy-
pti, & detrahe eā ipſam & filias gentiū
robuſtarū ad terrā vltimā cū his q de-
ſcendūt in lacū. Et deinceps. Ibi Aſſur
& oīs multitudo in circuitu illius ſe-
pulchra eius oēs interfecti: & q cecide
runt gladio quoq; data ſunt ſepulchra
in nouiſſimis laci. Et facta eſt multitu-
do eius per gyrum ſepulchri eius. Ibi
Elam & omnis multitudo eius per gy-
rum ſepulchri illius. Omnes hi interfe
cti gladio, qui deſcenderūt incircūciſi
ad terram vltimā: qui poſuerunt forti
tudinē ſuā in terra viuentiū, & porta-
uerunt ignominiā ſuā cū his qui deſcē
dūt in lacū: & cætera ſimiliter dicta de
quibuſdā aliis regibus & gentibꝰ. Hæc
itaq; terra vere plena eſt furore dn̄i ī q̄
mors eſt ſine morte, finis ſine fine, defe
ctio ſine defectione. Ibi vermis ſemper
edens: ibi tortor ſemper cędens.
Hic locꝰ īdignis, quo nō extīguiť ignis
Nec q torqueť: nec q torquet morieť.
Et non negligenter attendendū ꝙ prin
cipes damnati in medio ſuorū ſecumq;
damnatorū eſſe referunť: qa iuſtum eſt
vt qui hic in medio fuerunt velut co-
lumna & firmamentū in pc̄tō, ibi in me
dio ſint in tormento. Quorū oīm ſingu
la ſepulchra ſingularia ſingulorū ſunt
tormēta. ¶Terra vero plena correptio B
ne vel correctione dn̄i, apte dici valet Terra plena correptionis domini.
ignis purgatorius. Hæc aūt differētia
inter correptionē & correctionem eſſe
videtur: ꝙ correptio eſt quādo quis ar
guitur, etſi non emēdetur: correctio ve
ro quando etiam emendať. Ignis itaq;
purgatoriꝰ recte terra plena correptio
ne & correctione domini diciť: qa in eo
plenariam correptionē dn̄i ſentiunt, &
correctionē accipiunt, qui in hoc mun
do a peractis peccatis recedētes, plena
ria ſatiſfactione ſe purgare neglexerūt
vel certe morte præuenti non potue-
runt. Cuius videlicet ignis cruciatio
omnes præſentis ſatiſfactionis dolores
tranſcendere credenda eſt. Id enim qd̄ 2.Cor.4
in pręſenti momentaneum & leue tri-
bulationis noſtrę ſupramodū in ſubli-
mitatem æternum gloriæ pondus oꝑe
ratur nobis. Illic autem pro negligētia

vel lõgo contẽptu grauioris flãmę cru
ciatꝰ (ſicut ex plęriſꝗ ſanctorũ reuela-
tionibus & locis ſcripturarũ cõproba-
tur) debetur & adhibetur. Eſt etiã ter-
ra q̃ plena eſt voluptate dñi & eſt terra
C
Terra plena voluptatis Paradiſus.
quę plena eſt ſuſtẽtatione dñi. Terra q̃
plena eſt voluptate dñi eſt paradiſus:
terra vero q̃ plena eſt ſuſtentatiõe dñi
eſt hic mundus. Paradiſus eſt terra quę
eſt plena voluptate dñi, non ea volu-
ptate, quę ipſe eſt vel quę in ipſo ſubſtã
tialiter & ęternaliter eſt: ſed ea quę ab
ipſo vel per ipſum temporalis & muta
bilis creata eſt. Plenus eſt paradiſus vo
luptate: quia in ipſo ab initio facta cre
dũtur quę plenarie humanis vſibus eſ
ſent neceſſaria, vtilia, cõmoda, grata ſi-
ue iocũda. Ibi perpetuũ aeris tempera-
mentum humanę naturę gratiſſimũ: li
gnũꝗ vitæ ad cõſeruandã vitã huma-
nã incorruptibilẽ & ĩmortalẽ ſua virtu
te potẽtiſſimũ. Ibi ſi hõ in iuſtitia pſti-
tiſſet ſemp mulceret & delectaret viſũ.
diuerſorũ varietas colorũ, auditũ can-
tus auiũ, olfactũ redolentia florũ, guſtũ
ſapor fructuũ, tactum ſuauitas quarũli
D bet rerũ. Terra quoꝗ plena ſuſtẽtatio-
Terra plena ſuſtẽtationis.
ne dñi nõ incõgrue dicit̃ hic mundus.
In hoc eñ mũdo accedẽtiũ vel receden
tiũ planetarũ operatione & pluuię tẽ-
poraneæ & ſerotinę cooperãte virtute
rebus generantibus & germinantibus
plenarie ꝓuidet & adminiſtrat deꝰ (ni
ſi peccatis aliquando prępediatur) cũ-
cta quę ſunt neceſſaria ſuſtentationi vi
tę humanę. Et ſi nõnũꝗ ab iis qui ſecũ
dum carnem ambulant in deliciis ſiue
diuitiis mundi huiꝰ voluptas q̃rat̃ vel
haberi credat̃: nunq̃ tñ ab iis q ſanũ ha
bẽt intellectũ vera voluptas eſſe credẽ
da eſt in iis quę ſecundũ dñicã ſentẽtiã
ſpinis cõparãt̃. Eſt quoꝗ terra quę ple
na eſt ira dñi & eſt terra quã. ſ. in prin-
cipio ſermonis poſuimꝰ, q̃ plena eſt mi
E ſericordia dñi. Terra igit̃ q̃ plena ẽ ira
Terra irę dñi plena.
dñi vniuerſitas peccãtiũ: terra aũt q̃ ple
na eſt mĩa dñi conueniẽter accipit̃ vni-
uerſitas pœnitẽtiũ. Terra quę plena eſt
ira dñi eſt vniuerſitas peccãtiũ: qa reue
ra plenarie dñs iratꝰ eſſe credit̃ in eos
quos ſcđm deſideria cordis eorũ ire ꝑ-
Romæ. 1. mittit in adinuẽtionibꝰ ſuis. Nũqd eñ
illis nõ erat iratꝰ: quos (vt ait apl'us &
ſuperiꝰ in quodã ſermõe poſuimꝰ) tra
didit in reprobũ ſenſum vt facerent q̃
nõ cõuenirent repletos omni iniqtate,
malitia, fornicatione, & cęteris horren
dis deteſtãdiſꝗ vitiis & pc̃tis: quę ibi-
dẽ cõſequẽter deſcribuntur. In ærũnas
huiꝰ terrę miſerabilis ppl'm antiquum
collapſurum ſignificauit, vbi ꝑ Moyſen
cõminando dixit. Mea eſt vltio & ego Deut. 32.
retribuam eis in tẽpore, vt labat̃ pes eo
rũ. Sup huiꝰ terrę inhabitatione Eſaias
lachrymabilẽ q̃rimoniã ꝓtulit ad dñm
dicẽs. Ecce tu iratꝰ es & peccauimus. Eſa. 64.
Ab hac deniꝗ terra pſalmographꝰ nos
coercet, vbi dicit. Apprehendite diſci- Pſal. 2.
plinã, neq̃ñ iraſcat̃ dñs & ꝑeatis de via
iuſta. Terra vero q̃ plena eſt miſericor-
Terra miæ dñi plena.
dia dñi, manifeſte vniuerſitas eſt vere
pœnitentiũ: cũ ipſe dñs ꝑ ezechielẽ ꝓ-
phetã dicit: Qꝫ ſi impius egerit pœni-
tẽtiã ab omnibus peccatis ſuis q̃ opera Ezech. 5.
tꝰ eſt, cuſtodierit vniuerſa ꝑcepta mea,
& fecerit iudiciũ & iuſtitiã, vita viuet
& nõ moriet̃. Oĩm iniqtatũ eiꝰ q̃s ope-
ratus eſt nõ recordabor. In iuſtitia ſua
quã operatꝰ eſt viuet. Hæc eſt terra in
qua ſolẽniter & ſingulariter cottidie ĩ-
mo continue cãtat̃ laus illa lętabunda
pſalmiſtę qua dicit. Miſerator & miſe- Pſal. 102.
ricors dñs: longanimis & multũ miſeri
cors. Nõ in ꝑpetuũ iraſcet̃, neꝗ in ęter-
nũ cõminabit̃. Nõ ſecũdũ pc̃tã nr̃a fecit
nobis neꝗ ſecũdũ iniqtates nr̃as retri-
buit nobis: & cętera q̃ ſequunt̃. Eſt de-
niꝗ terra quæ plena eſt gratia domini:
& eſt terra quæ plena eſt gloria domi-
ni. Terra quæ plena eſt gr̃a domini ſan- G
Terra plena gr̃æ dñi.
cta eſt eccl'ia. Vñ Paulus Corinthiorũ
eccl'ię ſcribẽs ait. In oĩbus diuites facti
eſtis in Chriſto, in oĩ verbo, & in oĩ ſci
tia ſicut teſtimoniũ Chriſti cõfirmatũ
eſt in vobis ita vt nihil vobis deſit in
vlla gr̃a. Et itẽ in eadẽ epl'a de multipli
citate multiformis gr̃ę dei q̃ eſt ĩ eccle-
ſia dicit. Alii ꝑ ſpm̃ dat̃ ſermo ſapiẽtię,
alii ſermo ſciẽtię, alteri fides, alii gr̃a ſa
nitatũ, alii opatio virtutũ, alii ꝓphe-
tia, alii diſcretio ſpirituũ, alii gña lin-
guarũ, alii ĩterp̃tatio ſermonũ. Hęc aũt
oĩa opat̃ vnꝰ atꝗ idẽ ſpũs diuidẽs ſin-
gulis ꝓut vult. Sãctę igit̃ eccl'ię gratia



cęleſtis ĩfundit̃ quæ dũ ſingulis mẽbris
ſufficiẽter diuidit̃, in toto corpore ple
H naria & perfecta demõſtrat̃. Sane terra
Terra plena gl'ię dñi.
quę plena eſt gloria dñi cæleſtis patria
eſt. Licet. n. pleni ſint cęli & terra gloria
eius: illa tñ patria ſingulariter plena
gloria eius nõ incõgrue dicitur, in qua
eius gloria nõ ꝑ ſpeculũ & in ęnigma-
te vel ex parte, ſed manifeſte atꝗ plena
rie videt̃. Cuius terrę gloriã nec manu
ſcribere, nec lĩgua ꝓmere, nec ſenſu ſuf
ficimus cogitare: qa ipſe deꝰ q ipſa glo-
ria eſt incõprehẽſibilis cogitatu eſt. Nõ
enim poteſt cogitari deꝰ qd eſt: etiam ſi
credi poteſt quia eſt: nõ qualis eſt com-
1. Cor. 2. prehendi. Vñ Apl's. Qđ oculus (inqt)
non vidit, nec auris audiuit, nec in cor
Pſal. 30. hoĩs aſcendit. Et pſalmiſta. Qꝫ magna
multitudo dulcedinis tuę dñe quã abſ
Epilogꝰ. condiſti timẽtibꝰ te! Ergo queadmodũ
ſupra mõſtratũ eſt, furore dñi plenꝰ eſt
infernus: correptione ignis purgatoriꝰ
voluptate paradiſus: ſuſtẽtatione mun
dus: ita vniuerſitas peccãtiũ: miſericor
dia vniuerſitas pœnitẽtiũ: gratia ſãcta
eccleſia: gloria patria ſupna. Et quidem
ſupna patria finis eſt oĩm in ſũmo: ĩfer
nus finis oĩm in infimo. Ad finem q eſt
in ſummo via eſt iuſtitia. Ad finẽ q eſt
in infimo, via eſt culpa. Ad finẽ q eſt in
ſummo, tendũt & ꝑueniũt electi. Ad fi-
nẽ q eſt in infimo, tẽdũt & ꝑueniunt re
probi. Et ſapiẽtia diuina quę ẽ creatrix
Sap. 8. & gubernatrix oĩm attingit a fine vſꝗ
ad finẽ fortiter, & diſponit oĩa ſuaui-
ter. Attingit a fine q eſt in ſummo vſꝗ
ad finẽ qui eſt in infimo. A fine beatitu
dinis, ad finem damnationis. Hic bonis
ꝓmia vitę reddens. Illic malis ſtipendia
mortis repẽdẽs. Attingit a fine vſꝗ ad
finẽ fortiter, qa infra metas vtriuſꝗ re
tributiõis nõ deficit: & diſponit oĩa
ſuauiter: qa modũ ęqtatis in aliquo nõ
Exhortatio. excedit. Hęc fratres ſub breuitate per-
ſtrinximus vobiſꝗ maiora ſcrutãda re
ſeruamus. Et nũc cariſſimi ad noſmet-
ipſos q̃ primũ redeamus ſinguli ꝓpriã
cõſciẽtiã intẽte diſcutiamꝰ, & vbi ſimꝰ,
quo tẽdamꝰ diligẽter attẽdamꝰ. Donet
aũt nobis dñs, vt ĩ terra q̃ plena eſt mi
ſericordia dñi dũ viuimꝰ cõmaneamꝰ,
vt ꝑ terrã q̃ plena eſt gratia dñi tendẽ
tes, ad terrã q̃ plena eſt gloria dñi ꝑue-
niamꝰ. Qđ nobis ꝑſtare dignetur Ieſus
Chriſtus dominus noſter qui eſt deꝰ be
nedictus in ſecula. Amen.

¶ In aſcẽſione dñi de laudãdo deo per
omnem creaturam. Ser. LXIX. I

LAudate dñm de terra, Pſal. 150.
dracones & oẽs abyſſi:
ignis, grãdo, nix, glaci-
es, ſpũs ꝓcellarũ quę fa
ciũt verbũ eiꝰ &c. Supe
rius fratres in pſalmo
cuiꝰ hęc ſunt verba cęleſtia quædã, an-
gelos. ſ. ſolẽ, lunã, ſtellas ad laudẽ crea-
toris ſanctꝰ Pſalmographus inuitauit:
nũc ad hęc quę ꝓpoſuimꝰ & cętera q̃ ſe
quunt̃ inuitãda ad ipſius laudẽ deſcen
dit. Laudate, inqt, dñm de terra draco-
nes & oẽs abyſſi. Non ſolũ aũt quę hoc
in loco ſcripta ſunt: verum & vniuerſa
corporalia q̃ ſubſiſtũt, dũ ad decorẽ vni
uerſitatis habẽt & tenẽt locũ ſuũ, lau-
dant deũ. Sed & in hoc vniuerſa viſibi
lia ſemp & ſublimiter deũ laudant, ꝙ
mirabiliter a deo cõdita, & decẽter diſ
poſita ex cõtẽplatione ſui ad admiran
dũ laudandũꝗ deũ iugiter nos incitãt
& inuitãt. Sed qa nõ tã qd litera foris
ſonat, q̃ qd dulcedinis intelligẽtia ſpũa
lis intꝰ cõtineat diſſerere debemus, ad
diſcutiẽdos ſenſus tropologicos ingre
diamur: & qd in his q̃ ſcđm literã hic
deſcribunt̃, moralis ędificationis lateat
videamus. Laudate dñm de terra dra-
cones & oẽs abyſſi. Draconibꝰ (vt bea- Tropologice.
tus Aug. dicit) nõ ſunt maiora animã Dracões
tia ſup terrã. Qui q̃uis ꝑniciosa valde
animãtia ſint, habẽt tñ aliqd vñ in bo-
na ſignificatiõe poni poſſint. Nã qa ni-
hil eorũ q̃ ſũt, ẽ vniuerſaliter boni par
ticipatione priuatũ: qa teſte ſcriptura Geñ. 1.
vidit deꝰ cũcta q̃ fecerat & erãt valde
bona: poſſunt etiã q̃libet infima & mi-
nima, & q̃ reſpectu alioꝝ vident̃ defor-
mia, boni aliqd figurare. Dracones ita
ꝙ eo ꝙ magnitudine corporũ aĩantia
cętera ſupant, illos q magno iuſtitię me
rito vel boni noĩs opinione & authori
tate cęteros trãſcẽdũt, ſignificãt. Sic ad
miramur & imitamur Abrahã, ĩter pa
triarchas: Eſaiã inter ꝓphetas: Ioannẽ
inter euãgeliſtas: Petrũ inter apl'os, Ste

phanū inter martyres. Nicolaū īter cō
feſſores, beatam Mariā inter virgines.
Abyſſi. Abyſſi magnę ꝓfunditatis ſunt,& hūa
no viſu ꝑnetrari nō poſſunt. Illos ergo
recte deſignāt q occulta & myſtica cęle
ſtis ſapientię & ſciētię ꝓfunditate præ
cęteris abundant. De qua profunditate
Roma.11. Paulus admirās & exclamans dicit. O
altitudo diuitiarū ſapiētię & ſcientiæ
dei: q̄ īcōprehenſibilia ſunt iudicia eiꝰ,
& īueſtigabiles vię eiꝰ? Quis em̄ cogno
uit ſēſum dn̄i: aut qs cōſiliariꝰ eiꝰ fuit?
Pſal.35. Et Pſalmiſta. Iudicia tua abyſſus mul-
Eccl's.7. ta. Et Salomon. Sunt iuſti & ſapiētes &
opera eorū in manu dei ſunt: & tn̄ ne-
ſcit hō vtrū amore an odio dignꝰ ſit. Il
los igit̄ cōgrue poſſunt abyſſi exprime
re, qbꝰ prę cęteris datū eſt vel in ſacra-
mētis occulta cognoſcere: vel in diui-
L nis iudiciis ſecreta ꝓfundiꝰ inueſtiga
Ignis. re. Ignis etiā illos ſpecialiter īſinuat,
quorū mēs ꝑ caritatē accenſa feruētius
flagrat. Caritas em̄ ignis eſt ꝑpetuus q
Leui.6. nunq̄ debet deficere ī altari dn̄i. i. in ſe
creto cordis hūani. Hic ē ignis de quo
Luc.12. ipſe dn̄s dicit. Ignē veni mittere in ter
ram: & qd volo niſi vt ardeat? Grando
Grando cadendo verberat: & ꝑ hoc illos aperte
figurat quorū ſermo ſeuerus eſt: & diſ
ſolutos ac inqetos aſpere caſtigat. Sūt
vero nōnulli q innocēter ſe viuere cre
dūt dū delinquētes nō rep̄hēdūt. Quos
beatꝰ Aug. redarguēs dicit. Magis inno
cētes nō eſtis ſi fratres veſtros quos iu
dicando corrigere poteſtis: tacēdo peri
re ꝑmittatis. Et beatꝰ Gregoriꝰ ī libro
paſtorali. Qui (inqt) ꝓximorū mala cō-
ſpiciunt: & tn̄ in ſilentio linguā p̄munt
quaſi cōſpectis vulneribꝰ vſum medica
minis ſubtrahūt, & eo mortis autho-
res fiūt, quo virꝰ qd poterāt, curare no
luerūt. Audiāt hoc illi q propter timo
rē aut amorē, aut muneris acceptionē.
aliorū lætalia peccata detegere fugiūt,
ꝙ niſi ea correctionis & ſalutis cauſa ꝓ
diderīt ſil'es peccātibꝰ fiāt: & vno ꝑccā
te & cęteris tacētibus & nō corripiēti
bus oībꝰ piculū īmineat. Qui. n. malum
videt & tacet, nō ſolū in illud pſalmiſtę
Pſal.49. labit̄ dicentis. Si videbas furē currebas
cū eo: & cū adulteris portionē tuā po-
nebas: verū etiā cū Eſaia neceſſe eſt cla
met & dicat. Vęh mihi qa tacui: qa vir Eſa.6.
pollutꝰ labiis ego ſum. Quiſqs ergo ma
la videt & tacet vir pollutꝰ labiis exi-
ſtit & ꝑccantis facinus in ſemetipſum M
retorquet. Nix albeſcit, & ꝑ hoc illorū Nix.
q per munditiā candēt typum recte ge
rit. Aqua vi frigoris cōſtringit̄, & ī gla Aqua.
ciē redigit̄. Glacies ergo vere ſunt qui Glacies.
fluxa mētis & carnis ſuæ, rigore diſci-
plinę cōſtringūt. Spūs ꝓcellarū. i. vētus Spūs ꝓ-
q ꝓcellas nūc erigit, nūc deprimit: ſpm̄ cellarū.
ſanctū ſignificat, q humanę mētis cogi
tationes nūc eleuat nūc humiliat. Spi-
ritus itaq̄ nō incōgrue dici poſſunt, q
deo (q ſpūs eſt) ꝑ amorē adhæreſcnut.
Qui em̄ adheret deo vnꝰ ſpūs eſt. Qui 1.Cor.6.
aūt ꝑ hęc quę dicta ſunt, malos accipe- In malū
re voluerit: poterit intelligere ꝑ draco Draco-
nes malitioſos. Per abyſſos ſubdolos. ꝑ nes &c.
ignē cupidos, per grandinē pſecutores
per niuē hypocritas, ꝑ glaciem obdura
tos, per ſpm̄ ꝓcellarū turbātes ac tur-
bidos. Quos oēs ad laudē dei Pſalmiſta
vocat: dū in his verbis vt ad bonum de
malo cōuertant̄ eos ſubtiliter inuitat.
Sed meliꝰ videtur vt bonos ſignificare
dracones & cætera dicant̄: ꝓpter id qd
additur. Quę faciunt verbū eius. Boni
etenim abſq̄ dubio verbū dei faciūt, qa
p̄ceptis dn̄icis obœdiunt. Sequit̄. Mon N
tes & oēs colles ligna fructifera: & oēs In bonū
cedri. Beſtię & vniuerſa pecora, ſerpen
tes & volucres pēnatę. Mōtes exprimūt Montes.
ꝓfectos & perfectos, colles incipiētes & Colles.
imperfectos. Nō ſolū itaq̄ mōtes deum
laudant: ſed & colles inter eos cōputā-
tur, qui laudē dei cantāt. Non ergo diſ
fidāt colles. i. illi q bonū inceperunt, &
ſi nōdū pfecerūt. Scriptū qppe eſt. Imp-
fectū meū viderūt oculi tui: & in libro Pſal.102.
tuo oēs ſcribent̄. Si oēs ergo & parui &
magni. Quid eſt oculi tui viderūt? Ap-
probauerūt. Quid eſt in libro ſcribent̄?
Saluabunt̄. Ergo īpfecti quoq̄ ſalua-
bunt̄. Qui em̄ īpfecti ſunt aliqd ſunt,
& aliq ſunt & ī numero ponunt̄, & ſcri
bunt̄. Qui aūt nihil ſūt, nulli ſunt, nec
ſcribi nec numerari poſſunt q nihil ha
bēt. Ergo oī habēti dabit̄ & abūdabit. Matt.25.
Om̄i habēti meritū dabit̄ p̄miū. Non di
xit habēti magnū meritum p̄miū dabit̄
& paruū p̄miū habēti nō dabit: ſed om̄i



habenti dabitur & abūndabit. Ergo eti
am ille qui paruum meritum habet cū
prēmium acceꝑerit ſatis habebit: q̄uis
non tātū habebit, quantum ille qui ma
gnū meritum habebit. Solus ille exclu
O ditur a percipiēdo prēmio qui nihil ha
Apoc.14. bet de merito. Om̄es ergo q in domino
moriunt̄ beati ſunt: qa poſt meritū vir
tutis ad p̄miū beatitudinis ꝑueniūt. In
dn̄o moriunt̄ q in carne quidē morien
tes in dn̄o viuētes inueniunt̄. Quō vi-
uētes? In fide & ſpe & caritate exiſtētes.
Ligna fructife-ra. Ligna fructifera ſunt qui cęteris fructū
doctrinę vitalis cōferūt. Cedri vero ſūt
qui cōtemptis terrenis ad cęleſtia ſpe-
Cedri. randa ſe ſublimiter erigūt. Per beſtias
Beſtię. aūt oīa ſilueſtria & īdomita aīalia, quæ
ꝑ ſolitaria loca vagātur, & hūanū aſpe-
Pecora. ctū fugiūt accipimus. Per pecora vero
domeſtica & māſueta intelligimus. Be
ſtię igit̄ illos recte ſignificāt qui vitā ſo
litariā agūt. Pecora illos q ſocialiter cū
Serpētes aliis viuūt. Serpētes ꝑ terram repūt &
Volu-cres. prudētes ſunt. Volucres ad alta volāt
& cæleſtibꝰ appropinquāt. Per ſerpētes
itaq̄ cōuenienter exprimi poſſunt cun
cti qui ea quę ad actiuā vitā pertinent
adminiſtrant. Per volucres cuncti q ad
P cęleſtia cōtemplanda pennis virtutū ſe
Reges terræ. ſubleuāt. Seqtur. Reges terrę & omnes
populi principes & oēs iudices terræ.
Iuuenes & virgines ſenes cū iuniooribꝰ
laudēt nomē dn̄i: quia exaltatū eſt no-
mē eius ſolius. Per reges intelligimus
Populi. oēs qui aliis recte prēſunt. Per populos
intelligimꝰ oēs qui ſuis p̄latis humili-
ter obœdiūt. Principes dici vident̄ qua
Pricipes. ſi primi incipiētes. Principes ergo illos
recte ſignificant, qui exēplo boni oꝑeris
alios p̄cedētes ad iuſtitiā eos īformāt.
Vnde & de ipſo domino ſcriptum eſt.
Act.1. Quæ cœpit Ieſus facere & docere. Et
1.Pet.5. beatus Petrus prēlatis ait. Nō vt domi
nātes in clericis: ſed forma facti gregi.
Iudices. Iudices vero ſunt qui verū a falſo: bo-
Iuuenes nū a malo veraciter diſcernūt. In iuue-
nibus aūt viget fortitudo. Iuuenes er-
go illos apte deſignant qui in bello for
tes ſunt: & malignū vincūt. Et tales be
atus Ioānes ꝑ epiſtolā ſuā alloquēs di-
1.Ioan.2 cit. Scribo vobis iuuenes: qa fortes eſtis
& verbū dei in vobis manet, & viciſtis
malignū. Per virgines intelligimus oēs Virgīes
qui virginalem corporis integritatem
habēt: vel certe illos qui integritatem
fidei ac mentis poſſidēt: qui adhærent
ſponſo Chriſto, nec cōſentiūt corrupto
ri diabolo. Per ſenes deniq̄ accipere poſ Senes.
ſumus oēs grauitate maturos, Per iu- Iuniores
niores omnes velocitate boni opis expe
ditos. Oēs igitur iſti qui ſupra dicti ſūt
laudē dei cōcinūt dum iuſte viuūt. Fe
lix autem qui vel vnum aliquod ex his
quæ dicta ſunt habere, ſe veraciter co-
gnoſcit: & miſer ac miſerabilis q ſe bo-
nis oībꝰ q̄ ſupra deſignata ſunt vacuū Q
cernit. Et nunc fratres ad noſmetipſos Exhorta
reſpiciamꝰ & an in numero iſtorū oīm tio cum
quos ſupra deſcripſimus ꝑ aliquā gra- epilogo.
tiā ſimus attēdamꝰ. Videamꝰ an draco
nes ſumꝰ aliquos ſaltē magnitudine cu
iuſlibet virtutis vel opinionis trāſcēdē
do: An abyſſi, occultam ſapiētię & ſciē
tię diuinę ꝓfunditatē prout noſtra fra
gilitas pati poteſt continendo. Sed hæc
magna valde ſunt: & noſtram paruita-
tem forſitan penitus excedūt: nec om̄i-
bus ſunt cōmunia, quæ paucis ſunt ſin
gularia. Si igitur iſta, dracones ſcilicet
& abyſſi excellenter eſſe non poſſumus
ſaltem ſimus ignis, ſpiritu feruēdo: grā
do inquietos corripiendo: Nix per mū
ditiam candendo: glacies quæ in nobis
male ſunt fluida coercēdo: ſpiritus ſpi
ritui deo per amorem adhærendo. Si-
mus montes per perfectionem: vel cer-
te colles per boni inchoationem: ligna
fructifera fructum cæteris doctrinæ cō
ferendo: cedri ad cæleſtia ſperanda ſub
limiter nos erigendo. Et ſi beſtiæ eſſe
non poſſumus vitam ſolitariam agen-
do: ſimus pecora manſuete cum cæte-
ris viuendo. Serpentes actiuę vitæ ne-
gocia prudenter tractando: volucres
ad cæleſtia contemplanda euolando. Si
mus etſi non de numero regum cæte-
ris præſidēdo, ſaltem de numero popu-
li noſtris prēlatis humiliter obœdien-
do. Principes ſimus aliis exemplum iu-
ſtitiæ præbēdo. Iudices ſimus quæ re-
cta ſunt diſcernēdo. Iuuenes ſimꝰ mali
gnū vincendo: virgines integritatem,
& ſi non corporis, ſaltem fidei & men-
tis poſſidēdo. Simus deniq̄ ſenes gra-

uitate maturitatis:iuniores velocitate
boni operis. Vnuſquiſq; laudet domi-
nũ ſecũdũ donum ſibi ſpecialiter colla-
tũ.Non enim omnia poſſumus omnes.
Et quia hęc ſingulis anni noctibꝰ cani-
mus,dum ea ore promimus attendamꝰ
ſi ea corde teneamꝰ.Noſtrũ eſt.n.ſpecia
liter miniſteriũ laudare dñm.Cuiꝰlaus
R tũc acceptabiliter canit̃,dũ qđ ore pro
Nomen fert̃ in corde verſat̃. Quia exaltatũ eſt
dei ſoliꝰ nomẽ eius ſolius.Sicut ipſe ſolus eſt,qa
exaltatũ vere eſt & ĩmutabiliter eſt,ita vere.no-
mẽ eius ſoliꝰ exaltatũ eſt. Et licet crea-
tura ſuũ habeat eſſe & altũ eſſe: nullã
tñ habet eius exiſtẽtia cõparationẽ ad
creatoris eſſentiã:eiꝰ altitudo ad illius
Eſa. 40. excellẽtiã.Quia oẽs gẽtes q̃ſi nõ ſint ſic
ſunt corã eo & quaſi nihil & inane re-
putatę ei & anni mille ante oculos eiꝰ
tanq̃ dies heſterna q̃ p̃teriit.Hinc eſt ꝙ
ſancti oẽs qñ in viſione dei ꝑficiũt,quã
tomagis diuinitatis interna cõſpiciũt,
S tãto magis ſe nihil eẽ cognoſcũt.Nuſq̃
quippe legit̃ ꝙ Abrahã ſe cinerem eſſe
ꝑfeſſus eſt niſi cum dñi habere meruit
collocutionẽ. Eſſe em̃ ſe forſitã aliquid
crederet ſi veracẽ eſſentiã q̃ ſupra ipm̃
eſt minime ſenſiſſet.At vbi ad ĩmutabi
lẽ cõtẽplãdũ ſupra ſe raptꝰ eſt ĩpletꝰ tã
tę cõtẽplatiõis potẽtia, dũ videret illũ
nihil ſe eſſe niſi puluerẽ vidit.Solus qp
pe veraciter eſt q ſolus ĩcõmutabiliter
ꝑmanet.Nã oẽ qđ mõ ſic,mõ aliter eſt,
iuxta nõ eſſe eſt. Permanere em̃ in ſuo
ſtatu nõ põt atq; aliquo mõ ad nõ eſſe
itur:dũ ad aliud ꝑ tẽporũ vicẽ ducitur
Diony- Et beatꝰDionyſius nullã eſſentiã,lumẽ
ſius. ſiue vitã ad incõprehenſibilẽ diuinita-
tis infinalitatẽ cõparationẽ habere poſ
ſe,talibꝰ verbis teſtat̃ dicẽs. Aliqñ,iqt,
diuinitatis beatitudinẽ manifeſtatiuo
rũ eloqorũ traditiones vt rõnẽ & ĩtelle
ctũ & eſſentiã laudẽt diuinã rõnalitatẽ
& ſapientiã eiꝰ declarantes: & vere exi
ſtẽtẽ ſubſiſtentiã & eorũ quę ſunt ſubſi
ſtẽtię cauſam verã & quaſi lumẽ eã for
mã & vitã vocãt.Et q̃uis hęc.ſ.rõ,intel
lectꝰ,lumẽ,& cętera viſibilia ꝑ q̃ nõnũq̃
inuiſibilia dei intelligunt̃, ſuperẽt & al
tiora videãt̃ ad ea q̃ diuinitatis ſunt ſi
gnificanda:deficiũt tamẽ ad diuinã ve
ritatẽ ſimilitudines.Eſt em̃ ſup oẽm eſ-
ſentiã & vitã nullo eã lumine characte
rizante:omniq; ratiõe & intellectu a ſi-
militudine ipſius incõparabiliter dere
lictus. Quia ergo deꝰ ſolus vere eſt,qa T
& ĩmutabiliter eſt:recte nomẽ eiꝰſolius De aſcẽ-
exaltatũ eſt & exaltandũ eſt. In hac ſa- ſione do
cra p̃ſertim ſolẽnitate qua vnigenitus minica.
dei filiꝰ ęterno patri coęternus in ſub-
ſtãtia carnis nrę cęlos aſcẽdit, & in de-
xtera maieſtatis in excelſis reſedit.Ho-
die ĩquã nomẽ eiꝰ ſingulariter & ſolẽni
ter exaltatũ eſt & exaltãdũ eſt:qa hodie
dixit dñs dño meo.ſede a dextris meis.
Hodie ille q venit de Edom tinctis ve-
ſtibꝰ de Boſra:formoſus ĩ ſtola ſua,gra
diẽs in multitudine virtutis ſuę,prin-
cipibꝰ cęli portas ſuas quas hũanę na-
turę diu clauſerãt aperiẽtibꝰ, & portis
ęternalibꝰ ſe leuãtibꝰ,cęloꝝ regna glo-
rioſus intrauit.Hodie filiꝰ hominis ad Danie.7
antiquũ dierum peruenit:& in conſpe-
ctu eius obtulerunt eũ. Et dedit ei po-
teſtatẽ & honorem,& regnum:& omes
populi & tribus, & linguæ ſeruient ei.
Poteſtas eiꝰ poteſtas ęterna,q̃ nõ aufe-
ret̃:& regnũ eius qđ nõ corrumpetur.
Hodie præcurſor noſter vſq; ad interio
ra velaminis in ipſum cęlũ,in taberna-
culũ nõ manufactum, neq; ꝑ ſanguinẽ
hircorũ,& vituloꝝ:ſed ꝑ ꝓpriũ ſangui
nẽ introiuit ſemel in ſancta,æterna re-
demptione inuenta: ſecundũ ordinem
melchiſedech pontifex factus inęternũ
vt appareat nunc vultui dei pro nobis
& interpellet pro nobis.Et nunc cariſſi
mi nobis,a terrenis verbum incepimus
ſed etiam per illud ad interiora cęlorũ
aſcendamus. Vtinam autem ſicut aſcẽ
dimus verbo,ſic aſcendamus animo:ſi-
cut aſcendimus loquendo, ſic aſcenda-
mus digne laudando. Laudemus ergo
dominũ corde.laudemus eum ore in tẽ
pore:vt eum laudare mereamur ĩ ęter
nitate.Quod nobis pręſtare dignet̃ Ie-
ſus Chriſtus dñs noſter qui eſt &c.

¶In die Pentecoſtes. Ser.LXX. V

GRatiam & gloriã dabit Pſal.83.
dominus.Homo cariſ-
ſimi nobis, ad hoc fa-
ctus eſt ad imaginẽ &
ſimilitudinẽ dei, vt il-
lius boni qđ deus eſt ꝑ



naturã, particeps eſſe poſſet ꝑ gratiã.
eis ire poſſet an non? quia malorū eſt in te
nebris nō in luce conſilia quęrere quomo
do valeant opera tenebrarum perpetrare.
Quos redarguens Eſaias ait. Cum dixe- Eſa.8.
rint ad vos quęrite a phitonibus & a di-
uinis qui ſtudent in incātationibus ſuis,
nunquid non populus a deo ſuo requirit
pro viuis ac mortuis ad legem magis &
ad teſtimoniū? Aurū & argentū quod ma
ledictionis credimus fuiſſe preciū ſapien-
tiam & eloquentiā ſignificat mundanam.
Cuius pecunię pernicioſam copiam cun-
ctis qui inter vanos ſunt vaniſſimi, totis
pręcordiis amāt. Vnde & diabolicis ſug-
geſtionibus inclinātur, vt ſapiētes & elo-
quentes apud amatores vanitatis pręce-
teris habeantur. Qui etiam de montibus
orientis ad maledicēdū adducūtur: quia
ex ſuperbia & calliditate procedit ꝙ ad
detrahendum bonis flectuntur. Per mon-
tes em̄ ſuperbia: per orientem in quo mū-
dana lux oritur, calliditas figuratur. Aſi- Aſina.
na in qua Balaam ſedit, ſtultorum ſubie-
ctorū cœtum congrue ſignificat: in quo
ipſi magiſtri erroris ſedent, dum in eis au
thoritate doctrinæ ſuæ principatum te-
nent. Sed vtriſqꝫ in itinere prauę intentio
nis reſiſtit angelus cū euaginatione gla-
dii. i. ordo angelicus cū terrore diuini iu-
dicii. Quem angelum ſiue gladium Aſi-
na prius animaduertit, & ab itinere pra-
uitatis deſiſtit: deinde Balaam cū cernit
expaueſcit: quia facilius & citius ſim-
pliciores & minꝰ callidi terrore diuini iu
dicii procellūtur, & ab incœptę peruerſi-
tatis intentione refręnantur, ꝗ qui maio-
ris ſuperbię & impię calliditatis tenebris
offuſcantur. Interim autē Balaam ſuam P
aſinam calcaribus cædit: quia vanitatem
diligentiū magiſtratus, dum adhuc minꝰ
territus diuinum iudiciū nondū intelli-
git, ſibi ſubiectum populū verbis aſperri-
mis affligit: & vt ſecū iniquitatis iter te-
neat inquātū valet cogit. Vineę ſunt di-



uerſę congregationis eccleſiæ. Muri qui-
bus vineę cingunt ſūt doctores quibꝰ iu-
ſtorū congregationes muniuntur. Angu-
ſtę vię, præceptū iuſtitię, vel diligens cen-
ſura & ſubtilis intelligentia eccleſiaſticæ
doctrinę. In hanc anguſtiā Balaam duci-
tur, & eius pes eliditur: quia peruerſus in
tentionis eius conatus deo cōtrarius eſſe
cōprobatur. Ibi aſina loquitur: quia ſubie
ctus cœtus authoritate ſanctorū doctorū
adiutus de aſperitate iniuſtę dominatio-
nis eius aduerſus eū rationabiliter cōque
ritur. Ipſe deniqꝫ cognito ꝙ contra deum
graditur dum eius maledicere populo co
natur: timore corripitur: & ſi non a mali-
gnitate prauæ voluntatis, a malignitate
tamen detractiōis refręnatur. Et eius ma
ledictio in benedictionē vertitur, dum ti-
more diuini iudicii correptus & malū cō
pellitur tacere: & bona de iuſtis ſatagit li
cet inuitus pędicare. Balaam quoqꝫ gla-
dio filiorū Iſrael perimitur, dum vana ſe-
quentiū principatus in fine iudicio iuſto
Epilogꝰ. rū cōdemnatur. Populus igitur Iſrael eſt
electorū cœtus: Balac diabolus: Balaā va
na diligentiū magiſtratus. Aſina diſcipu
latus eius. Profectio vię, promotio intētio
nis prauę. Angelus qui ei obſiſtit, ordo an
gelicus qui eorum iniquis conatibus con
tradicit. Euaginatio gladii, interminatio
iudicii. Muri vinearū, doctores eccleſiarū.
Anguſtia vię, cēſura ſacræ doctrinę. Lęſio
pedis, redargutio praui opis. Maledictio,
derogatio. Benedictio, laus iuſtorū & com
mēdatio. Hæc fratres ſuperficietenus trāſ
currimus: vobiſqꝫ profundiora ſcrutanda
relinquimus. Sane quia prolixa ſunt quæ
de hac hiſtoria declaranda ſequurtur, vi-
ſum eſt nobis ex his quę dicta ſunt ſermo
nem hunc terminare: & quę reſtant in po
Exhortatio. ſterū deſcribēda reſeruare. Nunc ergo ca
riſſimi quia de Ægypto ſpiritali per fidē
egreſſi ſumus: & per deſertū ire & ad ter
ram promiſſionis tendere debemus: videa
mus vtrū veri Iſraelitę ſimus. Ægyptꝰ eſt
vita ſecularis: deſertum vita ſpiritalis: ter
ra promiſſionis vita cæleſtis. Ægyptus ca
ro, deſertum animus: terra promiſſionis
deus. Veri autem Iſraelitæ ſumus, ſi deū
non tm̄ oculo cognitionis, ſed etiam ocu
lo dilectionis videmꝰ. Quos videlicet ocu
los ſi ſanos habemus, viam rectam tenebi
mus: per quam terram ſupernæ promiſſio
nis ingrediemur. Quod nobis pęſtare di
gnetur Ieſus Chriſtus dn̄s noſter, qui eſt
benedictus in ſecula. Amen.

¶ Ex verbis eiuſdem Balaam in fe-
ſto quorūlibet ſāctorꝫ. Ser. LXXVI.

IN ſuperiori ſermone de Q
filiis Iſrael, de Balac, de
Balaam, de benedictione
qua benedixit filiis Iſra-
el, quædam diximus: nūc
ad eiuſdem benedictiōis
verba veniamus: & quid moralis inſtru-
ctionis intus habeant, videamus. Si quis
autem quęrat quid ſignificationis habeat
holocauſtū Balac, qui diabolum ſignifi-
cat: reſpondemus ꝙ nō omnia quæ in lite
ra cōtinentur ad ſpiritalem intelligentiā
flectēda ſunt. Sed nec parabola currit per
omnia. Balaam autē filiis Iſrael ter bene- R
dixit, vt ipſa benedictio licet per hominē,
non tamen ab homine, ſed a ſancta & indi
uidua trinitate data noſcatur. Primę qui
dē benedictionis verba ſunt hæc. De Arā Num.23
adduxit me Balac rex Moabitarū de mō-
tibus orientis. Veni (inquit) & maledic
Iacob: propera & deteſtare Iſrael. Quomo
do maledicam cui nō maledixit dominꝰ?
Qua ratione deteſter, quem dominus non
deteſtatur? De ſummis ſilicibꝰ videbo eū,
& de collibus conſiderabo eum. Populus
ſolus habitabit: & inter gentes non repu
tabitur. Quis dinumerare poſſit puluerē
Iacob, & noſſe numerū ſtirpis Iſrael? Mo-
riatur anima mea morte iuſtorum, & fiāt
nouiſſima mea horū ſimilia. Aram inter-
pretatur excelſus: & ſignificat ſuperbiam.
Bene ergo de Aram ſiue de montibꝰ, Ba-
laam ad maledicendum populum dei rex
impius adduxit: quia ꝙ mali bonis coo-
perante diabolo detrahunt, totum de ſu-
perbia ꝓcedit. Moab interpretatur de pa- Moab.
tre, & ſignificat omnes reprobos, ex qui-
bus illi fuerūt quibꝰ ſpecialiter dictū eſt.
Vos ex patre diabolo eſtis. Balac itaqꝫ Ioan.8.
Moabitarum rex Balaam ad maledicēdū
Iſrael vocat: quia diabolus rector tenebra
rum harum, id eſt dæmonum per ſuper-
biam contenebratorū, & hominū impio-
rum ex ipſo per culpam progenitorum ex
ipſis impiis hominibꝰ impiiſſimos per im
pietatem cultui eius deditos, ad blaſphe-

mandum iuſtos cupiditate vanæ laudis
& gloriæ inanis acriter ſollicitat. Qui ni-
ſi diuinę potentię timore refrenentur: tan
tũ apud homines de ſuę ſapientię atq; po
tentię gloria ſuſtollantur, vt ad perpetrã-
dum detractionis ac blaſphemiæ facinus
leuiter inclinentur. Quã maledictionẽ iu-
ſtis ſępius diuerſiſq; modis obfuiſſe mul-
totiens expertum eſt. Sed cum iuſtos diui
na protectione muniri conſiderant: diui-
no timore perculſi, eis ſuę derogatiõis ma
ledictionẽ inferre grauiter formidãt. Qđ
tamen libenter facerent niſi vltionem ſibi
deſuper imminere pertimeſcerent. Vnde
& Balaam dei timore cohibitus maledi-
ctionem quã populo dei inferre decreue-
rat, ſi licuiſſet, conticuit dicens. Quomo-
do maledicam cui non maledixit Deus?
Qua ratione deteſter quem dñs non dete
S ſtatur? De ſummis ſilicibus videbo eum,
& de collibus conſiderabo illum. De ſum
mis ſilicibus ſiue collibus perfecti vanita-
tis huius amatores & magiſtri populum
dei conſiderant, cũ formidine diuina ter-
riti mentem in contemplationẽ eius ſubli
miter leuant: & quantum ab aliis gentibꝰ
merito diſtet, ſubtiliter penſant. Vident
1.Cor.12. ꝙ in eccleſia alii datur per ſpiritũ ſermo
ſapientię, alii ſermo ſciẽtię, alteri fides, alii
gratia ſanitatum, alii operatio virtutum,
alii prophetia, alii diſcretio ſpirituũ, alii
genera linguarũ, alii interpretatio ſermo-
nũ. Vident alios bonis operibus inſuda-
re, alios virtutibus vernare, alios miracu-
lis coruſcare, alios humiliter ſubeſſe, alios
excellẽter pręeſſe, oẽs oĩbus velle prodeſſe.
Cũq; populum iuſtorũ cæleſtis gratię be-
nedictione repletum conſpiciũt, ſuæ blaſ-
phemiæ derogationiſq; maledictionẽ in-
ferre ſuperno territi iudicio nulla ratione
præſumunt: ſed e diuerſo illi benedicunt,
dum de illo id quod bonũ in eo vident, li
cet inuiti dicunt. Non eñ ex eorum arbi-
trio, ſed ex diuino procedit iudicio, ꝙ bo
norũ iuſtitiam admirando prędicant, quã
nec ſequũtur nec amãt. Vnde & recte Ba
laã in ſequẽtibus dicit. Benedictionẽ pro-
hibere nõ valeo. Cuius benedictionis. i. p̃-
Num.23. dicationis verba ſubdũtur cũ dicit, Popu
lus ſolus habitabit: & inter gẽtes nõ repu
T tabitur. Magna laus fratres ꝙ dicit po-
pulus ſolus habitabit. Vtinã hęc vox lau
dis in cordibus præſertim monachorũ &
illorũ qui vitam ſolitariã hoc vel illo mo
do lingua prædicant, habitu demonſtrãt.
Erubeſcant & pertimeſcant ex his verbis
qui relictis clauſtris curias ſoliꝰ cauſa cu-
rioſitatis nõ neceſſitatis frequẽter adeũt:
qui ad ſpectacula fabulaſq; vanitatis libẽ
ter procedũt: qui ſalutationes in foro, pri Matt.23.
mas cathedras in ſynagogis, primos recu
bitus in cœnis diligunt: & vocari ab ho-
minibus rabbi. Nec iſta dicentes autenti-
cas & honeſtas religioſaſq; virorum perſo
nas vituperare dici debemus: qui ſanctæ
matris eccleſiæ neceſſitatibꝰ exterioribus
pro loco, pro tempore, pro cauſa ſuffragã
tur. Aliud eſt. n. curioſitate ſuadẽte, aliud
ratione dictante, quid agere. Huius itaq;
laudis expers eſt Effraim vitula docta di Oſe.10.
ligere triturã. Populus autẽ iuſtorum ſo
lus habitat, nec inter gẽtes reputatur: qa
cęteræ gẽtes vniuerſę carnis deſideria, &
mũdi gloriã ſequuntur: ſoli vero electi iu
ſtitiam ac ſpiritalia bona ſectãtur. Nec ſo
lum cõtemplatiui, verum & actiui ſoli ha
bitant: dum reproborũ operibus nõ com-
municant. Cum igitur vniuerſis fidelibꝰ
conueniat vt non tam manſione corporũ
q̃ vnanimitate cordium habitẽt ſoli: illos
maxime decet vt habitent ſoli nõ tñ bo-
norũ ſingularitate operum: verũ etiã quã
tum eſt poſſibile mãſione corporũ, qui re-
ligiõis habitu ſunt circũdati: religionẽq;
profeſſi. Hoc eñ eorũ p̃feſſio, hoc habitꝰ,
hoc exigit ordo: vt a cæteris non ſolũ ma
lis, ſed & bene agẽtibus lõge ſeparent: qui
ſanctitatẽ habitu præ cæteris profitẽtur.
Nec debent inter gẽtes alias reputari cor
porali cõuerſatione qui ab aliis diuidun- V
tur ſingulari religionis profeſſione. Quis Num.23
dinumerare poſſit puluerẽ Iacob, & noſſe
numerum filiorũ Iſrael? In præcedẽti ſer-
mone diximus per puluerẽ Iacob intelligi
debere actiuos: per numerũ ſtirpis Iſrael
cõtemplatiuos. Quãtũ ad literã etiã perti X
net populũ Iſrael nõ numerari prę multi
titudine poſſe verũ eſſe credit: ſicut pluri
bus ex locis veteris paginæ colligit: ſicut
vbi dicit ꝙ Iſrael inumerabilis erat: ſicut Rom.4.
ſtellæ cæli & harena quæ in litore maris.
Quãtum vero ad ſpiritalẽ intelligẽtiam
ſpectat multo innumerabilior iuſtorũ po
pulus credendus eſt. Vnde & Dauid ait.



Pſal.138. Mihi autẽ nimis honorificati ſunt amici
tui deus: nimis cõfortatꝰ eſt principatꝰ eo
rũ. Dinumerabo eos. i. ſi dinumerare vo-
luero eos, ſup harenã multiplicabunt. De
multiplicatiõe carnalis Iſrael dictũ eſt: ſi-
cut harena multiplicabũtur: de multipli-
catiõe ſpiritalis Iſrael. i. amicorũ dei dr ſu
per harenã. Sed & de hac inumerabilitate
iuſtorũ beatꝰ Ioãnes in Apocalypſi poſtq̃
duodecim milia ſignatos ex oĩ tribu filio
Apoc.7. rũ Iſrael vidiſſet, adiunxit. Poſt hæc vidi
turbã magnã quã dinumerare nemo pote
rat ex oĩbus gẽtibꝰ & tribubꝰ & pplis &
linguis ſtãtes ante thronũ & in cõſpectu
agni: amicti ſtolis albis, & palmę in mani-
Y bus eorũ. Quẽadmodũ nãq; ſcriptura te-
Eccli.37. ſte dies Iſrael innumerabiles ſunt: ita &
Iſrael innumerabilis eſt. Nõ ſolũ aũt acti-
ui qui multo plures ſunt cõtẽplatiuis: ve
rũ & cõtemplatiui q pauciores ſunt acti-
uis, inumerabiles ſunt. Quod demonſtra-
tur vbi cũ p̃miſiſſet qs dinumerare poſ-
ſit puluerẽ Iacob, addidit aut noſſe nume
rũ ſtirpis Iſrael? Quaſi diceret nemo. Se-
quitur. Moriatur anima mea morte iuſto
rũ: & fiant nouiſſima mea horum ſimilia.
Z Prophani pręſentis ſeculi ſapientes q ad-
uerſus iuſtos, inquãtum poſſunt malignã
tur, dũ qñq; timore ſtimulati eleuata mẽ-
te iuſtorũ vitã cõtẽplãtur, eorũ morte mo-
ri deſiderãt: quorũ tamen vitã imitari re-
cuſant. Carnis concupiſcentiã, mũdi glo-
riã toto corde diligũt: & hęc virtutibꝰ &
bonis operibus anteponũt: ſed neſcio qua
fronte cũ iuſtis mori & percipere præmia
volunt. Sed qui eorũ typũ gerit, quia vita
iuſtorũ viuere noluit, eorum morte mori
nõ meruit. Qui proculdubio in oratione
qua bene mori petiit auditꝰ fuiſſet, ſi poſt
orationem bene viuere ſtuduiſſet. Ex his
Epilogꝰ. quæ dicta ſunt fratres colligamꝰ vnde in
via dei proficiamus. Studeamus habitare
ſoli: nec inter gentes aliqua diſſolutionis
inquietudine reputari. Studeamꝰ cũ Hie-
Threñ.3 remia ſoli ſedere: & ſcđm eius verba nos
ſuper nos leuare. Studeamus cũ iuſtis iu-
ſte viuere, vt cũ ipſis bene mori & ad ſu-
pernam gloriam mereamur eorum meri-
tis & precibꝰ peruenire. Quod nobis præ
ſtare dignetur Ieſus Chriſtus. Amen.

¶In feſto quorũlibet ſanctorũ de eiuſdẽ
Balaam verbis. Sermo. LXXVII.

QVoniã in ſermone pręce A
denti quę in prima bene
dictione qua Balaã filiis
Iſrael benedixit cõtinen
tur, pro poſſe noſtro di-
geſſimus: nũc ad ea quæ
in ſecũda cõtinentur digerẽda ſuccedẽtes
tranſeamus. Dolẽs grauiter & cõquerens
Balac ꝙ Balaã filiis Iſrael bñdiceret quẽ
ſperauerat eis maledicturũ, ait ad Balaã.
Veni mecũ ĩ alterũ locũ vñ partẽ Iſraelis Num.23
videas & totũ videre nõ poſſis: inde male
dicito ei. Et duxit eũ in locũ ſublimẽ ſup
verticẽ mõtis phaſga. Qui cũ diuertiſſet
& accepto cõſilio dei reuerſus fuiſſet ait.
Sta Balac & auſculta. Audi fili Sephor.
Nõ eſt deus quaſi homo vt mẽtiatur: nec
vt filiꝰ hoĩs vt mutet. Dixit ergo & nõ fa
ciet: locutꝰ eſt & nõ ĩplebit? Ad bñdicẽdũ
adductꝰ ſum, bñdictionẽ p̃hibere non va-
leo. Nõ eſt idolũ in Iacob: nec videt ſimu-
lacrũ in Iſrael. Dñs deus eiꝰ in eo eſt: & cla
mor victorię regis in illo. Deus eduxit eũ
de Ægypto cuiꝰ fortitudo ſimilis eſt rhi-
nocerotis. Nõ eſt auguriũ in Iacob: nec di
uinatio in Iſrael. Tpibus ſuis dicet Iacob
& Iſraeli, qđ opatus ſit deꝰ. Ecce pplus vt
leo cõſurget, & quaſi leena eriget. Nõ ac-
cubabit donec deuoret prædã: & occiſorũ
ſanguinẽ bibat. Dixit Balac ad Balaam.
Nõ maledicas ei, nec bñdicas. Et ille ait.
Nõne dixi ꝙ qcqđ dñs imparet mihi hoc
facerẽ? Multiplex eſt calliditas diaboli qua B
iuſtos aggredit: & eos cottidie ſubuerte-
re conat. Vnde Balac Balaã de loco ad lo
cũ vocat, vt pplo dei maledicat: qa diabo
lus dũ vno modo aduerſus iuſtos nõ præ
ualet: alio modo nitit vt vincat. Vaniſſi-
mos vani populi ſollicitat: vt bonorũ lau-
dẽ detractiõis & blaſphemię maledictiõe
vel ex pte corrũpat: vt dũ ĩ toto ſanctorũ
opinionẽ deſtruere nõ põt, eã ſaltẽ in aliq̃
pte lędat. Hoc etẽm eſt ĩ pte videre & ĩ p-
te maledicere. Balaã diuertit, & vtrũ ma-
ledicere pplo dei q̃at volũtatẽ dei reqrit:
qa vanꝰ pplus ĩ hmõi tẽtationibꝰ plerũq;
ſe ĩtra ſe vt dei volũtatẽ ſup hoc ſciſcita-
ret colligit: & dũ eiꝰ beneuolẽtiã erga ele
ctos illiꝰ agnoſcit, ĩ eos iacula ſuę maledi-
ctiõis iacere nõ p̃ſumit. Cũq; mẽtẽ in eorũ
cõtẽplationẽ ſublimiꝰ eleuãt, ſtatĩ ad p̃fe-
rẽda bñdictiõis verba ſe parãt. Vñ & Ba

laam poſt acceptum dei conſilium ad Ba
lac ait. Sta Balac & auſculta: audi fili Se
phor. Non eſt deus vt mentiatur: nec vt
filius hominis vt mutetur. Dixit ergo &
non faciet? locutus eſt, & nō implebit? Ad
benedicendum adductus ſum: benedictio
nem prohibere non valeo. Sta Balac. Qua
C ſi dicatur. Define diabole me ad blaſphe
mandum iuſtos incitare: quia ſi hoc face
re præſumo, mihi damnationem acquiro,
& illorum ſalutem nō impedio. Deus qui
non mutatur corde, non mentitur ore, nō
mutatur propoſito, non mentitur verbo:
ipſe propoſuit & ꝓmiſit in ſemine Abra
hę ſe benedicturum omnes gentes. Quæ
ergo propoſuit non faciet: & quod dixit
non implebit? Abſit. Eſt enim deus verax,
omnis autem homo mendax. Vnde quia
deus verax eſt in ꝓmiſſis: eius ſermo cot
tidie cernitur adimpleri. Nam electorum
iuſtificatio & ſaluatio, eius eſt benedictio.
Dicat itaqꝫ vanus populus. Quod ergo
deus ſtatuit adimplere nunquid ego poſ
ſum meis maledictionibꝰ euacuare? Quin
immo ad benedicendū adductus ſum: be
nedictionem prohibere non valeo. Repro
bi quippe dum ad cōtemplandam iuſto
rum vitam eriguntur: ex ipſa admiratio
ne eorum, iuſtitiam eorum quā non dili
gunt, prædicare compelluntur. Quę bene
dicendi laus non tam ex eorum volunta
te q̃ ex diuina procedit diſpoſitione. Vn
de & Balaam ait. Benedictionem prohibe
re non valeo. Cuius benedictionis verba
Nū.23 ſunt hæc. Non eſt idolum in Iacob, nec vi
detur ſimulacrū in Iſrael. Dominus deus
eius cum eo eſt, & clangor victoriæ regis
in illo. Remouet autem ſpirituali populo
mala, prędicat bona. Mala ſcilicet idolum
& ſimulacrū remouet a populo ſpirituali,
quę in carnali populo antiquitus fere cō
tinue conſtat extitiſſe. Prędicat bona quę
in populo ſpirituali vere & perfecte repe
riuntur. Vnde ſponſus ſponſam laudans
Cant.8. ait. Vna eſt columba mea, perfecta mea.
D Remouet a populo ſpirituali omnem ido
lolatriā & infidelitatem vbi dicit. Nō eſt
idolum in Iacob: nec videtur ſimulacrum
in Iſrael. Prædicat perfectam liberationē
eius ac libertatē vbi addit. Dñs deus eius
cum eo eſt: & clangor victorię regis in il
lo. In eo ꝙ dñs deus eius cū eo eſt iam nō
ſeruit ſpirituali Pharaoni in Ægypto: in
eo ꝙ clāgor victoriæ regis eſt in illo iā cā
tat canticum gratiarū actionis cum Moy
ſe in deſerto. Et diligenter attendēdum ꝙ E
non ait clangor pugnę, ſed clangor victo
rię. In præcedentis quippe populi libera
tione clangor pugnę non fuit, quia domi
nus pro eo pugnauit & ipſe tacuit. In ſe
quentis quoqꝫ populi liberatione clangor
pugnæ non extitit: quia Chriſtus qui co
ram tondente ſe os non aperuit peccata
eius portando eū liberauit. Torcular cal Eſa.63.
cauit ſolus: & de gentibus nō erat vir cū
eo. Primus igitur, ſiue primę clangor vi
ctoriæ fuit canticum quod cecinit Moy
ſes & filii Iſrael liberati de ſeruitute Pha
raonis regis Ægypti dicentes. Cantemus Exod.15.
dño, glorioſe eñ magnificatus eſt: equum
& aſcenſorem proiecit in mare. Secūdus
autē ſiue ſecūdę clangor victoriæ eſt gra
tiarum actio, quā canit ſpiritalis Iſrael li
beratus de ſeruitute diaboli. De hoc clan
gore victorię dñs per Eſaiam ſub nomine
Sion ait. Gaudium & lętitia īuenietur in Eſa.51.
ea gratiarū actio & vox laudis. Non ergo
eſt idolū in ſpirituali Iacob: nec videtur
ſimulacrū in Iſrael: quia de ſeruitute dæ
monū liberatus eſt: & de tenebris infideli
tatis eductꝰ eſt: dum dñs deus eius eſt cū
eo, & clāgor victorię regis in illo. Ad quā
etiam ſentētiam roborandā ſubdit. Deus
eduxit eum de Ægypto: cuius fortitudo F
ſimilis rhinocerotis. Rhinoceros indoma Rhino
bilis naturę eſt: & deus omnino incompre ceros.
henſibilis & inuincibilis eſt. Rhinoceros
latine ſonat in nare cornu. Et quia nare
odores fœtoreſqꝫ diſcernimꝰ, recte ꝑ na
rem diſcretionis temperantiam intelligi
mus: per cornu autem potentiam accipi
mus. Fortitudo ergo dei quaſi rhinocero
tis eſt: quia deus fortitudinis ſuæ poten
tiam mirę diſcretionis moderamine ſem
per exercet. Vnde ſcriptum eſt. Tu domi Hiere.11.
ne ſabbaoth, omnia cum tranquillitate iu
dicas. Et de ſapientia legitur. Q̄ attingit Sap.8.
a fine vſqꝫ ad finem fortiter, & diſponit
oīa ſuauiter. Ad hūc etiā ſenſum ptinet il
lud Pſal. Miſit tenebras & obſcurauit: & Pſal.104.
nō exacerbauit ſermōes ſuos. Quia ergo
deꝰ eduxit ſpūalē Iſrael de Ægypto anti
quę infidelitatis, merito in eo nō videt ſi
mulacrū antiq̄ erroris. Sed qa ſūt multi q̄ G



chriſtianitatis noīe cēſentur, nec ſimula
cris colla ſubmittūt: qui tamen variis ſor
tilegiis ſacrilego more & diuinationibus
intendūt: recte de vero Iſrael prędicat di
cēs. Nō eſt auguriū in Iacob, nec diuina
tio ī Iſrael. Ex falſis eñ Iſraelitis ſunt qui
in huiuſmodi vanitatibꝰ fidē ſuā & ſpem
ponunt. Vnde & Apoſtolus Galatas re
Gal.4. darguens dicit. Dies obſeruatis & men
ſes, & tempora, & annos: timeo vos ne fru
ſtra laborauerim in vobis. In vero autem
Iſrael ſicut nō eſt idolū ſiue ſimulacrum:
ſic nō eſt auguriū, diuinatio, incantatio ſi
ue aliqua ſuperſtitioſa obſeruatio: vel qc
quid ſacrę fidei probatur contrariū. Cu
ius videlicet poplī bona ſpiritalia adhuc
eleganter prædicat, vt eū non maledictio
ne ſed benedictione dignū oſtendat. Tem
poribus (inquit) ſuis dicet Iacob & Iſrae
li: quid operatus ſit deus. Quō? Ipſe eis re
uelabit qui annūciat verbū ſuū Iacob, iu
Pſal.147 ſtitias & iudicia ſua Iſrael. Nō fecit tali
ter omni nationi: & iudicia ſua non mani
H feſtauit eis. Manifeſtātur autē iudicia ſi
ue opera dei fidelibus diuerſis temporibꝰ
diuerſis modis. Manifeſtātur per naturā,
ꝑ creaturā, per legem, per prophetiā, ꝑ
gratiā. Manifeſtātur poſt mortem pleniꝰ
in perceptione ſtolę primę: manifeſtabun
tur poſt finē ſeculi pleniſſime: ī perceptio
ne ſtolę ſecūdę & poſſeſſione glorię. Inte
rim autē dum ſumus in via nondū in pa
tria multa latent, pauca patent. Licet eñ
Pſal.50. homini multa incerta & occulta diuinæ
Eccl's.9. ſapientię manifeſtentur: neſcit tamē vtrū
odio an amore dignꝰ ſit, eo ꝙ talia omnia
Pſal.35. in futurū referuent incerta: & occulta dei
1.Cor.13. iudicia ſuper nos ſint abyſſus multa. Nūc
enim cognoſcimus ex parte, tunc autem
cognoſcemus ſicut & cogniti ſumus. Et
ſic temporibus ſuis dicetur Iacob & Iſra
eli: quid operatus ſit deus. Ecce populus
vt leo conſurget, & quaſi leena erigetur.
I Nobiliſſimis beſtiis iuſtorum vitam com
parat, vt hac comparatione quæ ſit nobi
litas morum in eis luculenter oſtēdat. Leo
ſunt viri robuſti & perfecti: leena imper
fecti & infirmi. Leo contemplatiui: leena
Leo. actiui. Leo Iſrael: leena Iacob. Fertur ꝙ
dum leo eſurit, rugitum emittit, cuius
terrore beſtias audientes ſiſtit & figit, &
ſic captas ſanguinem earum ebibit: car
nes comedit. Qui in hoc etiam cęteras be
ſtias ſuperat ꝙ nulliꝰ beſtię ferocitatē for
midat. Leo nāqꝫ fortiſſimꝰ beſtiarū ad nul Prou.13.
lius pauebit occurſum. Sic ſic iuſtoꝝ po
pulus pręſertim prędicatorū cœtꝰ dū ma Prędica
le viuentiū cōuerſionē eſurit, terrorē prę tores.
dicationis emittit, & hoīes & beſtialiter
viuētes ne de cętero ꝑ diuerſa currāt vi
tia ſtringit: & velut ore captos ſanguinē
eorū ebibit dū crudelitatē penitus conſu
mit. Quos etiā vt moriātur mūdo, viuant
deo, ꝑrimit: & eos ſibi incorporādo com
edit, dū ꝑ fidē ſibi cōiungit & vnit. Qui
in hoc quoqꝫ ſicut leo beſtias ferocitate, ſic
hoīes virtute ſuperat: ꝙ vt ſe emendatio
ne delinquētiū reficiat nullius crudelita
tis occurſum formidat. Qui nequaq̄ accu
bat donec prędā deuoret: & occiſorū ſan
guinē bibat, dū ab aīabꝰ ſaluādoꝝ capiē
dis, ſibiqꝫ vniēdis, crudelitatibꝰ eoꝝ cōſu
mēdis nullatenus ceſſat, donec in fine tē
porū eligendorū numerū impletū eſſe co
gnoſcat. Hoc iuſtoꝝ pręconiū Balaā. i. va
nus populꝰ ſępe clamat: & p hoc Balac. i.
diabolū qui verba blaſphemię & maledi
ctionis ſuggeſſerat ad irā irritat. Vnde & K
Balac ad Balaā ait. Nō maledicas eis nec
benedicas. Mallet nāqꝫ diabolus vanitatis
amatores prorſus obmuteſcere q̄ de bo
nis quicq̄ boni proferre. Sed deus ad lau
dē ſui noīs ordinat vt etiā per maloꝝ ora
laus bonorū nōnūq̄ creſcat. Donet domi
nus cariſſimi nobis, vt gratię laudiſqꝫ iu
ſtorū participes ſemp exiſtamus: quatinꝰ
cū iuſtis eoꝝ adiuti precibꝰ ac meritis ſu
pernę ꝓmiſſionis patriam ingredi merea
mur. Quod nobis pręſtare dignetur Ieſus
Chriſtus dñs noſter, qui eſt deus benedi
ctus in ſecula. Amen.

¶ In feſto quorūlibet ſanctorum: de
tertia benedictione Balaam.

Sermo. LXXVIII.

QVoniam quę in duabus L
primis benedictionibus,
quibus Balaam filiis Iſ
rael bñdixit ſcripta ſunt
diximus, iam ad ea quæ
in tertia vice continen
tur declarāda trāſeamꝰ. Ait Balac ad Ba
laā. Veni & ducā te ad aliū locū ſi forte Nū.23
placeat deo vt īde maledicas ei. Et duxit
eū ſup verticē montis Phegor. Cūqꝫ vidiſſ

ſet Balaã φ placeret dño vt bñdiceret Iſra
eli,nequaq̃ abiit vt ante perrexerat vt au
guriũ quæreret, ſed dirigẽs cõtra deſertũ
vultũ ſuũ & eleuãs oclos ſuos vidit Iſrael
in tentoriis cõmorantẽ per tribus ſuas:&
Nume. irruẽte in eũ ſpũ dei ait. Q̃ pulchra ta-
24. bernacula tua Iacob,& tẽtoria tua Iſrael:
vt valles nemoroſę,vt horti iuxta fluuios
irrigui,vt tabernacula quę fixit dñs,quaſi
M cedri propter aquas. Balaac Balaã de lo-
co ad locum vocat vt populo dei maledi
cat:quia diabolus diuerſis modis homĩes
vanos ad blaſphemãdũ iuſtos inflammat:
vt dum vno modo nõ poteſt,alio laudem
eorũ ĩminuat.Quos etiã ad excelſa duxit,
dũ eos aduerſus iuſtos inquãtũ poteſt in
ſuperbiã erigit.Sed vanus populus quãto
crebrius & acrius de iuſtorũ maledictio-
ne tentatur, tanto plęrũq; de beniuolẽtia
quã deus erga eos habet plenius edocet̃:
& nõ ad maledicẽdũ ſed ad benedicendũ
promptior efficitur. Vnde Balaã cũ hac
tertia vice vidiſſet φ placeret dño vt be-
nediceret Iſraeli:nequaq̃ abiit vt ante per
rexerat vt auguriũ quęreret,ſed dirigens
cõtra deſertũ vultũ ſuũ & eleuãs oculos
ſuos vidit Iſrael in tentoriis ſuis cõmorã
tem per tribus ſuas,& irruente in ſe ſpiri
tu dei ait.Q̃ pulchra tabernacula tua Ia
cob,& tentoria tua Iſrael.Vanus populus
vultũ ſuũ ad deſertũ dirigit dum occulta
cogitatiõe qd in cõuerſatiõe ſpiritaliter
viuẽtiũ agat̃ diligẽter attẽdit.Oculos le-
uat vt Iſrael videat,dũ in illorũ cõtẽpla-
tionem mentem exaltat.Qui hinc timore
dei cohibitus ne mala ꝓferat,inde iuſtorũ
admiratione compulſus ne bona taceat in
vocẽ benedictionis prorumpit dicens.Q̃
N pulchra tabernacula tua Iacob: & tento-
Taber- ria tua Iſrael!Tabernacula meli⁹ dici poſ
nacula. ſunt quę ex frondib⁹ & ramis cõſtituun-
Tento- tur:tẽtoria vero φ ex materia pellium &
ria. telarũ cõſuta tendũtur. Tabernacula er-
go quę ex minus cara materia ſunt,bono
rũ effectũ operũ:tentoria vero quæ ex me
liori ac magis precioſa fiunt materia ex-
ercitationẽ rectius deſignãt virtutũ.Exce
dit eñ opera bonitas virtutum:quia ſine
operib⁹ ſaluari poteſt qui nõ habet quod
tribuat:ſine virtutib⁹ præſertim caritate
& quibuſdã aliis nõ poteſt.Sunt etiã mul
ti qui exhibent opera bona; ſed quia ſine
caritate ſunt gloriã ſupernã ex his conſe-
qui nõ poſſunt.Materia itaq; tabernacu-
lorũ videtur eſſe maxime ſenarius operũ
miſericordię:materia tentoriorũ ternari⁹
ſiue ſeptenarius virtutũ. Senarius operũ Matt.25.
eſt dare cibũ eſurienti,potum ſitienti &c.
Ternarius virtutum fides,ſpes,caritas.Se
ptenarius virtutũ eſt ſeptem virtutũ de-
ſcriptio,quę in euãgelio cõtinẽtur.Quarũ Matt.5.
prima eſt humilitas:ſecũda manſuetudo:
tertia mentis cõpunctio:quarta deſideriũ
iuſtitiæ:quinta miſericordia:ſexta cordis
mũditia: ſeptima pax mẽtis interna. Sũt
& aliæ virtutes plurimæ,quas ſacra ſcri-
ptura cõmemorat:quæ dũ bene exercent̃,
in ſpiritualiũ tentoriorũ opus tendũtur.
Ipſa quippe exercitatio,ipſa eſt tenſio.Bo
norũ igitur operũ exhibitio ipſa eſt ſpiri-
tualiũ tabernaculorũ erectio:virtutũ exer
citatio, tẽtoriorũ ſiue papilionum tenſio.
Quę ſit autẽ iſtorũ tabernaculorũ ſiue pa
pilionũ pulchritudo vel certe q̃ pulchrũ
ſit in ipſis cõmanere per quatuor pulchre
deſcribitur cũ ſubiungitur. Vt valles ne
moroſę, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt
tabernacula quę fixit dñs:quaſi cedri pro
pter aquas.Iuſtorũ tabernacula atq; ten- O
toria quę actio & virtus cõſtituunt,quaſi Valles.
valles nemoroſę ſunt:quaſi valles,per hu-
militatẽ:nemoroſę,per protectionẽ.Ex hu
militate quippe quę eſt virtutũ & bonorũ
operũ ſtabile fundamentũ ſurgunt virtu
tes & bona opera : & quẽadmodũ ex pin-
guibus vallibus cõdenſa & ſublimia oriũ
tur nemora: & ſicut emittũtur fontes in
cõuallibus & eorũ cõfluentia gignuntur
ſublimes arbores:ſic humilibus dãtur do
na gratię, ex quibus cõferũtur opera atq;
virtutes. Sicut quoq; qſlibet ſumit refri-
geriũ in vallib⁹ ſub vmbra denſarum &
ſublimiũ arborum ne grauetur ardore ſo
lis:ſic iuſtus quiſq; in humilitate ſua refri
geratur ſub protectione virtutũ & bono-
rũ operũ ne aduratur ęſtu cõcupiſcentiæ
carnalis:vel certe animaduerſione irę cæ- P
leſtis.Vt horti iuxta fluuios irrigui.Hor Horti.
ti diuerſis areolis diſtinguũtur, dũ diuer
ſis areolis diuerſa ſemina iaciũtur, & di-
uerſa germina differenter in eis oriũtur.
Alibi cępe, alibi porri,alibi caules locũ ac
cipiũt:& nutrimẽto terrę germina ſua ꝓ-
ferũt,& ad perfectionem creſcũt.Sic & in



ortis aromatũ alibi iſtę,alibi illę ſpeci-
cies locũ tenẽt:& nutrimẽtũ vt creſcãt
habẽt.Sicut aũt ſuperius ꝑ tabernacu-
la opa:ita hic ꝑ aromata virtutes cõue
niẽter ĩtelligim⁹:vt pulchritudo & vti
litas holerũ pulchritudini & vtilitati
operum,& pulchritudo & vtilitas aro
Q matũ pulchritudini cõſignet̃ virtutũ.
Fluuii. Fluuii vero q iſtos duos ortos irrigant
duo cõueniẽter intelligunt̃ cõpũctiõis
gña q̃ corda hũana ꝑfluũt vt vtrobiq;
fructũ ferãt.Dũ eñ hinc inde timor &
amor corda ſtimulãt:ſtatim fluuii com
punctionis emanant,qui dũ eorũdẽ cor
diũ areolas irrigãt ſtatim eas ad ꝓferẽ
da virtutũ & bonorũ operum germina
vbertim fœcundant. Tabernacula igit̃
Iacob.i.opa actiuorũ:& tentoria Iſrael,
id eſt virtutes cõtẽplatiuorũ, vt valles
R nemoroſę ſunt,qa ꝓtegũt:vt orti iuxta
fluuios irrigui ſunt,qa paſcunt.Q̃uis
aũt hęc ita diſtinguam⁹ vt actiuis opa,
virtutes cõtẽplatiuis attribuam⁹:ſciẽ-
dũ eſt tamen φ & actiui virtutes exer-
cent,& cõtẽplatiui bona opa exhibent:
licet ad actiuos magis ꝑtinere videat̃
operũ exhibitio, & ad cõtẽplatiuos ſpe
cialiter quarundã virtutũ exercitatio.
Taber- Vt tabernacula quę fixit dñs.Taberna
nacula. cula iuſtorũ & ſemꝑ figunt̃ & ſemꝑ mo
uent̃.Semꝑ ſunt fixa ꝑ firmũ cõtinuũq;
iuſtitię ſtabilimentũ: ſemꝑ mouent̃ per
cõtinuũ eiuſdẽ iuſtitię incremẽtũ.Fixa
ſunt vt a iuſtitia nõ deficiãt: mouẽtur
vt in ipſa ſemꝑ creſcãt.Semꝑ fixa ſunt,
Pſal.111. quia iocũdus homo q miſeret̃ & cõmo
dat:diſponit ſermones ſuos in iudicio
inęternũ nõ cõmouebit̃. Sẽꝑ mouẽt̃ vt
1.Reg.16 ait Saul ad Dauid:faciens facies & po-
2.Reg.3. tẽs poteris. Et in ſequẽtibus de Dauid
ſcriptũ eſt.Dauid ꝓficiẽs & ſemꝑ ſeipo
robuſtior. Tabernacula iuſtorũ q̃ fixit
Matt.7. dñs ſemꝑ manẽt:Quia deſcẽdit pluuia
& venerũt flumina,& flauerũt venti,&
irruerũt in domũ illã:& nõ cecidit. Fũ
data eñ erat ſupra firmã petrã . Semꝑ
mouent̃: dũ eorũ actiones ac virtutes
fructu iuſtitię ſemper augent̃.Vnde &
2.Cor.9. Paulus Corinthiis ſcribẽs ait. Qui ad-
miniſtrat ſemẽ ſeminãti & panẽ ad mã
ducandũ ꝓſtabit,& multiplicabit ſemẽ
veſtrum & augebit ĩcremẽta frugũ iu-
ſtitię veſtrę.Quaſi cedri propter aquas R
Cedri arbores ſublimiſſimæ ſunt: quæ Cedri.
qñ iuxta aquas creſcunt:vt ex his ver-
bis ꝑpẽdi põt,ſublimius ſolito ſe ſuſtol
lunt.Per aquas ſeptẽ dona ſancti ſpiri-
tus cõueniẽter intelligimus.ſ.ſpm̃ ſa- Eſa.11.
piẽtię & intellectus: ſpm̃ cõſilii & forti
tudinis,ſpm̃ ſciẽtię & pietatis,& ſpiri-
tũ timoris dñi.Per aquã quippe ſpiritũ
ſanctũ ſignificari poſſe:dñs in euãgelio
demonſtrat vbi dicit . Qui ſitit veniat Ioan.7.
ad me & bibat.Qui credit in me (ſicut
dicit ſcriptura) flumina de vẽtre eius
fluent aquę viuę.Hoc autẽ dixit de ſpi
ritu quẽ accepturi erant credentes in
eũ.Tabernacula ergo ſiue tentoria iu-
ſtorũ.i. actiones & virtutes eorũ quaſi
cedri iuxta aquas ſunt: qa dũ ex donis
ſancti ſpũs nutrimentũ accipiũt,nõ ſo-
lũ opus & fortitudinẽ humanã trãſcen
dũt:verũetiã in cęlũ vſq; ꝑtingũt. Vn-
de Paulus ait.Conuerſatio noſtra in cę Philip.3.
lis eſt. Tabernacula igit̃ ſiue tẽtoria iu
ſtorũ quę ſunt (vt dictũ eſt) actiones ac Epilog⁹.
virtutes eorum quaſi valles nemoroſæ
ſunt, qa protegunt: quaſi orti irrigui,
quia paſcunt:quaſi tabernacula quę fi-
xit dñs, quia ſtabiles:quaſi cedri iuxta
aquas,qa ſublimes.Æmulemur fratres Exhorta
habitare in tabernaculis,ac tẽtoriis iu tio.
ſtorum.Æmulemur imitari opa & vir-
tutes eorum.Æmulemur cũ iuſtis reqe
ſcere in vallib⁹ nemoroſis: in ortis irri
guis:in tabernaculis q̃ fixit dñs:ſub ce
dris iuxta aquas . Et multa qdẽ de his
oĩbus dici poſſunt: ſed nos ſũmatenus
percurrimus vobis ꝓfundiora riman-
da relinquẽtes. Sed & qa plurima ſunt
verba quæ adhuc de hac tertia benedi
ctione ſequunt̃: ſtatuim⁹ ex his quę ſu
pra dicta ſunt hũc ſermonẽ finire: & q̃
dicenda reſtant in poſterum exponẽda
reſeruare: ne dum diutius ſermonẽ tẽ
dimus faſtidiũ vobis generemus.Sata-
gamus itaq; cariſſimi ex his quæ dixi-
mus ſancte & honeſte conuerſari:vt ob
muteſcere faciamus imprudentũ ho-
minũ ignorantiã:vt ſi qui ſint qui Ba-
laam imitãtes detrahere nobis velint
tanq̃ malefactoribus,cõfundantur:ma
giſq; quæ recta ſunt de nobis prædica-
re cogantur,cõſiderãtes noſtram bonã

in Chriſto cõuerſationẽ.Satagamus de
niq; cũ iuſtis de virtute in virtutẽ pro
gredi: vt cũ eis eorũ meritis & p̄cibꝰ ad
iuti ſupnę ꝓmiſſionis patriã aliqñ me
reamur ingredi.Qđ nobis p̄ſtare.&c.

¶In feſto quorũlibet ſanctorũ. De eadẽ tertia benedictione. Ser.LXXIX.

S
Nu.24. FLuet aqua de ſitula eius
& ſemẽ illius erit in a-
quas multas. Tolleť ꝓ-
pter Agag rex eiꝰ:& au
fereť regnũ illius.Deus
eduxit eum de Ægypto
cuiꝰ fortitudo ſiľis eſt rhinocerotis.De
uorabunt gẽtes hoſtes illiꝰ: oſſaq; eorũ
cõfringẽt:& ꝑforabũt ſagittis.Accubãs
dormiuit vt leo, & q̃ſi leena quã ſuſci-
tare nullus audebit.Qui benedixerit ti
bi erit & ipſe benedictus:& qui maledi
xit tibi in maledictionem reputabitur.
Pulchre ſuperius pulcherrima iuſtorũ
cõuerſatione deſcripta, adhuc laudem
eorũ idẽ ariolus Balaam q vani populi
typũ gerit,magnifice p̄dicat dicẽs. Flu
T
et aqua de ſitula eius:& ſemen illiꝰ erit
Aquę. in aquas multas.Aquę in ſacra ſcriptu
ra aliquando ſpiritum ſanctũ,aliquan-
do ſciẽtiã ſacram,aliquando ſcientiam
prauã,aliqñ tribulationẽ,aliqñ defluẽ-
tes populos,aliqñ mentes bonorũ fidei
prędicamenta ſequentiũ deſignare ſo-
lent. Per aquam ſancti ſpiritus infuſio
Ioan.7. deſignať,ſicut in euangelio diciť. Qui
credit in me flumina de vẽtre eiꝰ fluẽt
aquę viuę.Per aquã ſancta ſciẽtia ſigni
Eccľi.15. ficatur,ſicut ſcriptũ eſt.Aqua ſapiẽtiæ
ſalutaris potauit eos.Per aquã ſcientia
praua figuratur, ſicut mulier praua ꝑ
Salomonem deſcribitur. Aquarũ nomi
ne ſolent tribulationes intelligi, Sicut
Pſal.68. per Pſal.dicitur.Saluũ me fac deus qm̃
intrauerunt aquæ vſq; ad animã meã.
Per aquas defluentes populi exprimun
Eccľs.11. tur,de quibus ſcriptum eſt.Mitte panẽ
tuum ſuper aquas tranſeũtes, id eſt po
pulos defluentes: quia poſt longa tẽpo
ra inuenies illum. Per aquas quoq; po-
pulos deſignari.Ioannes teſtať vbi ait.
Apoc.7. Aquæ vero ſunt populi. Aquę iſtę trãſ
eunt,qa ꝑ mortalitatem ad mortem de
fluunt.Super quas etiam panem noſtrũ
mittimus dum quando noſtro miniſte
rio indigent noſtrum eis beneficium ꝑ
caritatem impendimus.Qđ & poſt lon
ga tẽpora inuenimus: quia poſt hãc vi
tam illud in pręmio recipimꝰ.Per aquã
deniq; bonorum mentes fidei prędica-
menta ſequentium deſignantur.Vnde Ezech.x
& Ezechiel ait. Audiebam ſonum ala-
rum,quaſi ſonũ aquarum multarũ.So-
nus quippe ſacrę fidei q primũ in pau
cis ſanctis eſt factus:poſtmodũ ex aquis
multis.i.ex innumerabilibꝰ populis eſt
multiplicatus. Spũalis aũt Iſrael ſitula V
Chriſtꝰ eſt. Ipſe antiquo populo petra. Situla.
Ipſe nobis eſt ſitula:Petra,quia in ſe fir
miter ſubſiſtit:ſitula,quia omnia in mẽ
ſura fecit.Ipſe antiquis aquã fudit:ip̄e
ſitula nobis gratiam infundit. Ex hac
itaq; ſitula fluit nobis aqua gratię ſpi-
ritalis, aqua ſapientiæ ſalutaris : aqua
gratię ad iuſtitiã: aqua ſapiẽtię ad ſciẽ
tiam. Hęc aqua quã cõtinet ipſa ſitula
ꝑ plenitudinẽ fluit:& influit nobis per Ioan.1.
plenitudinis participationẽ.Nã de ple Semen.
nitudine eius nos oẽs accepimus.Et ſe
men illius erit in aquas multas.Quem
admodũ autem populi Iſrael ſitula eſt
Chriſtus:ſic ſemen eius debet intelligi
Chriſtus.Nam Chriſtus ex illo populo
ſecundũ carnem natus eſt.Situla eſt qa
ſpiritalẽ noſtrã ſitim ꝑ ſuã gratiã refri
gerat. Semen eſt qa ꝑ eandẽ gratiã nos
regenerat. Ipſe eſt ſemen de quo ad A-
brahã dictum eſt.In ſemine tuo benedi Geñ.23.
centur omnes gentes.Et ad Dauid. De Pſal.131.
fructu vẽtris tui ponã ſuꝑ ſedem tuã. Eſa.1.
Et per Eſaiam . Niſi dominus reliqſſet
nobis ſemẽ,quaſi Sodoma fuiſſemus,&
quaſi Gomorrę ſiľes eſſemus.Et de quo
Dauid ait.Non eſt q faciat bonũ nõ eſt Pſal.xi.
vſq; ad vnũ.i.Chriſtũ.Licet enim euan
gelicus ille paterfamilias diuerſis tẽpo
ribus ab exordio illuceſcentis ſeculi di
uerſos iuſtos cultores vineę ſuę habue
rit,& cultor bonus, & cultus bonus.i.
prelatus & ſubiectus iuſtꝰ extiterit: ne
mo tamẽ a ſe habuit qđ fuit,vel qđ fe-
cit:ſed ab iſto vno qui ab omnibus fide
liter ſemꝑ expectatus,oĩbus tam miſe-
ricorditer exhibitꝰ,patiẽdo fecit vt bo
nũ qđ in fide ipſius fecerant ipſis eſſet
ad iuſtitiam:per quã redirent in patriã
amiſſam. Vnde quia ipſe ſolus oĩm bo X



nũ extitit:nemo iuſtus ante eiꝰ paſſio-
nẽ ipſam patriã ĩtroiuit,donec ipſe ve
niret & cũctos redimeret ac redemptis
eiuſdẽ patrię aditũ reſeraret.Quia eti-
am iuſtitia omnium ad ipſum ſolũ erat
referenda:ipſi ſoli aſcribẽda vnus eorũ
Pſal.113. ꝓ oĩbꝰ ait. Nõ nobis dñe nõ nobis, ſed
nomini tuo da gloriã. Tibi gloria quia
tua gratia ex q̃ nobis eſt iuſtitia: nõ ex
virtute noſtra . Nã ſecundũ ꝓpheticũ
Eſa.26. ſermonẽ:oĩa opa nr̃a nobis opatꝰ es do
Exo.34. mine.Apud quẽ(ſicut ait Moyſes)per
Ioan.12. ſe nullus ĩnocẽs eſt.Iſtud ſemẽ eſt illud
granũ euãgelicũ frumẽti:qđ cadẽs ĩ ter
rã ꝑ incarnationẽ, & mortificatũ ꝑ paſ
ſionẽ attulit fructũ multũ ꝑ multorũ
impiorũ iuſtificationẽ: q hic ſignifican
tur ꝑ aquarũ multitudinẽ. Aquę.n.ſũt
Apoc.7. ppľi,& aquę multę populi multi.Quo-
rũ multitudinẽ innumerabilẽ Ioannes
Ibidem. ĩ Apocalypſi deſignat vbi poſt quadra
ginta quatuor milia ſignatos ex oĩ tri
bu filiorũ Iſrael teſtať ſe vidiſſe turbã
magnã quã dinumerare nemo poterat.
Hãc eandẽ multitudinẽ Eſaias ſemen
longęuũ vocat vbi de paſſione Chriſti,
& redẽptione gñis hũani multa locutꝰ
Eſa.53. in ꝑſona dei patris adiecit. Si poſuerit
ꝓ peccato animã ſuã videbit ſemẽ lon-
gęuũ. Vere lõgęuũ, qa permanet inęter
Y nũ.Permanet in mũdo ꝑ grãm:in cęlo ꝑ
Agag. gloriã.Tolleť ꝓpter Agag rex eiꝰ,& au
fereť regnũ illiꝰ.Iuxta literã etiam hoc
verũ eſſe oĩ ſciẽti hiſtoriã q̃ ĩ libro Re-
gũ primo ſcripta eſt ꝑſpicuũ eſt.Nã p̄-
cipiẽte dño ꝑcepit Saul vt deleret Ama
lech:& regẽ eiꝰ,& qcqd ibi viuũ reperiſ
ſet:ſed in hoc inobœdiẽs dño fuit quia
Agag regẽ Amalech viuũ reſeruauit.
Vñ illi reuerſo de cæde ꝑ Samuelẽ di-
ctũ eſt. Proiecit te dñs ne ſis rex ſuꝑ Iſ-
rael. Et poſt pauca. Scidit dñs a te re-
gnũ Iſrael hodie : & dedit illud ꝓximo
tuo meliori te. Et vncto Dauid directꝰ
eſt ſpũs dñi in Dauid. a die illa & in re
liquum,& receſſit a Saul:& exagitabat
Z eũ ſpũs nequã a dño.Quãtũ aũt ad ſpi
ritalẽ ptinet intelligẽtiã,rex Iſrael pro
pter Agag tolliť,dũ aliqs p̄latꝰ eccleſia
ſticus cõtra diabolũ nõ ſecũdũ p̄ceptũ
diuinũ dimicãs in ſuo regimine repro-
Proũ.11. bať.Et regnũ illius auferet: qa vbi non
eſt gubernator populus corruet. Deus
eduxit eũ de ęgypto cuius fortitudo ſi
milis eſt rhinocerotis.Hęc ſentẽtia bis
in hac hiſtoria poniť: vt deus & mun-
dũ in ſapiẽtia creaſſe:& genus humanũ
in ſapiẽtia redemiſſe oſtẽdať.In creatio
ne nãq; mũdi fortitudo dei ſiľis eẽ rhi-
nocerotis recte diciť:qa ſcriptũ eſt.Oĩa Pſal.103.
ĩ ſapiẽtia feciſti. In redẽptiõe etiã gñis
hũani fortitudo dei ſiľis eſſe rhinocero
tis cõueniẽter diciť qa ſcriptũ eſt.Sapiẽ Sap.8.
tia vincit malitiam.Quare aũt fortitu
do dei ſiľis eẽ rhinocerotis ꝓhibeať: ſu A
periꝰ dictũ eſt.Deuorabũt gẽtes hoſtes
illiꝰ,oſſaq; eorũ cõfringẽt & ꝑforabunt
ſagittis.Hoſtes ſpiritalis Iſrael præſer-
tim,carnales Iſraelitę ſũt. Vñ apte ſcri- Matt.7.
ptũ eſt. Inimici hoĩs domeſtici eius. Et
itẽ. Vnuſqſq; a ꝓximo ſuo ſe cuſtodiat: Hiere.9.
& in omi fratre ſuo nõ habeat fiduciã.
Per gẽtes aũt gẽtiles intelligunť. Hoc
itaq; qđ hic diciť. Deuorabũt gẽtes ho
ſtes illius:ꝑſpicue & realiter contigiſſe
manifeſtũ eſt,dũ Romani Tito duce ob
ſidione Hieroſolymorũ multa milia iu
dęorũ peremerũt:muros ſubuerterunt:
tẽplũ ſuccẽderunt:& reliquã partẽ po-
puli quę mortẽ euaſerat:in captiuitatẽ
duxerũt & ꝑ regiones diſperſerũt.Spi-
ritaliter aũt gẽtes hoſtes illiꝰ deuorãt,
dũ cõuerſi ex gẽtibꝰ ad fidẽ Chriſti per B
ſuã p̄dicationẽ ſiue Iudęorũ ꝑfidiã ſiue
quorũlibet aliorum perfidiã Iudęorũ
imitantiũ incredulitatẽ ſuperãt:& dũ
eorũ infidelitate deuicta eos ad fidẽ vo
cant,qa eos ſibi incorporãt.Quorũ oſſa
cõfringũt dũ duriores quoſlibet & for
tiores ex ipſis, terrore diuinę cõmina-
tionis emolliũt.Et oſſa eorũ ſagittis ꝑ-
forãt.dũ eorũ dura corda ſubtiliſſimis
ſcripturæ ſermonibꝰ penetrãt: vt illuc
Chriſtum inducant,& eos ſecundũ car
nem occidant,& ſecundũ ſpiritũ viuẽ-
tes reddant. Quis autem hæc ſecũdũ
ſpiritalẽ intelligẽtiam ſic diſcutiamus,
nõ tamẽ ea ad literã antiquo illi & car
nali populo eueniſſe negamꝰ:dum alię
gentes alias eidem populo odioſas ſub
uerterunt:vt Cyrus & Darius Babylo
nios:& plures alii plures alios . Accu-
bãs dormiuit vt leo: & quaſi leena quã
ſuſcitare nullus audebit.Sed & hoc an

tiquo iſraeli ſecũdũ literã eueniſſe no-
tũ eſt: maxime dũ ꝑ Dauid ſubiectis in
gyro nationibꝰ, tẽpore Salomonis tran
qlla pax extiterit: nec rex vel regnũ fue
C rit qđ eũ pſumpſerit ꝑturbare vel eius
quietẽ inquietare. Myſtice vero ſpecia
liter hæc cõtẽplatiuis & qbuſq; pfectis
cõueniũt: q quãto a terrenis negociis,
& ſtrepitu mũdi longius ſunt, tãto qe-
tius & ſecurius viuũt. Qui & in hoc ve
raciter & quiete dormiũt, ꝙ cordis ocu
los ad exteriora clauſos habentes, ſolis
internis & æternis intẽdũt. Hinc in cã
Cant. 5. ticis canticorũ ſpõſa dicit. Ego dormio
& cor meũ vigilat. Quos etiã ſuſcitare
nullus audet: qm̃ illorũ exercitus terri
biles ſunt vt caſtrorũ acies ordinata.
Vnde & de Salomonis lecto q cõtẽpla-
tiuas deſignat aĩas, ſcriptum eſt. En le-
ctulũ Salomonis ſexaginta fortes ambi
unt ex fortiſſimis Iſrael: oẽs tenẽtes gla
Cant. 3. dios, & ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſ
q; enſis ſuper femur ſuũ, ꝓpter timores
nocturnos. Sexaginta fortes lectũ Salo-
monis ambiũt: qa cõtẽplatiuas aĩas in
qbus noſter pacificus pcipue requeſcit.
perfecti viri maxime prelati cuſtodiũt.
Qui ſunt ad bella, doctiſſimi: qa callidi
hoſtis aſſultibꝰ doctiſſime reſiſtere no-
rũt. Et vniuſcuiuſq; enſis ſuper fœmur
ſuũ: qa ne carnis cõcupiſcẽtia periman
tur virtute abſtinẽtię & cõtinentiæ ſe
fortiſſime ſtringũt. Inde eſt ꝙ adiuuã-
te gratia Chriſti hoſtes ab eorũ incur-
ſibus longi arcentur: & ab ipſis inquie
tandis remouentur. Bene ergo de gẽte
iuſta & vere iſraelitica, ꝙ accubans dor
miuit vt leo, & quaſi leena quã ſuſcita
re nullus audet, perhibet: qa dũ forti ꝑ
fectorũ virorũ cuſtodia munitur a por
tis etiã inferorũ nõ inquietat. Qui be-
nedixerit tibi erit & ipſe bñdictus: & q
maledixerit tibi in maledictionẽ repu-
D tabit. Vt iam vlterius Balac a ſua ſtul-
titia quieſcat, Balaã firmiter in huius
vltimę benedictionis fine ꝓnunciat: ꝙ
illiꝰ rei quiſq; particeps erit quã in iu
ſtos dei benedicendo vel maledicendo
protulerit. Qui benedixerit (inqt) tibi
erit & ipſe benedictꝰ. De illa benedictio
ne certiſſime ſpũs ſanctus hic agit quę
non ſolũ ore fit, ſed ex corde benedico,
atq; beneuolo pcedit. Balaam quippe fi
liis Iſrael bñdixit, ſed qm̃ hoc ſolũ ore
& inuitus, & nõ ex bona volũtate fecit:
nequaq̃ eiuſdẽ benedictionis particeps
fuit. Quẽ potiꝰ crediderim maledictio-
nis impię quã impio corde geſſit, parti
cipẽ extitiſſe: & idcirco in culpã praui
cõſilii aduerſus filios Iſrael dãdi corru
iſſe: ac tandẽ eorũ gladio interiiſſe. Q E
aũt qui populo dei maledixerit eiuſdẽ
maledictionis particeps ſit, manifeſte ꝓ
batur ſacra authoritate qua dicit. Ma- 1. Cor. 5.
ledici regnũ dei nõ poſſidebunt. Male-
dici nãq; ęterna maledictione cũ cæte-
ris malefactoribꝰ plectent: cũ eis in fine
dicetur. Ite maledicti in ignẽ æternum Matt. 25.
qui p. d. & ang. eius. Et nũc cariſſimi no
bis, elaboremꝰ ex his quæ dicta ſunt be
nedictiõis iuſtorũ participes eſſe, vt eo
rũ meritis & pcibus adiuti & in mun-
do & in cælo benedictionẽ hereditario
iure mereamur poſſidere. Quod nobis
pſtare dignetur Ieſus Chriſtus.

¶De eadẽ hiſtoria & bñdictione Balaã In feſto quorũlibet ſanctorum Homilia ſeu Sermo. LXXX.

IRatus Balac cõtra Ba F
laam comploſis mani- Nu. 24.
bus ait: Ad maledicen
dum inimicis meis vo
caui te: qbꝰ econtrario
tertio benedixiſti. Re-
uertere ad locũ tuum. Decreueram qui
dem magnifice honorare te, ſed dñs pri
uauit te honore diſpoſito. Diabolꝰ (vt
ex his verbis manifeſte cognoſcit) tãto
acrius iraſcit: quãto crebrius ſuę mali
tię conatus nõ ſolũ inefficaces eſſe ve-
rũ & in bonũ iuſtis cooperari & eis cũ
tentatione prouentũ diuinitus dari pa
tenter experitur. Dum enim iuſtorum
glorioſam vitam & ꝓfectum, vani & ꝓ
phani populi blaſphemiis deſtruere ni
titur, & ſententia ꝑ diuinã ꝓuidentiã
in cõtrariũ vertit, grauiter dolet & cõ
querit. Tertio aũt iuſtorũ vita a vano
populo benedicit, dũ ab ipſo illorũ co-
gitatio, ſermo, actio bñdicta pdicat. Va
nus quoq; ppl's honore a diabolo diſpo
ſito priuatur dum fauore vanæ laudis
quã ex oppreſſione & diminutione glo
rię iuſtorum detrahendo meruiſſet, pe



nitus defraudatus. Qui ad locũ ſuũ in
fecto negocio reuertit: dũ a conſidera-
tione & laude iuſtorũ decidens in con
ſueta vitia relabit. Sed & Balac per viã
qua venit ad locũ ſuũ redit: dũ diabo-
lus fruſtrato prauę intentionis effectu
in occultũ ſuę malitię ad alia deceptio
nis machinamẽta cogitãda ſe retrahit.
G Vanus deniq; populus dũ verbis neqſ
ſimis aduerſum iuſtos manifeſte ſęuire
nõ pſumit: occultis cõſiliis erga eũ in-
uidia adhuc ſtimulante nõnũq̃ ſæuit.
Hinc eſt ꝙ Balaam ad populũ ſuũ per-
gens ait. Verũtamen ꝑgens ad populũ
meũ dabo conſiliũ, quid populus tuus
huic populo faciet extremo tempore. i.
Nu. 24. ad vltimũ anteq̃ ſeparet ab eo. Hoc eſt
aũt conſilium qđ dedit ei. ſ. vt virgines
quarũ ſpecie caſtitas illudi poſſet circa
tentoria eorũ mitterẽt quę iuuenes ad
ſe declinãtes interim allicere ſibi labo-
rarent: vt eos tranſgredi leges patrias
facerent, & deos colerẽt alienos: vt deo
ſuo eis irato, vel ad modicũ tẽpus hu-
miliarent. Qđ & factũ eſt. Sane Balaam
adhuc quarto ſubleuatus ꝓphetiæ ſpũ
aſſumpta parabola ſua q̃dã de Chriſto,
quędã iterũ de ſpiritali populo quę in
poſterũ & in longinquũ erãt futura, lo
Nu. 24. cutus ait. Videbo eũ ſed nõ modo: In-
tuebor illũ ſed non ꝓpe. Oriet ſtella ex
Iacob: & cõſurget virga ex Iſrael, & per
cutiet duces Moab vaſtabitq; oẽs filios
Seth: & erit idumea poſſeſſio eius. Hę-
reditas ſeir cedet inimicis ſuis. Iſrael
vero fortiter aget. De Iacob erit q do-
minet & ꝑdat reliquias ciuitatis. Poſt
hęc, pdictis quarũdã gentiũ ruinis re-
H uerſus eſt in locũ ſuũ. Niſi aũt pluribꝰ
ſacrę ſcripturę teſtimoniis notũ eẽt, &
malos donũ ꝓphetię, quẽadmodũ & a-
lia quædã dona ſpiritalia poſſe habere
vehemẽter eſſet mirandũ, Ariolũ iſtum
ſpiritu ꝓphetico ſubleuatum tã ſubli-
mia de Chriſto populoq; iuſtorũ ꝓphe
tare potuiſſe. Videbo (inqt) eũ ſed non
modo: intuebor illũ ſed non ꝓpe. Quaſi
diceret. Cõſiliũ neq̃ qđ vobis dedi cũ fi
lii Iſrael ꝑ terrã veſtrã trãſibũt poterit
ĩpleri: ſed q̃ ſubiũgo in tẽpus longũ im
plebũtur. Orietur ſtella ex Iacob, & cõ
I ſurget virga ex Iſrael. Chriſtus ſtella,
Chriſtus virga. Stella qa illuminat, vir
ga quia caſtigat. Illuminat in bono: ca-
ſtigat de malo. Illuminat ignorãtes, ca
ſtigat delinquẽtes. Et percutiet duces
Moab &c. Per iſtos oẽs quos hęc virga
ꝑcuſſura dicit cõuerſio gentiũ manife-
ſte ſignificat. Chriſtus quippe gẽtes ꝑ-
cuſſit dũ eas ꝑ fidẽ ſuam mortificauit
mũdo, vt viuerent deo. Hoc aũt qđ Ba K
laam de Chriſto dixit: Percutiet duces
Moab &c. videt & Dauid poſtmodũ in
pſona Chriſti ceciniſſe dicens. Moab ol Pſal. 59.
la ſpei meę, in Idumeã extendã calcia-
mentũ meũ. i. fidẽ ĩcarnationis meę. Mi
hi alienigenę ſubditi ſunt. Moab etem̃
olla Chriſti eſt dũ gẽtilitas ꝑ dilectio-
nẽ a ſua crudelitate bene cocta, eius de
ſideriũ quo noſtrã ſalutẽ eſurit, ſancte
viuẽdo reficit. In Idumæã quoq; ſuam
calciamentũ tendit, dũ eidẽ gẽtilitati,
humanitatis ſuę fidem dedit. Et alieni
genę illi ſubditi ſunt: dũ & illi qui non
ſunt ex Iſrael in eũ credunt. Primitiua
nẽpe eccl'ia eſt q̃ ſignificat vbi dicitur.
Meus Galaad & meus eſt Manaſſes, &
Effraim fortitudo capitis mei. Iuda rex
meus. Deinde cõuerſio gentiũ quæ fi-
gurat vbi dicit. Moab olla ſpei meę &c.
Iſtos oẽs Chriſtꝰ ꝑcutit dũ mũdo mor-
tificans ſibi viuẽtes reddit. Hęreditas
etiam Seir inimicis ſuis cedit: & Iſrael
fortiter agit, dũ eadẽ gentilitas prædi-
cantiũ verbis colla ſubmittit, & cœtus
pdicãtiũ eã ĩ bona opatiõe ſtrẽnue diſ-
ponit. Hæc fortitudo ſpũalis Iſrael in
apl'is primũ effulſit: deĩde in aliis iuſtis
ſubſequẽter enituit. Apl'is nimirũ di-
ctũ eſt. Eſtote fortes in bello: & pugnate
cũ antiquo ſerpẽte. Qđ non ſolis apl'is
dictũ eẽ cõſtat, ſcđm illud: Qđ vobis di Marc. 13.
co oĩbꝰ dico. De Iacob erit q dñet. ſ. xp̃s
& ꝑdat reliqas ciuitatis Babylonię ſpi
ritualis. Illos. n. ꝑdit quos ad dãnationẽ
relinqt. Quorũ damnatio ꝑ ruinas gen
tiũ ſubiectarũ deſignat dũ ſubdit. Cũq;
veniſſet Amalech ait. Principiũ gentiũ
Amalech cuiꝰ extrema perdent. Vidit L
quoq; Cineũ, & ait. Robuſtũ eſt qdẽ ha
bitaculũ tuũ: ſed ſi ĩ petra poſueris ni-
dũ tuũ, & fueris electus de ſtirpe Cayn
q̃diu poteris ꝑmanere? Aſſur em̃ capiet
te. Venient in trieribꝰ de Italia: ſupabũt

Aſſyrios, vaſtabūt Hebręos: & ad extre
mū etiã ipſi peribūt. Per iſtarū igiť gē-
tiū ſubuerſionē vniuerſorū malorū in-
M tellígimus damnationē. ¶Morabať aūt
Iſrael eo tēpore in Sethim & fornicat⁹
eſt populus cū filiabus Moab quę voca
uerūt eos ad ſacrificia ſua. At illi come
derunt & adorauerunt deos earū: ini-
tiatuſqꝫ eſt Iſrael Beelphegor. Et irat⁹
dn̄s ait ad Moyſen. Tolle cunctos prin
cipes populi & ſuſpende eos contra ſo
lē in patibulis. Propterea vidētur prin
cipes puniri, ꝙ debuiſſent prævaricato
tionis auferũtur: & perſecutionibꝰ impio
rum humiles auditores opprimũtur. Sed
quod diabolus intẽtat ad detrimẽtũ, hoc
electis, vt exitꝰ ꝓbat, redit ad ꝑfectũ: ſicut
ſcriptũ eſt. Deus nõ patietur vos tentari 1.Cor.10.
vltra id quod poteſtis, ſed dabit cum ten
tatione prouentũ, vt poſſitis ſuſtinere. Di
xit ſe incenſurum fines meos & iuuenes
meos occiſurũ gladio. Infãtes meos dare
in prędã & virgines in captiuitatẽ. Per fi F
nes eccleſię intelligimꝰ eos qui ſunt infir-

miores,ꝑ iuuenes fortiores.Per infantes
incipientes. Per virgines perfectos in con
tinentia vel virginitate viuentes: & quæ
dei ſunt quō placeant deo altius cogitan
tes.Fines ergo.i.extremos & infirmos ve-
lut facili congreſſione minatur diabolus
ſe incenſurum igne,ꝑ libidinem carnis.
Iuuenes.i.fortiores, quos ſine fortiori aſ-
ſultu nouit ſuperari non poſſe,occiſurum
gladio per malitiam cordis. Porro infan-
tes.i.inchoātes minatur dare in prædam,
ne amplius in bono creſcant. Virgines.i.
perfectos in captiuitatē vt illaqueet vin-
culis peccati,& amplius ad culmen perfe
ctionis non aſcendant.Diabolus grandia
minatur,ſed largiēte gratia dei,ſuffragā-
tibus ſpiritibꝰ angelicis turpiter a ſuo de
G ſiderio fraudaẗ. Nam ſequitur.Dominus
omnipotens nocuit eū,& tradidit in ma-
nus fœminę:& confudit eum.Dn̄s omni-
potēs diabolum nocet,quia præſentię ſuę
potentia vel alio quolibet modo eius pra-
uā voluntatem coercet:vel certe malū qđ
ille mala volūtate deo permittēte ꝑage-
re parat,deus ad ſuā iuſtā volūtatē intor
quet.Quod angelorū miniſterio ſępiꝰper-
agi multis ſacrę ſcripturę locis declaran-
tibus certiſſimū eſt. In cuius rei negocio
Michael. beatus Michael cuius hodie ſolennia ce-
lebramus, cū ſuis angelis pro populo dei
velut princeps pcpuli dei deo diſponen-
te fortiter pugnat: & hoſtem antiquū de
H finibus eccleſię potenter fugat. Sed quo-
niā quicquid deus per ſe ſiue per angelos
ſiue alio quolibet modo ī hoc ſpiritali bel
lo debellando diabolum agit totū eccleſię
laudibus per ſuam gratiā atribuit: recte
poſtq̄ dictū eſt,deus nocuit eū:ſtatim ad-
ditū eſt:Et tradidit eū in manus fœminę.
Fœminā ſe ſancta eccl'ia noīat:q̄a deo ſpi-
rituales filios parit:vel certe q̄a in hoc bel
lo & in oībus quę agit ſine deo ſe īualidā
& inutilē cognoſcit.Et cōfudit eū.Magna
nimirū cōfuſio diabolo eſt ꝙ cottidie nūc
ab infirmis animabus ſuperatur,qui parē
tes primos in innocentia poſitos ſe viciſſe
Iob. gloriabatur.Sic victus eſt a beato Iob re-
bus omnibus ſpoliato, filiis & filiabus or
bato:vlcere peſſimo percuſſo:ab vxore ne
quiter ſuaſo: ab amicis grauiter afflicto:
in ſtercore humiliter poſito. Hæc igitur
victoria,diabolo magna eſt cōfuſio:eccle-
ſię magna gloriatio. Vnde & ſubdiẗ. Nō I
enim cecidit potens eorum a iuuenibus:
nec filii Titan percuſſerūt eum: nec excel
ſi gigantes impoſuerunt ſe illi:ſed Iudith
filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſoluit
eū. Per iuuenes intelligimus fortes & te-
merarios. Per filios Titan.i.Solis,nobiles
& præclaros.Per gigantes potentes & ela
tos.Tales hoſtem antiquum non puniūt,
ſed potius per ipſum occumbūt.Sed nec
dominus ad bellum tales elegit. Nūquid
enim Alexandrū magnum aut Cæſarem
Auguſtum elegit vt per eos ſuperbiā dia-
boli deſtrueret,ac gloriam mundi ſterne-
ret? Abſit.Quales ergo? Infirmos,ignobi-
les,idiotas:qui recte per fœminam figurā
tur.Vnde Paulus Corinthiis ait. Videte 1.Cori.1.
vocationem veſtram fratres (id eſt Apo-
ſtolos per quos vos & alii ad fidem voca-
ti eſtis) quia nō multi ſapientes ſecundū
carnem,non multi potentes,non multi no
biles:ſed quę ſtulta ſunt mūdi elegit deus
vt confundat ſapientes: & infirma mun-
di elegit deus vt cōfundatꝫ fortia:& igno
bilia mundi & cōtemptibilia elegit deus
& ea quæ nō ſunt,vt ea quæ ſunt deſtrue
ret.Ecce Iudith fœmina.Sed quomodo fi
lia Merari.i.amaritudinis? Audi. Vſq; in
hanc horam & eſurimus & ſitimus & nu 1.Cor.4.
di ſumus & colaphis cędimur: & inſtabi-
les ſumus,& laboramus operantes mani-
bus noſtris. Maledicimur, & benedicimꝰ.
Perſecutionē patimur,& ſuſtinemꝰ.Blaſ-
phemamur,& obſecramus. Tanq̄ purga- K
menta huius mundi facti ſumus omnium
peripſema vſq; adhuc.Et licet hęc de cæ- περίψημα.
teris etiā fidelibꝰ poſſint intelligi:de Apo
ſtolis tamen ſpecialiter & excellēter intel
ligenda videtur.Quorū videlicet apoſto-
lorū & apoſtolicorū virorum maxime ſpe
cies.i.virtutū & bonorū operū ac miracu
lorū gloria, diabolū in electis diſſoluit &
occidit. Itaq; cariſſimi imitemur Iudith,
caſtitatē amādo,carnē ieiuniis domando,
deū deuote orādo, mīam eius pręſtolādo,
noſtras aīas illi humiliādo:vt eius imita-
tores eſſe mereamur hoſtem perimēdo,vi
ctoriā obtinēdo.Et habētes ſanctū Micha Michael
elē cū ſuis angelis in adiutoriū,multa fi-
dutia vtamur.Nā (vt in hac eiꝰ ſolēnita-
te canimus) mare cōcutiẗ:terra cōtremi-
ſcit,vbi archāgelus Michael de cęlo deſcē



Mare. dit.Mare ſunt dęmones:terra reprobi ho-
mines ſūt dęmōes q̄a amari,q̄a tumidi,q̄a
inquieti.Terra ſunt hoīes reprobi:non tā
q̄a de terra ſūpti,& in terrā reuerſuri,q̄ ꝙ
cōtemptis cæleſtibꝰ ſolis terrenis ſunt in-
tēti.Verū Michaele de cęlo deſcēdēte,ma
re cōcutitur,& terra cōtremiſcit:q̄a & dę
mones a tētatione, & praui hoīes a ꝑſe-
cutione territi refrenātur, & fideles libe-
rātur. Agamꝰ ergo fidutialiter in pugna
vt adepta victoria ditemur corona. Qđ
nobis pręſtare dignetur Ieſus Chriſtus.
¶In feſto ſancti Michaelis.Ex eodē lib.
L Iudith Ser.III.qui eſt Ser.LXXXVII.
Iudith. 16. EXuit veſtimēta viduita-
tis ſuę:& induit ſe veſti-
mēto lætitię in exultatio
ne filioꝝ Iſrael.Vnxit fa
ciē ſuā vnguēto.Colliga
uit cicinnos mitra ad de
cipiēdū illū. Sandalia eius rapuerūt ocu-
los eius:pulchritudo eiꝰ captiuā fecit ani
mā eiꝰ:amputauit pugione ceruicē eius.
Horruerūt Perſę cōſtātiā eiꝰ,& Medi au-
daciā eius.Tūc vlulauerūt caſtra Aſſyrio
rū qn̄ apparuerūt humiles mei areſcentes
in ſiti:filii puellarū compūxerūt eos,& ſi-
cut pueros fugiētes occiderūt eos.Perie-
rūt in pręlio a facie dn̄i mei:hymnū cāte-
mus dn̄o: hymnū nouū cantemus deo no
ſtro.In fine ſermonis p̄cedētis dictū eſt ꝙ
Iudith hoſtē ſuū diſſoluit & occidit ī ſpę
cie faciei ſuę:nūc in his verbis ꝑ partes or
namēta ſpecioſitatis ſuę deſcribit ꝑ quæ
M cor illiꝰ ſubuertit.Exuit veſtimēta vidui-
tatis ſuę & induit ſe veſtimēto lętitię.Vi
dua fuit ſancta eccleſia ex quo parēs pri-
mus ꝑccauit vſq; dū Chriſtꝰ in mūdū ve
nit. Quo tp̄e toto,fuit induta veſtibꝰ vi-
duitatis.i.luctu & ſpū mœroris. Venien-
te aūt Chriſto in carne induta eſt veſtimē
tis lætitiæ.i. oleo gaudii & pallio laudis.
Eſa.61. Vnde ip̄e Chriſtꝰ ꝑ Eſaiā p̄nūciās ait.Spi
ritus dn̄i ſup me eo ꝙ dn̄s vnxerit me:ad
annūciādū māſuetis miſit me:vt mederer
cōtritis corde & pędicarē captiuis indul
gentiā, & clauſis apertionē:vt prædicarē
annū placabilē dn̄o,& diē vltiōis deo no-
ſtro:vt cōſolarer oēs lugētes, & ponerem
lugentibꝰ Sion fortitudinē,& darē eis co
ronā pro cinere: oleū gaudii ꝓ luctu:pal-
liū laudis pro ſpiritu mœroris.Induit er-
go ſe ſancta eccleſia veſtimētis ſuis,vt hic
dr̄ veſtimento lętitię,vt de veſte nuptiali
.i.caritate ītelligatur,qn̄ tp̄e gratię nouis
actibus renouatur. Et hoc in exaltatione
filiorū Iſrael.i.omniū deum videntiū non
ſolum oculo credulitatis: ſed & oculo di-
lectionis. Vngit faciem ſuam vnguēto in
ſuſceptiōe ſacri chriſmatis: colligat cicin
nos ſuos mitra.i.cogitationes ſuas diſtri-
ctione diuini timoris ad decipiendū illū.
In hoc eñ diabolus mire fallitur ꝙ dū fi
deles cernit diuina iudicia formidare,tūc
ſe magis exiſtimat illos ꝑ puſillanimita
tē a bono ꝑere retardare, vel certe in de-
ſperationem præcipitare.Sandalia eius ra
puerunt oculos eius. Sandalia indumen- Sādalia.
ta ſunt pedum quibus ſancta eccleſia cal-
ciatur in præparationem euāgelii pacis.
Sandalia vero eius, oculos hoſtis antiqui
rapiunt: quia ſacræ prædicationis verba
præſertim eius animū ad corrumꝑndam
ſanctā eccleſiam accendunt.Quāto nimi-
rum amplius videt numerū credentium
creſcere tanto plus inardeſcit & laborat
eum corrūpēdo (ſi poteſt) minuere:& mi-
nuēdo corrumꝑre. Pulchritudo eius ca-
ptiuam fecit animā eius.Per pulchritudi
nē.i.ꝑ vniuerſalem ſanctę eccleſię cōpo-
ſitionē,aīa diaboli captiuaẗ:q̄a conſpectis
eius virtutibꝰ & bonis operibus ita pra-
ua voluntas eius in ſuo propoſito ſtringi
tur & ligatur,vt a prauitatibus ſuggerē-
dis ceſſare nequeat,donec ab ipſa victus
occūbat. Vnde & ſequitur. Amputauit
pugione eius ceruicem eius.Diabolus (vt
etiā ſupra dictū eſt) ꝓprio gladio ꝑimi-
tur,dum ſuę malitiæ qua aduerſus eccle-
ſiā corrumꝑndā ſęuit cōſcientia cōdem-
natur. Sicut in Heſter legiẗ. Aman Mar- Heſter. 7.
docheo lignum in quo eum ſuſpenderet
parauit: ſed Mardocheus liberatus eſt:&
ipſe Amon in eodem ligno ſuſpenſus in-
teriit.Horruerunt Perſę conſtantiā eius:
& Medi audaciam eius.Perſę interpretā- Perſę &
tur tentantes.Medi mentientes. Tentan- Medi.
tes ſunt ſpiritus maligni:mentientes falſi
chriſtiani.Perſę itaq; & Medi ſanctę eccle
ſię cōſtantiam horrent:quia dæmones &
reprobi homines mirū in ſtuporē vertun
tur,dum ſanctę eccleſię virtutem & victo
riam vident.Tūc vlulauerūt caſtra Aſſy-
riorū,qm̄ apparuerūt humiles mei,areſcē

Aſſyrii. tes in ſiti. Aſſyrii dirigentes interpretan-
tur, & ſignificant hæreticos qui ſe & ſui
ſequaces ſe rectiſſime ĩ ſuo prauo dogma
te dirigere arbitrantur. Qui & caſtra ha-
bent in quibus habitant, quia prauis diſ-
putationibꝰ aduerſus eccleſiam dimicãt.
Quæ caſtra in victoria ſanctæ eccleſię vlu
lant, dum hæretici ſuam ſententiã dolen-
tes falſatam clamant. Humiles ſanctæ ec-
cleſiæ grauem ſitim patiuntur, dum eam
dæmones & praui homines, & præſertim
hæretici perſequũtur. Qui etiam interim
quaſi abſconditi ſunt, quia hæreticorum
prauitate corrumpi timentes extra ſinum
eccceleſiæ ſe monſtrare non pręſumunt. Et
fluenta doctrinæ ſecuri non hauriũt, dum
illorum abſynthium in ipſis guſtare per-
timeſcunt. Qui peracta victoria ſe paten-
ter oſtendunt, dum ſacram ſcripturam
abſq; ſuſpicione prauitatis inquirunt &
inueniunt. Qui dũ apparent, hęretici gra
uiter dolent: quia ſe victos, illos victores
videãt. Filii puellarũ, id eſt eccleſiarũ eum
compungunt: quia ſagitis ſacræ prędica-
tionis prauas eorũ aſſertiones ꝑfodiũt.
Et quaſi pueros fugientes occidunt: quia
velut debiles, timidos & inertes perimũt
fugientes. Ante conſpectum enim bonita
Iaco. 4. tis ſtandi locum non habet malitia. Reſi-
ſtite namq; diabolo & fugiet a vobis. Per-
ierunt in prælio a facie domini mei. Hy-
mnũ cantemus domino, hymnũ nouũ cã-
temus deo noſtro. Hoc iam tertio victo-
riam domino attribuit: & per hoc cultri-
cem ſe ſanctæ trinitatis oſtendit. Primo
quippe loco victoriam hanc aſcribit do-
mino, vbi dicit: q poſuit caſtra ſua in me-
dio populi ſui. Secũdo vbi ait: Dñs oĩpo-
tens nocuit eũ. Tertio hic vbi dicit: Per-
N ierunt in prelio a facie dñi mei. Quia igĩ
cariſſimi nobis, in hoc ſpirituali bello ca-
ſtra dei. i. angelica ſuffragia in medio po-
Michael puli eius ſunt: & beatus Michael cũ ange
lis ſuis pro nobis pugnat, fidutialiter aga
Roma. 8. mus & nõ timeamus. Nõ eñ accepimus
ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore: ſed acce
pimus ſpiritũ adoptiõis filiorũ, in quo cla
mamus Abba pater. Nõ acceſſimꝰ ad tra
ctabilẽ & acceſſibilẽ ignẽ & turbinẽ, & ca
liginẽ, & ꝓcellã, & tubę ſonũ, & vocẽ ver-
borũ, quã qui audierũt excuſauerũt ſe ne
eis fieret ſermo: ſed acceſſimꝰ ad Sion mõ
tem, & ciuitatẽ dei viuẽtis Hierl'm cęleſtẽ
& multorũ miliũ angelorũ frequentiã, &
eccleſiã primitiuorũ q cõſcripti ſunt in cę
lis: & iudicẽ oĩm deũ & ſpirituũ iuſtorum
ꝑfectorũ, & teſtamẽti noui mediatorẽ Ie Heb. 12.
ſum & ſanguinis aſperſionẽ melius loquẽ
tem q̃ Abel. Fortiter ergo ſtemus in pu-
gna, præſumẽtes de victoria. Qua adepta
hymnũ cum Iudith noſtra, cãtemus dño:
hymnũ nouũ cãtemꝰ deo noſtro. Hymnũ
nouũ, qa peracta victoria trãſierunt vete- Apoc. 21.
ra & ecce noua facta ſunt oĩa. Cantemus,
qa a malo liberati. Cãtemus, qa beneficio
ditati. Cãtemus, quia percepimus gratiã.
Cantemus, quia ſperamus gloriam. Quã
nobis præſtare dignetur Ieſus Chriſtꝰ do
minꝰ noſter, q eſt bñdictus in ſcl'a. Amen.

¶De mãdato dilectiõis. Ser. LXXXVIII O

Dilliges dñm deum tuum Deut. 6.
ex toto corde tuo &c.
Poſtq̃ homo creatorem
ꝑ culpã primordialem
deſeruit, & in huiꝰ mũdi
miſeriã deuenit: multis
ſubiicit curis, occupat actionibꝰ, & fatiga
tur laboribꝰ: & ex his oĩbus in quibꝰ ho- Eccl's. 1.
mo ſub ſole diſtẽditur: vnũ eſt optimũ & Deo ſer-
qđ permanet. ſ. deo ſeruire: qa cętera ſunt uire opti
trãſitoria, cætera ſunt vana. Quiſqs ergo mum.
deo nõ ſeruit, vanus eſt, & ꝑ nihilo debet
ęſtimari vita eius: & meliꝰ eſſet illi nõ eſſe
q̃ malũ eſſe, & non viuere q̃ male viuere.
Et ſi talis homo ĩ pñti vita poſſet habere
fortitudinẽ Sãſonis, pulchritudinẽ Abſa-
lonis, ſapiẽtiã Salomonis, velocitatẽ Aſa-
helis, diuitias Crœſi, probitatẽ Alexãdri,
poteſtatẽ Octauiani, q totũ mundũ in po
teſtate habuit: & lõgęuitatẽ Enoch, q in
principio ſeculi natꝰ vſq; in finẽ nõ morie
tur: ſi inquã tãta & talia poſſidere poſſet
in pñti, nihil ipſi cuncta ꝓdeſſent: ſi quidẽ
deo minime ſeruiret. His etẽm oĩbꝰ demũ
exactis, cũ moreret, caro miſera vermibꝰ,
& ſpiritꝰ daret dæmonibꝰ & tormẽtis ge
hẽnalibꝰ, donec in die reſurrectiõis oĩs ca
ro in ſuã redigatur originem: & tunc re-
ſumpta carne per quã & ĩ qua peccauit,
æternam iterum ſubiret damnationem.
Optimum eſt itaq; ſeruire deo: quia q̃uis
homo in omni vita ſua tẽporalibꝰ & cor-
poralibus diſtituat auxiliis, ſi ſeruiat deo
de miſeria præſentis vitæ ad beatitudinẽ



trãſit ęternę. Cũ igitur inter oĩa bona ſe-
culi pręſentis quę genus humanũ ſeqtur,
aut cõſeqtur, optimũ ſit ſolũ & ꝑmanens
bonũ deo ſeruire: quærẽdũ eſt oĩbꝰ modis
qd ſit deo ſeruire, & cũ quæſitũ & inuẽtũ
fuerit indeficiẽter in eo perſeuerandũ. So
lus eñ q in eo ꝑſeuerauerit beatus erit.
Fratres breui ſermone dulci atq; iocũdo
P cõprehẽdit & declarat qd ſit ſeruire deo.
Deo ſer- Deo nãq; ſeruire, deũ diligere eſt. Qui nõ
uire qd diligit, nõ ſeruit: & qui diligit ſeruit: & q
ſit. parum diligit parũ ſeruit: & qui multũ di
ligit, multũ ſeruit: & qui perfecte diligit,
perfecte ſeruit. Qui res poſſidet tempora
les, terras, vineas, greges, armenta, veſtes
precioſas, domos, argentũ, aurum, aut vxo
rem quã multum diligit, ſi ſe viderit vnũ
ex his omnibus, aut hęc omnia ſimul con
tra dei dilectionẽ habere: debet oĩa dere-
linquere, & oĩa diuinę dilectioni poſtpone
re, & eã cunctis pręponere: Sed & vitã ſuã
debet homo pro dei dilectione dare, ſi cõ-
tigerit ꝙ eã nõ poſſit cũ ipa pariter cõſer
uare. Sic fecit Petrꝰ, ſic Paulus, ſic fecerũt
cęteri apl'i & martyres Chriſti: qa nõ ſolũ
ſua, ſed & ſemetipos ꝑ amore dei tradide
Q rũt: q & ipſi hoĩes fuerunt, & nobis exẽplũ
Dilectio taliter faciendi reliquerũt. Debemus itaq;
nis cã. deũ diligere qa ipſe prior dilexit nos: do-
Dona na ſua multimoda alia nobis dãdo, alia ꝓ
dei. mittendo: & in his oĩbus (vt ita dixerim)
Primũ. meruit a nobis vt diligat. Minimũ donũ
qđ deꝰ dedit homini vt diligat ab hoĩe to
tus eſt mundus iſte. Cauſa nãq; hoĩs fecit
deus mũdũ, cęlũ, terrã, mare, ſolẽ, lunã, ſtel-
las, volucres, piſces, beſtias terrę, hęrbas, ar
bores, & quęcũq; viſibiliter ſubſiſtunt. Cũ
igĩ inter dona dei minimũ donũ ſit mũ-
Secũdũ. dus iſte, quãtũ putas eſt maximũ? Secũdũ
Gene. 1. donũ dei eſt quod dedit hoĩ, ꝙ eũ fecit ad
imaginẽ & ſilitudinẽ ſuã. Magnũ & admi
rabile ꝓrſus donũ facturã factori fieri ſi-
Tertiũ. milẽ & cõformẽ. Tertiũ donũ eſt grã quã
Rom. 8. nobis contulit in redẽptiõe: qa ꝓprio filio
nõ ꝑpercit: ſed ꝑ nobis oĩbꝰ tradidit illũ.
Quartũ. Quartũ donũ nobis ſeruat & ꝓmittit: do
1. Cori. 2. nũ. ſ. future glorie, qđ oculus nõ vidit nec
auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcẽdit, quæ
pręparauit deus diligẽtibꝰ ſe. Primũ ergo
donũ poſſumꝰ dicere bonũ creaturę: ſecũ
dũ donũ, bonũ naturæ, tertiũ donũ, bonũ
grę: quartũ donũ, bonũ gl'ię. Pro his oĩbus
debemus diligere deũ. Sed quãtũ debemꝰ
eũ diligere? Ex toto corde, ex tota aĩa, ex to
tis viribꝰ, ex tota mẽte. Ex toto corde. i. ſa
piẽter: ex tota aĩa. i. dulciter: ex totis viri-
bus. i. fortiter: ex tota mente. i. memoriter:
& qbuſcũq; modis aliis dici põt: qa nõ po
teſt nimis dici qđ nõ põt nimis amari. Et
ꝓximũ tuũ ſicut teipſm. Debemꝰ diligere R
proximũ ſicut noſmetipos, bñficio, verbo,
voto. In bñficio eſt opus bonũ: ĩ verbo, ſa-
nũ cõſiliũ: in voto deſideriũ. In his oĩbus
diligamus proximũ in via, quẽ conſortem
habituri ſumus in patria. Qđ nobis prę-
ſtare dignetur Ieſus Chriſtus dominꝰ no
ſter, qui eſt deus bñdictus in ſcl'a. Amen.

¶In prima dominica quadrageſimę
Sermo. LXXXIX. S

Timens Helias minas Ieza 3. Reg. 19
bel, relicto puero ſuo ꝑre-
rexit in deſertũ, viã vniꝰ
diei: & reſedit ſub iunipe
ro. Sancti viri ſubleuãte
ſpiritu ad ſumma rapiũ-
tur. Q̃diu vero in hac vita ſunt, ne ſuꝑ
biãt tẽtationibus reprimũtur. Hinc eſt ꝙ
Helias cũ tot virtutibꝰ ꝓfeciſſet, Iezabel
poſtmodũ q̃uis reginã tñ mulierculã fu-
git: & q mortuos ſuſcitabat, vẽtura pręui
debat, alia quoq; ꝑclara faciebat: timore ꝑ
cuſſus de manu mulieris mortem fugit:
de manu dei mortem petiit nec accepit.
In virtutibus Heliæ potẽtia dei pollebat:
in infirmitatibus ſuis quid de ſe poterat
agnoſcebat. Ibi oſtendebat quod accepe-
rat: hic quod acceꝑat cuſtodiebat. In mi
raculis monſtrabatur: in infirmitatibꝰ ſer T
uabatur. Helias propheta domini, vita, & Helias.
miraculis clarus, quemlibet deſignat fi-
delem. Achab rex impius domini & præ- Achab.
ceptorũ eius aduerſarius diabolum ſigni
ficat, qui rex eſt ſuper omnes filios ſuꝑ-
bię: & eis principatur in operibꝰ culpę. Ie-
zabel mulier impudica & Helię ſemp ini-
mica, immũditiã exprimit carnis: quę ſem
ꝑ iuſtũ ꝑſequiĩ: & eius actibus inimica
tur. Cuiꝰ minis. i. tentationibꝰ Helias. i. fi-
delis nõnũq̃ perterritus, q̃uis virtutibꝰ &
multis bonis ꝑeribus prius claruerit, pro
phetas Baal deleuerit. i. omnem infideli-
tatem & hæreticam prauitatem de corde
ſuo propulerit: & pluuiã. i. gratiã cœlitus
ſibi dari meruerit: timẽs tamẽ ne occaſio

veniat & eum Iezabel .i. luxuria occidat:
1.Cor.6. obœdiẽs ap̃lico cõſilio quod dicit: Fugite
fornicationẽ. Fornicationẽ fugit, q̃ ſecu-
larẽ habitũ & cõuerſationẽ dereliquit: &
in deſertũ vadit qui habitũ & vitam reli-
Deſertũ. gionis aſſumit. Deſertum eſt vita ſpũalis
atq; religio: quia a multis deſeritur, & a
V paucis incolitur. Dimiſit autẽ Helias pue
rũ ſuũ & ſolus deſertũ introiuit: quia iu-
ſtum eſt vt fidelis quilibet ſpiritualẽ con-
uerſationẽ ingrediẽs, puerilia cũcta & va
na & friuola deſerat: nec in comedẽdo, bi-
bẽdo, loquẽdo, vel aliis actibus ſuis quicq̃
Iuniperꝰ pueriliter faciat. Poſſumꝰ vero ꝑ Iunipe
rũ ſub qua Helias reſedit alicuiꝰ ordinis
aſperitatẽ ſicut eſt monachoꝝ & canoni-
corũ regulariũ vel alteriꝰ cuiuſlibet ꝓfeſ-
ſionis significare. Videt̃ nãq; quęlibet ꝓ-
feſſio ordinis ſicut iuniperꝰ quoſdã aſperi
tatis aculeos habere: q̃ videlicet ſũt cultꝰ
clauſtri, tędiũ ſilẽtii, timor p̃lati, diſciplina
capituli, abſtinẽtia cibi: & ſi qua ſũt ſilia, q̃
ſuę aduerſitatis aſp̃itate pungere poſſint.
Sũt & alii iuniperi huiꝰ aculei, acerrimę .ſ.
& importunę tentationes: quę more ſpina
Tẽtatio- rum pungũt teneritudinẽ animorũ. Qua
nũ modi tuor ſunt aũt tẽtationũ modi. Alia eſt tẽ-
tatio leuis & occulta: alia leuis & manife
ſta: alia grauis & occulta: alia grauis &
manifeſta. Tẽtatio leuis & occulta eſt q̃n
aliq̃s leuiter tẽtat̃, & tñ nõdũ ĩtelligit an
malũ ſibi ſit illđ de quo tẽtat̃. Verbi gr̃a.
Q̃n aliq̃s de aliquo officio ſiue prælatiõe
leuiter tentat̃: leuis eſt tentatio, q̃a leuiter
tentat̃, & occulta: q̃a neſcit vtrũ ſibi expe-
diat id q̃đ deſiderat. Tentatio leuis & ma
nifeſta eſt q̃n aliq̃n leuiter tentat̃, & mani
feſte de malo tentat̃. Verbi gr̃a. Q̃n aliq̃s
de fornicatione leuiter tentat̃, tentatio le
uis eſt, q̃a leuiter tẽtatur: & manifeſta eſt,
q̃a manifeſte de malo eſt. Tentatio grauis
& occulta eſt, q̃n aliq̃s grauiter tentat̃, &
tñ nõ nouit vtrum noxiũ ſit ſibi illud de
quo tentatur. Verbi gratia. Q̃n aliq̃s de
prælatione vel aliquo miniſterio grauiter
tentatur, grauis tentatio eſt, quia graui-
ter tentatur: & occulta, dũ neſcit ꝙ ibi la-
teat diaboli fraudulentia. Ad hoc namq;
diabolus hoĩem de exaltatione tentat, vt
ꝑ exaltationẽ magis corruat ad damna-
tionẽ. Tentatio grauis & manifeſta eſt q̃n
aliquis grauiter tentatur, & manifeſte de
malo tentatur. Verbi gratia. Quãdo ali-
quis de fornicatiõe grauiter tentatur, ten
tatio grauis eſt, quia grauiter tentatur: &
manifeſta eſt, quia manifeſte de malo eſt.
Quos quatuor tentationũ modos Pſalmi
ſta bene deſignat vbi dicit. Non timebis Pſal.90.
a timore nocturno, A ſagitta volante in
die, a negocio perambulante in tenebris:
ab incurſu & dæmonio meridiano. Ten-
tatio nãq; leuis & occulta timor noctur-
nus eſt: timor; eñ, quia leuis, nocturnꝰ, q̃a
occulta. Tentatio vero leuis & manifeſta,
ſagitta volans in die eſt: ſagitta volãs, q̃a
leuis: in die quia manifeſta. Tentatio gra-
uis & manifeſta negociũ perambulans in
tenebris eſt. Negocium quia tentatio gra
uis: perambulans in tenebris, quia occul-
ta. Tentatio autẽ grauis & manifeſta in-
curſus & dęmon meridianus eſt. Incurſus
& dæmon, quia grauis: meridianus, quia
manifeſta. Iſti itaq; tentationũ modi ſunt X
iſtius iuniperi, ſcilicet ordinis aculei: quia
more aculeorum teneritudinem pungũt,
& nonnunq̃ lacerant, animorum. Non ꝙ
ordo malus ſit, ſed ꝙ diabolus tãto acriꝰ
iuſtum per tentationes pungit, quãto eũ
ad ſublimiora & ſecretiora per habitũ &
vitam ordinis tranſire cernit. Recte igi-
tur ſcđm ſupradicta, ordo iunipero com-
paratur, dum variis aſperitatibus & ten-
tationibus pungere cõprobatur. Ad hanc
deniq; iuniperum Helias venit, quãdo iu
ſtus aliquis ſecularia fugiens, ordinis ali-
cuius aſperitatibꝰ ſe ſubmittit: animę ve-
ro ſuę vt moriatur petit quãdo mori pe-
nitus mũdo & viuere deo cõcupiſcit. Qui
tamen non mortem quã petit, ſed dormi-
tionẽ quã non petit inuenit: quia plęrũq;
religioſꝰs diuerſis in ſpũali cõuerſatione
fatigatus tentationibꝰ & aduerſitatibus
in prouectu virtutũ & bonorũ operũ tor-
peſcit. Angelus autem cuſtos & excitator Y
Heliæ, prælatus eſt cuſtos & exhortator
fidelis animę ſibi ſubiectę. Qui dum He-
liam .i. animam ſibi creditam cõſpicit, ſub
iunipero dormire .i. ſub ordine torpeſcere
ſtatim eum excitat, paſcit & potat: dum
eum ad meliora admonet, & de ſacra ſcri
ptura difficiliora quę deſignantur ꝑ pa
ſtũ, & faciliora quę figurantur ꝑ potum
docet. Helias quoq; excitatꝰ comedit & bi
bit, dũ admonitꝰ ſubiectꝰ verbis loquẽtis



patienter acquieſcit, nec his quæ dicun-
tur contradicit. Rurſum vero obdormit:
quia nõnunq̃ ſubiectus multis tędiis affe
ctus, poſt primã admonitionẽ & eruditio
Z nẽ iterũ tepeſcit. Sed Helias ꝑ angelum
ſecũdo excitatur & paſcitur, dũ ſubiectus
ꝑ prudẽtẽ & fidelẽ pręlatũ iterũ admo-
netur & inſtruit̃. Surge (dicente) comede,
grandis tibi reſtat via. Quaſi dicat. Si cõ
fidis in ſolo ordine: ſcias tibi nihil prodeſ
ſe ſeculũ corporaliter dereliquiſſe, coram
aſpectibꝰ humanis ſolũmõ habitu religio
nis palliatũ exiſtere. Stude ꝑ virtutes vl-
tra proficere: per opera miſericordiæ pro-
ximis ſubuenire, lege, meditare, pſalle, ora,
operare. Grandis tibi reſtat via: q̃a parum
adhuc profeciſti, & multũ habes ꝓficere.
Comedit deniq; Helias & bibit & vadit ĩ
fortitudine cibi illiꝰ quadraginta diebꝰ &
quadraginta noctibus vſq; ad mõtem dei
Oreb, dũ ſubiectꝰ ꝑ eruditionẽ iterũ fa-
ctã bene cõfortatꝰ, in ꝓſperitatibus quaſi
in diebꝰ, & in aduerſitatibꝰ quaſi in nocti
bus ꝑ virtutũ exercitationẽ, & bonorũ
operũ exhibitionẽ proficiens: & quaterna
riũ euãgelii & denariũ legis ꝑficiens, ad
culmẽ ſpiritualis ſublimitatis venit. Vbi
recte in oſtio ſpeluncæ dicitur ſtare, dum
paratus eſt quãdocũq; eum dñs vocaue-
rit de carne exire. Quod nobis pręſtare di
gnetur Ieſus Chriſtus &c.

A ¶In purificatiõe beatę Marię. Ser.XC.

4.reg.4. Dixit Sunamitis ad virũ
ſuũ de Heliſeo. Aĩaduer
to ꝙ vir dei ſanctus eſt
iſte, qui trãſit ꝑ nos fre-
quẽter. Faciamꝰ ergo ei
cœnaculũ paruũ: & po-
namus ei in eo lectulũ & menſam & ſellã,
& cãdelabrũ: vt cũ venerit ad nos maneat
ibi. Heliſeus q̃ intepretat̃ ſalus dei, & noĩs
interpretatione & miraculorũ operatiõe,
& virtutũ exercitatione, & bonorũ operũ
exhibitiõe, & honeſtę cõuerſatiõis ſancti-
tate, & poſt mortẽ mortui reſuſcitatione:
Sunami- Chriſtũ ſignificat. Sunamitis quę interp̃-
tis. tatur captiua ſiue coccinea, animã expri-
mit: quam Chriſtꝰ de captiuitate diaboli
ſanguine ſuo redemit. Heliſeus ſępe venit
ad Sunamitidẽ fœminam, quia Chriſtus
B ſępe & multis modis venit ad animã. Ve
nit ꝑ creaturarũ cõtemplationem, venit
ꝑ ſcripturarũ lectionem, venit per mira
culorũ operationẽ, venit ꝑ præceptorũ
ſuorũ prędicationẽ, venit ꝑ internã aſpi
rationẽ, venit per aduerſitatem, venit per
proſperitatem, venit mala cõminãdo, ve-
nit bona ꝓmittẽdo, venit mala auferẽdo,
venit bona cõferẽdo, venit per cognitionẽ
veritatis, venit per amorẽ virtutis. Venit
Chriſtus ad animã ſpiritualiter eã viſitã-
do, hoſpitat̃ apud eã illã iuſtificãdo, trãſit
aliq̃n illi gratiã ſubtrahẽdo. Aliq̃n eñ ex
parte gratiã ſubtrahit vt humiliet̃ mens,
quę de ſe nimis ſublimia ſentit. Sed iterũ
redit dũ iterũ infundit. Vir mulieris hu- Vir.
ius .i. aĩę rationalis intellectus eſt qui viri
bus & ſenſu, inſitis per naturã vel collatis
per gratiã aĩę debet pręeſſe, cõſulere, ꝓui-
dere, eã regere, ducere, & ex ea ꝓgeniẽ vir
tutũ & bonoꝝ operũ ꝓcreare. Cũ hoc vi-
ro accepit aĩa conſiliũ dicẽs. Aĩaduerto ꝙ
vir iſte dei ſanctus ſit qui frequẽter trãſit
per nos. Vere ſanctus eſt: q̃a ſanctꝰ ſancto
rũ eſt, & nemo niſi ꝑ ipſum ſanctus eſt. Fa
ciamus ei (inquit) cœnaculũ paruum &
ponamus in eo lectulũ & mẽſam & ſellam
& cãdelabrũ: vt cũ venerit ad nos mane-
at ibi. Cœnaculũ eo ꝙ ſurſum eleuat̃ ſpi- Cœna-
ritualem ſignificat conuerſationẽ. Qꝫ be- culum.
ne fecerat cœnaculum iſtud huic Heliſeo
Paulus: qui de ſe ſuiſq; ſimilibus ait: No- Phil.3.
ſtra autem conuerſatio in cælis eſt. Quod
dicit paruum, humilitatẽ inſinuat. Deus Iaco.4.
eñ ſuperbis reſiſtit, humilibꝰ aũt dat gra
tiã. Et ideo fidelis aĩa ſi aliq̃n facit magna
in cõſpectu cõditoris, ęſtimat parua. In le Lectulus
ctulo vero ſolemus a laboribꝰ quieſcere, &
dormiendo viſibilia ignorare. Recte ergo
per lectulum contemplatio figuratur. In
ea qui conſiſtit, ab incurſu tentationũ &
afflictiõe laborum quieſcit, & internis &
ęternis intẽtus quid foris agatur, nõ attẽ
dit. Per menſam ſignificatur ſcriptura. Si Menſa.
cut eñ menſa repletur cibis: ſic ſacra ſcri
ptura repleta eſt ſentẽtiis: & aliam nobis
refectionem tribuit per hiſtoriam, aliam
per allegoriã, aliã ꝑ tropologiã, aliã ꝑ ve-
tus teſtamẽtum, aliam per nouũ. Sella de-
ſignat eruditionem. Sedere namq; ſolent Sella.
doctores qui alios erudiunt. Et bene men
ſam ſella ſequitur: quia iuſtum eſt vt qui
ſcripturam audiendo vel legẽdo didicit,
aliis ꝑ doctrinã tribuat bonũ q̃đ agnouit.

Candela- Candelabrũ inſtrumentũ eſt luminis. Ha
brum. bet autẽ candelabrũ inferius pedẽ, & ſup
pedẽ haſtã erectã, & ſup haſtã ſphęrulam
per circuitũ:& ſuper ſphęrulã acumen cui
imponit luminare. Pes vero cãdelabri ha
bet tria brachia, ęqualis lõgitudinis, ęqua
lis magnitudinis, vniꝰ formę, vnius inter
ſe diſtantię. Significat ergo fidem trinita
tis. Qualis enim pater talis filius, talis ſpi
Haſta. ritus ſanctus &c. Haſta candelabri in eo
ꝙ recta eſt, rectitudinem exprimit ęquita-
tis. In eo vero ꝙ erecta eſt, erectionem bo-
Sphęru- nę intentionis. Sphęrula deſignat circun-
la. ſpectionẽ mentis. Quaſi nãq; ſphęrula cã-
delabro imponitur, dum mens de ſe bene
ſollicita per circunſpectionẽ ſibi circũfer-
tur. Superius acumen ſanę rõnis ſignifi-
Lumina- cat ſubtilitatẽ. Luminare ſuppoſitũ expri
re. mit Chriſtũ. Cęra eſt hũanitas, lumẽ diui-
Epilogꝰ. nitas. Facit igr̃ mulier Sunamitis cõſulẽs
virũ. i. aĩa fidelis docta per intellectũ, He-
liſeo. i. Chriſto cœnaculũ per ſpũalẽ cõuer
ſationẽ, paruũ per humilitatẽ:& ponit le-
ctulũ per cõtẽplationẽ, & mẽſam p ſcriptu
rarũ lectionẽ:& ſellã per minorꝫ eruditio-
nẽ. Ponit quoq; in eo cãdelabrũ veri lumi
nis inſtrumẽtũ:cuius facit pedẽ p fidẽ ſan
ctę trinitatis. Haſtã p rectitudinẽ ęquita-
tatis, & erectionẽ bonę intẽtionis:ſphęru-
lã per circũſpectionẽ mẽtis:acumen p ſub
tilitatẽ rõnis. Quę debet luminari ineſſe,
qa ſemp debet Chriſto inhęrere. Aĩa quæ
ſic Chriſto nouit hoſpitiũ p̃parare, Chri-
ſtũ hoſpitẽ meretur habere: & per ipſum,
ipſum dei filiũ poſſidere. Quod nobis prę
ſtare dignetur Ieſus Chriſtus &c.

¶ De ſpũali Chriſti conuiuio. Ex libro
C Heſter Sermo. I. Qui eſt Sermo. XCI.

Heſter. 1. ANno tertio Imperii ſui,
fecit rex Aſſuerꝰ grande
cõuiuiũ cũctis prĩcipibꝰ
& pueris ſuis:fortiſſimis
Perſarũ & Medorũ incly
tis, & pręfectis prouincia
rũ corã ſe:vt oſtẽderet diuitias glorię re-
gni ſui, ac magnitudinem atq; iactãtiam
potentię ſuę:multo tempore, centum vide
licet & octoginta diebus. Cuius regni ex-
Suſa. ordiũ Suſa fuerunt. Suſa ſunt metropolis
in Perſide, quã vrbem dicũt a Suſi fluuio
nomen accepiſſe. Ibi eſt regia Cyri lapide
candido & vario:columnis aureis & lacu
naribus gemmiſq; diſtincta:cæli cõtinens
ſimulacrũ, ſtellis micantibus inſignitũ. Ibi
Aſſuerus cõuiuiũ maximis diuitiis & de
liciis copioſum celebrauit. Cuius cõuiuii
pompam & regiũ luxum hiſtoria narrat:
ſed Chriſti ſpirituales diuitias quas vni-
cuiq; diſpenſat allegorice ſignificat. Qua
rũ deliciarũ conuiuium fecit anno tertio D
imperii ſui. i. tẽpore pręſentis ſeculi. Vn-
de & ipſe Chriſtus in ipſo tertio tempore
prędicauit dicens. Simile eſt regnũ cælo- Matt. 22.
rũ homini regi qui fecit nuptias filio ſuo.
Tertio namq; tempore ſeculi incarnatio-
nis ſuæ ſacramentũ Chriſtus patefecit:&
ſpirituales epulas ſacrę prędicationis cor
poris quoq; & ſanguinis ſui abundãtiſſi-
me miniſtrauit. Primũ tẽpus fuit ante le-
gem, ſecũdum ſub lege, tertiũ ſub gratia.
Aſſuerus autẽ interp̃tatur oſtiũ:& p hoc
ſignificat Chriſtũ qui ait. Ego ſum oſtiũ Aſſuerꝰ.
ouiũ. Cunctis principibus & pueris ſuis. Ioan. 10.
Per principes intelligimus prælatos. Per
pueros ſubiectos. Principes enim ſunt qui
cæteris exemplo & verbo præſunt. Pueri
ſunt qui ſuis prælatis fideliter obœdiũt.
Qui dũ ſibi pręſidentibus in oĩbus parẽt
per obœdientiã ab oĩ inquinamẽto carnis
& ſpũs purificati de ĩpuritate peccati ve-
lut pueri nihil habẽt. Fortiſſimis Perſarũ
& Medorũ inclytis. Per Perſas q dignita- E
te & potẽtia Medis noſcũtur fuiſſe ſupe-
riores Iudęos:per Medos q Perſis fuerunt
inferiores gẽtiles intelligimꝰ. Perſę Medis
in deſcriptiõe p̃ponũtur:qa Iudęi gẽtibus
ꝓpter patrũ p̃rogatiuã & alia multa præ
ferũtur. Vnde dñs in euãgelio. Non ſum
miſſus niſi ad oues q̃ perierũt domꝰ Iſrael. Matt. 15.
Et ad Apl'os. In viam gentiũ ne abieritis:
& in ciuitatẽ Samaritanorũ ne introieri- Matt. 10.
tis. Et Apl's ad Romanos. Quid ergo plꝰ
eſt Iudæo, aut quæ vtilitas circũciſionis? Rom. 3.
Multum per omnẽ modũ. Primũ quidem
qa credita ſunt illis eloquia dei. Et in fi-
ne eiuſdẽ epl'ę. Dico Chriſtũ Ieſum fuiſſe Rom. 15.
miniſtrũ circũciſionis ꝓpter veritatẽ dei,
ad cõfirmãdas ꝓmiſſiões patrũ:gẽtes aũt
ſup mĩa honorare deũ. Fortiſſimi ſũt qa a
caritate dei, nec verbis nec verberibꝰ nec Fortiſſi-
vita nec morte ſepari poſſũt. Vnde Apo- mi.
ſtolus. Quis nos ſeparabit a caritate dei?
Tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, Rom. 8.
an fames, an nuditas, an periculum, an



gladius? ſicut ſcriptum eſt, Quoniã pro-
pter te mortificamur tota die:ęſtimati ſu
mus vt oues occiſionis. Sed in his oĩbus
ſuperamus propter eum qui dilexit nos.
Certꝰ ſum enĩ quia neq; mors, neq; vita,
neq; angeli, neq; principatus, neq; inſtan-
tia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitu
do, neq; profundũ, neq; creatura alia po-
terit nos ſeparare a caritate dei q̃ eſt in
Inclyti. Chriſto Ieſu dño noſtro. Inclyti vero ſũt
qui non ſolũ in opere, verũ in cogitatio-
ne peccati delectatione ignobilitari con-
tẽnunt: Abdicãtes (ſcdm apoſtolum) oc-
2. Cor. 4. culta dedecoris & cõmendantes ſemeti-
pſos ad omnẽ cõſcientiam hominum co-
ram deo. Et p̃fectis prouĩciarum. i. p̃latis
eccleſiarum. His igr̃ omnibus Aſſuerus
conuiuium celebrauit:& Chriſtus oĩbus
qui p iſtos figurãtur delicias gratię ſuæ
Corã ſe. participauit. Coram ſe:qa & q̃tum perti
net ad diuinitatẽ qua vbiq; pręſens eſt &
q̃tũ ad hũanitatẽ qua mũdo manifeſtatꝰ
eſt. Corã ſe qa oculo ad oculũ viderũt &
manus eorũ cõtrectauerũt. Vel certe co-
ram ſe. i. in bñplacito ſuo. Quę enĩ ei pla-
cent quaſi corã ſe habet:quę vero diſpli-
cent velut de longe videt. Vnde ſcriptũ
F eſt, qa hũilia reſpicit & alta a lõge ꝓſpi-
cit. i. ſuperba. Vt oſtenderet diuitias glo
rie regni ſui ac magnitudinẽ ac iactantiã
potentię ſuę. Hęc oĩa in mundo Chriſtus
oſtendit: qñ diſcipulis ſuis vt ſcripturas
intelligerẽt ſenſum aperuit & primũ in-
ſufflãdo, poſtea de cęlo mittendo ſpiritũ
Ephe. 3. eis ſanctũ donauit. De hac oſtẽſione Pau-
lus epheſiis ſcribens ait. In myſterio Xp̃i
qđ aliis gñationibus non eſt agnitũ filiis
hominũ ſicut nũc reuelatũ eſt ſãctis apo
1. Tim. 3. ſtolis eius & ꝓphetis. Et ad Timotheum.
Manifeſte magnũ eſt pietatis ſacramentũ
qđ manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatũ
in ſpiritu, apparuit angelis, prędicatũ eſt
gentibus, creditum eſt in mundo:aſſum-
ptum eſt in gloria. Chriſti vero diuitiis
per manifeſtationem ſacramenti cogni-
G tis, ſtatim ſeculi p̃ſentis diuitię viluerũt:
& iuſti quibus gloria cęleſtis eſt reuelata
& oblata non ſolũ ſua, verũ & ſemetipſos
pro hac conſequenda reliquerunt. Poſtq̃
Heb. 6. aũt eius cognitione ſunt illumĩati & gu
ſtauerunt donũ cęleſte, & participes facti
ſunt ſpirituſſancti:guſtauerũt nihilomi-
nus bonũ dei verbũ virtuteſq; ſeculi ven
turi, eius amore ſuccenſi. Petrus eſt ſuſpẽ
ſus, Paulus decollatus, Stephanus lapida
tus, Laurẽtius aſſatus, & alii aliis ſuppli-
ciis interẽpti. Vt huius participes eſſent
conuiuii ſicut in mundo per gratiam: ſic
in cęlo per gloriã. Spirituale nãq; conui-
uium inchoatur in via:cõſummatr̃ in pa-
tria. Et modicum quidẽ eſt qđ ex eo nũc
p̃guſtatur:magnum autẽ & inęſtimabile
qđ in poſterum guſtandũ reſeruatur. Vñ
Pſalmiſta. Q̃ magna multitudo dulcedi Pſal. 30.
nis tuę dñe:quã abſcõdiſti timentibus te.
Multo tẽpore cẽtum videlicet & octogin
ta diebus. Nota ꝙ etiã determinatio tẽ-
poris deſeruit myſterio intelligentię ſpi- H
ritalis. Centenarius eſt perfectus nũerus Cente-
& ſignificat humanæ iuſtitiæ perfectio- narius.
nem. Octogenarius qui ab octonario de- Octoge
nominatur, exprimit futurã reſurrectio- narius.
nem & beatitudinẽ. In his totũ bonũ ho
minis conſtat:in iuſtitia cuius perfectio-
nem centenarius deſignat: & in reſurre-
ctione ac beatitudine, cuius gloriã octo-
genarius figurat. Cẽtenarius p̃mittitur,
octogenarius ſubiungitur: quia p culmẽ
ſanctificationis pertingitur ad octonariũ
reſurrectionis & beatitudinis. Quũq; im
plerẽtur dies conuiuii inuitauit omnem
populũ qui inuentus eſt Suſis a maximo
vſq; ad minimũ. Videntur impleri dies
conuiuii quãdo Chriſtus in cruce dixit. I
Conſummatũ eſt: vel certe quãdo diſci- Ioan. 19.
pulis in vnũ congregatis ſpirituſſanctus
plenarie miſſus eſt. Tunc ĩpleti ſunt dies
ſpiritalis cõuiuii nõ ꝙ tũc eſſe deſinerẽt,
ſed ꝙ tũc & ex tũc plenarie celebrari de
berent. Suſa ciuitas eſt gentiũ per quam Suſa.
vocatio gentiũ deſignatur. Inuitauit (in
quit) omnẽ populũ a maximo vſq; ad mi
nimum. Hoc eſt qđ dñs in euangelio di-
cit. Venite ad me omnes qui laboratis & Matt. 11.
onerati eſtis, & ego vos reficiam. A mini
mo vſq; ad maximũ populũ inuitauit:qa
dñs puſillis cum maioribus benedixit. In
felix anima fratres q̃ huic cõuiuio deeſt K
& infelix vel forte infelicior q̃ aliter q̃ de
cet, id eſt abſq; veſte nuptiali adeſt. Idcir
co nanq; videt̃ infelicior, quia (vt Petrus
ait). Melius illi erat non cognoſcere viã 2. Pet. 2.
iuſtitię q̃ poſt agnitionẽ retrorſum con-
uerti a ſancto mãdato. Felix aũt illa aĩa,

quæ non ſolum xp̄ianitatis nomine, ſed
& veritate conuiuio Chriſti nunc inter=
eſt:quia vt cœleſti & æterno cõuiuio ad
mittatur ſperare poteſt. Et nunc cariſſi=
mi nobis quemadmodum huic conuiuio
nunc interſumus profeſſione:ſic intereſſe
ſtudeamus & virtute:quatinus intereſſe
mereamur in beatitudine. Quod nobis
pręſtare dignetur Ieſus Chriſtus &c.

De ſpirituali Chriſti cõuiuio: Ex eodē
Libro Heſter.Ser.II.qui eſt Ser. XCII.

L ST ſeptem diebus iuſſit
Heſt.1. cõuiuium pręparari in
† horti. veſtibulo † orti & ne=
moris,qđ regio cultu &
manu conſitum erat.Et
pendebant ex omni par
te tentoria aerii coloris & Carbaſini &
Hyacinthini ſuſtentata funibus byſſinis
& purpureis:qui eburneis circulis inſerti
M erant,colũnis marmoreis fulciebant.Ma=
gnus in his oĩbꝰ cariſſimi latet intelligē=
tiæ ſpiritalis fructus,non ſolum verborũ
foliis contectus,verũetiam variis rerum
viſibilium figuris velatus,velut nucleus
ſuo cortice & teſtula firmiter clauſꝰ. Per
ſeptem dies(vt ſępe diximꝰ) vniuerſum
tempus hoc exprimitur. quia ſeptem die
rum numero voluitur.Quo tempore to=
to,Chriſtus ſuis fidelibus conuiuiũ ſpiri
talium deliciarũ parari præcepit ne vnq̄
eis ſpiritalis cibus & potus deſit.Quan=
tum autē quiſq; ſpiritualis cibi interius
capiat,bonę conuerſationis oſtenſio foris
probat.Quantũ nimirum vnuſquiſq; in=
trinſecus gratia ſaginatur:tantũ forinſe
cus in virtute & actione roboratur.Die=
bus inquit.Mali nimirũ noctibus ſua cõ=
Prou.24. uiuia faciunt,quippe quorum ſunt in te=
nebris opera:qui lętantur cum malefece=
rint & exultãt in rebus peſſimis.In veſti
bulo orti & nemoris: qđ regio cultu &
manu conſitum erat.Supercęleſtis ille pa
radiſus omnibus bonis pręferendus ortꝰ
eſt & nemus. Ortus eſt quia ſua dulcedi
ne ſatagit.Nemus eſt, quia ſua pulchri=
tudine delectat. Ortus eſt ſanctorũ affe=
ctum ſuę iocunditatis ſapore mulcendo:
nemus eſt intellectum ſuę pulchritudi=
nis admiratione tenendo. Ortus eſt quia
paſcit:nemus eſt quia protegit.Paſcit bo
nis:protegit a malis.Huius orti & nemo
ris veſtibulum quaſi neſtibulum v pro n
poſita, ꝙ videlicet ibi minime ſtetur ſed
trãſeatur & ad interiora intretur.Et vni
cuiq; fideli in p̄ſenti eccleſia non eſt ſtan
dum, ſed magis de virtute in virtutem
tranſeundum donec intret in gaudiũ do
mini ſui & videat deum deorũ in Sion.
In hoc aũt veſtibulo ſpirituale conuiuiũ
datur & pręparatur.Datur per gratiam:
pręparatur ad gloriam.Datur in via:prę
paratur accipiēdum in patria.Quod au= N
tem dicitur ꝙ regio cultu & manu con=
ſitum erat: ſiue ad p̄ſentem celebritatis
huius ſtatum ſiue ad futurum referatur
nihil ītereſt. Quicquid em̄ in ſancta nũc
eccleſia agitur,quicquid in cęleſti patria
poſtea recipitur,totũ cultu regio & ma=
nu perficitur:manu q̄tum ad actũ:cultu
q̄tum ad ornatum.Magis tamen quę va
rio ornatu:hic de ſpiritali conuiuio ſcri=
buntur ad veſtibulum q̄ ad ortum & ne
mus,id eſt ad p̄ſentem eccleſię ſtatum q̄
ad futurum pertinere videntur.Et pen=
debant ex omni parte tentoria. Ea q̄ pen
dent a terra quidē eleuata ſunt ſed cœlũ
necdum tangunt.Tentoria itaq; iſta vir
tutes iuſtorum ſunt: & bona opera quæ
a terra eleuãtur per deuotionem: ſed cę=
lum necdum attingũt per retributionē.
Quę etiam ex omni parte pendent dum
imperfectionis nihil habent. Sed quoniã
apud deũ paruipēditur:quicquid in mũ=
do boni agitur,niſi gratię diuinę bonita
te coloretur:apte ſubditur.Aerii coloris
& hyacinthini & carbaſini. Per hos tres
colores aerium hyacinthiniũ carbaſinũ
tria maxima quę nũc manent,id eſt fidē,
ſpem,caritatem intelligi poſſe credimꝰ.
Per aerium nēpe colorem pro eo ꝙ ſcri= Ioan.4.
ptum eſt:Deus ſpiritus eſt: accipitur re=
cte fides supernę diuinitatis.Per hyacin
thinum quia colori cęli ſimilis eſt expri=
mitur ſpes cęleſtis retributionis.Per car=
baſinum quia fulgorē imitatur auri ſplē
dor deſignatur caritatis.Quę tres virtu
tes tota tentoria virtutum aliarũ & bo=
norum operũ colorant:dum cuncta q̄ ge
runtur in his vel in illis decorant, com=
mendãt,conſummant.Quaſi nanq; color
ſunt omniũ dum ſpecies & pulchritudo
ſunt eorum.Suſtentata funibus byſſinis
& purpureis.Funis habet longitudinem O



byſſus candorē,purpura ruborē.Per iſtas
itaq; duas ſpecies funiũ intelligimꝰ duas
ſpecies virtutũ:quarũ vna maxima eſt fo
ris q̄ eſt caſtitas corpalis: altera maxima
intus q̄ eſt cõpaſſio cordis.Funis byſſinꝰ
caſtitas carnis.Funis purpureus cõpaſſio
cordis.Quę duę virtutes dũ ad ſimilitu=
dinē tēſorũ funiũ ĩ nobis cõtinuo & lõga
nimiter pſeuerãt,vtrũq; parietē tētoriorũ
noſtrorũ ĩmobilē ſuſtētãt. Caſtitas em̄ fo
ris ſuſtētat virtutes manifeſtas: cõpaſſio
ſuſtētat intus virtutes occultas. Nec la=
pſum virtutis vel boni operis timet qſqs
eas in ſe bene tēſas habet:dum totius eiꝰ
iuſtitię fabrica in eis pēdet.Quis em̄ alia
rum detrimentũ virtutũ timeat,ſi caſti=
tatē corporis ppetuã & cõpaſſionem cor
dis verã perfecte poſſideat? Quarũ virtu
tum ſcʒ caſtitatis & cõpaſſionis perfectio
deſignat,dũ de funibus q eaſdē virtutes
exprimunt ſubinfert:ꝙ eburneis circulis
ĩſerti erãt.Funes byſſini & purpurei cir=
culis erãt inſerti: qa caſtitas q̄ p byſſum,
& cõpaſſio q̄ p purpurã exprimit, mun=
diſſimę ſemp debent ineſſe pfectioni.Cui
pfectioni q̄diu machina nr̄ę iuſtitię firmi
ter inhęret:tãdiu firma & incõcuſſa ma=
P net.De qbus funibꝰ ſiue virtutibꝰ adhuc
Colũnę ſubditur.Et colũnis marmoreis fulciebã
marmo= tur.Per colũnas marmoreas intelligimus
reæ. ſanctorũ doctorũ firmã rectitudinē & re
ctam firmitatē.Colũnę nanq; marmoreæ
ſunt doctores.Columnę,qa iuſtitia recti:
marmoreę qa fide firmi. Colũnis igitur
marmoreis funes byſſini & purpurei ful
ciunt:qa ad hoc ſolertia doctorũ mirabi
liter laborat,vt in electis caſtitas ĩ carne,
& cõpaſſio in corde ppetuo conſiſtat.Per
Q colũnas igit funes byſſini & purpurei &
p funes cętera ſuſtētant:qa p doctores in
hoĩbꝰ fidelibꝰ caſtitas & cõpaſſio: & per
iſtas virtutes cętę roborant.Itaq; prĩo lo
co erigũt tētoria p virtutũ & bonorum ope
rũ exercitationē & exhibitionē.Scđo co=
lorant & decorant p fidē,ſpē,& caritatē.
Tertio ſuſtētant p funes byſſinos & pur
pureos.i.p caſtitatē& cõpaſſionē.Quarto
fulciunt ipi funes.i.virtutes colũnis mar
moreis.i.p doctorũ rectã & firmã erudi=
tionē.Et nũc cariſſimi diligēter attenda=
mus:vt ita nunc in hoc veſtibulo tantis
tentoriis redimito ſimus p gratiã,quati=
nus ortũ & nemꝰ ingredi poſtmodũ me=
reamur p gloriã. Quod nobis p̄ſtare &c.

De ſpũali Chriſti cõuiuio Ex eodē li=
bro Heſter.Ser.III.qui eſt.XCIII.

LEctuli quoq; aurei & ar= R
gētei ſup pauimētũ ſma= Heſter.1.
ragdino & pario ſtratum
lapide diſpoſiti erant:qđ
mira varietate pictura de
corabat.Bibebãt aũt q in
uitati erãt aureis poculis: & aliis atq; a=
liis vaſis cibi ĩferebãt. Vinũ quoq; vt ma
gnificētia regia dignũ erat,abũdãtiſſime
& p̄cipuũ ponebat. Nec erat q nolentes
cogeret ad bibēdũ:ſed ſicut rex ſtatuerat
p̄ponēs mēſis ſingulos de principibꝰ ſuis
vt ſumeret vnuſqſq; qđ vellet.Supius di S
cta ſunt de ſpũali veſtibuli ſpũalis orna=
tu:nũc adiiciunt prioribꝰ potiora. Quis
em̄ ignoret cõtēplationē opibus & virtu
tutibꝰ oĩbus potiorē? Et de hac infert cũ
dr.Lectuli quoq; aurei & argētei ſup pa= Lectuli.
uimētũ erãt diſpoſiti.Per lectulos em̄ qes
internę cõtēplationis accipit.In qua qete
tãto mēs hũana ſolertiꝰ ad interna vigi=
lat:q̄to magis ad exteriora dormitat.Vñ
ſpõſa.Ego dormio & cor meũ vigilat.Le Cant.5.
ctuli(inqt)nõ lecti. Modicũ nanq; eſt qđ
nũc de cõtēplatione pcipimꝰ:ad id qđ pci
piēdũ expectamꝰ.Sed & apte dictũ eſt nõ
ſinglr lectulꝰ diſpoſitꝰ ſed plr lectuli diſ=
poſiti:qa variꝰ eſt cõtēplationis modꝰ:&
aliis plꝰ aliis minꝰ in dono cõtēplationis
cõfert.Queadmodũ em̄ ſcđm mēſurã do
nationis Xp̄i gr̄a differēter dat ĩ actione
ſic etiã ſcđm capacitatē pcipientiũ diſtri
buit in cõtēplatione. Plures ergo ſunt le
ctuli & differēter poſiti & ꝓpter differen
tiã donorũ & ꝓpter diſtãtiã cõtēplatiuo
rũ.Sup pauimētũ ſmaragdino & pario la
pide ſtratũ.Pauimētũ ĩferiꝰ & ęqualiter Paui=
ſtratũ oĩm vtēſiũ,verbi gr̄a,lectorũ, ſedi= mētum.
liũ,vaſorũ eſt ſuſtētamētũ.Significat er= Prelato=
go p̄latorũ ęquanimitatē,hũilitatē & la= rũ offi=
borē:q lʒ cęteris ptãte ſint p̄lati miſterio cia & di
tñ ſũt ſubiecti:ſicut ipe dñs q oĩbꝰ p̄latis gnitas.
eſt p̄latꝰ nõ venit miſtrari ſed miſtrare & Mat.20.
date aĩam ſuã ꝓ multis.Hinc & diſciplis
ait.Qui maior eſt ĩ vobis fiat ſicut iuni= Luc.20.
or:& q p̄deceſſor eſt ſicut miſtrator. Hic
Paulꝰ ſeruũ illorũ qbꝰ ſcribebat,ſe eſſe di
cebat p Ieſum.Hic beatꝰ Augꝰ de p̄lato

dicit.Honore corã vobis ꝑlatꝰ ſit vobis,
timore corã deo ſubſtratꝰ ſit pedibꝰ vřis.
Prȩlati itaq̃ pauimẽtũ ſũt corã deo ſe hu
miliãdo,ſibi cõmiſſos ȩquanimit̃ toleran
do,& ipis laborioſe miſtrãdo:dũ eĩ eis cũ
labore miſtrãt quaſi ſup ſe poſitos portãt.
T Sed magna laus ꝑlatorũ promit̃:dũ paui
mẽtũ ſmaragdino & pario lapide ſtratũ
dr̃, & p picturã mira varietate decoratũ
phibet̃.Smaragdꝰ viret,pariꝰ cãdet.Sma
ragdus fidẽ:pariꝰ caſtitatẽ & mũdã ſigni
ficat actionẽ.Pauimẽtũ itaq̃ ſmaragdino
& pario ſternit̃ dũ ꝑlatꝰ fide, caſtitate &
actione mũdiſſima pornat̃.Qui & picturę
mira varietate decorat̃,dũ diuerſorũ iu
ſtorũ varias virtutes nõ ſolũ ad vtilitatẽ
ppriã,verũ & ad exẽplũ aliorũ imitatur.
Pictura ſanctoꝝ Pingit̃ ĩ hoc pauimẽto Abel p ĩnocentiã,
Noe p iuſtitiã,Abrahã p fidẽ,Iſaac p lon
ganitatẽ,Iacob p tolerãtiã,Ioſeph p cõti
nẽtiã,Moyſes p mãſuetudinẽ, Ioſue p for
titudinẽ,Samuel p caritatẽ,Dauid p hũi
litatẽ,Helias p zelũ iuſtitię,Daniel p vir
tutẽ abſtinẽtię:& quorũlibꝫ ſcõrũ forma
in ipo depĩgit̃,dũ eorũ virtutes inquãtũ
V põt operat̃. Et lꝫ de vniuerſali ſctã eccl̃ia
Pſal.44. dictũ ſit. Aſtitit regina a dextris tuis in
Prȩlati officium veſtitu deaurato:circũdata varietate :in
ſãcto tñ ꝑlato excellẽter & velut ſpãliter
debet hęc pulchritudo varietatis appare
re,vt oĩm fulgore virtutũ,oĩbꝰ oĩa factus
oẽs lucrifaciat. Huic quoq̃ ſẽſui cõcinit
illđ Auguſti.de ꝑlato.Circa oẽs(ĩngt)ſe
ipm bonorũ operũ pbeat exẽplũ:corripiat
inqetos,cõſolet̃ puſillanimes,ſuſcipiat in
firmos,patiẽs ſit ad oẽs.Diſciplinã libens
habeat:metuẽdus ĩponat.Et q̃uis vtrũq̃
ſit neceſſariũ tñ plus a vobis amari appe
tat q̃ timeri.Sup pauimentũ itaq̃ lectuli
erãt:qa ꝑlati ſua ꝓuidẽtia & labore cõtẽ
platiuos ſuſtẽtãt.Vel certe ſup pauimen
tũ lectuli erãt dũ cõtẽplatiui in qete poſi
ti ſuis ꝑlatis q ſollicitudine fatigãt̃ & tur
Exhortatio. bant̃ nõnũq̃ ampliꝰ pficiũt.Videamꝰ fra
tres quõ ſup hoc venerabile pauimẽtum
cõſiſtimꝰ,vtrũ in qete poſiti cȩleſtia ſubli
miter cõtẽplamur.Sũt eñ qdã q ſuos ꝑla
latos multis moleſtiis pmũt:& in cõtẽpla
tione ad quã ĩ loco qetis poſiti ſunt mini
me pficiũt.Quos Paulꝰ ĩ ep̃la ad Hebrȩ.
Heb.13. caſtigãs ait.Obœdite ꝑpoſitis vřis & ſub
iacete eis.Ipſi eñ ꝑuigilant quaſi rationẽ
ꝓ aĩabꝰ vřis reddituri,vt cũ gaudio hoc
faciãt & nõ gemẽtes: hoc eñ nõ expedit
vobis.Et paulo ſupiꝰ ꝑlatos aliis ĩ exẽplũ
ponẽs ait. Memẽtote ꝑpoſitorũ veſtrorũ Ibidem.
q vobis locuti ſunt verbũ dei.Quorũ in
tuẽtes exitũ cõuerſatiõis,imitamini fidẽ.
Et ad Theſſalonicẽ, de caritate & pace
habẽda cũ ꝑlatis:Rogamus,ĩquit,fr̃es vt 1.Teſſa.5
noueritis eos q laborãt ĩter vos & pſunt
vobis in dño & monent vos vt habeatis
illos abũdãtiꝰ ĩ caritate.Propt̃ opꝰ illorũ
pacẽ habete cũ illis.Vñ Augu.ad ſubie
ctos de ꝑlatis.Obœdiẽdo nõ ſolũ vřĩ ſed
etiã ipſiꝰ miſeremĩ q q̃to in loco ſupiore X
tãto ĩ piculo maiore verſant̃.Bibebãt aũt Pocula.
q inuitati erãt aureis poculis & aliis atq̃
aliis vaſis cibi ĩferebãt.Aurea pocula ſũt
verba euãgelica cȩteris oĩbus pcioſiora:
ſapĩa dei q̃ Chriſtꝰ eſt velut auro fulgen
tia.Quę vcꝫ verba recte dicũt̃ pocula qa
facile intelligunt̃.Cibi etẽm ſunt ea ſcri
pturę verba q̃ difficile & cũ labore capiũ
tur:vt ſunt pleriſq̃ ĩ locis verba ꝓpheta
rũ.Qui ſcꝫ cibi aliis & aliis vaſis inferũt̃
dũ gr̃a q̃ in ipis cõtinet̃ nũc aptione figu
rarũ,nũc admĩſtratione ſacramẽtorũ no
bis confert̃. Quaſi eñ quędã ſunt vaſa ſa
crę ſcripturę ęnigmata & ſacra ſacramẽ
torũ velamina.Quę dũ apiunt̃ mẽtes fide Y
liũ reficiunt̃.Vinũ quoq̃(vt magnificen Vinum
tia regia dignũ erat)abũdãs & pcipuum
ponebat̃.Quid p ſpiritale vinũ rectiꝰ ac
cipit̃,q̃ ſctĩ ſpiritꝰ cõſolatio:qua mẽs fide
lis ſȩpiꝰ inebriat̃!De hac ĩebriatione ſcri
ptũ eſt.Calix meꝰ inebriãs q̃ pclarꝰ eſt!Et Pſal.22.
itẽ. Scđm multitudinẽ dolorũ meorũ in Pſal.93.
corde meo,cõſolationes tuę lętificauerũt
aĩam meã.Vt(ĩngt)magnificentia regia
cationem ꝙ deus in agni paſchalis oc=
ciſione filios Iſrael de ſeruitute Ægy=
ptiorum liberauit:quoniam hoc ꝙ ſpi=
ritales Iſraelitę morte Chriſti de iugo
dæmonũ eriperentur,inſinuauit. Con=
ſummatum eſt ꝙ Moyſes aquas ama=
ras ligno dulcorauit,& aquas de petra
produxit : quoniam hoc prætendit ꝙ
Chriſtus amaritudine ſuæ mortis , le=
gis auſteritatem in dulcedinem nobis
conuertit : & de ſe, qui vera petra eſt,
fluenta ſpiritalia nobis emanare fe=
cit.Conſummatum eſt ꝙ hircus emiſ=
ſarius peccata populi in deſertum por
tauit:quoniam hoc ꝙ Chriſtus pecca=
ta noſtra tolleret,typus extitit . Con=
ſummatũ eſt ꝙ mulier Sareptana duo
ligna collegit,quoniã expreſſit ꝙ gen=
tilitas fidem paſſionis Chriſti poſtmo=
dum recepit. Cõſummatum eſt ꝙ Ra=
phael angelus in nuptiis Tobiæ dæmo
nem felle piſcis extricatũ ligauit: quo=
niam hoc innuit ꝙ Chriſtus felle po=
tatus & morte amaricatus diabolum
ſuperauit. Conſummata ſunt & vati=
cinia prophetarum. Cõſummatum eſt
Deut.21. qđ Moyſes ait : Maledictus qui pendet
Gala.3. in ligno.Hinc & apoſtol9 dicit:ꝙ Chri
ſtus pro nobis factus eſt maledictum .
Pſal. 68. Conſummatum eſt qđ Dauid ait: De=
derũt in eſcam meam fel:& in ſiti mea
potauerunt me aceto. Conſummatum
Eſa.53. eſt & vaticiniũ Eſaię qđ dicit. Propter
ſcelus populi mei percuſſi eum.Et itẽ.
Ibidem. Oblatus eſt qa ipſe voluit.Multa ſunt
conſummata, fratres, figurarum æni=
gmata & prophetarum pręconia,mor=
tem Chriſti figurantia,& pręcinentia.
Verum cuncta quis dinumeret & ex=
Y pediat?Conſummatum igitur eſt.Quic
quid enim ante mortem Chriſti opor=
tebat fieri : in morte Chriſti conſum=
Mors matũ eſt.Mors itaꝗ Chriſti pfecta no=
Chriſti. bis eſt vitæ reſtauratio . Mors Chriſti

diuina nobis recõciliatio.Mors Chriſti
ablatio culpæ.Mors Chriſti collatio iu
ſtitię.Mors Chriſti nobis obſeratio in=
ferni.Mors Chriſti reſeratio cęli.Mors
Chriſti,deſtructio pœnæ,Mors Chriſti
recuperatio gloriæ . Ergo conſumma=
tum eſt . Conſummatum eſt quicquid
pertinet ad conſumptionem mali.Con
ſummatũ eſt quicquid pertinet ad cõ=
ſummationem boni . Conſummatum,
qđ Symeon iuſtus prædixit. Conſum=
matum eſt qđ Cayphas licet reprobus
prophetauit.Conſummatum eſt qđ de
teſtandus Iudas Phariſęis ſpopondit.
Conſummatum eſt qđ Pilatus iniuſtus
iudex iniuſte fieri iudicauit. Conſum=
matũ eſt qđ Iudęus infelix optauit,ad
ſuam perniciem. Cõſummatum eſt qđ
deus prouidit ad noſtram vtilitatem .
Conſummata eſt lex. Conſummata eſt
prophetia. Conſummata eſt annuncia
tio angelica . Conſummatum eſt quod
iuſti ſperauerunt in mundo. Conſum=
matum eſt quod poſtea præſtolati ſunt
in inferno . Conſummatum eſt qđ ſan=
cte viuendo meruerunt,poſſidere cęlũ.
Ergo conſummatum eſt.Conſummata
autem per gratiã in nobis iuſtitia, per
iuſtitiam conſummanda eſt gloria. Iu=
ſtitia conſummata eſt effectu:gloria in
nobis conſummanda eſt cauſa. Omnis
enim in Chriſtum vere credentes effe
ctu iam ſunt iuſti , cauſa beati, effectu
tandem beatificandi.De qua cauſa bea
titudinis Paulusſic de Chriſto loquẽs:
Cõſummatus(inquit) factus eſt omni Heb.5.
bus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis
æternæ.Si enim (ſicut alibi dicit) ſpi= Ro.8.
ritus eius qui ſuſcitauit Ieſum a mor=
tuis habitat in nobis:qui ſuſcitauit Ie=
ſum Chriſtum a mortuis , viuificabit
& mortalia corporaa noſtra , propter
inhabitantem ſpiritum eius in nobis .
Bene ergo dicitur ꝙ Ieſus cum acce=
piſſet acetum dixit: Cõſummatum eſt:
& inclinato capite emiſit ſpiritum.Gu Z
ſtus aceti ſignificat acerbitatem mor=
tis:inclinatio capitis dignationem hu=
militatis . Emiſſio vero ſpiritus . con=
ſummatio eſt humanæ redemptionis .
In morte igitur Chriſti , conſummata
ſunt omnia: dum in præſenti conſum=



matur iuſtitia:& in futuro conſumma
1.Cor.15. bitur gloria.Quando? Cum corrupti=
bilę hoc induerit incorruptionem : &
mortale hoc induerit immortalitatẽ .
Col.3. Cum enim Chriſtus apparuerit vita
veſtra, tũc & vos apparebitis cum ipo
Exhor= in gloria . Verum cariſſimi quoniam
tatio. paſſionem Chriſti redemptionem ge=
neris humani ſufficienter deſcribere
ac digne laudare non poſſumus:ad noſ
metipſos ſtylum vertamus : & vtrum
Chriſti veſtigia pro noſtro modulo ma
la tolerando ſequamur videamus . Et
quoniam hodierna die ſolennia ſanctæ
crucis celebramus:& dominicę paſſio=
nis reminiſcimur : iuſtum videtur vt
de patientia nos inuicem moneamus.
Ro.8. Si enim compatimur & conregnabi=
mus:et ſi ſocii paſſionum fuerimus eri
mus ſimul & conſolationum.Qđ ſpon
ſa diligenter attendens dicit.Faſcicu=
Cant.1. lus myrrhæ dilectus meus mihi, inter
vbera mea commorabitur. Contenda=
mus igitur per anguſtam portam in=
trare:per arctam & arduam viam con=
ſcendere : quia non eſt alibi aditus ad
iuſtitiam, nec conſenſus ad gloriam.
Hoc iam centeſimo cariſſimi nobis ſer
mone in hoc libello conſummato, libel
lum ipſum hoc ſermone conſumman=
dum cenſemus . Studeamus itaꝗ quæ
in hoc ſermone vel libello ſcripta ſunt
credendo,ſperando, amando, conſum=
mare:vt ad ſupernam gloriam merea=
mur peruenire . Quod nobis præſtare
dignetur Ieſus Chriſtus dominus no=
ſter qui eſt deus benedictus in ſeculo=
rum ſecula. Amen.

¶Explicitus eſt liber centum ſermonũ
Hugonis de Sancto Victore.

# SEQVITVR

In Mellifluum Sermonem de Aſſum=
ptione B. Mariæ ſemper Virginis : in
quo fere exponuntur, quæ ex Canticis
Canticorum deprompta,in eiuſdem aſ
ſumptionis decantari ſolent officio:
Eiuſdem M.HVGONIS de Sancto Vi
ctore.

## PROLOGVS.

A

ACcipe Cariſſi=
me frater mu=
nuſculũ ſpon=
ſionis meæ &
in eo quicquid
præterꝗ̃ decet
inueneris tuũ
puta , qui me
coegiſti. Illud
† eulogiũ To= †elogiũ.
ta pulchra es amica mea,qđ in laudem
matris & virginis de Canticiscantico=
rum ſumptum canit eccleſia, compen=
dioſa tibi expoſitione reſerari flagita=
ſti:illa vel maxime (vt tuipſe mihi cõ=
feſſus es) cauſa adductus , ꝙ monaſte=
rium tuum iu honorem eiuſdem vir=
ginis conſecratum eſt: & idcirco omni
no decens eſt,eos qui ſpeciali titulo il=
lius inſignes ſunt, ſingulari quoꝗ de=
uotione cariſſimos inueniri. His qui=
dẽ verbis ego acquieſcẽs expoſitionẽ,
idcirco non indignã puto , ꝙ expoſita
(licet eo modo quo ſcripta continent
in ſerie libri ſumpta non ſint)a priſti=
na tamen auctoritate non recedant: &
caritas eius in cuius laudem dicitur ,
nos vrgeat,maximum eſſe debere quic
quid ei fuerit acceptum. Et hoc ipſum
prius a me factum eſt in alio quodam
cantico:quod ſimiliter compulſus ſum
a quodam fratre ſecundũ eundem mo=
dum compilatum explanare. In quo tã
etſi noſtra expoſitio verba primæ au=
thoritatis & ordinem verborum ali=
quotiens mutauerit, a ſenſu tamen au
ctoritatis primæ non receſſit . In eiuſ=
modi autem expoſitionibus , fraternæ
caritati libenter obtemperãs , licet for
te minus grauitatis habere videãtur,
nequaꝗ̃ tamen arguendum me puto :
cum non multum intereſſe exiſtimem
quacunꝗ occaſione (ſalua dũtaxat ve
ritate) fraternę ædificationi conſulã.

# FINITO

Prologo,SEQVITVR de dictis canti
cis Sermo mirificus & plane diuinus.

DD v

B Cant. 4. TOta pulchra es amica mea: & macula non eſt in te. Verba iſta Cariſſimi nobis oĩbꝰ nota ſunt, & magna cũ dulcedine oĩbus notificata ſunt: q̃ & propriam habent, qua delectant, dulcedinem: & ex eius cui cantantur dulcedine, ampliorem capiunt ſuauitatem. Ipſa enim tota dulcis eſt, & tota ſuauis: vnice pulchra, & ſingulariter ſpecioſa. Propter hoc, tam ſpecioſę virginis pręconiũ pulchrum eſſe neceſſe eſt, in quo laudatur dilectæ pulchritudo & commendatur pulchræ dilectio, Ipſe ſponſus virginis: ipſe pręconium dicit virginitatis: a quo laudari tãto maius eſt, quanto eum in laude cuiuſq̃ falli minus q̃ poſſibile eſt. Author pulchritudinis, & iudex veritatis, ipſe ſpeciem commendat, & approbat caritatem. Ipſe ſe amare fatetur quam fecit amabilem: & amari ſe gloriatur ab ea cui

C dedit dilectionem. O res mira! Ipſe filius matris & ſponſus virginis: integritatis author, & fructus fœcunditatis, Ipſe dilectam laudat, ſpecioſam cõmendat, amicam inuitat. Tota pulchra es amica mea. O admirabilis amator! o ſingularis dilector! Quid dicis? Ipſa eſt genitrix tua: ipſa amica tua. Et quomodo amica tua? Num genitricem ipſam credimus tuam amicam? aut quomodo? Certe amica eſt tua, & genitrix tua. Amica tua ꝙ intacta, genitrix tua ꝙ fœcunda. Tu ſiquidem integritatis filius, & fœcunditatis amicus: matrem habes virginem, & amicam prole læ-

D tantem. Prius te genuit amica tua, mater & virgo Maria. Poſtea de te genita eſt, amica tua mater & virgo eccleſia. In carnẽ veniens factus es filius ſponſæ tuæ matris & virginis corpore. In carne moriẽs factus es genitor ſponſæ tuæ virginis, fide. Naſcendo de ſponſa tua accepiſti ſubſtantiam infirmitatis: moriendo, ſponſæ tuæ dediſti ſacramẽta incorruptionis: vtrobiq; dilector mirabilis, vtrobiq; amator ſinglaris. Sponſam tuam dilexiſti: vt in ea naſcereris: & ſponſam tuã dilexiſti vt pro ea morereris. Et vna eſt ſponſa tua: vna eſt Cant. 6. amica tua: vna eſt columba tua, perfecta tua: vna eſt matris ſuæ, vna electa genitrici ſuę. Voca ergo ſponſam tuã: inuita amicam tuam. Voca formoſus, pulchram: ſpecioſus, decoram: dilectus, vnicam. Lauda pulchritudinem eius, ne pertimeſcat ad pulchrum accedere: dic formoſitatem eius, ne ſe trepidet formoſiſſimo ſociare. dic qualiter prior ad eum veniſti diligens & dilectionem quęrens: vt ipſa ad te venire properet, diligens & dilectionem reddens. Dic ergo dilector dic dilectę tuæ, ſpeciem ſuam: dic dilectionem tuam, vt dilecta diligentem diligat. vt concupiſcat amplius diligi & properet citius ſociari. dic ergo, dic: Tota pulchra es amica mea. Quid virgo ſpecioſa dubitas? Quid cunctaris? Oſtende faciem tuam. Egredere vt ſpicioſum videas: & videaris ſpecioſa. Quid moras nectis? deſideras pulchrũ videre: ſed forte paueſcis vel in modico nõ pulchra videri: & ideo forte exire metuis, manifeſtari trepidas, pręſentari erubeſcis. Tolle timorem, aufer formidinẽ. Ego (inquit dilectꝰ) te video qui voco te: præſentem habeo qui te inuito, vt venias. Non enim te voco vt incipiam videre te: ſed vt me tibi manifeſte videndum præbeam. Ergo ne timeas: vel mihi vocanti crede de te: quia nequaq̃ vocarem ſi pręparatam non cernerem, ſi minus dignam viderem. Mundam voco, ſincerã inuito, totã pulchram deſidero: Totaq; pulchra es amica mea.

E O qualis ſocietas. Totus pulcher totam pulchrã ſibi ſociat. Tota pulchra es amica mea. Ego totus pulcher: & tu tota pulchra. Ego per naturam, & tu per gratiam. Ego totus pulcher: quia omne quod pulchrum eſt, in me eſt. Tu tota pulchra, quia nihil quod turpe eſt ĩ te eſt. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Tota pulchra es. Pulchra in corpore, pulchra in mente. In corpore pulchram te facit integritas virginitatis: in



mente pulchram exhibet virtus humilitatis. Tota ergo pulchra es: corpore niuea, mente ſincera. Tota pulchra es: Nihil enim in te pulchritudo reliq̃t quod non poſſideat: totum decor obtinet, formoſitas tenet, regit honeſtas. Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te. O virginitas humilis: & humilitas virginalis quomodo in vnum cõueniſtis? quomodo ĩ vna ſocietate eſtis, vt tale ac tantũ miraculũ efficereretis?

F Quid feciſtis? Sic ſublimaſtis humilem, ſic fœcũdaſtis virginẽ, vt virgo pariat dei filiũ: & hũilis habeat ſponſum deũ. Nec alia talem decebat: nec alius talis tali ĩueniri poterat. O digna digni, formoſa pulchri, mũda incorrupti, excelſa altiſſimi, mater dei ſponſa regis ęterni. Q̃ pulchra es & q̃ ſuauis es, quã ſcrutator renum probat: quã inſpector cordiũ laudat: quã diligit author pulchritudinis: cui teſtimoniũ perhibet magiſter veritatis! Auſculta ergo vocẽ eius: Inclina aurẽ tuam ad verba illius. Ipſe eſt qui loquitur: ipſe eſt qui audit. Ipſe te iniutat, ipſe te audire deſiderat: ipſe dicit, Tota pulchra es amica mea & macula non eſt in te. Exulta & iocundare, gaude incomparabiliter, lętare ſingulariter. Reſponde gratulabunda vocanti propera venire, feſtina occurrere, accipere regnum ſponſi, poſſidere hæreditatem filii. Ne vltra deſiderium amantis differas: ne dilatione expectãtem & cupientem affligas. Attende qua ſuauitate inuitat te: & intelliges qua caritate

G expectat te. Tunc poſtq̃ dixerat nullam in ea maculam inueniri, mũdam & ſinceram, & ab oĩ qđ diſplicere poterat, alienam: ne forte adhuc iſta laus minꝰ animaret timidam, minus accenderet verecundã: adiecit inſuper & proſecutus eſt oſtendẽs non ſolũ immunẽ & liberam eſſe a malo: ſed ineffabilibus bonis plenam, & oĩm perfectione virtutũ refertam dicens. O formoſa mea, o dilecta mea, o colũba mea. Amica mea gratanter amplector, iocũde intueor, ꝙ nullã in te maculam video, ꝙ totam te pulchram aſpicio: ſed multo amplius ineffabiliter me delectat, ꝙ totam te dulce-

Cant. 4. dine plenam inuenio. Fauus diſtillãs labia tua: mel & lac ſub lingua tua. Odor vnguentorũ tuorum ſuper omnia aromata. Labia tua, lingua tua, vnguenta tua, omnia dulcia, omnia ſuauia: omnia laude digna. Labia tua, lingua tua, vn- H guenta tua: Tria cõmendantur, labia, lingua, vnguenta. In labiis oſculum: in lingua alloquiũ: in vnguẽtis odor atq; fragrantia. Tota ergo trinitas venit ad virginem. Suſceperat enim in labiis ab ore patris oſculum. Suſceperat in lingua patris verbũ. Suſceperat in vnguẽtis, patris & verbi ſpiritum. Inde labia tua, lingua tua, vnguenta tua. Fauus diſtillãs labia tua, mel & lac ſub lingua tua, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Fauus diſtillans labia tua. Et plenitudinẽ & ſuauitatẽ habent labia tua. Ideo fauus diſtillans labia tua. Nam preſſa emittunt dulcedinem. Propterea ergo fauus diſtillans labia tua. Omnia ad ſimilitudinem dicta ſunt: fauus diſtillãs labia tua. Fauꝰ mel & cęram habet. Mel diuinitas eſt, cæra Funes. humanitas. Fauus verbũ caro factũ eſt in virgine: ergo fauus diſtillans labia tua. In te diuina & humana natura ſoluta veteri diſcordia ad perfectam plenitudinem & æternam vnionem pacis oſculo cõiunctę ſunt. In te diuinitas hu- I manitati ſe infudit. Vnde vera humanitate & perfecta diuinitate, a te deus & hõ Chriſtus exiuit. Ergo fauus diſtillans labia tua. Ego, inquit, noui qđ prædico: expertus ſum qđ laudo Fauus diſtillans labia tua. Ego deuinctus tibi caritate oſculo oris mei labia tua preſſi: ſimulq; dulcedinẽ infudi: & a dulci dulcedinẽ expreſſi. Valde enim expreſſi: & valde impreſſi: qa plene infudi & perfecte ſociaui. Valde ergo impreſſi dulcedinem, & vere expreſſi ſuauitatẽ, quando meũ tuo in te ſociaui: & per tuum a te cũ meo pariter & tuo exiui. Mea diuinitas mel erat, & tua humanitas cæra erat: & inde meipſum fauũ feci & factus ſum. Et ecce fauus diſtillans labia tua. Quod enim impreſſum eſt in te, aſſumptum eſt de te: & ipſum factum eſt dulcedine plenũ in me. Modo ergo ſum quod ſum, & ſum qđ factus ſum. Quod factus ſum modo ſum: qđ autem ſum

ſemper ſum, tamen vtrũq; vere ſum,&
quod factus ſum,& qđ ſum:alterum ex
te,alterum ante te. Fauus diſtillans la-
K bia tua. O q̃ dulcis & ſuauis es? quæ ſo
la digna eras, vt ſupernæ dulcedinis
oſculum,in tuo conceptu ſuſciperes,&
totius mundi ſuauitatẽ in partu ſtilla
res. Fauus diſtillãs labia tua, mel & lac
ſub lingua tua. Quid eſt mel & lac ſub
lingua tua? Hoc eſt verbum patris ſub
carne tua. Quare ergo ſub lingua tua?
Quia verbum, ideo ſub lingua. Mel &
lac ſub lingua tua. Non ſupra linguam
ſed ſub lingua: qa verbum abſconditũ
eſt: & ideo mel & lac ſub lingua tua.
Mel & lac ſub lingua tua. Sub lingua
tua:ſub carne tua. Sub lingua tua,quia
verbum:ſub lingua tua, quia abſcondi
tum. Mel & lac,deus & homo. Mel diui
nitas, lac humanitas. Mel de rore cæli
venit:quia diuina natura ſupra omnia
eſt. Lac de carne exprimitur:qa humani
tas deorſum aſſumpta eſt. De carne ca-
ro. Ideo lac non caro ſub lingua tua qa
lac de carne,nõ caro:ſed de carne caro,
& tm̃ caro:nõ prima caro,ſed de prima
carne ſecũda caro: de carne veteri no-
ua caro, de carne purganda hoſtia ca-
ro. Ideo mel & lac ſub lingua tua: quia
in tua carne deus homo:& ſub tua car
ne deus & homo vnus Ieſus Chriſtus.
L Fauus diſtillãs labia tua mel & lac ſub
Odor lingua tua. Odor vnguentorũ tuorum
vnguen ſuper omnia aromata. Nam ipſe dicit
torum. Spiritus meus ſuper mel dulcis. Ipſe in
Eccli.24. te ſingulariter requieuit,quę præ cæte
ris om̃ibus gratia plena mater facta es
filii,& templum ſpirit[9] ſancti. Propter-
ea vnguẽtorũ tuorũ odor ſuper omnia
aromata: quia omnem gratiam vincit
tua ſublimitas:omnẽ perfectionem ſu-
perat tua dignitas. Tu ſingulariter ele
cta,tu ineffabiliter ſublimata:nulla ti-
bi in gratia ſimilis eſſe potuit, per quã
gratia venit ſuper omnes filios homi-
Luc.1. nũ. Aue,inquit, gratia plena. Spiritus
ſanctus ſuperueniet in te: & virtus al-
tiſſimi obumbrabit tibi. Ergo ſup oẽm
gratiam gratia tua: ſuper om̃e meritũ
excellentia tua,eminẽtior cunctis,ſan-
ctior vniuerſis. Nemo vt tu gratia ple
nus fuit: quę ſola ſine exemplo mater
virgo genuiſti: caſtitatis lilium ſerua-
ſti cum fructu fœcunditatis. Ergo ſpiri
tus ſanctus in tua humilitate ſingulari
ter requieuit:qui in tua virginitate mi
raculum nulli comparabile fecit. Idcir-
co odor vnguentorũ tuorum ſup om̃ia
aromata. Fauus diſtillãs labia tua:mel
& lac ſub lingua tua: odor vnguento-
rum tuorum ſuper om̃ia aromata. Tu M
ad iocunditatem vnguenta accepiſti. Vnguẽ-
vnguenta ad ſpeciem, vnguẽta ad odo ta Marię
rẽ. Antiqua illa Maria,nominis tm̃ non Maria ſo
lepræ te reliquit hęredem: quę nec ma- ror Aa-
culam,nec rugam habuiſti, quã vnguẽ ron.
ta tergerent:ſed vnguenta accepiſti,vt
ſpeciem & formam tuam gratius com
mendarent. Ergo odor vnguentorum
tuorum ſuper omnia aromata. Alii vn
gũtur ad curationem, alii vngũtur
ad ſtabilitatem: & omnes vnguenta ad
neceſſitatem accipimus. Tu filia delica
ta:& om̃i gratia plena. Cariſſima in de
liciis tuis vncta es ad gloriam decoris
tui,& in ſignum dilectionis. Vnctũ pa-
ritura,& tu quoq; vncta es:vt ipſum in
te vnguentũ prius excellẽter effunde-
ret, qđ poſtmodũ ĩ vtero tuo ſingulari
ter acciperet. Ipſe etiã ſupra te,præ cũ-
ctis participibus ſuis accepit plenitudi
nem:tu poſt ipſum prę cunctis ſuauita
tem. Propterea igitur odor vnguento-
rum tuorum ſuper omnia aromata. Iã N
enim hyems tranſiit, imber abiit & re- Cant.2.
ceſſit. Flores apparuerunt in terra no-
ſtra: vineę florentes odorem dederunt:
& vox turturis audita eſt in terra no-
ſtra. O mira decentia! tali talia præpa-
rantur. Tota pulchra es amica mea &
macula non eſt in te. Fauus diſtillãs la
bia tua:mel & lac ſub lingua tua:odor
vnguentorum tuorũ ſuper omnia aro
mata. Si talis eſt,& in tantũ laudata eſt
cui hoc non poterat ſatis eſſe ad cõmẽ
dationem: Sed reſtabat edicere, & hoc
vt ſciret ad quã patriã vocaretur: & a
quo exilio educeretur: ꝓpterea vtrũq;
cõmemoratum eſt,& totum ordine fa-
ctum eſt dilectę pulchritudo, triſte exi
lium, & dulcis patria. Solida laus eſt,
quę a ſemetipſa initium capit. Sua et-
enim quęq; verius commendant. Ideo
primũ laudatur ipſa:deinde laudãtur:



& quę eius ſunt:& totum hoc ad inci-
tamentũ amoris fit. Aduerſa quoq; cõ
memorantur, vt ardentis deſideriũ ad
effectum feſtinet & properet inde exi-
re,vbi dolor eſt, vbi triſtitia ſedet: vbi
luctus cõmorat̃ & miſeria regnat. Hoc
O totum exilium eſt. Deinde patriam ſuã
laudat,& dicit,quę gaudia,quę delicię,
quantę iocunditates & amœnitates ibi
ſunt. Et in his omnibus:flores apparue
rũt,vineę florẽtes odorẽ dederunt,vox
turturis audita eſt ĩ terra noſtra. Amo
ris plena ſunt omnia, & om̃ia amorem
reſonant,flores odor & cãticum. Nihil
hic eſt qđ animũ non ſubeat,qđ cor nõ
penetret, & qđ affectum nõ transfigat.
In ipſo auditu inardeſcit mens,flagrat
deſiderium:& concupiſcẽtias ſuas ani-
mus ipſe non capit. Neq; enim ſine dele
ctatione audiri poteſt qđ tanta dulce-
dine plenum eſt. Et qui id ſibi non au-
dit,ſibi non diligit. Multos enim ad ſe
conuertit quos non trahit poſt ſe: & q
omnes ad habendum diligunt,non oẽs
diligunt ad ſequendum. Dilecta aũt vo
catur vt veniat: quoniam qui non ve-
nit non peruenit. Et ideo narratur vt
audiat:inuitatur vt veniat: & veniens
perueniat,& apprehendat. Hyems (in-
quit) trãſiit,imber abiit & receſſit. hoc
de exilio eſt. De patria autẽ: Flores ap-
paruerũt in terra noſtra:vineę florẽtes
odorem dederunt:vox turturis audita
eſt in terra noſtra. O anima miſera quæ
hoc diligis,& hoc non diligis. Quęcũq;
es miſera es quę hoc diligis qđ tam fu
giendum eſt:qđ & ſi non fugiatur,ipm
tamen permanſurũ non eſt. Si vero hoc
non diligis quod tam diligendũ eſt, vi
uens in temetipſa mortua es:quia non
viuit in te, ſine quo tu viuere non po-
tes. Ergo hyems tranſiit,imber abiit &
receſſit. Flores apparuerũt in terra no
ſtra,vineæ florentes odorem dederunt.
P Vox turturis audita eſt in terra. Nota
ſunt quæ referuntur: ſed propter quæ
referuntur nota non ſunt. Rerum viſi
bilium ſpecies quas ſenſus hominis no
uit,& ipſę iocundę ſunt, & ſuaues ho-
minibus:ipſę ad ſimilitudinem propo-
nuntur,vt ex eis cogitet homo quę nõ
nouit. Et om̃ia quæ in ſimilitudine cur
runt:hyems tranſiit, imber abiit,& re-
ceſſit. En anima age qđ vis:ſiue diligis,
ſiue non diligis,mundus tranſit & con
cupiſcentia eius. Tranſeunt omnia quę
temporaliter diligis: ante te tranſit qđ
diligis,nouiſſime tranſis quoq; tu, ac p
tranſis ipſa quæ diligis. Cur ergo dili-
gatur quod tranſit quod diligendum
non erat,etiamſi tranſitorium nõ erat?
Nam cum ſtaret nocuit,cum pertranſi
ret decepit. In altero crudele, in altero
fallax. Audi ergo potius vnde gaudeas
quia hyems tranſiit, imber abiit, & re-
ceſſit. Quid eſt hyems? Nõne vita mor Q
talis hyems eſt, quã corruptionis ſuæ Hyems.
torpor aſtringit, & ignorantiæ caligo
obnubilat? Ad agendum enim bonum
pigra eſt, & ad perſpiciendum nubila.
Et vbi eſt imber. Nã gelu interi[9] aſtrin
git: imber extrinſecus irruẽs diſſoluit.
Ergo imber eſt in iis quæ præter inge-
nitam corruptionem cottidie moleſta
ingruũt:quibus foris vita mortalis at-
teritur,cum dira intus mortalitatis ne
ceſſitate aſtricta teneatur. Hyems ergo
tranſiit, imber abiit & receſſit. O felix
illa anima quæ audire habet, hyẽs trãſ
iit. Nam hyems ſemper quidem trãſit:
ſed non omnes digni ſunt hoc audire,
niſi quibus tranſit priuſq̃ trãſeat,id eſt
a quibus contemnitur priuſq̃ ſupere-
tur. Iſtis enim hyems grauis eſt,& ęſtas
in deſiderio. Iſti ergo merentur ſoli au R
dire: hyems tranſiit, vt in eius tranſi-
tu,conſolatione accepta,gaudeãt:quia
in eius ſtatu prius afflicti ſuſpirabant.
O felix hora & tempus præ cunctis de
ſiderabile:quando ille ſponſus cęleſtis
dilectam ſuam, poſt longa deſideria de
mundi carcere egredientem obuius ex
cipit, & blanda caram conſolatione ad
ſe inuitat dicens. Egredere cum iocun
ditate electa inter filias: nec tibi durũ
videatur carnis corruptibilis indumẽ-
tum morte deponere,quæ & viuens ſci
ris carnis corruptionem non amaſſe.
Nihil trepides vel expaueſcas: euadis
exilium,de ęrumna liberaris. Non erũt
vltra dolor & gemitus, quoniam hæc
priora tranſierunt. Iam enim hyems
trãſiit imber abiit & receſſit. Deinceps
ergo corpus quod corrumpitur non Sap.8.

aggrauabit animam;nec terrena inha-
bitatio ſenſum deprimet multa cogi-
tantē. Hæc eſt enim hyems quæ trāſit:
cuius torpor grauis, & gelu triſte au-
ſtro ſpirante: iam ſoluitur & caligo te-
nebroſa orto ſole iuſtitiæ diſſipatur. Iā
ergo hyems tranſiit, imber abiit & re-
ceſſit. Propterea enī, quia tranſiit hyēs.
ideo imber abiit & receſſit. Nam poſt
carnis ergaſtulum mundi euadis exili-
lium: nec mala aduerſitatis vltra iam
metuis, quæ lege mortalitatis ſoluta
carnis corruptione non teneris. Ergo
hyems tranſiit, imber abiit & receſſit.
Niſi in te fuiſſet mortalitas, nihil con-
tra te valuiſſet aduerſitas:& idcirco cū
morte carnis mortalitatis corruptionē
exuis, totum deinceps mundum & mū
di mala aduerſantia ſecura contemnis.
Et ideo quia hyems trāſiit:imber abiit
& receſſit. (Iam enim hyems trāſiit, im
ber abiit& receſſit) Flores apparuerūt,
vineæ autem florentes odorem dede-
S runt, & vox turturis audita eſt in ter-
Flores vineæ. ra noſtra. Quid vult dicere Flores appa
ruerunt in terra noſtra? Qui ſunt flo-
res iſti & quę ſunt vineę? & vox turtu-
ris quę eſt? & terra eius vbi eſt? Ne for-
te contingat nobis ſicut iudęis qui di-
xerunt: hunc neſcimus vnde ſit. Nam
ſi ſcimus vnde ſit nouimꝰ terram eius
& ſcimus qui ſunt flores iſti, & quę ſūt
vineę, & qualis ſit odor vinearum florē
tium. Poſtremo & turturem nouimus,
T & vocem eius qualis ſit. Omnia ſcimus
ſi ſcimus vnde ſit. Et vtinam non audi
tu ſolo ſciamus vnde ſit: ne forte famā
tm̄ audierimus & non ſciamus verita-
tem. Hoc enim parum eſt famā audiſſe
de illo. Hoc perditio potuit & mors &
de hoc ſolo gloriantur. Non enim vl-
tra eis conceditur. Ergo oportet vt nō
ſolum fama ſed experientia de illo nos
doceat, vt guſtemus & videamus quo-
niam ſuauis eſt dominus: & vnctio eiꝰ
doceat nos de omnibus. Si ergo vnctio
eius in nobis eſt, ſcimus eum vnde eſt,
& ſcimus terram eius: & tunc poteri-
mus prudenter ſolutionem reddere de
floribꝰ:& de odore vinearum, & de vo
ce turturis. Iam enim hyems trāſiit &
imber abiit & receſſit. Flores apparue-
runt: vineæ fllorentes odorem dederūt
& vox turturis audita eſt in terra no-
ſtra. Poſt triſtia, læta ſuccedunt. Vbi
trāſit quod doluit, ſuccedit quod dele
ctat. flores apparuerunt in terra noſtra
Magna cauſa nobis imminet loqui de
floribus & de vineis & de voce turtu-
ris. Nam de hyeme & imbribus, & tem
peſtatibus & ventis multa nouimus &
ſatis euidēter dicta, nec opus eſt vt mo
do dicātur plura quoniam in præſenti
ſatis dicta ſunt. Tamen interim quātū
ad contextum attinet lectionis, viden-
tur hæc dicta ad ſuperiora referri: vt
hoc qđ dicit flores apparuerunt, reſpō
deat ad hoc quod dixerat hyēs trāſiit:
hoc vero qđ dicit vineæ florentes odo
rem dederunt, ad id qđ dixerat imber
abiit & receſſit. Quia igitur hyēs trāſ-
iit flores apparuerunt:& qa imber abiit
& receſſit, vineę florentes odorem dede
runt. Hyems trāſiit, flores apparuerūt.
Nam vbi gelu brumę, verno calore li-
quatum ſoluitur, continuo terra radiis
tepentibus tacta ſe ad partum aperit.
Tunc & germina & flores prodeunt, &
induitur rurſum tellus decore ſuo. Er-
go hyems tranſiit & flores apparuerūt
in terra. Nam quia imber abiit & receſ
ſit, continuo vineæ florentes odorē de-
derunt. Nam imbres inimici ſunt flori- V Imbres.
bus, & vehementiſſimi imbres flores vi
nearum excutiunt: & ideo quia imber
abiit & receſſit, vineę florentes odorem
dederunt. Mox ergo floribus vernanti-
bus, & vineis odorem ſuum ſpargenti-
bus: turtur dedit vocem ſuam & imple
tum eſt gaudium & ait. Vox turturis
audita eſt in terra noſtra, flores appa- X
ruerunt in terra noſtra, vineæ florētes. Vox turturis.
odorem dederunt. Vox turturis audi-
ta eſt in terra noſtra. Terra (inquit) no
ſtra non mea, ſed noſtra vt eam cōmu-
nicaret nobiſcum. Si ergo terra noſtra
eſt vbi flores apparuerunt, & vbi vineę
florentes odorem dederunt, & vbi audi
ta eſt vox turturis: exilium hic eſt, vbi
in terra deſerta, inuia, & inaquoſa, ī ter
ra aliena cantare non poſſumus canti-
cū domini: ſed Super flumina Babylo- Pſal. 136.
nis ſedimus & fleuimus, dū recordare-
mur tui Sion. In ſalicibꝰ in medio eius



ſuſpēdimus organa noſtra. Nuſq̄ hic flo-
res ſunt vel vineę florētes, ſed ſalices ſteri
les habētes folia & fructū non habentes.
Neq; hic vox turturis auditur, ſed ſuſpē
dimus organa noſtra:& non valemꝰ cāta
re canticum dn̄i in terra aliena. Ergo, ibi
terra noſtra eſt, hic exilium noſtrum. Ad
illā fuimꝰ creati: ad hāc expulſi. Hic pegri
namur illuc redituri. Illinc exeuntes, huc
Y venimus. Hinc exeūtes, illuc redimꝰ. Pro-
pter hoc poſtq̄ hyems trāſiit, imber abiit
& receſſit: ſtatim flores apparuerūt in ter
ra noſtra: vineę florentes odorē dederūt,
& vox turturis audita eſt in terra noſtra
Vbi iſta ſubtracta ſunt, cōtinuo ſine mo
ra illa apparere cœperūt. Poſtq̄ horū con
cuſſio a nobis tranſiit, ſtatim odor illorū
ad nos peruenit. Cum horū gemitus con
ticuit, continuo illorum cōcentus auribꝰ
noſtris inſonuit, & vox turturis audita
eſt. Et videtur magna quędā gaudia, hic
cōmendare in floribus & odore & canti-
co. Nam hęc tria ſolū cōmemorata ſunt:
flores, & odor & canticū. Et ſcimus ꝙ flo
res ad ſpeciē ptinent, odor ad fragrantiā,
cāticū ad iocunditatē. Species autem ad
Z viſum refertur, fragantia ad olfactū, me-
Queſtio los ad auditū. Quare ergo hi ſoli p̄ cun-
ctis ſenſibus electi ſunt & nominati? Nā
habent ſinguli voluptates ſuas: & pote-
rant interna gaudia etiā guſtu deſignari
Pſal. 33. ſicut ſcriptum eſt. Guſtate & videte qm̄
Pſal. 16. ſuauis dn̄s. Et iterum. Satiabor cū appa-
Pſal. 35. ruerit gloria tua. Et Torrente voluptatis
Rn̄ſio. tuę potabis eos dn̄e. Sed qui iam guſtat
A fruitur, & puenit ad finē deſideriorū ſuo
rum: hic aūt oportuit quędā primordia
vitę perennis ſignificari: quando adhuc
nō ſunt cōſummata oīa. Si quidē adhuc
ſponſa in exitu eſt & īuitatur vt veniat.
Et ipſa iam egrediebatur tabernaculum
carnis ſuę:& ſe cōuerterat vt veniret. Ibi
reuelati ſunt oculi eius. Et ecce de longe
quaſi terrā, quaſi patriam, quaſi regionē
amœnā vſq; adhuc inuiſibilē, ſed vſq; ad
huc viſis oībus pulchriorē, plenā decore
& iocunditate refertā: cuius aſpectꝰ deſi
deria æterna. Illic omnia q̄ in hoc ſeculo
pulchra viſa ſunt: ſiue q̄ iam p̄terierunt,
ſiue q̄ nunc ſunt, ſiue q̄ futura ſunt incor
rupta fulgent & multo ampliori decore
q̄ credita fuerint ineſtimabiliter oſtendū
tur. In hunc ergo ſponſa intuitū toto de B
ſiderio defixa & ſe colligens ad ſe, concu
piuit plenius ſcire, vnde tā mira ſubito
fulſiſſet pulchritudo. Cūq; in hanc tota
intentione ferueret, & iam ſe nō caperet
p̄ gaudio: Ecce odor ſuauiſſimus illapſus
eſt & cantica quædā dulcia ſunt audita,
& cuncta mira p̄ter ſolitum. Ideo flores
commemorantur & odor & canticum &
in omnibus dulcedo illa bonorum inuiſi
bilium & iocunditas deſignatur:& dici-
tur. Flores apparuerunt, & vineę odorem
dederunt: & vox turturis audita eſt. Et
omnia hæc in vno ſunt, & omnia vnum
ſunt flores odor & canticū. Flores etem̄
ſunt, quia monſtrant ſpeciē: odor eſt quia
fundit ſuauitatem: canticum eſt, quia ſo-
nat dulcedinem. Totū eſt, & hoc totū eſt:
ſed adhuc de longe. Quicquid ibi videt̄ C
pulchrum eſt, ſuaue eſt, iocūdum eſt: ſed
quaſi adhuc de longe eſt. Ideo adhuc gu
ſtu non pcipitur, neq; tactu attrectatur,
ſed tanq̄ eminꝰ conſtitutū, auditur, odo-
ratur & cernitur. Et tamē mire etiam ſic
reficit:& trahit poſt ſe animam in concu
piſcētias ſempiternas. Ideo ait. Trahe me Canti. 1.
poſt te curremus in odorem vnguento-
rum tuorum. Et vox dilecti mei. Anima Canti. 5.
mea liquefacta eſt, vt dilectꝰ locutus eſt.
Pulcher es dilecte mi, & decorus & totꝰ
deſiderabilis: caput tuum capilli tui, ocu
li tui, labia tua. Fuge dilecte mi fuge, ſimi Cant. 8.
lis eſto dilecte mi caprę hinnuloq; cer-
uorū ſup mōtes aromatū. Flores ergo ap
paruerunt in terra noſtra. Vineę floren-
tes odorem dederunt, & vox turturis au
dita eſt in terra noſtra. Æterna itaq; gau D
dia floribus & odore & cantico deſignā-
tur. Et diximus ꝙ idcirco de guſtu taci-
tum eſt, quoniā voluit demonſtrare, ꝙ de
longe adhuc erant:& necdum ad ea ſpō
ſa peruenerat, ſed īuitabatur vt veniret:
& demonſtrata ſunt ei vt videret & con
cupiſceret & pperaret. Ideo conuenien-
ter deſignata ſunt gaudia illa floribus,
odore, & cātico. Omnia enim hæc delon
ge reficiunt & delectant eminus conſti-
tuta. Multa autem ſunt quę ſuper his ad
huc dici habuiſſent. Sed nos inopes ſu-
mus, & coarctamur ſcientia & ſermone:
nec ſufficere poſſumus rebus tam im-
menſis, & a noſtra virtute tam ſublimi-

bus. Tamen non eſt tacendum illud ꝙ ſe
adhuc ſuggerit & offert manifeſtationi.
E Cum eñ ſint q̄nqꝫ ſenſus: corporei duo. i.
Senſuũ diſcri- mina. tactus & guſtus magis ſordibus appro-
pinquãt, & ſubiacent atramini, vnde nec
ſincerã refectionẽ habere valent: ſed quæ
purgatione egeat & defęcatiõe. Tres ve-
ro reliqui merã trahũt dulcedinẽ & ſuas
delicias magis ad iocunditatẽ animi con
uertunt: non eñ ad neceſſitatẽ reficiunt,
ſed ad delectationẽ. Magna itaqꝫ rerũ ſi-
militudo eſt, nec poterant inuiſibilia ſi-
gnis euidẽtioribus declarari. Sicut enim
oculus rerũ ſpecie ſine coĩquinatione paſci
tur: & ſicut auris vocũ ſuauitate ſine cor
ruptione delectat̃: ſic gaudia illa æterna,
ſuauitatẽ infundunt, & corruptionẽ non
adducunt. Semp̱ reficiũt & nũq̄ deficiũt.
Paſcunt & pſeuerant integra: ad fouen-
dum ſe exhibent, & permanent incorru-
pta: ꝓpterea flores apparuerunt in terra
noſtra, vineę florentes odorẽ dederunt, &
vox turturis audita eſt. In terra noſtra, flo
F res apparuerũt. Quales flores? Sicut lilia,
ſicut roſę, ſicut violę: & nõ ęſt flos, q̄ non
habeat ꝓpriã ſpeciẽ & pulchritudinem
ſingularẽ. Omnis pulchritudo ibi eſt, vbi
ſumma pulchritudo eſt. Vnũ bonum eſt
& omne bonũ in illo bono eſt. Si flores no
minas, ſi fructus nominas totũ ibi eſt. Nã
& arbor eſt, & lignum vitę eſt: q̃m de ipa
Prou. 3. ſapientia dictũ eſt. Lignũ vitę eſt iis q̄ ap
prehẽderint eã: & qui poſſederint eã, bea-
Pſal. 1. ti. Lignũ aũt vitę plantatum eſt ſecus de
curſus aquarũ & fructum ſuum dabit in
tempore ſuo. Et folium eius non defluet
G vnq̄. Vide ꝙ nihil ibi deeſt, Oĩa ibi ſunt.
Florẽ habet, folia habet, fructum habet,
nec folia deeſſe poterunt: quia & vmbra
ibi eſt, non tamẽ ad obſcuritatẽ, ſed ad re
frigeriũ. Ipſa ſponſa vmbrã ibi eſſe teſta-
Cant. 2. tur. Sub vmbra illius quẽ deſideraueram
ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.
Quid ergo illic q̄rere poſſis quod nõ in-
Ioan. 1. uenias? Solũ quod non eſt, ibi non eſt. Oĩa
eñ per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ
eſt nihil. Et quod factum eſt in ipſo vita
Rom. 11. erat. Quoniã ex ipſo & p̱ ipſum & in ipo
H ſunt omnia. Et cum quid in eo videri in-
cipit, nõ in eo eſſe ĩcipit, q̃n videri incipit,
q̄a q̄d ibi ẽ ſemp̱ eſt, & ſemp̱ totũ ibi. Au
di adhuc ſapientiã enumerantẽ iocũdita
tes & delicias ſuas. Ego (inquit) quaſi vi
tis fructificaui ſuauitatẽ odoris: & flores Eccli. 24.
mei fructus honoris & pulchritudinis.
Quaſi cedrus exalta ſum in libano: quaſi
cypreſſus in monte Sion: quaſi palma in
cades, quaſi oliua in campis, & quaſi pla-
tanus iuxta aquã in plateis. Sed ne forte
affluẽtia iſta obliuionẽ nobis inducat, &
relictis florib[9] arbores numerem[9]. Arbo-
ribus eñ aliquid rigoris & duritiei ieſſe
videt̃. Nos vero incipiẽtes & teneri mol-
libus blandiſqꝫ opus habemus: idcirco
rurſum ad flores cõuertimur. Flores (in- I
quit) apparuerũt in terra noſtra. Cõtem
platione ergo æternæ ſapientiæ agitur:
cuius aſpectus deſiderabilis omni iocun
ditate & decore plenus trahit cõcupiſcẽ
tias ſempiternas. Ideo flores apparuerũt
in terra noſtra. Qui p̱ me ĩtroierit (dixit Ioan. 10.
ſapientia) ingredietur & egredietur, &
paſcua inueniet. Ergo intus paſcua eſt: &
ipſa eſt terra in qua flores apparuerunt,
cuius viror perpetuus nũq̄ marceſcit, de
quo dictũ eſt: ſuper omne pulchrum viri
de. Quanta eñ putas pulchritudo in cõ
templatione æternę ſapientiæ eſt vbi re-
rum omniũ ſpecies ſine defectu vigent:
ſine tranſitu permanent: ſine corruptio-
ne cõſiſtũt, ſine mutabilitate ęternę ſunt?
Si tam pulchrũ eſt q̄d vere pulchrũ non
eſt: q̄d eſt quod vere pulchrũ eſt? Ergo flo
res apparuerunt in terra noſtra. Necdũ
fructus apparuerunt qui reſeruantur in
poſterũ: ſed nunc interim flores apparue
rũt, vt aſpectũ demulceãt & deſiderium
accendant: quia hoc opus modo eſt dum
nondũ peruenit quo ĩuitatur vt veniat.
Propterea flores apparuerũt in terra no-
ſtra. In qua terra eſt? Vbi eſt terra iſta?
Nec in cœlo nec in terra, eſt terra iſta: q̄a K
& cœlum & terra eſt terra iſta. Terra eſt
quia nutrit & portat: cęlum eſt q̄a prote
git & illuminat. Terra iſta in nobis eſt &
continet totum mundum. Tamen intus
eſt & nonvidetur, niſi ab iis q̄ intus ſunt.
Inuiſibilis eſt enim terra iſta, ſed iis tm̃
qui tm̃ viſibilia vident. Iſta eſt terra vbi
lumen lucet quod impiorũ oculi videre
non poſſunt. Ipſa eſt terra in qua flores
apparuerunt: quia flores apparuerunt in
terra noſtra, vineę florentes odorem de-
derunt. Ecce appropinquauit regnum



cælorum. Vineæ florentes odorem de-
L derunt. Prius apparuit modo: iam ecce
ſentitur. Ecce odor ad nos vſqꝫ perue-
nit. Vineę florentes odorem dederunt.
Primũ flores vidimus, & non ibi erant
flores vinearum: ſed tamen flores appa
ruerunt in terra noſtra. Nũc autem vi
neę flores odorem dederunt. Illic iocũ-
ditas, hic vtilitas. Illic delectatio, hic re
fectio. Illic ſpecies ad iocunditatem ap-
paruit: nunc autem & ipſe odor, & ipſa
dulcedo ad ſuauitatem & ſanitatem ſe
ſe infundit. Paulatim appropinquat: &
magis ſemp̱er ac magis creſcit, & in p̱er
ceptione dulcedo, & in clarificatiõe co
gnitio: & tamen nondum ad guſtũ per
uentum eſt. Nondum poculũ illud ine
brians ab vbertate domus eius, de tor
rente voluptatis propinatur. Nã & ſpõ
ſa adhuc foris ſtat, & habet adhuc in-
troduci in cellam vinariam: & idcirco
de his in huiuſmodi adhuc omnino ta
cetur: tantũmodo vineę florentes odo-
rem dederunt. Adhuc ergo flos, nondũ
botrus. Nuſq̄ adhuc torcularia nomi-
nantur: nec muſta feruent in olis vt vi
num nouum mittatur in vtres nouos:
quia magna ſunt iſta, & ſequentis epu
li deliciis reſeruata. Modo tm̃ vineę flo
rentes odorem dederũt. Tm̃ vineas au
diuimus, & ſenſimus odorem. Et vineę
M (inquit) florentes odorẽ dederũt. Non
ergo omnimodo relicti ſum[9]: & nos ſpẽ
habemus & currimus donec peruenia-
mus. Vineę enim florentes odorem de-
derunt. Sp̱es nobis data eſt futurę ebrie
tatis: & ipſa ſpes ſuam interim habet
refectionẽ: vt poſſimus ſuſtinere ne de-
ficiamus in via. Nam vineæ florentes
odorem dederunt. In flore ſpes, in odo-
re refectio: & ideo vineę florentes odo-
rem dederunt. Et currimus & ſequi-
mur, & feſtinam[9] inebriari: & cum per-
uenerimus iam vineę maturę erunt, &
vina torculata, & introibimus in cel-
lam vinariam: & tunc deinceps de odo
re vinearum florentium nulla fiet re-
tardatio. Nam hęc omnia interim nũc
ad inchoationem ſunt, & ad promiſſio
1. Cor. 13. nem: & cum venerit quod perfectum
eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Mo-
do ergo vineæ florentes odorem dede-
runt. Res mira, ibi maturæ ſunt: & in- N
cipiunt hic pro modo noſtro velut flo-
res habere nondum maturos botros.
Nec nobis ideo tardandum eſt, ſi modo
florent vineę: quaſi tempus vindemia-
rum præueniamus ſi curramus, & ideo
ſenſim ambulare velimus: quoniã mul-
tum adhuc ſuperſit a flore vſqꝫ ad bo-
tros maturos. Non ſunt vineę illę, ſicut
quas nouimus, cęteræ vineæ iſtę. In te
eñ eſt quando matureſcant. Nam tibi
florere incipiunt, & tibi matureſcunt.
Sibi enim ſemper maturæ ſunt: & tibi
maturę eſſe incipiunt, cum tu eis cœpe
ris eſſe maturus. Si tardant, propter te
tardant. Nam ſibi feſtinant quantum
vis. Idcirco ne timeas, ſed feſtina tu.
Et ſi iam odorem percepiſti florentiũ,
propera fructum carpere maturũ. Au- O
diſti enim quid ſponſæ dictum eſt. Q̄d
enim illi dictum eſt tibi dictum eſt, ſi ta
men tu fueris vt vnus de ſponſi ami-
cis, vel vna de ſponſæ adoleſcentulis.
Omnes enim iſti ad vnum inuitantur
cõuiuium: nec poterit vel vt ſponſus ſi
ne amicis conuiuari, vel vt ſponſa ſi-
ne adoleſcentulis ſuis. Audi ergo tibi
quod dictum eſt, illi: quia quod dictum
eſt illi: cum illa dictum eſt itidem tibi. Cant. 2.
Surge (inquit) propera amica mea:
quia hyems tranſiit, imber abiit & re-
ceſſit: & iam flores apparuerunt in
terra noſtra. Vineæ florentes odorem
dederunt. Et nouiſſime adiunxit qua-
ſi vnicum aliquid & ſingulare commẽ
dans: Vox turturis audita eſt in terra
noſtra. Quid nunc dicere poterimus P
nos de voce turturis? Et tamen ne for-
te in mentem veniat vel ſuper cor aſcẽ
dat, quia turtur gemitum habet pro
cantu, planctum hic ſignificari non
canticum: non iſta modo recipimus in
noſtrisgaudiis. Nam vox turturis amo
ri canit & dilectioni: & habet ſingula-
rem dilectionem turtur cui canit, vel
præſenti gaudiũ vel abſenti affectum.
Igitur vox turturis tota de amore &
non nouit aliud præter amorem tur-
tur. Et illi ſingularis amor eſt, qui ſoli
non adiungit alterum: Et æternus, qui
nec primo ſecundum. Ergo vox turtu-
ris amori cantat: & amoris canticũ eſt

vox turturis. Et ardent corda ad vocẽ
turturis : & vox turturis audita eſt.
Q Quę eſt ergo vox turturis de qua dici-
tur:Et vox turturis audita eſt?Et quid
ſonat vox turturis?Significationem ha
bet vox turturis?quid dicit? Vnum eſt
quod ſonat vox turturis: & ſemper il-
lud ſonat,& reſonat: & nõ faſtidit vnq̃
Nunq̃ turtur vocem ſuam variat, nũq̃
canticum ſuum mutat:ſemper idem ca
nit,quia ſemper idem diligit.Ergo vox
turturis audita eſt in terra noſtra . O
vox turturis, q̃ dulcis es ? Et quis di-
R gnus erit audire vocem turturis?In ſo
litudine canit turtur,& ſemper turtur
ſolitudinem diligit:quia ſingularem di
lectionem quærit.Non audietur in pla
teis vox eius: neq; foris clamorem ſuũ
proferet.Intus reſonat,intrinſecus ca-
nit:& non poſſunt audire turturem ni
ſi qui intus ſunt.Qui elongant in ſoli-
tudine,qui ſecretum inhabitant,qui in
ſilentio requieſcunt : iſti ſunt qui vocẽ
turturis audiunt . In horrore viſionis
nocturnę quando ſopor ſolet occupare
homines:tunc aperit corda virorum &
vocem eius audiunt.Ibi verbum abſcõ
ditum & ſecretũ reuelat amicis: & ipſi
venas ſuſurri eius percipiunt,& ſecre-
tum ſuum cuſtodiunt : & ipſe ablactat
& educit in ſolitudine ſponſam & dul
cibus alloquiis vocat & monet vt egre
diatur. vt ibi loquatur ad cor eius, &
S det illi intelligere caritatem. O ſpecio
ſa inter filias,audiſti vocem turturis,
audiſti & intellexiſti.Intus loquebatur
& tu intus eras: & ideo audiſti & intel
lex iſti,& dixiſti:vox dilecti mei. Intelle
Cant.2 xiſti enim quia vox dilecti erat:& de di
lectiõe erat: qa & audiſti & intellexiſti,
ideo & tu dilexiſti & dixiſti. Vox dile-
cti mei.Intellexiſti & dixiſti. Non enim
intellixiſſes niſi dilexiſſes:quia dilectio
nis verbum erat, & non poterat niſi a
diligente intelligi . Dilectus loqueba-
tur,& dilectę loquebatur:& dilectio cõ
T mendabatur . Quia ergo vocem dilecti
audiſti : & dilectionem intellexiſti , ne
differas vltra,ne amplius moram faci-
Cant.5. as .Surge velociter:aperi peſſulum oſtii
tui, & egredere ad illum vt videas fa-
ciem eius:& ſi fugerit tu ſequere ſuper
montes aromatum.Secura enim curris Cant.8
quia venis de libano, quia candida ve-
nis & mũda. Venis caſta & ĩmaculata:
ideo ſecura curris de libano ſuper mõ
tes aromatum. de merito caſtitatis ad
prę miũ beatitudinis.Ideo de libano ſu
per montes aromatũ . Ibi expectat te q
nat⁹ eſt ex te,illuc p̃ceſſit te. Illic eſt fi
lius tuus ille & dilectus tuus : ille qui
vocat te,qui inuitat te: qui venientem
de libano præcedit te, & expectat te ſu
per montes aromatum, Ibi flores appa
ruerunt,vineę florentes odorem dede-
runt.Ibi vox turturis audita eſt in ter
ra noſtra: ſurge propera amica mea.& Cant.4.
veni de libano,veni coronaberis.

FINIS *Sermonis nectarea dulcedi-
ne præditi : de aſſumpta Chriſtipera
virgine: atq; ita q̃q̃ plures aiunt exta-
re doctiſſimi Hugonis Sermones & Epi
ſtolas:atq; alia nõnulla ad inſtitutionẽ
in hiſtorias & varias artes pertinentia
opuſcula: quia tamen ea nondum emũ
cta & terſa habere potuimus , his ad
omnipotentis dei gloriam & lecturorũ
commoda ſecundum hunc Tomũ mo-
do claudimus, ad decimum Calendas
Nouemb.M. D. X X V I.*

Deo Gratię.

UNIVERSITARIA